





.....

CARD VIVAS

.....

ROMILITARIUM

BREVIARIUM

ROMANUM

.....




.....

2

BV4254
.3
H6
v.2

008 63/6






EX LIBRIS

HEMETHERI VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080015309



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





EX LIBRIS
HEMETHERII VAL
Episcopi Le



HOMILIARIUS BREVIARII ROMANI

DOMINICALES AC FERIALES HOMILIAS
IN BREVIARIO ROMANO ABBREVIATAS EX INTEGRO CONTINENS
ALIASQUE PRO SINGULIS ANNI FERIS PROPRIA HOMILIA CARENTIBUS
CUM QUOTIDIANS VARIISQUE DOCUMENTIS

IN USUM CONCIONATORUM ET SCHOLARUM SACRAE ELOQUENTIAE

COLLEGIT ORDINAVIT EMDITQUE

FR. IOSEPHUS CALASANCTIUS CARD. VIVES

O. M. CAP.

TOMUS II.




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ROMAE

TYPIS ARTIFICUM A S. IOSEPHO

MCMIII



HOMILIARIUS


BREVIARII ROMANI

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





HOMILIARIUS BREVIARII ROMANI

DOMINICALES AC FERIALES HOMILIAS
IN BREVIARIO ROMANO ABBREVIATAS EX INTEGRO CONTINENS
ALIASQUE PRO SINGULIS ANNI FERIS PROPRIA HOMILIA CARENTIBUS
CUM QUOTIDIANIS VARIISQUE DOCUMENTIS

IN USUM CONCIONATORUM ET SCHOLARUM SACRAE ELOQUENTIAE

COLLEGIT ORDINAVIT EDIDITQUE

FR. IOSEPHUS CALASANCTIUS CARD. VIVES

OF. M. C. C. C.

TOMUS II.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ROMAE
TYPIS ARTIFICUM A. S. IOSEPHO

MCMIII.




BV 4254

.3

H6

v.2



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE VENEZUELA



FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

DOMINICA RESURRECTIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Marc. XVI, 1-7.

In illo tempore: Maria Magdalene, et Maria Iacob, et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Iesum.

1. Et valde mane una sabbatarum veniunt ad monumentum, orto iam sole.

2. Et dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti?

3. Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

4. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sudentem in dextera, coopertum stola candida, et absconpauerunt.

5. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Iesum quaeritis. Nazarenum, crucifixum: surrexisti, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.

6. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quia praecedit vos in Galilaeam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Hemilia S. Gregorii Papae.

BOHLEA XXI IN EVANGELIO. *Habita ad populum in basilica beatae Mariae Virginitatis die sanctae Paschae.*

3110

MULTIS vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi: sed quia lassescite stomacho, ea quae dicta vero, legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra merem volo, ut inter sacra missarum solemnia lectionem sancti Evangelii non dictando, sed colloquendo edisseram. Siquae excipiat ut loquimur: quia colloctionis vox corda torpentia plus quam sermo lectio-

nis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio namque qui dixit: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud* (Psal. LXXX, 11). Bonum ergo opus nobis in voluntate sit: nam ex divino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi asum ipsa etiam resurrectionis Dominicae tanta solemnitas, quia et indignum valde est, ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

Audistis, fratres charissimi, quod sanctae mulieres, quae Dominum fuerant secutae, cum aromatibus ad monumentum venerunt, et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est, ut audiamus quae facta sunt, quatenus cogitemus etiam quae nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum referri, cum opinione bonorum operum Dominum quaerimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illae

3111

VIVIX. — *Huicil. Bre. Rom.*


008336

BV 4254

.3

H6

v.2



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVITAS



FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

DOMINICA RESURRECTIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Marc. XVI, 1-7.

In illo tempore: Maria Magdalene, et Maria Iacob, et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Iesum.

1. Et valde mane una sabbatarum veniunt ad monumentum, orto iam sole.

2. Et dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti?

3. Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

4. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sudentem in dextera, coopertum stola candida, et obstupuerunt.

5. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Iesum quaeritis. Nazarenum, crucifixum: surrexisti, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.

6. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quia praecedit vos in Galilaeam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Hemilia S. Gregorii Papae.

BOHLEA XXI IN EVANGELIO. *Habita ad populum in basilica beatae Mariae Virginitatis die sanctae Paschae.*

3110

MULTIS vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi: sed quia lassescite stomacho, ea quae dicta vero, legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra merem volo, ut inter sacra missarum solemnium lectionem sancti Evangelii non dictando, sed colloquendo edisseram. Sique excipiat ut loquimur: quia colloctionis vox corda torpentia plus quam sermo lectio-

nis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio namque qui dixit: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud* (Psal. LXXX, 11). Bonum ergo opus nobis in voluntate sit: nam ex divino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi asum ipsa etiam resurrectionis Dominicae tanta solemnitas, quia et indignum valde est, ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

Audistis, fratres charissimi, quod sanctae mulieres, quae Dominum fuerant secutae, cum aromatibus ad monumentum venerunt, et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est, ut audiamus quae facta sunt, quatenus cogitemus etiam quae nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum referri, cum opinione bonorum operum Dominum quaerimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illae

3111

VIVIX. — *Huicil. Bre. Rom.*

008336

autem mulieres angelos vident, quae cum aromatibus venerunt: quia videlicet illae mentes supernos cives aspiciunt, quae cum virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiuntur. Notandum vero nobis est quidnam sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita praesens; quid vero per dexteram, nisi perpetua vita designatur? Unde in Canticis canticorum scriptum est: *Lacra eius sicut capite meo, et dextera illius complexabitur me* (CANT. II. 6). Quia ergo Redemptor noster iam praesentis vitae corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida cooperatus apparuit; quia festivitatis nostrae gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostrae denuntiat sollemnitatis. Nostrae dicamus, an suae? Sed ut lateamur verius, et suae dicamus et nostrae, illa quippe Redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit; et angelorum festivitas existit, quia nos revocando ad coelestia, eorum numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit quia dum nos per resurrectionem Dominicam ad superna reducitur, coelestis patriae damna reparantur.

3123

Sed quid adventientes feminas affatur, audiamus: *Nolite expavescere*. Ac si aperte dicat: Paveant illi, qui non amant adventum supernorum civium: pertimescant qui, carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quae vestros concives videtis? unde et Matthaeus angelum apparuisse describens, ait: *Erant aspectus eius sicut fulgur, et vestimenta eius sicut nix* (MATH. XXVIII, 3). In fulgure etenim terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris.

Quia vero omnipotens Deus et terribilis peccatoribus, et blandus est iustis; recte testis resurrectionis eius angelus et in fulgure vultus, et in candore habitus demonstratur; ut de ipsa sua specie et terreret reprobos, et mulceret pios. Unde recte quoque populum per desertam gradientem (EXOD. XIII, 21, 22), columna ignis in nocte, et columna nubis praebat in die. In igne enim terror est, in nube autem visionis lenis blandimentum: dies vero vita iusti, et nox accipitur vita peccatoris. Unde et conversis peccatoribus Paulus dicit: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino* (EPHES. V, 8). In die ergo per nubem columna monstrata est, et in nocte per ignem: quia omnipotens Deus et blandus iustis, et terribilis apparebit iniustis. Istos in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demittet, illos vero per iustitiae distractionem terret.

3113

Sed iam quid angelus subiungat, audiamus: *Iesum quaeritis Nazarenum*. Iesus Latino eloquio salutaris, id est, Salvator interpretatur. At vero multi tunc Iesus dici poterant, non tamen substantialiter, sed nuncupative. Ideo et locus subiungitur, ut de quo Iesu dictum sit manifestetur: *Nazarenum*. Et causam protinus subdidit: *Crucifixum*. Atque addidit: *Surrexit, non est hic*. Non est hic, dicitur, per praesentiam carnis, qui tamen nusquam deerit per praesentiam maiestatis. *Sed ite, dicite discipulis eius et Petro, quia praecedet vos in Galilaeam*. Quaerendum nobis est, cur nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negerat, venire inter discipulos non audeat. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Qua in re considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctae Ecclesiae praeferre disposuerat

ancillae vocem pertimescere. et seipsum negare permisit. Quod nimirum magnae actum esse pietatis dispensatione cognoscimus: ut is qui futurus erat pastor Ecclesiae, in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, et tunc praeposuit ceteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

3114

Bene autem de Redemptore nostro dicitur: *Praecedet vos in Galilaeam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis*. Galilaea namque transmigratio facta interpretatur. Iam quippe Redemptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a poena ad gloriam, a corruptione ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurrectionem in Galilaea a discipulis videtur: quia resurrectionis eius gloriam post laeti videbimus, si modo a vitis ad virtutum consuetudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nuntiatur, in transmigratio ostenditur: quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratio mentis videtur. Haec, fratres charissimi, pro tanta dici sollemnitate, de lectionis evangelicae expositione transcurramus: sed libet, ut de hac eadem sollemnitate aliquid subtilius loquamur.

3115

Duae etenim vitae erant, quarum unam novimus, alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est, altera immortalis; una corruptionis, altera incorruptionis; una mortis, altera resurrectionis. Sed venit Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, suscepit unam, et ostendit alteram. Unam pertulit moriendo, et ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem promitteret carnis, et tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis eius promissionibus crederet? Factus itaque homo apparuit in carne, mori dignatus

est ex voluntate, resurrexit ex potestate, et ostendit exemplo quod nobis promissit in praemio. Sed fortasse aliquis dicat: Iure ille surrexit qui, cum Deus esset, teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suae resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus in illo tempore mortuus est, et tamen solus minime resurrexit. Nam scriptum est: *Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt* (MATH. XXVII, 52). Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidiae. Ne quis enim dicat: Sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit Deus homo: ecce cum Deo homines resurrexisse cognoscimus, et quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo membra nostri Redemptoris sumus, praesumamus in nobis quod gestum constat in capite. Si multum nos abicimus, sperare in nobis debemus nos membra ultima, quod de membris eius superioribus audivimus.

3116

Ecce vero ad memoriam redit, quod crucifixo Dei Filio Iudaei insultantes dicebant: *Si rex Israel est, descendat de cruce, et credimus ei* (Ibid. v, 42). Qui si de cruce tunc descenderet, nimirum insultantibus cedens, virtutem nobis patientiae non demonstraret. Sed expectavit paululum, toleravit opprobria, irrisiones sustinuit, servavit patientiam, distulit admirationem; et qui de cruce descendere noluit, de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulcro surgere, quam de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere, quam vitam descendendo servare. Sed cum Iudaei hunc ad insultationes suas de cruce descendere minime cernerent, cum morientem viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius se quasi exstintiasse gavisi sunt. Sed ecce, de morte nomen

cuis per mundum crevit, ex qua hoc infidelis turba exstinxisse se credidit; et quem gaudebat occisum, dolet mortuum; quia hunc ad suam gloriam cognoscit pervenisse per poenam. Quod bene in libro Iudicum Samson illius facta significant: qui cum Gazam civitatem philistinorum fuisset ingressus, philisthaei ingressum eius profuans cognoscens, civitatem repente obsidionibus circumdederunt, custodes deputaverunt, et Samson fortissimum se iam comprehendisse gavisus sunt. Sed quid Samson fecit agnovimus. Media nocte portas civitatis abstulit, et montis verticem ascendit. Quem, fratres charissimi, hoc in facto, quem nisi Redemptorem nostrum Samson ille significat? Quid Gaza civitas, nisi infernum designat? Quid per philisthaeos, nisi Iudaeorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum Dominum viderent, eiusque corpus in sepulcro iam positum, custodes illico deputaverunt, et cum, qui auctor vitae clauerat, in inferni claustris retentum, quasi Samsone in Gaza se deprehendisse haerati sunt. Samson vero media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit: quia videlicet Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed et ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, et montis verticem subit: quia resurgendo claustra inferni abstulit, et ascendendo caelorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam, fratres charissimi, quae et prius demonstrabatur ex signo, et post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos concives nostros agnovimus. Ad horum ergo civium illam frequentem solemnitatem festinemus. His, cum necdum visione possumus, desiderio et mente iungamur. Transmigre-

mus a vitis ad virtutes, ut in Galilaea Redemptorem nostrum videre mereamur. Adhuc omnipotens Deus ad vitam desiderium nostrum, qui pro nobis in mortem dedit unicum Filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

(S. BERNARDI SERMO, VOL. II, SERMO 38.)

SUBREXIT, non est hic. Marc. xvi, et in Evangelio iohannis. Ad optatum, et desiderabilem finem religionis christianae, hoc est, ad resurrectionis gloriam contemplandam, iam Christo duce, perducit animus, do qua decem contemplationes in praesenti tractatu per ordinem distinguamus. Prima est de Resurrectione capitis Domini nostri Iesu Christi: secundo de Resurrectione, et perpetuitate mystici corporis Iesu Christi: tertia de universali regno, et Domino Iesu Filio Dei: quarta de gratia, et gloria spirituum beatorum: quinta de admirabili gratia, et gloria Virginis Matris Dei: sexta de gloria substantiali, seu essentiali animarum sanctarum: septima de gloria substantiali corporum beatorum: octava de gloria accidentalium, quae est in beatitudine: nona de exortitione beatorum: decima de sacramento Paradisi. *Surrexit, non est hic, horum tibi supra;* sic enim August. in quadam sermone de Pascale ait: Surrexit Christus, exulset universus mundus. Par etenim est, ut sicut omnis creatura luctuago doluit plerata in morte Creatoris sui, et quae funere noctis obscurae proscnta exequias in cruce morientis; ita nunc triumphalem ab inferis reditum laeta suscipiat resurgentis: quia sic Propheta ait, (Ps. cxviii) *Hoc die quasi fecit Dominus: exultemus, et letemur in eo.*

Ad gratiam igitur contemplationem, quae est de resurrectione capitis nostri meritis omnibus elevantes, tota corde credere obligamur angelico verbo, tanquam unum de fidei articulis nuntiata, *Surrexit, non est hic.* De qua resurrectione tria contemplantur ad praesens. Primo resurrectionis Christi necessitatem: secundo resurrectionis Christi temporalitatem: tertio resurrectionis Christi immutabilitatem. Primo contemplantur resurrectionis Christi necessitatem: secundum enim Alexand. de Alex. in 3 dupliciter necessaria fuit. Primo victoribus: secundo comprehensoribus: tertio adhaerere potest quod annulo fuit necessaria damnata.

FERIA SECUNDA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

LUC. XXIV, 1335.

In illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus.

14. Et ipse loquebatur ad invicem de his omnibus quae acciderant.

15. Et factum est, dum fabularentur, et secum quaererent: et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis:

16. oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confitis ad invicem ambulantes, et estis tristes?

18. Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, et non cognovisti quae facta sunt in illa his diebus?

19. Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone, coram Deo et omni populo:

20. et quomodo eum tradiderunt sanctis sacerdotibus et principibus nostris in damnationem mortis, et crucifixerunt eum.

21. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: et nunc super haec omnia, tertia dies est hodie quod haec facta sunt.

22. Sed et mulieres quaedam ex nostris tenuerunt nos, quae ante lucem fuerant ad monumentum,

23. et non invento corpore eius, venerunt, dicebant se etiam visionem Angelorum visisse, qui dixerunt eam vivere.

24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt.

25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum, in omnibus quae locuti sunt prophetae!

26. Nunc haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?

27. Et incipiens a Moysa, et omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quae de ipso erant.

28. Et appropinquaverunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire.

29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est iam dies. Et intravit cum illis.

30. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis.

31. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum: et ipse exiit ex oculis eorum.

32. Et dixerunt ad invicem: Nonne hoc nostrum ardorem erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?

33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum illis erant.

34. dicentes: Quasi surrexit Dominus vester, et apparuit Simon.

35. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via: et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXIII IN EVANGELIO, HABITA AD POPULUM IN basilica beati Petri apostoli, in crastino Paschae.

IN quotidiana vobis solemnitate laborantibus pauca loquenda sunt: et fortasse haec utilius proderant, quia saepe et alimenta quae minus sufficiunt, avidius sumuntur. Iectionis ergo evangelicae summam sensum statui non per singula verba discutere, ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis, fratres charissimi, quia duobus discipulis ambulantis in via, non quidem credentibus, sed tamen de se loquentibus Dominus apparuit, sed eis speciem, quam recognoscerent, non ostendit. Haec ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amabant et dubitabant: eis autem Dominus foris et praesens aderat, et quis esset, non ostendebat. De se ergo loquentibus praesentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suae speciem abscondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpavit: sacrae Scripturae mysteria, quae de seipso erant, aperuit: et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, se ire longius finxit. Fingere namque componere dicimus: unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex. Veritas per duplicationem fecit: sed talem se eis exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant, si hi, qui eum etsi necdum ut Deum diligenter, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei a charitate non poterant hi, cum quibus Veritas gradiebatur, cum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus, vocant, cum illic scriptum sit: *Et coegerunt eum?* Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia

peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam ponunt, cibos offerunt, et Deum quem in Scripturae sacrae expositione non cognoverant, in panis fractione cognoscunt.

3121 Audiendo ergo praecepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt quia scriptum est: *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur* (Rom. ii, 13). Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea quae iam intelligere potuit, opere implere. Ecce Dominus non est cognitus dum loqueretur, et dignatus est cognosci dum paschitur. Hospitalitatem ergo, fratres charissimi, diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per Paulum dicitur: *Charitas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis* (Hebr. xiii, 1, 2). Hinc Petrus ait: *Hospites invicem sicut murmuratio* (I Petr. iv, 9). Hinc ipsa Veritas dicit: *Hospes fui, et suscepistis me* (Matt. xxv, 35). Opinata res est valde, et seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat, cumque quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios venit, ad mensam ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in eius manibus fundere, conversus urceum accepit: sed repente eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non invenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei Dominus per visionem dixit: *Ceteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens, dicet: Quod mihi ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Matt. xxv, 40). Ecce ante iudicium cum

per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit; et tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate, fratres, quanta hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivia aeterna valeatis. Praebete modo peregrino Christo hospitium, ut vos in iudicio non quasi peregrinos neciat: sed ut proprios recipiat ad regnum, ipso adiuvante qui vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

DE S. TERNANTIVIO SERENI, VII. II. SEM. 181.

3122 **P**rimo enim resurrexerit Christi fuit necessitas viatoribus propter tria. Primo propter iustificationem: secundo propter reconciliationem: tertio propter ampliationem, seu ampliationem: hoc est propter gratiam acquirendam, reformandam, et multiplicandam.

Primo autem necessaria fuit propter iustificationem: unde ait Apostolus ad Rom. iv: *Resurrexit propter iustificationem nostram; et iterum, cap. v, ait idem: Nos salvati sumus ab ira per ipsum; salvatio autem est terminus a quo, scilicet, a peccato; salvatio vero in vita, est terminus ad quem, scilicet, ad vitam aeternam. Unde Glossa ibidem ait: Ut iuste vivamus, qui aliter vivere non poteramus. Si igitur per animam solum descendente ad inferos Christus mortuus salvavit nos ab ira: ergo ad salvandum in vita exigitur quod sit vivus: ergo exigitur tanquam necessaria resurrectio eius.*

3124 **S**ecundo resurrexit propter reconciliationem, scilicet, si casu iam iustitiam iterum occiderimus in peccatum: hinc ad Hebr. ix, ait Apostolus: *Ut appareret vultus Dei pro nobis, scilicet, cum corpore, et anima, ut eret Patria pro nobis; et ideo quidam dicunt quod ipse quodammodo causa meritoria est ut omnipotens Pater miseretur nostri.*

3125 **T**ertio vero resurrexit propter ampliationem, seu ampliationem, scilicet, dispositionem ad suscipiendum gratiam; et hoc est ex parte suscipientis gratiam ipsam; hic tota humana natura ordinatur ad Christum, et postquam assumpta, et iam a sanctis Angelis magna et reverentia habitetur. In cuius mysterium Apoc. xix, quoniam loquentem vellet Angelum adorare, ait ei Angelus: *Vide ne feceris, quia conseryes hanc rem, et fratrum tuorum libertatem testimonium Iesu; pro-*

pterea advertendum est quod ipsa humana natura copiosior gratiam susciperet, quam antea posset: unde in carnis assumptione humani dispositionem accepit: in passione vero maiorem dispositionem suscepit; sed in resurrectione etiam ampliorum recepit.

FERIA TERTIA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Lic. XXIV, 36-47.

3126 **I**n illo tempore: Stetit Iesus in medio discipulorum et dixit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37. Conturbati vero, et contritissimi, existimabant se spiritum videre.

38. Et dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes accenditis in corda vestra?

39. Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum: palpate, et videte: quia spiritus carnis et ossa non habet, sicut me videtis habere.

40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, et pedes.

41. Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus prae gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetis?

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, et favum mellis.

43. Et cum manducasset eorum eis, sumens reliquias dedit eis.

44. Et dixit ad eos: Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me.

45. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas.

46. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die:

47. et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

EXPOSIT. DE AUC. CAP. 24.

3127 **M**irum quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, invisibili aditu, visibili conspectu: tangi faciliis, difficiliis aestimari.

3127 **D**enique conturbati discipuli aestimabant se spiritum videre; et ideo Dominus, ut speciem nobis resurrectionis ostenderet: *Palpate, inquit, et videte, quia spiritus carnis et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Non ergo per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corporeae qualitatem impervia usu, clau-

sa penetravit. Nam quod tangitur, corpus est: quod palpatur, corpus est: in corpore autem resurgemus: *Seminatur enim corpus animale, surgit corpus spirituale* (I Cor. xv, 44); sed illud subtilius, hoc crassius, utpote adhuc terrenae labis qualitate concretum.

3128 **N**am quomodo non corpus, in quo manebant insignia vulnerum, vestigia cicatricum, quae Dominus palpanda obtulit? In quo non solum fidem firmat, sed etiam devotionem acuit; quod vulnera suscepta pro nobis coelo inferre maluit, abolere noluit; ut Deo Patri nostrae pretia libertatis ostenderet. Talem sibi Pater ad dexteram locat, tropaea nostrae salutis amplectens: tales illic martyres nobis cicatricis suae corona monstrabit.

3129 **E**t quoniam sermo huc usque noster evasit, consideremus quae gratia secundum Ioannem crediderint apostoli, qui gavisi sunt (Ioann. xx, 29): secundum Lucam quasi increduli redarguantur: ibi Spiritum sanctum acceperint, hic sedere in civitate iubeantur, quoadusque induantur virtute ex alto. Et videtur mihi ille quasi apostolus maiora et altiora testigisse, hic sequentia, et humanis proxima: hic historico usus circuitu, ille compendio, quia et de illo dubitari non potest, qui testimonium perhibet de his quibus ipse interfuit, et verum est testimonium eius (Ioann. xix, 35). Ab hoc quoque, qui Evangelista esse meruit, vel negligentiae, vel mendacii suspicionem aequum est propulsari. Et ideo verum utrumque putamus, non sententiarum varietate, nec personarum diversitate distinctum. Nam etsi in primo Lucas eos non credidisse dicat, postea tamen credidisse demonstrat: et si prima consideremus, contraria sunt: si sequentia, certum est convenire. Ipsa igitur Scripturae verba consideremus.

3130 Sic ait Ioannes: *Et gavisus sunt discipuli, viso Domino.* Dicit ergo his iterum: *Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Et cum hoc dixisset, insufflavit his et dixit: Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittantur his; et quorum retinueritis, retenta sunt* (IOANN. XX, 20-23). Lucas autem dicit: *Et quomodo cognoverunt eum in fractione panis. Dum autem haec loquuntur, ipse stetit in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis; ego sum, nolite timere. Conturbati vero et conterriti, nestabant se spiritum videre.* Et possent videri hic plures fuisse: sed quia et hic sero resurrectionis die (nam advesperascente iam die qui fuerant ingressi manere cum Domino, ubi ille se repente subdixit, eadem hora ad discipulos hi duo remeasse prodantur, quando Dominus palpandum se obtulit), et secundum Ioannem sero die illa, una Sabbatorum inducitur apparuisse discipulis, et vulnera obtulisse palpanda (IOANN. XX, 19-27); ne quid ambiguitatis afferret, putavimus diligentius requirendum.

3131 Videtur enim separatim se istis undecim demonstrasse, sicut se Ammaoni et Cleophae seorsum iam vespere demonstraverat; et quemadmodum isti duo, ita etiam videntur illi undecim ad confirmandos reliquos convenire potuisse. Denique et conturbati sunt, ut habes secundum Lucam; et ideo aperuit eis sensum, ut intelligerent ea quae scripta sunt. Hunc autem lahus, illum succinctius scripsisse non dubium est. Quomodo enim soli Cephae visum dicerent, si ab omnibus erat visus? Sed sicut ex mulieribus Mariae, et alii Mariae Magdalenae, ita ex viris Petro visus est primo mane. Et Paulus sic ait: *Tradidi enim vobis imprimis, quia Christus mortuus est secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scri-*

pturas, et visus est Cephae (I COR. XV, 3-5). Et ideo Marcus specialiter inducit iuvenem mandantem ut Petro et discipulis dicerent mulieres, quia surrexit Dominus (MARC. XVI, 5-7).

3132 Petrus ergo vidit solus Dominum; devotio enim parata semper et prompta credebat, et ideo studebat frequentiora fidei signa colligere. Alibi cum Ioanne, alibi solus, ubique tamen impiger currit, ubique aut solus, aut primus: non contentus vidisse quae viderat, repetit intucunda, et quaerendi Domini amore succensus, non satiatur videndo. Videt enim solus, videt cum undecim, videt cum septuaginta, videt et quando Thomas credit, videt cum piscaretur: sed non vidisse contentus, impatiens desiderii, negligens captionis, immemor periculi, non tamen immemor reverentiae; ubi Dominum vidit in littore, veste se textit, serum aestimans si cum ceteris navigio perveniret. Sic cum in undis Dominus ambularet, super undas maris naturae suae oblitus occurrit (MATTH. XIV, 28); sic cum a Iudaeis Dominus teneretur, adversum turbas gladium solus exeruit (MATTH. XXVI, 51); sic et nunc cum Dominus stetit in littore periculoso, compendio religiosum maturavit obsequium (IOANN. XXI, 7).

3133 Non est igitur dubium credidisse Petrum, et credidisse quia dilexit, dilexisse quia credidit. Unde et contristatur quia et tertio interrogatur: *Amas me?* (Ibid. 17). Is enim interrogatur, de quo dubitatur: sed Dominus non dubitat, qui interrogat, non ut disceret, sed ut doceret quem elevandus in coelum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat. Sic enim habes: *Simon Ioannis, diligis me? Ulque tu scis, Domine, quia amo te. Dicit ei Iesus: Pasce agnos meos* (Ibid. 16). Bene conscius sui non ad tempus assumptum, sed iamdudum Deo cognitum, Pe-

trus testificatur affectum. Quis est enim alius, qui de se hoc facile profiteri possit? Et ideo quia solus proficitur ex omnibus, omnibus antefertur: maior enim omnibus caritas.

3134 Illud quoque diligentius intucundum, cur cum Dominus dixerit: *Diligis me?* ille responderit: *Tu scis, Domine, quia amo te.* In quo videtur mihi dilectio habere animi charitatem, amor quemdam aestum conceptum corporis ac mentis ardore, et Petrum opinor non solum animi, sed etiam corporis sui circa Dei cultum signare flagrantiam. Denique tertio Dominus non iam: *Diligis me?* sed, *Amas me?* interrogavit (IOANN. XXI, 17); et iam non agnos, ut primo, quodam lacte vescendos, nec ovis ut secundo, sed oves pascere iubetur, perfectiores ut perfectior gubernaret.

3135 Et ideo quasi perfecto in omnibus, quem caro iam revocare non posset a gloria passionis, corona decernitur: *Cum esses, inquit, iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senexeris, extendes manus tuas, et alius te praecinget, et ducet quo tu non vis* (Ibid. 18). Bona senectus, non vitae longaevitae imbecilla ad usum, sed maturitate virtutis ad martyrium praeparata: quae lasciviam corporalium reprimat voluptatum, nec indulgeat cupiditatibus, dulcia quaeque declinet, speciosa non appetat; caro enim concupiscit adversum spiritum (GAL. V, 17), et transversarios tramites gradiendi qua velit diversarum sibi inventi voluptatum. Bona vero mentis senectus, quae non id quod suave corpori, sed quod menti utile putat, eligit: non voluptuario corporis rapitur appetitu, sed repugnandi moderamine quasi invita revocatur.

3136 Ergo et Petrus etsi paratus erat animo subire martyrium (LUC. XXII, 33), tamen ubi periculum advenit, constantiam men-

tris inflexit; capit enim nos suavitate sui, coelestis usus muneris. Nam quis martyrium e nobis non eligeret, si libenter mori posset? Ergo et Petrus videtur nolle, sed parat vincere. Et quid mirum si Petrus nolit, cum Dominus dicat: *Pater, si fieri potest, transfer a me calicem hunc: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat?* (MATTH. XXVI, 39). Denique post tentationem praesumptionis suae Petrus iam non audet voluntatis perseverantiam polliceri; qui quasi ad solatium sui, consortium quaerit alterius.

3137 Tot igitur adducti virtutis exemplis Petrum credimus non potuisse dubitare. Ioannem quoque credidisse manifestum est, cum Salvatorem videret; qui iam tunc credidit, posteaquam vacuum corporis vidit sepulcrum (IOANN. XX, 8). Cur ergo Lucas inducit plures fuisse turbatos? Primo omnium, quia paucorum opinionem sententia maioris partis includit: deinde quia etsi Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamen potuit, cum videret quod se Dominus cum corpore in ea quae vestibulis operatis, et constructis erant septa parietibus, improvisus infunderet. Lucas ergo historicus singula prosecutus est: ille finem spectavit, hic seriem. Nam utique dicendo: *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent ea quae scripta sunt*, etiam ipse discipulos credidisse proficitur.

3138 Spiritum autem sanctum vel illis undecim quasi perfectioribus insufflavit (IOANN. XX, 22), et reliquis postea tribuendum esse promittit (Ibid. XXI): vel iisdem ibi insufflavit, hic spondit. Nec videtur esse contrarium, cum divisiones sint gratiarum: *Alii enim datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii gratia curationum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii propheta, alii discretio spirituum, alii ge-*

nera linguarum, alii interpretatio sermonum (I COR. XI, 8-10). Ergo aliam insuflavit ibi operationem, hic aliam pollicetur; ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur angustius; et ideo insuflatur a Christo, ut credas Spiritum Christi, et credas de Deo Spiritum; Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam describit effusam. Denique ibi habes. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erunt* (IOANN. XX, 22, 23). At vero in Actibus apostolorum sic habes: *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et coeperunt loqui variis linguis, quomodo Spiritus sanctus dabat eloqui illis* (ACT. IV, 4).

Diversitas autem visionum frequentiam famulantium significat angelorum (MATTH. XXVIII, 2), iuxta quod Dominus ipse promiserat, dicens: *Et videbitis angelos descendentes et ascendentes ad Filium hominis* (IOANN. I, 51). Atque utinam cum Evangelii fine noster quoque sermo claudatur!

Cur secundum Matthaeum et Marcum mandat discipulis: *Præcedam vos in Galilæam* (MATTH. XXVI, 32), *ibi me videbitis* (MARC. XVI, 7); secundum Lucam vero et Ioannem etiam intra conclave obtulit se videndum? (IOANN. XX, 19). Et quidem quod se videndum frequenter obtulerit, et plus quam quingentis fratribus, et Petro, et Iacobo, etiam apostolico probavimus testimonio (I COR. XV, 5, 6). Et Lucas in Actibus apostolorum docuit quod discipulis manifestaverit se vivere post passionem suam, in multis argumentis apprensus his, et disputans de regno Dei (ACT. I, 3). Ergo quia saepius et diversis apparuit, cum in Galilæa quando sit visus, nequaquam praescriptum ac definitum tempus Scriptura designaverit; in Ierusalem quando se obtulerit, et diem et horam expresserit;

timidiores intra conclavia revisuntur, fortiores ad montem conveniunt.

Denique intra conclave, ostiis clausis, inducit Ioannes discipulos congregatos propter metum Iudaeorum (IOANN. XX, 19): quos non undecim Lucas, sed plures scripsit fuisse: istos autem Matthaeus undecim solos in Galilæa convenisse non siluit (MATTH. XXVIII, 16). Denique sic habes: *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus, et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt* (Ibid. XVI, 17). Quibus docendi et baptizandi tribuit potestatem (Ibid. 19). Undecim quoque discumbentibus discipulis et Marcus in fine apparuisse scribit, quando similiter praedicandi his per totum orbem mandat officium (MARC. XVI, 15).

Unde hoc convenientius arbitror, quod Dominus quidem mandaverit discipulis ut in Galilæa se viderent; sed illis metu intra conclave residentibus, primo se obtulisse, postea vero confirmatis animis, undecim illos Galilæam petisse. Vel certe hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio nihil obstat si dicamus pauciores intra conclave, in monte complures fuisse.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX A. BERNARDINO SERENI, VOL. II, SERM. 98.)

Hic est quod in natura humana dispositio generis amplius est ad gratiam ex natura eiusdem speciei quae resurrexit in Christo, eo quod est gratior facta Deo: propterea in credente est dispositio personalis, secundum quod ait Apostolus (ad ROM. IV): *Resurrexit propter iustificationem nostram, mortuus est propter delicta nostra*; quod quidem propter fidem, atque dilectionem est dictum. Intellegendum est ergo quod resurrectio iustificat scilicet et passio; sed passio iustificat in adultis tantum propter fidem, et amorem, hoc est, ut credita et dilecta. Quia igitur ex hoc habeatur iustificationalis effectus, unde sufficiens causa iustificationalis est passio;

sed efficiens non nisi etiam credatur Deus passus, ad quod quidem maxime operatur: unde super illud Prophetae (PSAL. CXIX): *Quae utilitas in sanguine meo*, Glossa ait: Si statim non resurgo corruptumque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullum lucrabor, et ita peribit confessio, id est, testimonium veritatis; et ideo dicitur Act. II: *Quem Dominus suscitavit solutus doloribus inferni*, Glossa ait: Assertio est resurrectionis huius. Et sic ex dictis patet quod necessaria est resurrectio viatoribus.

FERIA QUARTA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.
IOANN. XXI, 1-14.

In hoc tempore: Manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic:

1. Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dicitur Didymus, et Nathanael qui erat a Cana Galilæae, et filii Zebedaei, et alii ex discipulis eius illi.

2. Dixit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt in navim; et illa nocte nihil prenderunt.

3. Mane autem facto stetit Iesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est.

4. Dixit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

5. Dixit eis: Mittite in dexteram navigii rete; et invenietis. Miserrunt ergo; et iam non valebant illud trahere prope multitudine piscium.

6. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petrus: Dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare.

7. Alii autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis distans), trahentes rete piscium.

8. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prius posita, et piscem superpositum, et panem.

9. Dixit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendistis nunc.

10. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete.

11. Dixit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo subdit discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est.

12. Et venit Iesus, et accipit panem, et dat eis, et piscem similiter.

13. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

Homilia S. Gregorii Papae

HOMILIA XXIV IN EVANGELIA. Habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris, feria quarta. Ueltra, feria quarta Paschae.

LECTIO sancti Evangelii, quae modo in auribus vestris lecta est, fratres mei, quaestione animi pulsata, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Quaeri etenim potest cur Petrus, qui piscator ante conversionem fuit, post conversionem ad piscationem rediit; et cum Veritas dicat: *Nemo mitens manum suam ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei* (LUC. IX, 62); cur repetit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur, citius videtur, quia nimirum negotium, quod ante conversionem sine peccato exstitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthaeum vero telonarium scimus: et post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthaeus vero ad telonei negotium non rediit: quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quae sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est ut post conversionem animus non recurrat.

Quaeri etiam potest, cur discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suam Dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit? Cuius rei ratio festine cognoscitur, si ipsa quae tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi praesens saeculum signat, quod se causarum tumultibus et undis vitae corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris, nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalitatis vitae inerant, in mari laborabant. Quia autem Redem-

ptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suae mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens: Iam vobis in mari non appareo, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: *Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum* (Luc. xxiv. 44). Neque enim cum ipsis non erat, quibus praesens corporaliter apparebat: sed tamen iam se esse cum ipsis denegat, a quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Quod illuc cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, cum adhuc eis navigantibus, esse se iam in littore demonstrat.

346 Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui profinus dixit: *Mittite in dexteram navigari rete, et invenietis*. Bis in sancto Evangelio legitur, quia Dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet, et post resurrectionem. Sed priusquam Redemptor noster patretur et resurgeret, mitti quidem rete ad piscandum iubet, sed utrum in dexteram, an in sinistram mitti debuisset, non iubet: post resurrectionem vero discipulis apparens, mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, ut retia rumparentur: in ista autem et multi capti sunt, et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera, et malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat non iubetur, praesentem Ecclesiam designat, quae bonos simul ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Haec autem piscatio post Domini

resurrectionem facta, in solam dexteram missa est: quia ad videndam claritatis eius gloriam sola electorum Ecclesia pertingit, quae de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione prae multitudine piscium rete rumpitur: quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam haeresibus scindant. In ista vero piscatione et multi pisces et magni capiuntur, et rete non rumpitur: quia sancta electorum Ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens, nullis iam dissenionibus dilaniatur.

347 Captis autem tam magnis piscibus, *ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram*. Iam credo quod vestra charitas advertat, quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa, ipsi specialiter dicitur: *Simon Tu mihi amas me? Pasce oves meas* (IOHANN. XXI, 15-16). Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia ergo praedicator Ecclesiae nos a mundi huius fluctibus separat, nimirum necesse est ut rete plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia sanctae praedicationis voce stabilitatem aeternae patriae fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Quoties per cum ad amorem quietis aeternae convertimur, quoties a terrenarum rerum tumultibus separamur, quid aliud quam missi intra rete fidei pisces ad litus trahimur? Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur et quantitas, scilicet, centum quinquaginta tribus. A magno mysterio numerus non vacat, sed intentos vos tanti mysterii profunditas expectat. Neque enim quantitatis summam soliter Evangelista exprimeret nisi hanc sacramento plenam esse iudicasset. Scitis namque quod in veteri Te-

stamento omnis operatio per decalogi mandata praecipitur, in novo autem eiusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti Spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem Propheta denuntians, dicit: *Spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit cum spiritu timoris Domini* (Is. xi, 2). Sed ille in hoc Spiritu operationem percipit, qui fidem Trinitatis agnoscit, ut et Patrem et Filium et eundem Spiritum sanctum unius virtutis credat, unius substantiae esse fatetur. Quia ergo septem quae superius diximus, per novum Testamentum latius data sunt, decem vero per vetus praecepta, omnis nostra virtus et operatio per decem et septem potest plene comprehendi. Ducamus ergo per trigonum decem et septem, et veniunt ad quinquaginta unum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat: quia in Testamento veteri legimus, quod annus quinquagesimus iubilacus vocari iussus est; in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in unitate est. Dividi quippe unum non potest: ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta et unum, ut fiant centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide Trinitatis exhibitae, ad requiem tendit, decem et septem ter ducimus, ut ad quinquaginta et unum venire debeamus. Et vera nostra requies tunc est, cum ipsam iam claritatem Trinitatis agnoscimus, quam in unitate divinitatis esse certum tenemus. Quinquaginta et unum ter ducimus, et electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo Domini missum rete dignum fuit ut tot pisces caperet, quot solummodo

electos cives supernae patriae designarent.

348 Inter haec vero et hesterni sancti Evangelii lectio et hodierna nos admonet, ut vigilantem debeamus inspicere, cur Dominus et Redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedis. Non enim vacat a mysterio quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem et assum piscem, in illa vero, quae hesterno die lecta est, cum asso piscem etiam favum mellis comedit (Luc. xxiv, 42 s.). Quid autem signare piscem assum credimus, nisi ipsum Mediatorem Dei et hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquae generis humani, capi voluit laqueo mortis nostrae, et quasi tribulatione assatus est tempore passionis suae. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, favus mellis nobis existit in resurrectione. An qui in pisce asso figurare voluit tribulationem passionis suae, in favo mellis utramque naturam exprimere voluit personae suae? Favus quippe mel in cera est: mel vero in cera est divinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat: nam piscem comedit et panem. Qui enim assari ut piscis potuit ex humanitate, pane nos reficit ex divinitate, qui ait: *Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi* (IOHANN. VI, 41). Assum ergo piscem comedit et panem, ut ipso suo cibo nobis ostendiret, quia et passionem ex nostra humanitate pertulit, et refectionem nostram ex sua divinitate procuravit. Quod si vigilantem inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua Redemptor indicat, ut imitationis viam nobis sequantibus sternat. Ecce in cibo suo Dominus noster pisci asso coniungere favum voluit: quia videlicet illos in suo corpore ad aeternam quietem suscipit, qui cum hic tribulatio-

nes pro Domino sentiunt, ab amore internae dulcedinis non recedunt. Cum asso pisce favus sumitur; quia qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt, illic dulcedine vera satiantur.

3149

Notandum quoque, quod ultimum convivium Dominus cum septem discipulis habuisse describitur. Petrus namque et Thomas, Nathanael, filii Zebedaei et alii ex discipulis eius duo in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis ultimum convivium celebrat, nisi quod eorum tantummodo, qui septiformi gratia sancti Spiritus pleni sunt, futuris secum in aeterna refectione denuntiat? Septem quoque diebus omne hoc tempus evoluitur; et saepe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo convivio de praesentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt: quos mundi huius amor non ligat; quibus etsi utcumque per tentamenta obstrepit, coepta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo convivio alias per Ioannem dicitur: *Beati qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt* (ApoC. xix, 9). Idcirco enim non ad prandium, sed ad coenam vocatos narrat, quia nimirum in fine diei convivium coena est. Qui ergo finito praesentis vitae tempore ad refectionem supernae contemplationis veniunt, non ad Agni prandium, sed ad coenam vocantur. Quae videlicet coena hoc ultimo convivio exprimitur, cui septem discipuli adesse memorantur: quia illos, ut diximus, tunc interna refectione reparat, qui pleni nunc septiformi gratia in amore Spiritus anhelant. Haec ergo vobiscum, fratres, agite, huius Spiritus reperi praesentia desiderate. Quid vos sequi in futurum possit, ex praesenti perpendite. Pensate, si hoc spiritu pleni estis, nostis si ad illud convivium pervenire valeatis. Quisquis namque ille est, quem nunc Spiritus

iste non reparat, profecto ab illa aeterni convivii refectione ieiunat. Memento quid de eodem Spiritu Paulus dicit: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius* (Rom. viii, 9). Quasi quidam titulus divinae possessionis est iste Spiritus amoris. Numquidnam Spiritum Christi habet is, cuius mentem odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, avaritia cruciat, luxuria enervat? Pensate quis sit Spiritus Christi. Profecto ille, qui facit amicos et inimicos diligere, terrena despici, pro coelestibus aestuari, carnem propter vitam conteri, mentem a concupiscentiis frenari. Si ergo vultis cognoscere ius possessionis Dei, personam perpendite possessoris vestri. Ecce enim quod diximus, voce veridica Paulus clamat: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius*. Ac si aperte dicat: Qui aunc Deo inhalitante non regitur, de divinae claritatis specie postmodum non laetatur. Sed nos tamen ad haec quae dicta sunt, infirmamur, necdum culmen perfectionis attingimus; in via Dei quotidie sancti desiderii gressus ponamus. Consolatur nos Veritas, quae per Psalmistam dicit: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur* (Psal. cxxxviii, 16). Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio, si, in Dei itinere constituti, et ad transacta non respicimus, et ad ea quae restant, transire festinamus. Nam qui imperfectorum desideria dignanter inflammant, haec quandoque ad perfectionem roborat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERNARDINO SERAISI, VOL. II, SERM. 38.)

3150 **S**ECUNDUM resurrectione Christi necessaria fuit comprehensoribus seu Beatis, et maxime ut tribus gloria crescat. Primo beatis Angelis: secundo beatis animalibus: tertio beatis corporibus. Primo, inquam, et crescat maior gloria Angelis etiam in presenti, quia glorificata humanitate Christi in eo duplex delectatio reperitur: Una in contemplatione deitatis: alia in contemplatione humanitatis, in quam desiderant Angeli prospicere, ut dicitur, 1 Petr. i. Secundo autem crescat maior gloria animalibus beatis insuper etiam de presenti, sicut etiam de Angelis dictum est. Tertio vero ut crescat maior gloria beatis corporibus: nam ad resurrectionem corporum resurrectio causa erat resurrectionis futurae, et in futuro: unde in Psalm. lxxix: *Ad vesperum demorabitur factus, et ad matutinum lectus*; ubi Glossa ait: *Dominus meus resurrexit, id est, nobis promittens per suam resurrectionem quae est efficiens causa resurrectionis nostrae, et animae et corporis: ambo enim delectabuntur in gloria Iesu Christi, sicut Ioan. x. Ipsi ait: Ego sum habitans per me si quis intraverit, morietur, scilicet, in gloria scripturae, et ingreditur, scilicet, ad fructum gloriae quae erit in anima mea cum divinitate adiuncta, et regnabit, scilicet, ad contemplandum humanitatem meam, et passum invenit, id est, delectationes immensas reperit in utroque. Ex dictis igitur evidenter patet quod resurrectio comprehensoribus necessaria fuit.*

FERIA QUINTA.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM. Ioan. xx, 11-18.

11. Illo tempore: Maria stabat ad monumentum plorans. Dum ergo staret, inclinavit se, et prospexit in monumentum.

12. Et vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus eius.

13. Dicit ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit ei: Quia tolerans Dominum meum; et nescio ubi posuerunt eum.

14. Haec cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Iesum stantem: et non sciebat quia Iesus est.

15. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quaeris? Illa existimans quia hortulana esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; et ego eum habeam.

16. Dicit ei Iesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni quos dicitur Magister.

17. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, quoniam adhuc

ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendite ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum; et Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quia vidit Dominum, et haec dixit mihi.

Homilia S. Gregorii Papae.

(HOMILIA XXV. DE EVANGELIO. Habita ad populum in basilica sancti Iovannis, quae appellatur Constantiniana, feria quinta Paschae.)

3151 **M**ARIA Magdalene, quae fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem, lavit lacrymis maculas criminis: et vox Veritatis impletur, quae dicitur: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum* (Luc. vii, 47). Quae enim prius frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam venit ad monumentum, ibique corpus Dominicum non invenit, sublatum credidit, atque discipulis nuntiavit. Qui venientes viderunt, atque ita esse ut mulier dixerat, crediderunt. Et de eis protinus scriptum est: *Ablatum ergo discipuli ad semetipsos* (Ioan. xx, 10). Ac deinde subiungitur: *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans*. Qua in re pensandum est, huius mulieris mentem quanta vis amoris accenderat, quae a monumento Domini, etiam discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat quem non invenerat, sebat inquirendo, et amoris sui igne succensa, eius quem ablatum credidit, ardebat querens. Unde contigit ut cum sola tunc videret, quae remansit ut quaereret; quia nimirum virtus boni operis perseverantia est: et voce Veritatis dicitur: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Matth. x, 22). Et praecepto legis cauda hostiae in sacrificio iubetur offerri. In cauda quippe finis est corporis: et ille bene immolatus, qui sacrificium boni operis usque ad finem debitae perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres, talarum tunicam habuisse describitur.

Tunica quippe usque ad talum est opus bonum usque ad consummationem.

3152 Sed Maria cum flet, inclinavit se, et prospexit in monumentum. Certe iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum Dominum nuntiaverat: quid est quod se iterum inclinat, iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Quaesivit ergo prius, et minime invenit: perseveravit ut quaereret, unde et contigit ut inveniret: actumque est ut desideria dilata crescerent, et crescentia caperent quod invenissent. Hinc est enim quod de eodem sponso Ecclesia in Canticis canticorum dicit: *In lectulo meo per noctes quaesivi quem diligit anima mea: quaesivi illum, et non inveni. Surgam et circumabo civitatem, per vias et plateas quaeram quem diligit anima mea* (CANT. III, 2). Quae defectum quoque inventionis ingeminat, dicens: *Quaesivi illum, et non inveni* (Ibid.). Sed quia diu inventio se non elongat, si inquisitio non desistat, adiungit: *Invennerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea*. Dilectum namque in lectulo quaerimus, quando in praesentis vitae aliquantula requie Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quaerimus, quia etsi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non invenit, restat ut surgat, et civitatem circumeat, id est, sanctiam electorum Ecclesiam mente et inquisitione percurat; per vias eum et plateas quaerat, id est, per angusta et lata gradientes aspiciat, ut si qua in eis valeat invenire eius vestigia, exquirat: quia sunt nonnulli etiam vitae saecularis, qui imitantium aliquid habeant de actione virtutis. Quarentes autem nos vigiles inveniunt

qui custodiunt civitatem: quia sancti patres, qui Ecclesiae statum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt, ut suo vel verbo vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, invenimus quem diligimus: quia Redemptor noster etsi humilitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeuntur vigiles, dilectus invenitur: quia cum prophetas et apostolos infra ipsum esse conspicimus, illum qui naturam Deum est, esse supra homines consideramus. Prius ergo non invenimus quia quaeritur, ut post inventus strictius teneatur. Sancta enim desideria, ut praediximus, dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Hoc amore arat, quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc namque David ait: *Silivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* (PSAL. XLI, 3). Hinc nos admonet, dicens: *Quaerite faciem eius semper* (PSAL. CIV, 4). Hinc propheta ait: *Anima mea desideravit te in nocte, sed et spiritus meus in praecordiis meis de mane vigilabo ad te* (Is. XXVI, 9). Hinc iterum Ecclesia in Canticis canticorum dicit: *Vulnerata charitate ego sum* (CANT. IV, 9). Iustum quippe est, ut ex visione medici pertingat ad salutem, quae per aestum eius desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est* (Ibid. 6). Meps namque hominis, Conditoris sui speciem non quaerentis, male dura est, quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere iam ex desiderio coeperit ad sequendum quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia, vilesunt in saeculo cuncta quae placebant, nihil est quod extra Conditorum libeat, et quae prius delectabant animum, sunt postmodum vehementer onerosa. Nihil eius moestitiam consolatur, quo-

usque adhuc dei desideratur non aspiciatur. Moeret mens, lux ipsa fastidio est: talique igne in mente decoquitur rubico culpae, et succensus animus quasi auri mare, quia per usum speciem perdidit, per incendium clarescit.

3153 Ista itaque quae sic amat, quae se ad monumentum quod perspexerat, iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: *Vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu*. Quid est quod in loco Domini corpora duo angeli videntur, unus ad caput, atque alius ad pedes sedens: nisi quia Latina lingua angelus nuntius dicitur: et ille ex passione sua nuntiandus erat, qui et Deus est ante saecula, et homo in fine saeculorum? Quasi ad caput sedet angelus, cum per apostolum Ioannem praedicatur quia: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (IOHANN. I, 1). Et quasi ad pedes sedet angelus, cum dicit: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Ibid. 14). Possimus etiam per duos angelos duo testamenta cognoscere, unum prius et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum Domini corporis sibi met sunt coniuuncti: quia nimirum utraque testamenta, dum pari sensu incarnatum et mortuum, ac resurrexisse Dominum nuntiant, quasi testamentum prius ad caput, et testamentum posterius ad pedes sedet. Unde et duo cherubim, qui propitiatorum tegunt, sese invicem aspiciunt versis vultibus in propitiatorium. Cherubim quippe plenitudo scientiae dicitur. Et quid per duo cherubim, nisi utraque testamenta signantur? Quid vero per propitiatorium, nisi incarnatus Dominus figuratur? De quo Ioannes ait: *Ipsa est enim propitiatio pro peccatis nostris* (I. IOHANN. II, 2). Et dum testamen-

tum vetus hoc faciendum denuntiat, quod testamentum novum de Domino factum clamat, quasi uterque cherubim se invicem aspiciunt, dum vultus in propitiatorium vertunt: quia dum inter se positum incarnatum Dominum vident, a suo aspectu non discrepant, quae dispensationis eius mysterium concorditer narrant.

Requirunt Mariam angeli dicentes: 3154 *Mulier, quid ploras? Et dicit eis: Quia tulit Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum*. Ipsa namque sacra eloquia, quae in nobis lacrymas amoris excitant, easdem lacrymas consolantur, dum nobis Redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est, quod mulier non ait: *Tulit corpus Domini mei, sed: Tulit Dominum meum*. Usus namque sacri eloqui est, ut aliquando ex parte totum, aliquando vero ex toto partem significet. Ex parte etenim totum signat, sicut de Iacob filius scriptum est: *Quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta* (GENES. XLVI, 27). Neque enim in Aegyptum animae sine corporibus descenderunt; sed per solam animam totus homo significatur, quia ex parte totum exprimitur. Et solum Domini corpus in monumento iacuerat, et Maria non corpus Domini, sed sublatum Dominum quaerebat, videlicet ex toto designans partem. *Haec cum dixisset, conversat retrorsum, vidit Iesum stantem, et nesciebat quia Iesus esset*. Notandum quod Maria, quae adhuc de Domini resurrectione dubitabat, retrorsum conversa est, ut videret Iesum: quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in Domini faciem miserat, quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat, videbat et non agnoscebat, eumque illi et amor ostendebat, et dubietas abscondebat. Cuius adhuc igno-

rancia exprimitur, cum subinfertur: *Et nesciebat quia Iesus esset. Qui dixit ei: Mulier, quid ploras? Quem quaeris?* Interrogatur doloris causa, ut augetur desiderium, quatenus cum nominaret quem quaereret, in amore eius ardentius aestuaret. *Ille existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dabo mihi ubi possidisti eum, et ego cum tollam.* Forsitan nec errando haec mulier erravit, quae Iesum hortulanum credidit. An non ei spiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris sui semina virtutum virentia plantabat?

Sed quid est quod viso eo, quem hortulanum credidit, cui necdum dixerat quem quaerebat, ait: *Domine, si tu sustulisti eum?* Quasi enim iam dixisset ex cuius desiderio plangeret, cum dicit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, ut quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare credat. Recte et haec mulier quae quærere non dicit, et tamen dicit: *Si tu sustulisti eum, quia alteri non putat incognitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio. Dicit et Iesus: Maria.* Postquam eam communem vocabulo appellavit ex sexu, et agnitus non est, vocat ex nomine. Ac si ei aperte dicat: *Recognosce eum, a quo recognosceris.* Perfecto quoque viro dicitur: *Novi te ex nomine* (Exon. xxxiii, 12): quia homo commune omnium nostrum vocabulum est, Moyses vero proprium, cui recte dicitur, quia ex nomine scitur: ac si ei aperte Dominus dicat: *Non te generaliter ut ceteros, sed specialiter scio.* Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit auctorem, atque eum proximus *rabbini*, id est magistrum vocat, quia et ipse erat qui quaerebatur exterius, et ipse qui eam interiori ut quaereret, docebat. Iam vero ab Evangelista non subditur, quid mulier fecit,

sed ex eo innuitur quod audivit. Cui dicitur: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum.* In his namque verbis ostenditur, quod Maria amplecti voluit eius vestigia, quem recognovit. Sed ei magister dicit: *Noli me tangere.* Non quia post resurrectionem Dominus tactum renuit feminarum, cum de duabus ad sepulcrum eius venientibus scriptum sit: *Accesserunt, et tenuerunt pedes eius* (MATH. xxviii, 9).

Sed cur tangi non debeat, ratio quoque additur, cum subinfertur: *Nondum enim ascendi ad Patrem meum.* In corde etenim nostro tunc Iesus ad Patrem ascendit, cum aequalis creditur Patri. Nam quisquis eum aequalem Patri non credit, adhuc in eius pectore ad Patrem Dominus non ascendit. Ille ergo Iesum veraciter tangit, qui Patri Filium coaeternum credit. In corde etenim Pauli iam ad Patrem Iesus ascenderat, cum idem Paulus dicebat: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo* (PAUL. ii, 6). Unde Ioannes quoque Redemptorem nostrum manu fidelis tetigit, qui ait: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt.* Tangit ergo Dominum, qui cum Patri aeternitate substantiae aequalem credit. Sed fortasse aliquis tacita quaestione pulsatur, quomodo Filius Patri esse aequalis possit. Qua in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, restat ut hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet namque quod ad haec sibi sub brevitate respondeat. Constat enim quia ipse creavit Matrem, in cuius virgineo utero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si aequalis est Patri, qui prior est Matre? Paulo quoque attestante didicimus: *Christum Dei virtutem et Dei sci-*

phantiam (I COR. i, 24). Qui ergo Filium minorem putat, Patri specialiter derogat, cuius sapientiam ei esse inaequalem fatetur. Quis etenim homo potens acquanimitate ferret, si quis ei diceret: *Magnus quidem es; sed tantam sapientia tua te minor est?* Ipse quoque Dominus dicit: *Ego et Pater unum sumus* (IOANN. x, 30). Et rursus ait: *Pater maior me est* (Ibid. xiv, 28). De quo etiam scriptum est, quia *subditus erat parentibus suis* (LUC. ii, 51). Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se Patre asserit in coelo, ex qua subiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariae dicitur: *Vade ad fratres meos; et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum.* Cum meum dicat et vestrum, cur non communiter dicit nostrum? Sed distincte loquens, indicat quia eundem Patrem et Deum dissimiliter habeat ipse quam nos. *Ascendo ad Patrem meum*, videlicet per naturam: *et Patrem vestrum*, per gratiam. *Ad Deum meum*, quia descendi; *ad Deum vestrum*, quia ascendetis. Quia enim et ego homo, Deus mihi est: quia vos ab errore liberati, Deus est vobis. Distincte ergo mihi Pater et Deus est, quia quem ante saecula Deum genuit, hominem in fine saeculorum mecum creavit. *Veni Maria Magdalene amantissima discipulis, quia vidi Dominum, et haec dixi mihi.* Ecce humani generis culpa sibi absconditur, unde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinavit mortem, a sepulcro mulier viris annunciat vitam: et dicta sui vivificatoris narrat, quae mortiferi serpentis verba narraverat. Ac si humano generi non verbis Dominus, sed rebus dicat. De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum vitae.

Haec de expositione lectionis evange-

licae succincte transcurramus; nunc optulante eodem, de quo loquimur, Domino, et resurrectionis eius gloriam et pietatis viscera consideremus. Citius enim a morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Unde bene quoque per Psalmistam dicitur: *De torrente in via bibet, propterea exultabit caput* (PSAL. cix, 7). In humano quippe genere ab ipso mundi initio torrens mortis effluerat: sed de hoc torrente Dominus in via bibit, quia mortem in transitu gustavit. Atque ideo exaltavit caput; quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit, resurgendo super angelos elevavit: et inde antiquum hostem in aeternum percussit, unde saevire contra se manus persequentium temporaliter permisit. Quod aperte Dominus beato Iob indicat, dicens: *Numquid capies Leviathan hamo?* (Iob xi, 20).

Per Leviathan quippe, quod additamentum eorum dicitur, cetus ille devorator humani generis designatur. Qui, dum se divinitatem homini addere spondit, immortalitatem sustulit. Qui praevagationis quoque culpam, quam primo homini propinavit, dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat, poenas eis sine cessatione coaccervat. In hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo Pater omnipotens hamo coepit, quia ad mortem illum unigenitum Filium incarnatum misit, in quo et caro passibilis videri posset, et divinitas impassibilis videri non posset. Cuique in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit, divinitatis illum aculeus perforavit. Prius verum in miraculis Deum cognoverat, sed de cogitatione sua ad dubitationem credidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutinitis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam devorator appeteret; et divinitas pas-

sionis tempore latuit, quae necaret. In hamo eius incarnationis captus est; quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quae ad se devoratorum duceret; ibi divinitas, quae perforaret; ibi aperta infirmitas, quae provocaret; ibi occulta virtus, quae raptoris famam transigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interit, unde mori dicit. Et quos iure tenebat mortales, perdidit: quia eum, in quo ius non habuit, morte appetere immortalia praesumpsit.

Hinc est etiam quod haec ipsa, de qua loquimur, Maria vivit: quia ille pro humano genere, qui morti nihili debebat, occubuit. Hinc est quod nos quotidie ad vitam post culpam revertimur; quia ad poemam nostram Conditor sine culpa descendit. Ecce iam antiquus hostis ea quae de humano genere ceperat spolia amisit, supplantationis suae victoriam perdidit. Quotidie peccatores ad vitam redeunt; quotidie de eius faucibus Redemptoris manu rapiuntur. Unde bene quoque ad beatum Iob voce Dominica iterum dicitur: *Aut armilla perforabis maxillam eius?* (Iob xi, 21). Armilla ubi ponitur, ambiendo constringit. Quid ergo per armillam, nisi circumplectens nos divina misericordia designatur? Quae Leviathan istius maxillam perforat, dum nobis post perpetrata quae prohibuit, adhuc poenitentiae remedium ostendit. Armilla Dominus maxillam Leviathan perforat, quia ipse ineffabili misericordiae suae potentia sic malitiae antiqui hostis obviat, ut aliquando eos etiam, quos iam cepit, amittat. Et quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetrata culpas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius semel raptus, maxillam eius videret, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum negavit?

An non in ore David tenuit, cum in tantam se luxuriae voragine mersit? Sed dum ad vitam uterque per poenitentiam rediit, Leviathan iste eos aliquo modo quasi per maxillae suae foramen amisit. Per foramen ergo maxillae ab eius ore subtracti sunt, qui post perpetratores tantae nequitiae poenitendo redierunt. Quis autem hominum Leviathan istius os evadat, ut illicita nulla committat? Sed hinc cognoscimus, quantum Redemptori humani generis debitor sumus, qui non solum nos in ore Leviathan ire prohibuit, sed ab ore etiam eius redire concessit. Qui spem peccatorum non abstulit; quia maxillam eius ut evadendi viam tribueret, perforavit, ut saltem post morsum fugiat, qui incautus prius cavere noluit ne morderetur. Ubique ergo nobis occurrit superna medicina: quia et dedit homini praeccepta, ne peccet; et tamen peccanti dedit remedia, ne desperet. Unde cavendum summopere est, ne quis delectatione peccati Leviathan istius ore rapiatur: et tamen si raptus fuerit, non desperet: quia si peccatum perfecte lugeat, adhuc foramen in maxilla eius invenit, per quod evadat.

Adest testis divinae misericordiae haec ipsa de qua loquimur Maria, de qua pharisaeus dum pietatis fontem vellet obstruere, dicebat: *Hic si esset propheta, sciret utique, quae et qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est* (LUC. VII, 39). Sed lavit lacrymis mactulas cordis et corporis, et Redemptoris sui vestigia tetigit, quae sua litora prava dereliquit. Sedebat ad pedes Iesu, verbumque de ore illius audiebat. Venit adhaeserat, mortuum quaerebat. Viventem reperit, quem mortuum quae sivit. Tantumque apud eum locum gratiae invenit, ut hunc ipsis quoque apostolis, eius videlicet nuntiis, ipsa nuntiaret. Quid itaque, fratres, quid in hac

Variis de Resurrectione Christi.

(EX A. HERRARDUS BRUNUS, VOL. II, SERM. 57.)

TERTIO Christi resurrectio fuit etiam necessaria pro damnatis, et maxime ut in inferno ex iustitia Dei tribus maior afflictio crearet. Primo demoniis: secundo spiritibus: tertio corporibus.

Primo, inquam, ut crearet maior afflictio demonibus qui in cruciationis exordio Christum incarnatum viderunt, et illi inviderunt, secundum Bernardum. Et invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum, ut dicitur Sapient. III. Quanto potius ergo cruciatus livoris atque incomprehensibilibus poenis illos torqueri, quando Iliam sentiant exaltatum ad dexteram Dei Patris, atque in coelo et in terra, id est, in toto universo, scilicet, quae per gloriam rememorem comprehensores, gubernem per gradium victores, et per iustitiam cruciant inferos offensores: unde de damnatis ab eo cruciatus per Is. tam ipse ait: *Calentis nos in furoribus suis, et convulsit nos in ira sua.*

Secundo resurrecti Dominus Iesus Christus ut crearet maior afflictio ipsis animabus damnatis quae vident quod Christus pro liberatione earum mortuus est et resurrexit, quem ipse tam valiter contempserunt: unde Apoc. XVI de talibus fecit ait: *Cruciantibus igne, et sulphure, scilicet, pro peccatis irascibilis parvis et concupiscentibus; ecce poena sensus: in conspectu Angelorum sanctorum, et in conspectu aquae, scilicet, in gloria suscitatus: quia damnati conspiciunt se privatos sempiterna vita, et participatione gloriae Christi, et consortii Angelorum: ecce poena damni, quae gravior est, secundum Hieronymum, quam poena sensus.*

Tertio vero resurrexit ut crearet maior afflictio corporibus damnatorum, quod quidem post ultimum iudicium futurum est: unde (Apo. I) dicitur: *Videlicet cum omnia oculos, et qui cum pauperum, id est, criminaliter offendentes: et iterum, c. XXV ait, de damnato homine: Bisit de vino iterum Dei. Quid per vinum, nisi tormenta interna et spiritalia denotantur? Sicut enim quum bibitur vinum, non solum in corpore recipitur, verum etiam ab interna per totum corpus diffunditur; sic quidem spiritibus poena in mente damnati hominis iam recepta, non solum mentem ipsam per totum penetrat, sed etiam in corpore ipsa redundat. Unde Iob XXI: *Videlicet oculi eius interfecerunt animam, id est, separationem a gloriosa vita quae est in Christo Iesu; ecce poena damni, et de furoribus incompositis libet; ecce poena mentalis, et corporalis sensus quibus damnati aeternaliter puniuntur. Et sic patet quod Christi resurrectio etiam infernalibus ex iustitia necessaria comprobatur.**

re debemus aspicere, nisi immensam misericordiam Conditoris nostri? qui nobis velut in signo ad exemplum poenitentiae posuit eos, quos per poenitentiam vivere post lapsum fecit. Perpendo enim Petrum, consueo latronem, aspicio Zachaeum, intueor Mariam, et nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei et poenitentiae exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis; aspiciat Petrum, qui amare flevit, quod timide negaverat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit; aspiciat latronem, qui et in ipso mortis articulo ad vitae praemia poenitendo pervenit. Alius avaritiae acerbibus anhelans aliena diripuit; aspiciat Zachaeum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus, carnis munditiam perdidit; aspiciat Mariam, quae in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus obicit, ubique exempla suae misericordiae opponit. Mala ergo iam displicant, vel experta. Libenter obliviscitur omnipotens Deus quod nocentes fuimus, paratus est poenitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis, renascamur ex lacrymis. Itaque iuxta primi Pastoris vocem, sicut modo genti infantes hoc concipiscite (I PETR. II, 2). Redite, parvuli filii, ad sinum matris vestrae aeternae Sapientiae; sugite larga ubera pietatis Dei; transacta plangite, imminente vitate. Redemptor noster momentaneos fletus nostros aeterno consolabitur gaudio, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

FERIA SEXTA

LECTIO SACRI EVANGELII SECONDO MATTHEUM.
Matth. XXVIII, 16-20.

In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in Galilaeam, in montem, ubi crederetur illis lesus.

17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.
18. Et accedens lesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.

19. Quoties ego dixi omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti:
20. docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculorum.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Habitu integro in Deo. Item, exceptis a. l. n.

Homilia S. Thomae Aquinatis.

COMMENT. IN MATTH. CAP. 28.

UNDECIM autem discipuli abierunt in Galilaeam, etc. Supra auditum est quomodo notitia resurrectionis pervenit ad discipulos ex revelatione mulierum; hic quomodo ex eius visione. Et dividitur: quia primo ponitur Christi apparitio; secundo apparentis instructio. Secunda ibi, *Et accedens lesus locutus est eis*. Circa primum tria facit. Primo describitur locus visionis; secundo visio; tertio officium. Dicit ergo, *Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam*; quia obedientes Christo abierunt in Galilaeam. Quod dicit, *Undecim*, intelligendum, quod Iudas abierat: Ioann. vi, 71: *Duodecim elegi vos, et unus ex vobis diabolus est*. Sed duo sunt notanda, quod Christus videtur in Galilaea, et quod in monte. Galilaea interpretatur transmigration. Per hoc signatur quod nullus potest videre Deum, nisi ex duplici transmigratione transferatur, scilicet, a vitio ad virtutem; supra v. 8: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videntur*; item, a mortalitate ad immortalitatem; unde dicit Apostolus, Philipp. 1, 23: *Coartor autem e duobus, desiderium habens dissolvi, et esse cum Christi*.

sto. Item visus est in monte, ad signandum quod qui vult videre Deum, oportet quod tendat ad celsitudinem iustitiae; Ps. lxxxiii, 3. *Ubi de virtute in virtutem*. Item quod in monte, significat excellentiam illam, ad quam exaltatus est per resurrectionem; quia dum fuit in mundo, fuit in valle mortalitatis, et ascendit in montem immortalitatis per resurrectionem. Is. cap. 41, vers. 2: *Elevabitur super colles, et fluviat ad eum omnes gentes*.

Et notate, quod apparet eis in loco ubi constituerat, in quo signatur obedientiam, quia soli obedientes veniunt ad visionem divinam; in Ioann. xiv, 15: *Si diligitis me, mandata mea servate*; et sequitur (vers. 21): *Et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum*. Ps. cxviii, 104: *A mandatis tuis intellexi*; id est, ab observatione mandatorum; unde in veteri lege nemo poterat ascendere in montem; nova lex supplet. Et necessarium fuit, quod eis appareret, quia testes debebant ad tantum opus dari. Sed ipse dedit testes non solum de auditu, sed etiam de visu; I Ioann. 1, 2: *Quod vidimus, et audivimus... hoc testamur*.

Sed quaestio est, quando fuit facta haec apparitio; et secundum quod Augustinus dicit, in prima die resurrectionis non, quia in sero fuit visio, ubi Thomas non erat. Item nec infra octavam, aut in octava die, quia in Ierusalem fuerunt octo diebus. Nec possumus dicere, quod statim post octo dies; quia contradiceremus Ioanni, qui dicit, quod quando manifestavit se ad mare Tiberiadis, iam tertio manifestatus est lesus; et haec hic non est tertia, sed post hanc tertiam facta est.

Et videntes. Notandum quod considerantium Dei magnalia duo sunt genera, quia quidam habent illa in reverentia; unde Abraham dixit, Gen. xviii, 27:

Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis; et Iob ix, 14: *Quantus sum ego ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo?* Et sequitur: *Ideo me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere*. Item haec reverentia reperitur in angelis. Apoc. vii, 11: *Omnes angeli ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum*. Et hoc est, quia quanto magis aliquis eum cognoscit, eo magis reveretur eum. Sed aliqui in infidelitatem vertuntur: volunt enim omnia adaequare suo intellectui; unde quaecumque non intelligunt, blasphemant. Sic fuit de discipulis, quia et videntes eum adoraverunt. Ps. xxxi, 7: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius: quidam autem dubitaverunt*; ideo Dominus tradidit se palpandum, ut dicitur Luc. xxiv.

Et accedens lesus locutus est eis. Hic ponitur instructio facta a Christo. Et tria sunt consideranda. Primo potestatem denuntiat; secundo officium inungit; tertio auxilium futurum promittit. Secunda ibi, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*. Dicit ergo: *Et accedens lesus locutus est eis*. Discipuli dispartiti erant, quia quidam eum in reverentiam habebant, quidam autem dubitabant; et ideo indigebant utroque, scilicet, quod manifestaret se, et quod confortaret eos. Sic accessit ad totum populum. Is. ix, 2: *Populus (gentium) qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*. Item nuntiavit potestatem: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra*. Et sicut dicit Hieronymus, data est potestas ei qui a populo ante crucifixus est. Potentia Dei nihil aliud est quam omnipotentia; et haec data non est Christo, quia non convenit Christo secundum humanitatem. Convenit autem ei aliquid, et secundum quod homo, et se-

cundum quod Deus: unde in Christo secundum quod homo, est scientia, voluntas et liberum arbitrium, et similiter secundum quod Deus. Duplex ergo in Christo est voluntas, scilicet creata et increata. Potest ergo argui quod duplex est potentia, et duplex scientia, etc.

Est ergo quaestio, quare sicut communicatur ei omnis scientia, quare non omnipotentia. Ratio est ista. Scientia et cognitio est secundum assimilationem cognoscentis ad cognitum, quia sufficit quod species cognitorem sint in cognoscente aliquo modo, vel ita quod per essentiam cognoscat, vel quod sint inditae, vel ita quod accipiantur a rebus: qualitercumque sint, sufficit ad cognitionem: ideo non oportet quod essentia sit omnium, sed quod sit capax omnium. Hoc autem esse receptionis infinitae, sicut materia prima. Sed potentia activa sequitur actum, quia quantum est actu, tantum habet agere; ideo qui habet omnipotentiam activam, habet potentiam ad actum omnium. Hoc autem non est, nisi quia habeat potentiam infinitam, quod non convenit Christo in quantum homo, sed solum in quantum Deus.

Quid ergo dicit quod *mibi est data omnis potestas in caelo et in terra?* Notandum, secundum Hieronymum, quod datio potest intelligi sive quantum ad divinitatem, quia Pater ab aeterno suam essentiam communicavit Filio; et quia sua essentia est sua potentia, ideo ab aeterno dedit suam potentiam; vel potest etiam referri ad Christum, secundum humanitatem. Sed intelligendum quod humanitas Christi aliquid accepit gratia unionis, et haec sunt omnia quae sunt Deo propria; aliquid autem accepit consequens unionem, ut plenitudinem gratiae et luminis modi, et est quasi effectus unionis; Ioann. 1, 14: *Vidimus eum quasi unigenitum a Patre plenum gratiae*

et veritatis. In omnibus ergo his quae in-
sunt Christo gratia unionis, non oportet
quod omnia dicantur secundum dup-
licitatem, sed in aliis quae consequun-
tur. Unde dico quod potentia est data,
non quia alia potentia sit data, sed data
est secundum quod est unita Verbo, ut
Filio Dei per naturam, sed Christo per
gratiam unionis.

3172 Sed quare magis dicit post resurre-
ctionem, *Data est mihi omnis potestas*,
quam ante resurrectionem? Dicendum
quod in Scriptura dicitur aliquid fieri,
quando primo innoscit: sic ergo ante
resurrectionem non fuit ita manifestata
omnipotentia, licet eam haberet; sed
tunc fuit maxime manifestata, quando
potuit totum mundum convertere. Pos-
sumus et aliter dicere, quod potestas si-
gnificat quendam honorem praesiden-
tiae, sicut dicimus homines in potentia-
tibus; et sic accipitur hic potestas. Con-
stat autem quod Christus qui ab aeterno
habebat regnum mundi, ut Dei Filius,
executionem accepit ex resurrectione;
quasi dicat: iam sum in possessione.
De ista habetur Daniel. vii. 26: *Iudi-
cium solentibus, ut auferatur potentia, et con-
teratur, et disperdat usque in finem, Reg-
num autem, et potestas, et magnitudo
regni datur populo sanctorum Altissimi,
cuius regnum, regnum sempiternum est,
et omnes reges servient ei, et obedient.*
Unde intelligitur quaedam praesidentia
actualis; sicut si exaltaretur Filius ad
exercituum potestatis quam naturaliter
habebat; Apoc. v. 12: *Dignus est agnus
qui occisus est, accipere virtutem et divi-
nitatem.*

3173 *Euntes ergo docete omnes gentes.* Hic
iniungit officium; et triplex iniungit of-
ficium. Primo docendi; secundo bap-
tizandi; tertio officium informandi quan-
tum ad mores. Dicit ergo: *Euntes ergo
docete omnes gentes.* Et hoc sic sequitur;

quasi dicat: Data est mihi omnis pote-
stas a Deo, quod non solum Iudaei, sed
etiam gentes convertantur ad me; ideo
quia tempus est, *Euntes docete omnes gen-
tes.* Ioann. xx. 21: *Sicut misit me Pater,
et ego mitto vos.* Et Luc. xxii. vers. 29:
*Ego dispono vobis sicut disposuit mihi
Pater meus regnum.* Et dicit, *Euntes ergo
docete*; quia hoc est primum, in quo de-
bemus instrui, scilicet, in fide, quia *sine
fide impossibile est placere Deo*, ad Hebr.
xi. 6. Et ex hoc inolevit in Ecclesia,
quod primo catechizat baptizandos, id est
instruit in fide. Et potestate accepta,
mittit ad omnes gentes; et hoc est quod
dicit: *Docete omnes gentes.* Is. xlii. 6:
*Dedi te in haecum gentium; ut sis salus
mea usque ad extremam terrae.*

Et postquam docti sunt de fide, ad 3174
officium baptizandi. *Baptizantes eos*, ete.
quasi diceret: Qui ad dignitatem, pro-
moveretur, oportet quod primo notificetur
ei dignitas, ut ei post reverentia habeat.
Ad GALAT. iii. 27: *Quicumque in
Christo baptizati estis, Christum induistis.*
Sed quae est forma baptismi? *In nomine
Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*

In Christo duo sunt, humanitas et divi- 3175
nitas. Humanitas est via, non finis;
Ioann. xiv. vers. 6: *Ego sum via, veritas,
et vita*: veritas, tanquam finis con-
templativae; vita, tanquam finis acti-
vae. Non volo quod in via, scilicet in
humanitate, maneatis, sed ulterius trans-
eatis ad divinitatem; ideo oportebat
quod duo signarentur, humanitas et di-
vinitas. Per baptismum humanitas; ad
Rom. vi. 4: *Consepulti enim sumus cum
illo per baptismum in mortem*; et per
formam verborum, divinitas; ita quod
sanctificatio est per divinitatem; et ideo
dicit: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus
sancti.* Et ratio est, quia per bap-
tismum fit regeneratio, et in regeneratione
tria requiruntur. Primo, cui fiat; secundo,

per quem; tertio, quo. Cui, scilicet, Deo
Patri, ut dicit Apostolus Rom. viii. 29:
*Quos praescivit, hos et praedestinavit con-
formis fieri imaginis Filii sui.* Et Ioann. i.
12: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his
qui credunt in nomine eius.* Per quem,
quia per Filium; Galat. iv. 4: *Misit
Deus Filium suum... ad adoptionem fi-
liorum recipiendos*, quia per adoptionem
ad naturalem filium sumus filii. Item
quo, quia accepimus donum Spiritus
sancti; ad Rom. viii. 15: *Non accepistis
spiritum servitutis deraum in timore, sed
accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.*
Ideo oportuit fieri mentionem de Patre,
Filio et Spiritu sancto. Et ista in bap-
tismo Christi fuerunt, quia fuit Filius
per quem, Pater a quo, et Spiritus sanc-
tus in columba. Et dicitur, *In nomine*,
id est in invocatione nominis, vel in vir-
tute nominis, quia virtutem habet; Ierem.
xiv. 9: *Tu autem in nobis es,
Domine, et nomen tuum invocatum est
super nos, ne derelinquas nos.* Item di-
cit, *In nomine*, non in nominibus, et
confunduntur haereses, quae non ponunt
distinctionem, in hoc quod dicit, *In no-
mine Patris, et Filii.* Sed confunditur
Arius per hoc quod in singulari dicit,
In nomine.

3176 Notandum quod in primitiva Ecclesia
baptizabatur in nomine Christi. [Cfr.
Sum. III. q. 66, a. 6], et hoc ut red-
deretur nomen venerabile. Sed num-
quid modo sufficeret? Credo quod non,
quia expressa requiritur invocatio Trini-
tatis: In Christo continetur implicite
Trinitas; sic ergo inducit ut eos in-
strueret ad baptismum. Sed contra
Apostolus dicit, quod non misit eum
Deus baptizare sed evangelizare, sed
baptizare per alios, sicut Christus non
baptizabat, sed discipuli eius.

3177 *Docentes eos servare omnia quaecum-
que mandavi vobis.* Sed numquid suffi-

cit ad salutem credere et baptizari? Non;
immo etiam requiritur instructio morum;
ideo dicit: *Docentes servare omnia quae-
cumque mandavi vobis.* Ps. cxviii. 4:
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
Et dicit, *Quae mandavi*, non quae con-
sultui, Unde infra x. 27: *Quae vobis dico,
omnibus dico.*

Tunc ponit tertium: *Et ecce ego vo- 3178
bis cum omnibus diebus usque ad con-
summationem saeculi.* Hic promittit auxi-
lium; quare respondet dicentibus: Tu
mandas quod doceamus omnes, non sum-
mus sufficientes. Non timeatis, quia ego
vobiscum sum. Et notate quod sicut man-
datum ponitur transire in omnes, sic
et auxilium; quia promittit Apostolis
et aliis simile exequentibus: unde ipse
ad Patrem orans dicit Ioann. xvii. vers. 20:
*Non pro eis autem rogo tantum (scilicet
discipulis), sed et pro his qui credituri
sunt per verbum eorum in me.* Unde omni-
bus communiter promittit, Ioann. xiv.
12: *Qui credit in me, opera quae ego
facio, et ipse faciet et maiora horum faciet.*
Item per omne tempus; unde dicit:
*Omnibus diebus usque ad consummationem
saeculi.* Non sic dicit, ut quasi post non
sit nobiscum, nisi usque ad consumma-
tionem saeculi, sed quia tunc erimus
per consummationem in gloria; Apoc.
xxi. 3: *Ecce tabernaculum Dei cum ho-
minibus, et habitabit cum eis, et ipsi po-
pulus eius erunt, et ipse Deus cum eis
erit eorum Deus.* Unde etiam Is. vii
dicitur quod vocabitur nomen eius Em-
manuel, quod interpretatur Nobiscum
Deus. *Usque ad consummationem saeculi*,
quasi dicat: Generatio fidelium fortior
est quam mundus. Non enim peribit mun-
dus, donec omnia fiant, id est, Ecclesia
fidelium consummetur, et compleatur
numerus electorum a Deo in vitam aet-
ernam, cui est honor et potestas per
infinita saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

[EX G. HERRARDINO DECESSA, VOL. II, ITEM, 3].

3179 **S**ECUNDO contemplerur resurrectionis Christi temporalitatem circa quam, secundum scientiam Alexandri de Alex, triplex consideremus tempus. Primo tempus festinationis; secundo tempus expectationis; tertio tempus determinationis.

3180 Primo consideremus Christi resurrectionis tempus festinationis. Non conveniens enim fuit resurrectionem Christi, usque ad generalem resurrectionem omnium corporum retardare. Et hoc, primo nos quantum ad ipsum, secundo nos quantum ad nos.

3181 Primo enim quantum ad ipsum, non debuit Christus retardare eam, et hoc maxime propter duo. Primo propter dissimulatum, secundo propter dignitatem. Primo propter dissimulatum, quia non est similis conditio sua conditio nostra, nam non est a principio creatus, sicut Apostolus (1 Cor. xv) ait: *Secundus homo de caelo creatus*; Glossa ait quia non est de limbo rini, sed nisi divino conceptus est, et natus; nostra vero conditio de principio terreno est; unde ibidem Glossa ait: *qualis terrenus, tales terreni*. Secundo propter dignitatem; quia enim Christus primus est, et maximus in dignitate, ideo dignum est ut prius resurgat in gloria sublimitate: ideo Apocal. ii *Princeps Regni terrarum nominatur*.

SABBATO IN ALBIS

LECTIO SEXTA EVANGELII SECUNDE IOANNIS.
[MAT. XX, 79]

In illo tempore: Una sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum; et vidit lapidem sublatum a monumento.

2. Currenit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum, quem amabat Iesus, et dicit illis: *Talatum*. Dominum de monumento, et nescitis ubi positum est.

3. Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecurrit citius Petro, et venit prius ad monumentum.

5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiit.

6. Venit ergo Simon Petrus secutus eam, et introiit in monumentum, et vidit linteamina posita.

7. et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

8. Tunc ergo introiit, et ille discipulus, qui venerat prius ad monumentum; et vidit et credidit:

9. nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXII. IN EVANGELIIS. *Habitudo populum in basilica beati Ioviani, quae appellatur Constantiniana, Sabbato post Pascha.*

FRACTUS longa molestia stomachus, diu me caritati vestrae de lectionis evangelice expositione loqui prohibuit. Vox namque ipsa a clamoris virtute succumbit; et quia a multis audiri non valeo, loqui, fateor, inter multos erubescio. Sed hanc in me verecundiam et ipse reprehendo. Quid enim? Numquid si multis prodesse nequeas, nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum, numquidnam deo ad aream vacuis redire? Quamvis enim quantos deo ferre non valeo, certe vel paucos, certe vel duos, certe vel unum feram. Habet namque ipsa infirmitas intentio mercedis suae certitudinem; quia supernus arbiter noster, etsi pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere.

3183 Lectio sancti Evangelii, quam modo, fratres, audistis, valde in superficie historia est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub brevitate requirenda: *Maria Magdalene cum adhuc tenebrae essent, venit ad monumentum*. Iuxta historiam notatur hora; iuxta intellectum vero mysticum requirentis signatur intelligentia. Maria etenim auctorem omnium, quem carne viderat mortuum, quaerebat in monumento; et quia hanc mirum invenit, foratim credidit. Adhuc ergo erant tenebrae cum venit ad monumentum. Currenit citius, discipulique nuntiavit. Sed illi praeceteris currebant qui praeceteris amaverunt, videlicet Petrus et Ioannes. *Currebant autem duo simul, sed Ioannes praecurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum*, sed ingredi non praesumpsit. Venit vero posterior Petrus, et introiit. Quid, fratres,

quid cursus iste significat? Numquid haec tam subtilis Evangelicae descriptio a mysteris vacare credenda est? Minime. Neque enim se Ioannes et praesens et non intrasse diceret, si in ipsa sua trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Ioannem nisi Synagoga; quid per Petrum nisi Ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quod per iuniorum Synagoga, per seniores vero Ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad Dei cultum prior est Synagoga quam Ecclesia gentium, ad usum tamen saeculi prior est multitudo gentium, quam Synagoga, Paulo attestante, qui ait: *Quia non prius quod spirituale est, sed quod animale* (1 Cor. xv, 46). Per seniores ergo Petrum significatur Ecclesia gentium: per iuniores vero Ioannem Synagoga Iudaeorum. Currebant ambo simul: quia ab ortu sui tempore usque ad occasum, pari et communi via, etsi non pari et communi sensu, gentilitas cum Synagoga ecurrit.

3184 Venit Synagoga prior ad monumentum, sed minime intravit, quia Legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione Dominica audivit, sed credere in mortuum noluit. Vidit enim Ioannes posita linteamina, non tamen introiit: quia videlicet Synagoga et Scripturae sacrae sacramenta cognovit, et tamen ad fidem passionis Dominicae credendo intrare distulit. Quem diu longaeque prophetavit, praesentem vidit, et result: hominem esse despexit, Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia et citius currenit, et tamen ante monumentum vacua stetit: *Venit autem Simon Petrus sequens eam, et introiit in monumentum*, quia secuta posterior Ecclesia gentium, Meditatore Dei et hominum hominem Iesum Christum: et cognovit carne mortuum, et viventem credidit Deum. *Vidit*

linteamina posita et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Quid esse, fratres, credimus, quod sudarium capitis Domini cum linteaminibus non invenitur in monumento, nisi quia Paulo attestante, caput Christi Deus, et divinitatis incomprehensibilia sacramenta: ab infirmitatis nostrae cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creaturae transcendit naturam? Et notandum quod non solum separatim, sed etiam involutum inveniri dicitur in unum locum. Linteum quippe quod involvitur, eius nec initium nec finis aspiciunt. Recte ergo sudarium capitis involutum inventum est: quia celsitudo divinitatis nec coepit esse, nec desinit: nec per initium nascitur, nec termino coangustatur.

3185 Bene autem additur: *In unum locum*; quia in scissura mentium Deus non est. Deus quippe in unitate est, et illi eius habere gratiam mereatur, qui se ab invicem per sectarum scandala non dividit. Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi, potest etiam sudarii nomine exprimi labor Dei: qui in se quidem semper quietus atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denuntiat, cum duras hominum pravitates portat. Unde et per prophetam dicit: *Laboravi sustinens* (IER. vi, 11). Deus autem apparuit in carne, laboravi ex nostra infirmitate. Quem laborem passionis eius dum increduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dedignati sunt credere immortalem esse divinitate. Unde etiam Ieremias ait: *Reddes eis vicem, Domine, iuxta opera manuum suarum: dabis eis scutum cordis laborem tuum* (THRES. iii, 64, 65). Ne enim praedicationis spicula eorum corda penetrarent, dum passionis eius laborem dedi-

gnati sunt, quasi eundem laborem illius pro scuto tenerunt, ut eo ad se tendere eius verba non permitterent, quo eum labore usque ad mortem viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitis, id est, Dei membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamenta signantur, quae nunc electos omnes, id est, eius membra conspiciunt. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat, eorsum invenitur: quia ipsa Redemptoris nostri passio longe a nostra passione disincta est: quoniam ipse sine culpa pertulit, quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus invit.

386 Sequitur: *Tunc ergo introivit et ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum.* Postquam intravit Petrus, ingressus est et Ioannes. Posterior intravit, qui prior venerat. Notandum, fratres, est quod in fine mundi ad Redemptoris fidem etiam Iudaea colligetur, Paulo attestante qui ait: *Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fuerit* (Rom. xi, 25, 26). *Et vidit et credidit.* Quid, fratres, quid aestimandus est credidisse? Numquid quia Dominus resurrexerat, quem quaerebat? Non utique: quia adhuc tenebrae erant ad monumentum, et subiuncta quoque verba contradicunt, cum dicitur: *Nondum enim sciebant Scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere.* Quid ergo vidit, et quid credidit? Vidit linteamina posita, et credidit quod mulier dixerat, de monumento Dominum fuisse sublatum. Quia in re divinae dispensationis magnitudo pensanda est: quod discipulorum corda et accenduntur ut quaerant, et differuntur ne inveniant: quatenus infirmitas animi ipso suo moerore cruciata, et purgator ad invenendum fiat, et tanto validius teneat, cum invenerit, quanto tardius invenerit quod quaerebat.

Haec sub brevitate, fratres charissimi, 387 de evangelica lectione transcurramus: nunc restat, ut de ipsa tantae solennitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim recte nobilitatem sollemnitatis dicam; quia sollemnitates ceteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum vel Cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur, ita haec sollemnitas recte dici potest sollemnitas sollemnitatum. Ex hac quippe sollemnitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes coelestis patriae aperta, et facta superni regni iam praesumptibilis gloria. Per hanc electi, qui quamvis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amoena reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua Dominus implevit: *Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me* (Ioan. xii, 32). Omnia enim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque etenim infideles quosque et pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgendo reparavit; sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide et actibus recognovit. Unde recte etiam per Osee dicit: *Ero mors tua, o mors; ero morsus tuus, inferne* (Osee xiii, 14). Id namque quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus, partem abstrahimus partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis existit. Quia vero ex inferno partem abstulit, et partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: *Ero mors tua, o mors.* Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditus perimo, ero mors tua: ero morsus tuus, inferne, quia sublati eis, te ex parte transigo. Quae est ergo ista sollemnitas, quae inferni claustra destruxit et

ianuas nobis regni coelestis aperuit? Inquiratur subtilius nomen eius. Requiritur egregius praedicator.

388 Videamus quid de eius aestimatione denuntiet. Ait enim: *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus* (I Cor. v, 7). Si ergo pascha Christus, pensandum nobis est quid de pascha lex loquitur: ut indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: *Sument de sanguine agni, ac ponent super utrumque postem, et in superliminariibus domarum in quibus comedent illum: et edent carnes nocte illa assas igni, et azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crurum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis, nec remanebit ex eo quidquam usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Ubi et additur: Sic autem comedetis illum. Rems vestros accingetis, et calcamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinantes* (Exon. xii, 7 ss.). Quae videlicet cuncta magnam nobis aedificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis namque sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In utroque etenim poste sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic Redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari passionem illius necdum velit, in uno poste sanguinem posuit, qui etiam in superliminariibus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quae praecinet actio-

ni. Qui ergo intentionem cogitationis suae ad imitationem Dominicae passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostrae ipsa sunt corpora, in quibus quousque vivimus, habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus, quia cruce passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur: *Et edent carnes nocte illa assas igni.* In nocte quippe agrum comedimus, quia in sacramento modo Dominicum corpus accipimus, quando adhuc adinvicem nostras conscientias non videmus. Quae tamen carnes igni assandae sunt: quia nimirum dissolvit ignis carnes, quas aqua coxerit: quas vero ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentior reddidit atque ad incorruptionem roboravit. Qui enim ex morte convulsi, videlicet carnes illius ab igne druerunt. Unde etiam per Psalmistam dicit: *Exaruit velut testa virtus mea* (Psalm. xxi, 16). Quid namque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur ut solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis crevit.

389 Sed sola Redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram sollemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque et bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus et sanguinem illius ore percipere, et ei perversis moribus contraire? Unde bene adhuc ad comedendum subditur: *Et azymos panes cum lactucis agrestibus.* Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanae gloriae exercet, qui mandata misericordiae sine admixtione peccati exhibet: ne perverse diripiatur, quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bo-

nae suae actioni miscuerant, quibus Prophetas voce per increpationem Dominus dicebat: *Venite ad Bethel et impie agite* (Amos iv, 4). Atque post pauca: *Et sacrificale de fermentato laudem*. De fermentato namque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactucae vero agrestes valde amarae sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edendae, ut cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo poenitentiae abstergat a mentis stomacho perversae humorum vitae. Ubi et subditur: *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua*. Ecce iam nos ipsa verba historiae ab intellectu historico repellent. Numquid, fratres charissimi, israeliticus ille populus in Aegypto constitutus, comedere agnum crudum consueverat, ut ei lex dica: *Non comedetis ex eo crudum quid?* Ubi et additur: *Nec coctum aqua*. Sed quid aqua, nisi humanam scientiam designat, iuxta hoc quod per Salomonem sub haereticorum voce dicitur: *Aquae furtivae dulces sunt* (Prov. ix, 17). Quid crudae agni carnes, nisi inconsideratam ac sine reverentia cogitationis relictam illius humanitatem significant? Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia Redemptor noster nec purus homo aestimandus est, neque per humanam sapientiam, qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus. Omnis enim qui Redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per divinitatis eius intelligentiam voluit? Omnis vero qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis eius mysterium per dissolutam

vult scientiam penetrare. Qui ergo Paschalis gaudii solemnitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquit, nec crudum comedit: ut neque per humanam sapientiam profunditatem illius incarnationis penetrare appetat, neque in eum tamquam in hominem purum credat: sed assas igni carnes comedit, ut dispensari omnia per sancti Spiritus potentiam sciat. De quo adhuc recte subiungitur: *Caput cum pedibus et intestinis vocabitis*: quia Redemptor noster est et eo, Deus videlicet ante saecula, et homo in fine saeculorum. Et sicut iam praediximus, fratres, Paulo attestante didicimus, quod *caput Christi Deus est* (I Cor. xi, 3). Caput ergo agni vorare, est divinitatem illius fide percipere. Pedes vero agni vorare, est vestigia humanitatis eius amando et imitando perquirere. Quid vero sunt intestina, nisi verborum illius occultia et mystica mandata? Quae tunc voramus, cum verba vitae cum aviditate sumimus. In quo devorations verbo quid aliud quam pigritiae nostrae torpor reprehenditur? Qui eius verba ac mysteria et per nosmetipsos non requirunt, et dicta ab aliis audimus inviti. *Non remanet ex eo quidquam usque mane*: quia eius dicta magna sunt sollicitudine discutenda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac praesentis vitae nocte omnia illius mandata intelligendo et operando penitentur. Sed quia valde difficile est, ut omne saecrum eloquium possit intelligi, et omne eius mysterium penetrari, recte subiungitur: *Si quid autem remanserit, igne comburetis*. Quod ex agno remanet, igne comburimus, quando hoc, quod de mysterio incarnationis eius intelligere et penetrare non possumus, potestati sancti Spiritus humiliter reservamus: ut non superbe quis audeat vel contemneret vel denuntiare quod non intelligit: sed

hoc igni tradit, cum sancto Spiritui reservat.

3190

Quia igitur qualiter edendum sit Pascha cognovimus, nunc a qualibus edi debet, agnoscamus. Sequitur: *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis*. Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Unde et Psalmista postulat, dicens: *Vra carnes meas* (PSAL. xxv, 2). Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos uri minime petisset. Unde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam praevaluit, de illo voce Dominica dicitur: *Potestas eius in humis eius* (Ion xi, 11). Qui ergo Pascha comedit, habere renes accinotos debet: ut qui solemnitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptionis iam per vitia nulli subiaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognovit quae sit solemnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiaceat. Haec quibusdam dura sunt; sed angusta porta est, quae ducit ad vitam. Et habemus iam multa exempla continentium. Unde et bene adhuc subditur: *Calcamenta habebitis in pedibus*. Quid sunt enim pedes nostri, nisi opera? Quid vero calcamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calcamenta autem pedes mutant. Quae vero sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri mutantur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad aeternam patriam praecesserunt? Quorum dum exempla conspiciamus, nostri operis pedes munimus. Calcamenta enim in pedibus habere, est mortuorum vitam conspiciere, et nostra vestigia a peccati vulnere custodire. *Tenentibus baculos in manibus*. Quid lex per baculum nisi pastorem custodiam designat? Et notandum, quod prius praecipitur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia illi debent curam pastorem susci-

pire, qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuriae edomare: ut cum aliis fortia praedicant, ipsi desideris mollibus enerviter non succumbant. Bene autem subditur: *Et comedetis festinantes*. Notate, charissimi fratres, notate quod dicitur, *festinantes*. Mandata Dei, mysteria Redemptoris, coelestis patriae gaudia cum festinatione cognoscite, et praeccepta vitae cum festinatione implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene agere, scimus utrum cras liceat, ignoramus. Festinantes ergo Pascha comedit, id est, ad solemnitatem patriae coelestis anhelat. Nemo in huius vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia innectat, sed coepa perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat. Si ad amorem Dei pigri non sumus, adiuvat ipse quem amamus, levas Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. GERARDO BERTINI, VOL. II, SERMO 18)

Secundo vero non fuit conventio, quantum ad nos, quod differret tantum resurrectio eius: immo necessarium erat nobis, et hoc maxime propter tria, scilicet, ut generaret in nobis, primo fidem, secundo spem, tertio charitatem. Primo quidem ut generaret, et faceret in nobis fidem, resurrectio eius, quae nisi resurrexerit, quasi nullas deinceps crederet ipsum esse Deum. Secundo, ut generaret in nobis spem resurrectionis nostrae (Ico Apoc. 17: *Res. Frangentes vitruvianum* merito dictus est, ut sicut primus homo in hoc saeculo vixit, ut ipse maneret, et filius eius videret mortuos, sic etiam merito Christus dicitur patrem genitum mortuorum, quando primus in alio saeculo a morte surgens vixit, ut ipse in aeternum viveret, ac filios in aeternum victuros non solum meritis, et gratia generaret, verum etiam nobis firmam spem de resurrectione nostra praestaret. Maximus quoque in sermone de Paschate ait: Est in Christo homo resuscitato misericordiam nostram ergo, sanguis et portio: ubi ergo portio mea regnat, regnare credo me: ubi dominatus sanguis meus,

dominari me sentio: ubi vero glorificatur caro mea, ibi me gloriosum esse cognosco. Et iterum Gregorius super illud xv. *Mortuorum. Scio, quod redemptor meus vivit*, sic ait: Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem, ut posse resurgere confidamus. Tertio vero, ut generaret in nobis charitatem: non enim possemus ita allici ad amorem gloriae sempiternae, nisi daretur nobis forma, et exemplar resurrectionis nostrae: unde I. *Corinth. xv. Priusquam Christus*, fecer dignitas in Christo, per quam oportet resurgere; hinc Glossa ibidem ait: Primum tempore, maximam dignitatem, qui prior resurrexit ut fidei faceret, et formam resurrectionis daret.

DOMINICA IN ALBIS

LECTIO BARUCHI EVANGELII SECUNDE IERONIMI.
Ierom. lxxv. 193.

In illo tempore: Cum sero esset die illo, una sabbatorum, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter missam factam: venit Iesus, et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis.

30. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisus sunt ergo discipuli, viso Domino.

31. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.

32. Haec cum dixisset, innuavit: et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.

33. Quorum remisistis peccata, remittentur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.

34. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis: quando venit Iesus.

35. Dixerant ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius clavuram, et mittam digitum meum in locum clavuram, et mittam manum meam in latus eius, non credam.

36. Et post haec facta, venim erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis.

37. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas: et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et tolli esse incertibus, sed fidei.

38. Respondit Thomas, et dixit ei: Domine, meus et Deus meus.

39. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me, Thomas, crederis: beati qui non viderunt, et crediderunt.

40. Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc.

41. Haec autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: et ut credentes, etiam habeatis in nomine eius.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homilia XXVI. in Evangelia. Habita ad populum in basilica beati Iohannis, quae dicitur Constantiniana, in octavis Paschae.

Prima lectionis huius evangelicæ 3199
questio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est, quod divina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa nostri Redemptoris opera, quae ex semetipsis comprehendendi nequam possunt, ex alia eius operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidei praebent facta mirabiliora. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis ianuis post resurrectionem suam in aeternum iam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero Virginis exivit? Sed quia ad illud corpus, quod videri poterat, fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus manus et latus: palpandam carnem praebuit, quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionem suam corpus suum et incorruptibile, et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur; et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inaestimabili Redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem, et palpabile corpus exhibuit: ut monstrando incorruptibile, invitaret ad praemium; et praebendo palpabile, firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit, ut profecto esse post resurrectionem ostend-

deret corpus suum et eiusdem naturae et alterius gloriae.

3198 Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Id est, sicut misit me Pater Deus Deum, et ego mitto vos homo homines. Pater Filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amavit Filium, quem ad passionem misit. Electos vero apostolos Dominum non ad mundi gaudia, sed, sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et Filius amatur a Patre, et tamen ad passionem mittitur: ita et discipuli a Domino amantur, qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque dicitur: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos: id est, ea vos charitate diligo, cum inter scandala persecutorum mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamvis mitti etiam iuxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso a Patre Filius mitti dicitur, quo a Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum, qui cum sit coequalis Patri et Filio, non tamen incarnatus est, idem se Filius mittere perhibet, dicens: Cum venerit Paracletus, quem ego mitto vobis a Patre (IOHNS. xv. 26). Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi, sanctus proculdubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de Patre procedit et Filio. Sicut itaque Spiritus mitti dicitur quia procedit; ita et Filius non incongrue mitti dicitur quia generatur.

3199 Haec autem cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quaecumque nobis est, quid est quod Spiritum sanctum Dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel

coelo praesidens? Neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus aperte monstratur nisi, nunc cum per insufflationem percipitur, et postmodum cum de coelo veniens in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de coelo mittitur, nisi quod duo sunt praecepta charitatis, dilectio videlicet Dei et dilectio proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus, e coelo datur Spiritus ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas et duo praecepta: ita unus Spiritus et duo data. Prius a consistente Domino in terra, postmodum e coelo; quia in proximi amore dicitur, qualiter perveniri debeat ad amorem Dei. Unde et idem Iohannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? (I IOHNS. iv. 20). Et ante quidem discipulorum mentibus idem Spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde et scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus (IOHNS. vii. 39). Unde etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra (DEUT. xxxii. 13). Neque enim quidquam tale iuxta historiam legitur, si tota Testamenti veteris series reconseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem: Petra erat Christus (I Cor. x. 4), mel de petra suxerunt, qui eiusdem Redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt, quia effusione sancti Spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit; quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis, per

dominari me sentio: ubi vero glorificatur caro mea, ibi me gloriosum esse cognosco. Et iterum Gregorius super illud xiv *Marianum. Scio, quod redemptor meus vivit*, sic ait: Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem, ut posse resurgere confidamus. Tectio vero, ut generaret in nobis charitatem: non enim possemus ita allici ad amorem gloriae sempiternae, nisi daretur nobis forma, et exemplar resurrectionis nostrae: unde I. Cor. xv: *Primum Christus*, fecit dignitas in Christo, per quam oportet resurgere; hinc Glossa ibidem ait: Primum tempore, maxime dignitate, qui prior resurrexit ut fidei faceret, et formam resurrectionis daret.

DOMINICA IN ALBIS

LECTIO BARUCHI EVANGELII SECUNDE IERONIMI.
Ierom. xv, 19-21.

In illo tempore: Cum sero esset die illo, una sabbatorum, et fores essent clausae, ibi erant discipuli congregati propter missam factam: venit Iesus, et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis.

30. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisus sunt ergo discipuli, viso Domino.

31. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.

32. Haec cum dixisset, innuavit: et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.

33. quorum remisisset peccata, remittitur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.

34. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis: quando venit Iesus.

35. Dixerant ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius, hauriam clavos, et mittam digitum meum in locum clavos, et mittam manum meam in latus eius, non credam.

36. Et post haec facta, venim erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis.

37. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas: et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et tolli esse incertibus, sed fidei.

38. Respondit Thomas, et dixit ei: Domine, nonne et Deus meus?

39. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me, Thomas, crederis: beati qui non viderunt, et crediderunt.

40. Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc.

41. Haec autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: et ut credentes, etiam habeatis in nomine eius.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXVI. IN EVANGELIO. *Haec est populum in basilica beati Joannis, quae dicitur Constantiniana, in ecclesia Paschali.*

Prima lectionis huius evangelicæ 3199
questio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est, quod divina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa nostri Redemptoris opera, quae ex semetipsis comprehendendi nequam possunt, ex alia eius operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidei praebent facta mirabiliora. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis ianuis post resurrectionem suam in aeternum iam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero Virginis exiit? Sed quia ad illud corpus, quod videri poterat, fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus manus et latus: palpandam carnem praebuit, quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionem suam corpus suum et incorruptibile, et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur; et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inaestimabili Redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem, et palpabile corpus exhibuit: ut monstrando incorruptibile, invitaret ad praemium; et praebendo palpabile, firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit, ut profecto esse post resurrectionem osten-

deret corpus suum et eiusdem naturae et alterius gloriae.

3198 Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Id est, sicut misit me Pater Deus Deum, et ego mitto vos homo homines. Pater Filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amavit Filium, quem ad passionem misit. Electos vero apostolos Dominus non ad mundi gaudia, sed, sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et Filius amatur a Patre, et tamen ad passionem mittitur: ita et discipuli a Domino amantur, qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque dicitur: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos: id est, ea vos charitate diligo, cum inter scandala persecutorum mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamvis mitti etiam iuxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso a Patre Filius mitti dicitur, quo a Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum, qui cum sit coequalis Patri et Filio, non tamen incarnatus est, idem se Filius mittere perhibet, dicens: Cum venerit Paracletus, quem ego mitto vobis a Patre (IOHNS. xv, 26). Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi, sanctus proculdubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de Patre procedit et Filio. Sicut itaque Spiritus mitti dicitur quia procedit; ita et Filius non incongrue mitti dicitur quia generatur.

3197 Haec autem cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quaecumque nobis est, quid est quod Spiritum sanctum Dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel

coelo praesidens? Neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus aperte monstratur nisi, nunc cum per insufflationem percipitur, et postmodum cum de coelo veniens in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de coelo mittitur, nisi quod duo sunt praecepta charitatis, dilectio videlicet Dei et dilectio proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus, e coelo datur Spiritus ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas et duo praecepta: ita unus Spiritus et duo data. Prius a consistente Domino in terra, postmodum e coelo; quia in proximi amore dicitur, qualiter perveniri debeat ad amorem Dei. Unde et idem Iohannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? (I IOHNS. iv, 20). Et ante quidem discipulorum mentibus idem Spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde et scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus (IOHNS. vii, 39). Unde etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra (DEUT. xxxii, 13). Neque enim quidquam tale iuxta historiam legitur, si tota Testamenti veteris series reconseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli vocem: Petra erat Christus (I Cor. x, 4), mel de petra suxerunt, qui eiusdem Redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt, quia effusione sancti Spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit; quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis, per

afflictionem Spiritus donum sanctae unctionis emanavit.

3195

De hoc oleo per Prophetam dicitur: *Computrescet iugum a facie olei* (Is. 3, 27). Sub iugo quippe tenebamur daemoniae dominationis, sed uncti sumus oleo Spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis unxit, dominationis daemoniae iugum putruit, Paulo attestante, qui ait: *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas* (II Cor. iii, 17). Sciendum vero est, quod hi qui prius Spiritum sanctum habuerunt, ut et ipsi innocenter viverent, et in praedicatione quibusdam prodesse; idcirco hunc post resurrectionem Domini patentem acceperunt, ut prodesse non paterent, sed pluribus possent. Unde et in hac ipsa datione Spiritus dicitur: *Quorum remisistis peccata remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt*. Libet intueri, illi discipuli ad tanta opera humilitatis vocati ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi sunt, sed etiam alienae obligationis potestatem relaxationis accipiunt: principatumque superni iudicii sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos a Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt; et alios damnant vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant.

3196

Horum profecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vitae suae, iudex vitae fiat alienae. Et plerumque contingit, ut hic iudicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat. Ac saepe agitur, ut vel damnet immeritos, vel a-

lios ipse ligatus solvat. Saepae in solvendis ac ligandis subditis suae voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipsa haec ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subditorum moribus exceret. Saepae fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor; indicare autem de subditis digne nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per Prophetam dicitur: *Mortificabant animas quae non moriuntur; et vivificabant animas quae non vivunt* (Ezech. xiii, 19). Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat. Et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere conatur.

Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est quae culpa praecessit, aut quae sit poenitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio praesidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quadruidam mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet demonstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit et vivificavit, dicens: *Lazaro, veni foras* (Ioann. xi, 43): et postmodum is, qui vivens egressus fuerat, a discipulis est solutus, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset qui fuerat ligatus insulis, tunc dixit discipulis: Solvite eum, et amite abire*. Ecce illum discipuli iam viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent, foetorem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est, quod illos nos debemus per pastorem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cogno-

3197

scimus per suscitantem gratiam vivificare. Quae nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur: *Revivisce, sed: Veni foras*. Omnis quippe peccator, dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur, *Veni foras*. Ac si aperte cullibet mortuo in culpa diceretur: *Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere, qui apud te interior per negationem latet. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras solvant discipuli: ut pastoris Ecclesiae ei poenam debeant amovere, quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Haec de solutionis ordine breviter dixerim; ut sub magno moderamine pastores Ecclesiae vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste, an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste; nec pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia, culpa quae non erat, fiat. Sed quia haec breviter per excessum diximus, ad expositionis ordinem redeamus.*

3198

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur: *Vidimus, non erat cum eis quando venit Iesus*. Iste unus discipulus defuit, reversus quod gestum est audivit, audita credere renuit. Venit iterum Dominus, et non credenti discipulo latus palpan-

dum praebuit, manus ostendit, et ostensa suorum cicatrice vulnere, infidelitatis illius vulnus sanavit. Quid, fratres charissimi, quid inter haec animadvertitis? Numquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc desset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomas infidelitatis ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducit, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Sic quippe discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans et palpans testis verae resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimae virginitatis.

3199

Palpavit autem et exclamavit: *Domine meus, et Deus meus. Dicit et Iesus: Quia vidisti me, Thomas, credidisti*. Cum Paulus apostolus dicat: *Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium* (HEBR. xi, 1): profecto liquet, quia fides illarum rerum argumentum est, quae apparere non possunt. Quae etenim apparent, iam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: *Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit*. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, et Deum confessus est, dicens: *Domine meus, et Deus meus*. Videndo ergo credidit, qui

considerando verum hominem, hunc Deum quem videre non poterat, exclamavit.

3200 Laetificat valde quod sequitur: *Beati qui non viderunt, ei crediderunt*. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui cum quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit. Quo contra de his, qui fidem nomine tenus retinent, Paulus dicit: *Confiteatur se esse Deum, factis autem negant* (I Cor. I, 16). Hinc Iacobus ait: *Fides sine operibus mortua est* (Iac. 2, 26). Hinc ad bestium Job de antiquo hoste generis humani Dominus dicit: *Absorbent fluvium, et non mirantur, et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius* (Job. xli, 18). Quis etenim per fluvium designatus, nisi humani generis fluxus? Quod videlicet genus ab ortu ad finem deluait et quasi aquae tunc usque ad competentem terminum ex carnis liquore percurrit. Quid per Iordanem nisi baptizatorum forma signatur? Quia enim in Iordane flumine ipse auctor redemptionis nostrae baptizari dignatus est, recte Iordanis nomine eorum multitudo exprimitur, qui intra sacramentum baptismatis tenentur. Antiquus ergo hostis generis humani fluvium absorbit: quia a mundi origine usque ad Redemptoris adventum, vix paucis diebus evadentibus, in ventrem suae malitiae genus humanum traxit. De quo recte dicitur: *Absorbent fluvium, et non mirantur, quod influat Iordanis in os eius*: quia postquam infideles quosque a mundi origine rapuit, adhuc se posse suscipere etiam fideles praesumit. Nam ore pestiferat persuasionis eos quotidie devorat,

in quibus a confessione fidei reproba vita discordat.

Hoc ergo, fratres charissimi, tota intentione pertimescite: hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce paschalia solemnia agimus: sed ita vivendum est nobis, ut pervenire ad aeterna festa mereamur. Transeunt cuncta, quae temporaliter festiva celebrantur. Curate, qui his solemnitatibus interestis, ne ab aeterna solemnitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis angelorum? Umbra venturae solemnitatis est solemnitas praesens. Ideo hanc annue agimus, ut ad illam quae non est annua, sed continua, perveniamur. Cum haec statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra reficitur. Frequentatione ergo gaudii temporalis ad aeterna gaudia mens incalcescat et ferveat: ut ex veritate laetitiae perfruatur in patria quod de umbra gaudii meditatur in via. Vitam ergo vestram, fratres, moresque componite. Is qui mitis resurrexit ex morte, quam districtus in iudicio veniat, praevideat. Certe in die tremendi examinis suis, cum angelis, cum archangelis, cum thronis, cum dominationibus, cum principibus et potestatibus apparuit, coelis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequii terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris iudicem ante oculos ponite: hunc venturum timeat, ut hunc, cum venerit, non timidi, sed securi videatis. Timendus ergo est, ne timeatur. Terror eius nos ad usum bonae operationis exercet: metus illius vitam nostram a pravitate compescat. Mihi, fratres, crelite, quia tanto tunc erimus securi de eius praesentia, quanto nunc esse satagnis suspecti de culpa.

Certe si aliquis vestrum cum suo adversario causam dicturus in meo iudi-

cio die crastino esset exhibendus, totam fortasse noctem insonnem dueret, quid sibi dici posset, quid obiectionibus responderet, secum sollicita et aestuante mente versaret: ne me inveniret asperum, vehementer metueret: ne apud me appareret noxius, formidaret. Et quis ego? aut quid ego? nimirum non longe post futurus post hominem vermis, atque post vermem pulvis. Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulveris: qua intentione cogitandum est, qua formidine praevidendum tanta iudicium maiestatis?

3205 Sed quia sunt nonnulli, qui de resurrectione carnis incerti sunt, et hanc tunc rectius docemus, si etiam cordium vestrorum quaestionibus occultis occurrimus: pauca nobis de ipsa resurrectione fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubitant, sicut et nos aliquando fuimus, qui dum carnem in putredinem ossaque in pulverem redigi per sepulchra conspiciunt, reparari ex pulvere carnem et ossa diffidunt: sicut apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur? quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus: quia longe minus est Deo reparare quod fuit, quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit, qui simul omnia ex nihilo creavit? Mirabilis namque est coelum et terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur, et in carnem redire posse desperatur: et divinae operationis virtus comprehendi quasi ex ratione quaeritur. Qui scilicet haec idcirco in suis cogitationibus dicunt, quia eis quotidiana Dei miracula ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota quae nascitura est arboris moles. Constituamus namque ante

oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem: cogitemus unde oriendo coepit, quae ad tantam molem crescendo pervenit. Invenimus proculdubio eius originem, parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticis, saporis odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum. Contractatum namque seminis granum non est validum, unde ergo processit ligni duritia? non est asperum, unde asperitas corticis erupit? non est saporum, unde sapor in fructibus? olfactum nil redolet, unde odor in fructibus fragrat? nil in se viride ostendit, unde foliorum viriditas exivit? Cuncta ergo in semine simul latent, quae tamen non simul ex semine procedunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit virgultum, ex virgulto oritur fructus, in fructu etiam producitur semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quod igitur, mirum, si ossa, nervos, carnem capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia in magna mole arboris ex parvo quotidie semine restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem quaerit, earum rerum ci quaestiones inferendae sunt, quae et incessanter fiunt, et tamen ratione comprehendi nequaquam possunt: ut dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione divinae potentiae credat, quod audit. Illa ergo vobiscum, fratres charissimi, promissa cogitate quae permanent: quae vero cum tempore transierint, velut iam dimissa despiciat. Ad huius resurrectionis gloriam, quam in se Veritas ostendit, tota intentione festinate. Terrae desideria, quae ab auctore separant, fugite: quia tanto altius ad conspectum Dei omnipotentis pertingitis, quanto Mediatorem Dei et hominum singularius amatis. Qui vivit

et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. IERONIMO SERMONI, VOL. II, SERMO 310.)

3204 **S**ecundo consideremus resurrectionem Christitem post expectatum; quia non statim resurrexit post mortem, sed post triduum egressus est: unde super illud I. Cor. xvi. *Resurrexit tertia die*, ait Glossa: Probata vero morte, et hoc tertia die, ut ostendatur et potestate nos posse sanctificare. Si enim statim resurrexisset, non vere mortuus crederetur. Quam igitur debet resurgere, ita, ut veram mortem probaret, differri debuit resurgere, quia usque ad tertium diem. Et maxime propter tria: Primo propter significationem secundo propter probationem: tertio propter ostensionem.

3205 Primo, inquam, propter significationem; unde super illud I. Cor. xv. *Operiebatur Christi, et consepuit in mortuis tertia die*, Glossa ait: Mortuo Iesu fidei, et duobus noctibus in sepulchro iacentis, quia Ioseph id est gratiam suam mortis quoad in carne, et anima erant, exposuit: et hoc ad designationem quod lux suae mortis duplicem nostram mortem caruit.

3206 Secundo propter probationem: Quia sicut in ore amorum, *vel iterum dicit omne verbum*, sicut dicitur Matth. xviii. sic in tribus diebus factum omne, unde hic literaliter, accitit, ut prodiret veram mortem, secundum Glossam praedictam.

3207 Tertio propter ostensionem, scilicet, sine significare potestatis: nam si statim resurrexisset, non videretur habere potestatem resumendi vitam suam, sicut et ponere sicut ipse Ioh. x. attestatus est, dicens: *Potestatem habeo ponendi vitam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam*: et hoc est, quod super illud I. Cor. xvi. *Resurrexit tertia die*, Glossa ait: Probata vero morte, etc. sicut supra patuit.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Petri Chrysostomi.

SERMO 24.

3208 **D**IEBUS quadraginta, quibus post resurrectionem suam Dominus diverso modo refertur, et creditur suis apparuisse discipulis, haud immerito sermone ipsis lectionibus, ipsis

deservit, et nititur sacramentis, ut Dominicae passionis moerorem multiplici resurrectionis indicio perfectum vestrae charitatis convertat in gaudium: et qui ante per virtutem suam nostro resurrexit in corpore, nunc etiam per fidem nostris resurgat in cordibus. *Et cum esset sero die illa una sabbatorum, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum: venit Iesus, et stetit in medio eorum.* Cum esset sero: erat plus moerore, quam tempore: sero est moeroris et tristitiae nullo mentibus obscuratis. *Sero erat.* Quia et si crepusculum dederat aliquod resurrectionis indicium, necdum tamen eis Dominus refuserat plena sui luminis claritate. *Et cum fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum.* Magnitudo terroris et facinoris tanto turbine discipulorum domum simul et corda conculserat: et ita totum luminis abdicarat ingressum, ut magis, magisque moerore sensibus occupatis caeca noctis augetur offusio.

Nullae noctis tenebrae caligini moeroris et formidinis comparantur, quia nullo possunt aut consolationis, aut consilii lumine temperari. Audi Prophetam: *Tremor et tremor venerunt super me, et operuerunt me tenebrae. Et cum fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum: venit Iesus, et stetit in medio eorum.* Rogo, cur dubitatur clausi corporis arcanum, et obseratum tota integritate domicilium virginale absoluta divinitas potuisse penetrare, quae post resurrectionem corporis nostri crassata mysterio, foribus ingreditur et egreditur clausis: talique indicio se totius creaturae demonstrat auctorem, cui non obsistit, cui deservit ad omnia creatura? Sed si conceptum, partumque virginitas excusare suo necesse creatori, si ingressum, egressumque

clausa ianua Creatori suo non potest denegare, quemadmodum lapis monumenti, quamvis magnus, quamvis Iudaica malitia obsignatus, resurgenti poterat obsistere Salvatori? Sed sicut virginitas et ianua claustris suis fidem faciunt deitatis: ita revolutus lapis fidem resurrectionis affirmat, qui nullum revolutus Domino suo praeparavit egressum, sed nocte fidei praestat et admittit ingressum.

3209 *Venit Iesus, et stetit in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis.* Discipulorum corda fidei et dubitationis, desperationis et spei, defectus, et magnanimitatis, continui conflictus praetelia sustinebant: talium ergo cogitationum bella inspector praevidens, secretorum pacem primitus se videntibus reddidit, ut qui taliter ablati materiam reliquerat confiligeri, redditus oculis eorum causam totam certaminis amputaret. *Gavisi sunt, inquit, discipuli, viso Domino.* Gavisi sunt: quantum post tenebras gratior lux est, serenitas post tempestatis obscura, tantum est acceptius gaudium post moerorem.

3210 *Dicit eis iterum: Pax vobis.* Quid repetitae pacis largitus ista manifestat, nisi quia quietem, quam sensibus indixerat singulorum, vult etiam inter eos repetitae pacis donatione servari: quos utique non modica habituros esse noverat in posterum de sua cunctatione certamina: dum unus se in fide perstiterit iactaret, dubitasse alter moereret. Ut ergo et arrogantis iactantiam, tumoremque reseraret, et eius qui infirmus fuerat, sanaret, et excluderet passionis, causae, non discipulis quidquid acciderat pius, moderator ascribens, imperio pacis suae bella nascitura compressit: ne alter alteri improperaret, quod ipse, cui totum debebatur, donaverat in futuro. Petrus negat, Ioannes

fugit, Thomas dubitat, cuncti relinquunt: quibus nisi pacem suam Christus dedisset, et Petrus qui primus erat omnium, putaretur inferior, et sequens indibite forsitan tolleretur adversus primum. *Sicut misit me, Pater, sic et ego mitto vos.* Missi sermo non minorat Filium, sed declarat: quia non mittentis potestatem hic, sed missi voluit intelligi claritatem, cum dicit: *Sicut misit me Pater:* Non Dominus, sed Pater. *Sic et ego mitto vos.* Non auctoritate adhuc iubentis, sed toto diligentis affectu: mitto vos ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad squalorem carceris, ad perferenda omnia genera poenarum, ad subievandum cunctis execrabile mortis iugum, quae omnia charitas utique humanis mentibus imperat, non potestas. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.* Dedit potestatem remittendi peccata: qui in sufflatione sua infudit ipsum cordibus eorum, et largitus est remissorem.

3211 *Hoc cum dixisset, insufflavit eis, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Ubi sunt qui per homines hominibus remitti peccata non posse praescribunt? qui semel diabolica impulsione collapsos opprimunt, ne se erigant? qui languoribus curam, vulneribus crudeli spiritu subtrahunt, negantque medicinam? qui peccatoribus redeundi desperationem impie insultant? Remittit Petrus peccata, et toto cum gaudio suscipit poenitentes, atque omnibus saeculorum hanc a Deo concessam amplectitur potestatem: qui post negationem nisi poenitentiam repetisset, Apostolatus gloriam et vitam pariter perdidisset. Et si Petrus per poenitentiam rediit, quis sine poenitentia subsistit?

3212 *Thomas autem cum audisset a condiscipulis suis, quod vidissent Dominum, re-*

spondit: *Nisi videro fixuram clavorum, et misero manum meam in latus eius, non credam.* Cur Thomas vestigia fidei sic requirit? cur tam pie patientem, tam dure discutit resurgentem? cur ea vulnera, quae manus infixit impia, devota dextera sic resulat? cur latus, quod impii militis lancea patefecit, refodere manus nititur obsequentis? cur dolores persecutorum furoribus irrogatos, famulantis curiositas renovat inmitis? cur tormentis Dominum, cur poenis Deum, cur coelestem Medicum probaturus de vulnere discipulus sic requirit? Cecidit potestas diaboli, patefactus est carcer inferni, disrupta sunt vineola mortuorum, moriente Domino sunt evulsa monumenta, et resurgente Domino tota mortis est mutata conditio. Ab ipso Domini sacratissimo sepulchro lapis revolutus est, linteamina resoluta sunt, et resurgens ad gloriam mors fugit, vita rediit, caro amplius casum nescitura, surrexit: et cur tibi solus, Thoma, sola vulnera praesentari ad indicium fidei nimis callidus explorator expostulas? quid si ista cum aliis abolita fuissent, quod periculum fidei tuae curiositas ista peperisset. Nulla pietatis monumenta, nulla Dominicae resurrectionis inveniri aestimas potuisse documenta, nisi manibus tuis sulcates Iudaica crudelitate exarata sic viscera? Quaesivit, fratres, pietas ista, exegit ista devotio, ut resurrexisset Dominum nec in ipsa in posterum dubitaret impietas; sed Thomas non solum cordis sui, sed omnium hominum corabat incertum: et praedicatur haec in Gentibus, quem admodum tantae fidei astrueret sacramentum executor strenuus perquirebat. Certe propheta magis, quam cunctatio fuit. Nam cur talia pateret, nisi a Domino ad indicium resurrectionis sua servata sola vulnera prophetali spiritu connovisset? Denique sponte praesertit

ceteris, quod iste tardius implorat. *Venit, inquit, Iesus et stetit in medio et ostendit eis manus et latus.* Nam qui ingressus fuerat clausis ostiis, et merito a discipulis spiritus esse putabatur: non aliter ipsum se, nisi ipsa corporis passione, ipsis vulnerum notis, taliter dubitantibus, poterat approbare. *Denique venit et dicit Thomas: Infer digitum tuum huc, et vult manus meas, et offer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fideles.* Ut effundat toto orbe, iterum te aperiente, haec vulnera fidem, quae aquam in lavacrum, sanguinem in omnium pretium iam fuderunt.

Respondit Thomas et dixit: Dominus meus et Deus meus. Veniant et audiant haeretici: et sicut dixit Dominus, non sint increduli, sed fideles. Ecce non solum corpus humanum, sed per poenalis corporis passiones, Deum et Dominum esse Christum, Thoma vocerant, manifestant. Et vere Deus est, qui vivit ex morte, resurgit ex vulnere: quia talia et tanta cum suscepit, vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de Resurrectione Christi

(EX S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 54.)

Tertio consideremus resurrectionis Christi tempus determinatum, scilicet, qua die et hora Dominus resurrexit. Circa hoc primo consideremus de die: secundo de hora. Primum, inquam, consideremus de die. Circa quod advertendum est, quod Christus in sepulchro quiescit tribus diebus, et tribus noctibus, haec est, per tres naturales dies: feria sexta cum praecedente nocte, una exitit dies: et per synecdochem illa die stetit ibi. Item fuit ibi per totum diem sabbati cum praecedenti nocte, et sic portatam illam diem naturalem absque synecdoche. Item nox praecedens Dominicae resurrectionis est una naturalis dies, et per noctem fuit ibi, et sic per diem naturalem per synecdochem ibi stetit in sepulchro: tamen tantum fuit ibi per unum diem artificialem, et per duas integras noctes. Hinc super illud (ad Rom. vii): *Hoc scilicet, quia vens*

audier homo crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. Glossa alt: Quiescit Christum in sepulchro una die, et stibus noctibus: quia nostrum duplicem vetustatem sua simplex consumpat.

FERIA TERTIA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOHANN. CAP. XX.

Postres apparitionibus Christi factis mulieribus, in parte ista agit Evangelista de apparitionibus factis Apostolis: et primo de apparitione qua simul omnibus in Ierusalem apparuit, excepto Thoma; secundo de ea quae facta est, Thoma praesente, ibi, *Et post dies octo etc.*; tertio de ea quae facta est quibusdam specialiter iuxta mare, *xxi capitulo, Postea manifestavit se,* etc. Circa primum duo ponuntur. Primo Domini apparitio; secundo discipulorum dubitatio, ibi, *Thomas autem, etc.* Circa primum tria ponuntur. Primo Domini apparitio; secundo officii inunctio, ibi, *Dixit eis, Pax vobis, etc.*; tertio spiritualis muneris collatio, ibi, *Haec cum dixisset, insufflavit,* etc. Circa primum tria facit. Primo ponit apparitionis circumstantias; secundo apparitionis continentiam, ibi, *Venit Iesus, etc.*; tertio apparitionis consequentia, ibi, *Gavisissimi discipuli viso Domino.* Describit ergo apparitionem Dominicam discipulis a quatuor circumstantiis. Primo quidem ex horae descriptione, quia *cum sero esset*; secundo ex diei designatione, quia *die illa*; tertio ex loci conditione, quia *cum fores essent clausae*; quarto ex discipulorum dispositione, quia *erant congregati propter metum Iudaeorum.* Fuit ergo hora apparitionis serotina: cuius duplex est ratio literalis. Una, quia voluit simul apparere omnibus; et ideo praestolatus est usque in sero, ut qui dispersi

erant de die, simul convenirent in sero: nam de nocte simul erant. Alia ratio est, quia Dominus eis apparuit ut confortaret eos. Illam ergo elegit horam qua magis stupentes confortatione indigebant: haec est sero. Ps. xlv, 2: *Advator in tribulationibus quae invenerunt nominis.* Est etiam ratio mystica: quia scilicet Dominus in fine mundi apparebit fidelibus, quando media nocte clamor fiet: ecce sponsus venit redditurus eis mercedem suam; Matth. xx, 8: *Cum sero factum esset, dixit dominus vineae procuratori suo: Voca operarios, et redden eis mercedem.* Dies apparitionis sui ipsamet dies resurrectionis, quia *die illa una sabbatorum, scilicet dies dominica, de qua dictum est (supra hoc cap.) Una autem sabbati.* Quare autem dicatur *una sabbatorum*, iam dictum est.

Potest autem ex Evangelii colligi, Dominum quinquies isto die apparuisse. Bis scilicet mulieribus, semel Magdalenae soli, de qua immediate supra, et iterum simul cum aliis mulieribus revertentibus; et tunc accesserunt, et tenerunt pedes eius. Tertio vero apparuit duobus discipulis ipso die euntibus in Emaus, Luc. ult. Quarto autem Simoni Petro, sed quomodo et quomodo et ubi, non exprimitur, nisi tantum quod apparuit, Luc. ult, 34: *Surrexit Dominus vobis, et apparuit Simoni.* Quinto apparuit omnibus simul congregatis de sero, ut habetur hic. Et ideo cantatur: *Haec dies quam fecit Dominus: exultemus et letemur in ea:* Ps. cxvii, 24. Per hoc autem datur intelligi, quod in die communis resurrectionis apparebit manifeste omnibus mulieribus, peccatoribus, peregrinis, Apostolis, et apostolicis vicis: quia *videbit eum omnis oculus, et qui eum suspicaverunt:* Apoc. 1, 7.

Conditio autem loci describitur per clausuram, dubia et timida: quia *fores*

esset clausae: ad litteram propter tarditatem, quia nox erat, et propter metum Iudaeorum: sed ex parte Christi, clausurae causa fuit ut manifestaret eis virtutem suae potestatis intrando ad eos ianuis clausis.

Sciendum est autem circa hoc, quod secundum quosdam intrare ianuis clausis est de proprietate corporis gloriosi, quod dicunt per quamdam conditionem sibi inhaerentem posse esse cum alio corpore simul in eodem loco, in quantum est gloriosum; et hoc factum esse et fieri posse sine miraculo. Sed hoc non potest stare: quia quod corpus humanum non glorificatum, non potest simul cum alio corpore esse, inest sibi ex natura. Oportet ergo quod si corpus glorificatum dicatur habere in se proprietatem aliquam inhaerentem, quod possit simul cum alio corpore esse in eodem loco, quod excludatur ab eo illa proprietate qua nunc impeditur ne simul cum alio possit esse. Haec autem proprietate nullo modo est separabilis vel destructibilis a corpore, cum non sit mathematica corpulentia, ut ipsi dicunt, sed ipsae dimensiones corporis quanti, quibus proprie accidit situs. Unde Philosophus arguit contra poentes ideas et materias; et quod dato etiam quod vacuum esset totum spatium super terram, adhuc corpus sensibile non posset esse simul cum illis, propter dimensiones quantitatis. Per nullam autem proprietatem corporis gloriosi possent removeri dimensiones a corpore, natura corporis remanente. Et ideo dicendum est, quod hoc miraculose Christus fecit virtute suae divinitatis; et quando cumque in sanctis simile contingeret, miraculosum esset, et per novum miraculum fit. Et hoc expresse dicunt Augustinus et Gregorius. Dicit enim Augustinus: "Quaeris quomodo per ostia

clausa intrare potuit? Si comprehendis modum, non est miraculum. Ubi deficit ratio, ibi est fidelis aedificatio." Et subdit: "Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inviolata permansit." Sicut ergo ortus eius ex virgine matre virtute suae divinitatis miraculosus fuit, sic introitus iste. Mystice autem per hoc datur intelligi quod Christus nobis apparet quando fores, id est sensus exteriores, sunt clausi in oratione; Matth. vi, 6: *Thi autem cum oraveris, intra in cubiculum:* et in fine mundi, quando quae paratae erunt, intrabunt ad nuptias, et postea claudetur ianua, ut habetur Matth. xxv. Dispositio discipulorum describitur imitanda, quia *congregati erant:* quod quidem non vacat a mysterio. Christus enim ad congregatos venit, Spiritus sanctus ad congregatos descendit: quia Christus et Spiritus sanctus non nisi in charitate congregatis adsunt. Matth. xviii, 20: *Ubiunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Hic ponitur ipsa apparitio Christi quantum ad tria. Primo quantum ad Christi praesentiam quam exhibuit; secundo quantum ad salutationem quam eis protulit; tertio quantum ad sui certam manifestationem, quam eis ostendit. Praesentiam autem suam exhibuit eis Christus absque omni dubio: quia *venit, et stetit in medio discipulorum. Venit quidem personaliter ipse idem, sicut eis promiserat supra xiv, 28: 'Vado, et venio ad vos. Sed stetit in medio, ut omnes certitudinaliter agnoscerent. Unde arguuntur Iudaei, qui eum non cognoverunt. Supra 1, 26: 'Mediam autem vestrum stetit quem vos misistis. Item stetit in medio discipulorum, ut ostendat conformitatem humanae naturae quam habet ad eos. Eccli. 1, 13: 'Circa il-*

lum corona fratrum, quasi plantatio cedri in monte Libano. Item stetit in medio, per condescensionem, quia inter eos conversatus est sicut unus ex eis, Eccli. cap. xxxii, 1: *Rectorem te posuerunt? Noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis;* Luc. xxii, 27: *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Item ad designandum quod nos debemus esse in medio virtutis. Is. xxx, 21: *Haec est via: ambulate in ea, neque declinetis ad dexteram neque ad sinistram.* Qui enim excedit in plus, divertit ad dexteram; qui autem deficit in minus vadit ad sinistram. Salutationis autem verba eis protulit, dicens: *Pax vobis.* Sed haec fuit necessaria: erat enim eorum pax multipliciter perturbata, et quantum ad Deum, contra quem quidam peccaverunt negando, quidam fugiendo. Matth. xxvi, 31: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte: scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.* Et contra hoc proposuit eis pacem reconciliationis ad Deum; Rom. vi, 10: *Reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius:* hanc enim per passionem fecit. Item quantum ad seipsum: quia tristes erant, et in fide dubii; et hanc etiam pacem factam proposuit. Ps. cxviii, 165: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Item quantum ad exteriores: quia a Iudaeis persecutiones patiebantur; et contra hoc dicit eis: *Pax vobis, contra Iudaeorum, scilicet, persecutiones.* Supra xiv, 27: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Certam autem sui manifestationem ostendit eis per manus et latus; unde sequitur: *Haec cum dixisset, ostendit eis manus et latus;* quia in eis specialiter remanserunt signa passionis suae. Luc. ult, 39: *Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum.* Sic et in gloria se ostendit; supra xiv, 23:

Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et infra (vers. 21): Manifestabo ei meipsum.

Hic ponitur apparitionis effectus, qui est gaudium in cordibus discipulorum de visione Domini, quam promiserat eis supra xvi, 22: *Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum.* Sed hoc gaudium implebitur in patria, scilicet bonis, ex aperta visione Dei. Is. ult, vers. 14: *Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinebunt.*

Iniungit Apostolis officium: et primo praemittit pacis vinculum; secundo iniungit officium, ibi: *Sicut misit me Pater, etc. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis.* Hoc dixit eis contra perturbationem duplicem: nam contra perturbationem praesentem a Iudaeis, dixit eis primo, *Pax vobis;* sed contra perturbationem factam a Gentibus, dixit eis iterum: *Pax vobis.* Supra xvi, 33: *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Nam ad Gentes mittendi erant; et ideo statim subditur iniunctio officii: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos:* in quo ostendit se mediatorum inter Deum et homines. I Tim. ii, 5: *Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, etc.* Hoc erat ad consolationem discipulorum; qui cognoscentes auctoritatem Christi, sciebant eum mittere ipsos auctoritate divina. Item considerantes dignitatem propriam, scilicet quod habebant officium proprium Apostolorum: Apostolus enim idem est quod missus. Dicit ergo: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos;* id est, sicut Pater diligens me misit in mundum ad passionem tolerandam pro salute fidei; supra iii, 17: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum:* ita ego diliges vos, mitto vos ad tribulationes sustinendas pro nomine meo.

Matth. x, 16: *Eccē ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Secundo datur eis idoneitas officii per dationem Spiritus sancti. II Cor. iii, 6: *Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non littera sed spiritu.*

3222 Unde sequitur: *Hæc enim dixisset, insufflavit,* etc. Et circa hæc dationem primo præmittit dationis signum, quod est insufflatio; unde dicit: *Insufflavit.* Simile habetur Gen. ii, 7: *Inspiravit in faciem eius spiritum vitæ,* quod primus homo depravavit, scilicet vitæ naturalis; sed hoc Christus reparavit, dando Spiritum sanctum. Non est intelligendum quod huiusmodi flatus Christi fuerit Spiritus sanctus, sed signum eius. Unde Augustinus dicit iv de *Triplicitate*: *Flatus ille corporis substantia Spiritus sancti non fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a Patre, sed etiam a Filio procedere Spiritum sanctum.*

3223 Notandum autem, quod super Christum Spiritus sanctus missus est primo quidem in columbæ specie in baptismo, supra iii, et in specie nubis in transfiguratione; Matth. xvii. Cuius ratio est, quia gratia Christi, quæ datur per Spiritum sanctum, derivanda erat ad nos per propagationem gratiæ in sacramentis; et sic descendit in specie columbæ in baptismo, quæ est animal focendum; et per doctrinam; et sic descendit in nube lucida. Unde et ibi ostenditur doctor; unde dicit ibid. 5: *Ipsum audit.* Super Apostolos autem primo descendit in flatu, ad designandam propagationem gratiæ in sacramentis, cuius ipsi ministri erant; unde dicit, *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Matth. ult., vers. 19: *Emittes ergo baptizate eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Secundo vero in igneis linguis ad significandam propagationem gratiæ per doctrinam. Unde

dicit Act. ii, quod postquam repleti sunt Spiritu sancto, statim coeperunt loqui.

Secundo ponit dationis verba, dicens: 3224 *Accipite Spiritum sanctum.*

Sed numquid hic acceperunt Spiritum sanctum? Videtur quod non: quia cum nondum ascendisset in altum, non debuit dona dare hominibus. Et quidem, secundum Chrysostomum, quidam dicunt, quod Christus non dedit eis hic Spiritum sanctum; sed præparavit eos ad dationem futuram in Pentecoste. Et moventur ad hoc, quia Daniel. x, dicitur, quod non potuit sustinere visionem angeli; unde isti nisi præparati non potuissent sustinere Spiritus sancti adventum. Sed tamen ipse Chrysostomus dicit: *Spiritus sanctus datus fuit discipulis non contemneret ad omnia; sed ad aliquem effectum,* scilicet, ad dimittendum peccata; sicut Matth. x, ad faciendum miracula. Augustinus autem et Gregorius dicunt, quod Spiritus sanctus habet duo præcepta dilectionis, scilicet, Dei et proximi; et ideo primo datus fuit in terra ad designandum præceptum dilectionis proximi; secundo de coelo ad designandum præceptum dilectionis Dei.

Tertio ponitur dationis fructus: 3225 *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis;* quod conveniens effectus est Spiritus sancti, scilicet, remissio peccatorum; nam ipse charitas est, et per eum nobis datur charitas. Rom. v, 5: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Remissio autem peccatorum non fit nisi per charitatem. Quia Prov. x, 12: *Universa delicta operit charitas;* I Petri. iv, 8: *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

Hic ergo primo quaeritur de hoc quod dicit, *Quorum remisistis peccata,* cum solus Deus peccata remittat. Ad hoc aliqui dicunt, quod solus Deus remittit

culpam; sed sacerdos absolvit tantum a reatu poenae, et denuntiat eum absolutum a macula culpæ. Sed hoc non est verum: nam sacramentum poenitentiae cum sit sacramentum novæ legis, confert gratiam, sicut et in baptismo confertur; sed in baptismo sacerdos baptizat instrumentaliter, et tamen confert gratiam; ergo similiter in sacramento poenitentiae sacramentaliter et ministerialiter absolvit a poena et culpa, in quantum dat sacramentum in quo peccata dimittuntur. Quod autem dicitur, quod solus Deus peccata dimittit, verum est auctoritate. Sic etiam solus Deus baptizat; sed sacerdos ministerio, ut dictum est.

3226 Item quaeritur de hoc quod dicit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Videtur ergo quod qui non habet Spiritum sanctum, non possit peccata dimittere. Ad quod dicendum, quod si remissio peccatorum esset proprium opus sacerdotis, id est quod ex sua virtute hoc faceret; non utique posset sanctificare nisi sanctus. Remissio autem peccatorum est proprium opus Dei, qui propria virtute et auctoritate peccata dimittit; sacerdotis autem non nisi est sicut instrumenti. Sicut ergo dominus per servum et ministrum suum, sive sit bonus sive malus, potest facere voluntatem suam ad exequendum aliqua; ita et Dominus per ministros, etiam si mali sint, potest sacramenta conferre, in quibus datur gratia.

3227 Item quaeritur de hoc quod dicitur: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Ad quod dicendum est quod, sicut dictum est, sacerdos in sacramentis agit sicut minister Dei. I Cor. iv, 1: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* Eodem ergo modo quo Deus remittit et retinet pec-

cata, simul et sacerdos. Remittit autem Deus peccata largiendo gratiam; sed dicitur retinere non largiendo cum propter impedimentum ex parte recipientis; sic et minister remittit peccata, in quantum impedit sacramentum Ecclesiæ; et retinet in quantum aliquos indignos ostendit sacramentorum receptione.

Varia de Resurrectione Christi.

DEX. 3. RESURREXIT SEVENSI, VOL. II, SERM. 58.

3228 SECUNDO consideremus etiam de hora: sane quia de resurrectionis hora in evangelio textu minime expressa veritas declaratur; ideo hic sacri Doctores varie opinantur. Quidam enim dicunt quod Christus resurrexit in aurora, quidam quod resurrexit media nocte dicunt. Primo enim sunt quidam qui dicunt eum resurrexisse in aurora, et huius sententiam est Aug. super illud I Mac. iiii: *Elegit Lycias Pholæum,* etc. ibi glossa ad hora mortis Christi inque ad dilucidum constant horæ quadraginta, si ipsa nota communiquebatur: quum ergo dixerit quod resurrexit in diluculo, videtur quod non surrexit ante lucem. Secundo etiam pro hac opinione multum facit, quod Ecclesia sancta huiusmodi canit in aurora in memoriam resurrectionis Dominice, et ad gloriam resurgens.

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOHANN. CAP. XX.

3229 **R**OSITA Salvatoris apparitione, hic agit Evangelista de discipuli dubitatione. Et primo ponitur discipuli absentia; secundo ponitur sibi facta denuntiatio, ibi, *Dixerunt ergo et alii discipuli, Vidimus Dominum;* tertio obstinata eius dubitatio, ibi, *Ille autem dixit,* etc. Absens autem discipulus describitur primo ex nomine, quia Thomas, qui interpretatur abyssus, sive geminus. In abyssus autem duo sunt: scilicet profunditas et obscuritas. Abyssus ergo Thomas propter obscuritatem infidelitatis, quam habet ex se. Item abys-

sus ex profunditate miserationis, quam habet a Christo: unde de hoc dicitur in Ps. xli, 8: *Abyssus profunditatis, scilicet, Christus; abyssum obscuritatis, scilicet, Thomam, invocat miserando; et abyssus obstinationis, scilicet, Thomas, abyssum profunditatis, scilicet, Christum, invocat confitendo.* Secundo ex dignitate, quia *unus ex duodecim*: non quod tunc duodecim essent, quia iam Iudas interierat, Matth. cap. xxv, sed dicitur unus de duodecim, quia erat electus ad eam dignitatem quam Deus sacraverat duodecimario numero; Luc. vi, 13: *Electi duodecim, quos Apostolos nominavit.* Et hunc numerum Deus voluit semper esse integrum. Tertio ex interpretatione: *Qui dicitur Didymus*. Thomas enim est nomen Syrium vel Hebraeum, et habet duas interpretationes, scilicet, geminus et abyssus. Geminus autem latine, graece dicitur Didymus; et ideo quia Iohannes in graeco scripsit Evangelium, posuit *Didymus*. Dicitur autem geminus, quia forte fuit de tribu Benjamin, in qua aliqui vocabantur gemini; vel etiam omnes. Vel potest hoc referri ad eius dubitationem: quia qui certus est, firmatus est in unam partem; sed qui dubitat, accipit unam partem eum formidine alterius. Iste ergo Thomas non erat cum eis, scilicet, discipulis, quando venit Iesus; tardius enim rediit quam alii qui de die dispersi erant; et sic amisit solatium Domine visionis, pacis eulogium, et sancti Spiritus afflatum. Instruimur autem per hoc a societate separari non debere. Hebr. x, 25: *Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam.* Sed, ut Gregorius dicit, non hoc casu, sed divina gestum est voluntate, ut electus discipulus tunc decisset; sed divinae pietatis dispensatione: ut, scilicet, discipulus dubitans dum in magistro suo vulnera palparet

carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Unde in hoc apparent potissima signa altissimae pietatis Dei. Et primo in hoc quod intantum diligit genus humanum, quod aliquando permittit aliquas tribulationes fieri electis suis, ut inde aliquid bonum humano generi proveniat. Propter hoc enim Apostolos, Prophetas et sanctos Martyres permittit affligi. Osee vi, 5: *Propter hoc dolavi in Prophetis, occidi eos in verbis oris meae.* II Cor. i, 6: *Sive tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, quam operatur tolerantium carumque passionum quas et nos patimur.* Sed, quod adhuc mirabilis est, permittit aliquem sanctum labi in peccatum propter instructionem: ut quid enim permisit aliquos sanctos et iustos viros graviter peccasse (sicut quod David adulter fuit et homicida) nisi quod ex hoc instructi cautiore simus et humiliores? ut qui existimat stare, videat ne cadat; et qui cecidit, adiciat ut resurgat. Unde Ambrosius dixit Theodosio imperatori: "Secutus es errantem, sequi studeas poenitentem". Et ideo dicit Gregorius, quod plus profuit nobis Thomae infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum.

Consequenter cum dicit, *Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum, ponit denuntiationem.* Quia statim non venit Thomas, *dixerunt autem ei alii discipuli: Vidimus Dominum.* Et hoc est ex ordinatione divina; ut quod unus accipit a Deo, communicet aliis. I Petr. iv, vers. x: *Unusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum illam administrantes;* et Is. xxxii, 10: *Quae audiri a Domino exercituum Deo Israel, annuntietur vobis;* Gen. xxxii, 30: *Vidi Dominum, et salva facta est anima mea.*

Consequenter cum dicit, *Ille autem dixit eis, etc.*, ponitur obstinata Thomae

dubitatio. Et quidem satis fuisset execrabilis, quod non statim credidit: quia, ut dicitur Eccli. xix, 4: *Qui cito credit, levis est corde.* Sed multum investigare, praesertim ubi de secretis Dei agitur, grossiosius mentis est. Prov. xxv, 27: *Sicut qui mel nullum comedit, non est ei bonum; sic qui persecutor est maiestatis, opprimetur a gloria;* Eccli. iii, 22: *Altera te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quae praecepit Deus tibi, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Circa Thomam considerandum est, quod durus fuit ad credendum, et irrationabilis ad petendum. Durus quidem, quia noluit credere nisi sensibili argumento: et non tamen unius sensus, sed duorum; scilicet visus, quia *nisi videro in manibus eius fixuram clavorum;* et tactus, *et militam manum meam in latus eius, non credam.* Irrationabilis vero fuit, quia petebat vulnera videre ad comprobationem fidei; cum manus videret, scilicet totius hominis resuscitati reparationem. Et licet hoc Thomas propter sui dubitatem diceret, tamen hoc divinitus factum est propter nostram utilitatem et edificationem. Certum est enim quod qui se totum hominem reparavit resurgendo, potuit etiam vulnerum cicatrices extergere; sed servatae sunt propter nostram utilitatem.

Varia de Resurrectione Christi.

(S. S. BERNARDINO SERMO. VOL. II, ORON. 25)

3234 **C**ertum sunt quibus qui dicunt Christum resurrexerit in media nocte, atque his plurimum favori. Primo id quod habet traditio antiquorum, scilicet, quod Apostoli in vigiliis sancti Paschalis Christianorum populum usque ad noctis medium retinentes, et illa, scilicet, resurrectionis Domine, laudes cum populo cantantes, post ad propria populum dimittent.

3235 Secundo quoque cum hoc concordant figurae Sampsonis (Iudic. xvi), ubi dicitur quod dormiit Sampson neque ad medium noctis, scilicet, in Ga-

22, et iudi consergens apprehendit umbra portae fores cum pedibus suis, et serax: suppositaque humeris portavit ad verticem montis; ubi Glossa ait: Sampson media nocte non solum exivit, sed et portas texit: quia Redemptor noster non solum de inferno liber exivit; sed et de inferni claustris portas destruxit. Tertio etiam multum facit ad hoc totum officium quod in Missa resurrectionis in Sabbato decantatur. Nam Missa illa quae nunc cantatur in meridie, in media nocte resurrectionis Domine antiquitus cantabatur; sed nunc in mysterium tempus abbreviantes, et occurrentes gaudio resurgentis, Spiritu sancto dictante, aspectu corporali completimus quod de illa sacratissima nocte fuerat ante prophetatum (Psal. cxxxvii): *Nax sicut dies illi luminabitur, et nox illuminatio mea in dilectis meis.* Unde in cerei benedictione huius sacrae noctis mysterium commendat, quoniam, haec nox est, pluries iteratur; dicitur etiam in collecta: *Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria Domine resurrectionis illustras, etc.*

3236 Quarto quoque litteralis figura paschae Iudaeorum, et exitus de Aegypto huius videtur sententiae consentire, eo quod media nocte elucti sunt de Aegypto: unde ait Dominus (Exon. xii) *Media nocte vagredur in Aegyptum, et movetur unum gringocatum in terra Aegyptiorum, et sic utramque opinionem concordans Alex. de Alex in iii, ait, quod praedicta non sunt contraria: nam quando dicitur, quod ante lucem resurrexit, respicit quod illud Iohann. xx, ait: *Una autem sabbati Maria Magdalene venit unam, quoniam adhuc esset tenebrae, ad monumentum;* sic quoque intelligitur illud quod Luc. xxiv dicitur, *causa unius, id est, antequam dies esset clara: in diluculo enim dies nondum est clara.* Et sic patet, quod Dominus resurrexit inter mediam noctem, et claram diem, et hoc modo utraque opinio contenditur esse vera.*

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

(IN IOHANN. CAP. XXI)

3237 **A**gitur de secunda apparitione Domine, qua apparuit omnibus discipulis praesente Thoma. Et primo ponit Christi apparitionem, secundo discipuli confirmationem, ibi, *Deinde dicit Thomae, etc.*; tertio eorum quae dicta sunt in Evangelio, recapitulationem, ibi, *Multa quidem et alia signa*

fecit Iesus etc. Circa primum tria facta. Primo describit apparitionis tempus; secundo manifestat personas quibus apparuit; tertio modum apparitionis ostendit. Tempus quidem, quia post dies octo, scilicet, a die resurrectionis Dominicae, in cuius sero facta fuit prima apparitio. Cuius quidem una ratio litteralis est, ut ostenderet etiam Evangelista quod licet Christus pluries apparuisset discipulis, non tamen continue conversatus est cum eis, cum non ad eundem vivendum modum surrexerit, sicut nec nos ad eundem vitam resurgemus. Iob. xiv, 14: *Cunctis diebus quibus nunc mitto, exspecto donec veniat immutatio mea.* Secundo, ut Thomas interim audiens a discipulis apparitionem praecedentem, accendatur ad maius desiderium, et fidelior fieret ad credendum. Alia ratio mystica est, quia huiusmodi apparitio illam designat qua nobis apparebit in gloria; I Ioann. cap. iii, 2: *Cum apparuerit, similes ei eramus, quoniam vidimus eum sicuti est.* Quae quidem apparitio erit in octava aetate resurgentium. Quibus autem apparuit ostendit subdens: *Iteum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis.* Ubi notandum, quod Thomas solus hac apparitione indigebat; non tamen ei singulariter Dominus apparuit, sed in congregatione existenti, ad designandum quod singularitates non sunt multum Deo acceptae, sed hi qui in communitate charitatis existunt. Matth. xxiv, vers. 20: *Ubi fuerit duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Similiter etiam hi quibus nunc apparere non sunt collecti simul in unum; sic nec in ipsa apparitione simul omnes fuerunt; sed in futura simul omnes erunt, ita quod nullus deerit. Matth. xxiv, vers. 28: *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae.* Et infra (vers. 31): *Mittet angelos suos cum tuba et voce ma-*

gna, et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Modum autem apparendi ostendit dicens: *Veni Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit eis, Pax vobis:* quod supra est expositum. Nihilominus tamen ponit circa hoc tria: nam primo ponit modum veniendi, quia *ianuis clausis*; quod miraculose factum est, ut dicit Augustinus, ex virtute qua super mare siccis pedibus ambulavit; secundo modum standi, quia *in medio*, ut ab omnibus videretur, et debebat ut in medio staret; tertio modum loquendi, quia *Pax vobis*, scilicet, reconciliationis, quam annuntiavit factam ad Deum. Rom. x, 10: *Reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius*; Coloss. cap. i, 20: *Pacificans per sanguinem crucis eius, sicut qui in caelis sine qua in terris sunt.* Item aeternitatis et immortalitatis futuram, quam promisit eis habendam. Ps. cxlviii, 14: *Qui posuit fines tuos pacem*; Item charitatis et unitatis, quam praecipit eis servandam. Marc. cap. ix, 49: *Pacem habete inter vos.*

Hic ponitur confirmatio, et revocatio discipuli dubitantis: in quo apparet secundum signum divinae pietatis, quod electis suis in casu cito subvenit, licet eadem. Cadunt enim electi aliquando, sicut et reprobi; sed differenter: quia reprobi franguntur; electis vero cito Dominus supponit manum suam, ut resurgant. Ps. xxxvi, 24: *Cum ceciderit iustus, non colliditur, quia Dominus supponit manum suam.* Item (Ps. xciii, 18): *Si dicebam, Molis est pes meus; misericordia tua, Domine, alitabat me.* Et ideo statim supponit Thomae lapso manum, ita ut cum diceret, *Nisi videro non credam*, revocat dicens: *Infer digitum tuum huc.* Et circa hoc tria ponuntur. Primo cicatricum exhibitio; secundo Thomae confessio, ibi, *Respondit Thomas*

etc.; tertio tarditatis eius reprehensio, ibi, *Quia vidisti me, Thoma, credidisti.* Notandum autem circa primum, quod Thomas petit condiciones ut crederet, scilicet, videre et palpate cicatrices, ut dictum est: et si hoc sibi fieret, promissit se crediturum. Et ideo Dominus, cum haec diceret, praesentia suae divinitatis assistens, servatis illis conditionibus revocat eum. Unde primo exhibit conditionem; secundo petit promissi solutionem, ibi, *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Conditio fuit palpate cicatrices; et ideo dicit: *Infer digitum tuum.*

3239 Sed hic oritur dubitatio: quia in corporibus glorificatis nullus potest esse defectus; cicatrices autem sunt defectus quidam: quomodo ergo fuerunt in corpore Christi? Ad hoc respondet Augustinus in libro de Symbolo, sic dicens: *Posset autem de corpore suscitato et glorificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis in suo corpore abstergere; sed sciebat quare cicatrices in suo corpore servaret.* Primo quidem ut demonstraret Thomae non credenti, nisi tangeret et videret; deinde vero ad exprobandum infidelibus et peccatoribus in iudicio. Non ut eis dicat sicut Thomae: *Quia vidisti me, credidisti: sed ut convincens eos dicat: Ecce hominem quem crucifixistis: videte vulnera quae infixistis, agnoscite latus quod pupugistis: quoniam et propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.*

3240 Iuxta hoc etiam quaeritur, utrum in corporibus martyrum remaneant vestigia vulnerum? Sed ad hoc similiter respondet Augustinus, xxii de Civitate Dei, quod remanebunt quidem, non ad turpitudinem, sed ad immensum decorem, sic dicens: *Non hoc in eis deformitas, sed dignitas erit; et quidem in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit.* Nec ideo tamen si aliqua mar-

tyribus amputata vel ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictum est: *Capillus de capite vestro non peribit: sed ubi membra, ut praeciderentur, percussa sunt vel secta, ibi cicatrices, sed in eisdem membris redditus, non perditis apparebunt.*

Sed, secundum Gregorium, cum quod 3241 incorruptibile est, palpari non possit, quomodo Dominus corpus suum, quod incorruptibile erat, palpandum praebuit? Rom. vi, 9: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.* Unde haec ratione motus Eutyches haereticus dixit, quod corpus Christi et corpora omnium resurgentium non erunt palpabilia, sed subtilia et spiritualia ad modum venti et spirituum. Sed quia hoc est contra illud quod Dominus dicit Luc. ult. 39: *Palpate et videte quia spiritus carnis et ossa non habet:* incorruptibilem ergo et palpabilem se Dominus demonstravit, ut ostenderet corpus suum esse post resurrectionem eiusdem naturae, quod fuerat corruptibile, et induerat incorruptionem, I Cor. xv, et alterius gloriae: quia quod crassum et ignobile fuerat, surrexit, in gloria et subtile per effectum spiritualis potentiae.

3242 Sed addit: *Et videri manus, quae penderunt in cruce, et mitte in latus, lancea perforatum;* et cognosce nec illum eundem esse qui pependit in cruce, Myrtice autem per digitum discretio designatur, per manus opus nostrum. Monet ergo et digitum et manus in latus suum mittere, ut quidquid nobis est discretionis, et operis, in Christi servitium expendamus; Galat. ult., xiv: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Et petit promissi solutionem, dicens: *Et noli esse incredulus, sed fidelis.* Apocal. ii, 10: *Esto fidelis usque ad mortem.*

3243 Consequenter cum dicit, *Respondit Thomas, etc.*, ponitur Thomae confessio: ubi apparet quod statim factus est Thomas bonus theologus, veram fidem confitendo: quia humanitatis Christi, cum dicit: *Dominus meus*. Sic enim vocabant eum ante passionem; supra xiii, 13: *Vos vocatis me Magistru[m] et Domine*. Item divinitatis: quia *Deus meus*. Ante enim non vocabant eum Deum, nisi quando Petrus dixit Matth. xvi, 16: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. I. Ioann. ult., 20: *Hic est verus Deus, et vita aeterna*; Ps. xxvii, vers. 28: *Deus meus, et confitebor tibi*.

3244 Tarditatem autem Thomae Dominus arguit dicens: *Quia vidisti me, Thoma, credidisti*: et primo reprehendit eius tarditatem; secundo commendat aliorum ad credendum facilitatem, ibi, *Beati qui non viderunt et crediderunt*. Dicit ergo: *Quia vidisti me*.

3245 Ubi est una dubitatio; quia cum fides sit substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicitur Hebr. xi: quomodo hic Dominus dicit: *Quia vidisti me, credidisti*? Sed dicendum, quod aliud vidit, et aliud credidit. Vidit hominem et creatrices, et ex hoc credidit divinitatem resurgentis.

3246 Sed secunda dubitatio est, quia Thomae petenti, *Nisi videro et tetigero*, Deus utrumque exhibuit, scilicet tactum et visum; ergo debuit dicere, quia vidisti et tetigisti, credidisti. Respondeo dicendum, secundum Augustinum, quod sensu visus utimur pro quolibet sensu: dicimus enim: Vide quomodo calet, quomodo sonat, quomodo sapit, quomodo redolet. Dicit ergo: *Infer digitum tuum huc, et vide*; non quod in digito sit visus, sed dicitur quasi, Tange et experire; ita et hic, *Quia vidisti me*; idest quia expertus es etiam per tactum. Vel dicendum, quod Thomas videns vulnera et cicatrices

confusus est in seipso, et antequam poneret digitum credidit, et dixit: *Dominus meus et Deus meus*; sed tamen Gregorius dicit, quod tetigit, et ad visum confessus est.

Consequenter cum dicit, *Beati qui non viderunt et crediderunt*, commendat facilitatem aliorum ad credendum; et hoc specialiter ad nos pertinet. Utilitur autem praeterito pro futuro propter certitudinem.

Sed contra hoc Luc. x, 23, dicitur: *3247 Beati oculi qui viderunt quae vos videtis*. Ergo magis beati qui viderunt quam qui non viderunt. Respondeo, quod duplex est beatitudo. Una est rei, quae consistit in munere divino, de quo quanto alicui plus conceditur, tanto beator est; et sic quantum ad hoc beati sunt oculi qui vident, quia hoc est munus gratiae. Alia est beatitudo spei; quae consistit in merito; unde secundum hanc tanto quis est beator, quanto potest plus mereri. Plus autem meretur qui credit et non vidit, quam qui videns credit.

Hic ponitur epilogus; et primo ponitur insufficientia huius scripturae; secundo eius utilitas, ibi, *Haec autem scripta sunt ut credatis*, etc. Insufficientia quidem apparet, quia multa et alia fecit Jesus signa et facta quae non sunt scripta in libro hoc. Job xxvii, 14: *Ecce haec ex parte dicta sunt viarum eius; et cum vix parvam stillam sermonis eius audivimus, quis poterit contrarium magnitudinis illius intueri?* Eccli. xliii, 36: *Multa sunt abscondita maiora his: paucis enim videmus eius*. Sed secundum Chrysostomum, hoc ideo dicit, quia pauciora miracula narrat Ioannes quam alii Evangelistae. Et ideo ne videretur ea negare, dicit hoc: et ideo specialiter subdit: *Quae non sunt scripta in libro hoc*. Vel hoc refertur ad passionem et resurrectionem; quasi, multa ostensiva suae resurrectionis

post resurrectionem fecit in conspectu discipulorum, quae non ostendit aliis. Act. x, 40: *Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praedeterminatis a Deo*. Ponitur et huius utilitas, quia effectus fidei, quia *haec scripta sunt ut credatis quia Iesus Christus est Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine eius*. Ad hoc enim est tota Scriptura novi et veteris Testamenti: Psal. xxxiii, 9: *In capite libri scriptum est de me*; supra v, 39: *Scrutamini Scripturas, quoniam ipsae sunt quae testimonium perhibent de me*. Item fructus vitae, quia *ut credentes vitam habeatis*; hic vitam iustitiae, quae habetur per fidem; Habac. ii, 4: *Iustus autem meus ex fide vivit*; et in futuro vitam speciei quae habetur per gloriam; et in nomine eius, scilicet Christi. Act. iv, 12: *Non est aliud nomen sub caelo in quo oporteat nos salvos fieri*.

Variis de Resurrectione Christi.

(EX C. BERGARDI HEROD. VOL. II, SERM. 58.)

3250 Ictendit cordialis. — Primo, inquam, de resurrectione Christi fuit fecunditas cordialis, quae maxime facta est in tribus apparitionibus primis. Prima facta est Mariae Magdalene: secunda tribus Mariis: tertia vero Petro, de quibus per ordinem videamus.

3251 Et primo de prima, quae facta est Mariae Magdalene: unde per concordantiam sacri textus Evangelistarum notandum est, quod sicut Marcus cap. et in Evangelio hodierno ait: *Maria Magdalena, et Maria Jacobi, et Salome, intravit arripit, et venientes invenit Iesum*.

3252 Non erat enim haec sanctae Mulieris tam exuberant tractatum fuisse corpus Iesu, quod totum cor habebat plenum memoria crudelissimae mortis eius, et imaginatione corporis sui sacri: unde nihil videbantur attendere, vel sperare, nisi mortuum eius corpus cum devotione posse ingerere et tractare. Subditque Marcus et pulchre dicit, id est, quam adhaerentissime essent, sicut Ioann. xxi, ait: *Una subditorum, id est, Dominica die, veniunt ad monumentum, orto iam sole pervenerunt ad monumentum*.

3253 Secundum tamen Aug. de consensu Evangelis-

tarum, dicitur orto iam sole, id est, de primo venient in has partes, ut sumatur ortus solis pro ortu claritatis diurnae praecurrentis super hemisphaerium nostrum, et dicebant adinvicem, *Quis revolvit nobis lapidem ab hostio monumenti? et respicientes, scilicet, quoniam iam venissent, viderunt revolutum lapidem, erat quippe magnus cavae, sed quia sciebant contra Iesum malitiam eorum ebullire, videntes lapidem revolutum, crederent corpus eius a Iulais ablatum, et forte in aliquo loco vii locatum*.

3254 Unde Magdalena quae Iesum ardentissime diligebat, antequam aliquid diligentius scrutaretur, ipsum sublatum esse pro certo supponens, ardentioribus amatoribus ex discipulis, Petro, videlicet, et Ioanne, quasi mente capta doloribus, et desiderii videnti Dominum plene, anciare curavit dicens: *Tulerunt Dominum nunc de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum, sicut Ioann. xx, narrat: subditque quod Ioannes circumspiciens Iesum, in sepulchro inclinat caput, viditque posita linteamina, nec tamen intravit. Petrus vero postea venturus intravit in illud: viditque linteamina posita, et sudarium capitis eius ad partem; deinde Ioannes intravit, et vultu, et credidit quod prius dicebat Marcus, scilicet, Dominum esse sublatum de monumento: non enim omnino sciebat Scripturas, quae oportebat eum a mortuis resurgere. Post hoc autem discipuli contristati ad propria redierunt*.

FERIA SEXTA

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERM. 217, IN DIEBUS PASCHALIBUS.

3255 **R**ESURRECTIO Domini nostri Iesu Christi secundum veritatem quatuor Evangelistarum hesternodie videtur esse completa. Primo enim die lecta est resurrectio secundum Matthaeum, alio die secundum Lucam, tertio die secundum Marcum, quarto, id est hesterno secundum Ioannem. Sed quoniam Ioannes et Lucas de ipsa resurrectione et quae contigerunt post resurrectionem, plurima scripserunt, quae non possunt una lectione recitari: et heri audivimus, aliquid secundum Ioannem, et hodie, et adhuc aliae lectiones restant. Hodie ergo quid audivimus?

Quia ipso die quo resurrexit, id est dominico die, cum sero factum esset, et essent discipuli in uno loco, et ostia clausa essent propter timorem Iudaeorum, apparuit Dominus in medio eorum. Ipso ergo die, sicut Evangelista Iohannes testis est, bis apparuit discipulis suis, mane et sero. Ex eo quod mane apparuit, etiam ipsa lectio recitata est: quod vero eodem die sero rursus apparuerit, modo cum recitaretur audivimus. Non opus erat ut a me ista commemorarentur, sed ut a vobis adverterentur: propter quorundam vero minorem intelligentiam vel maiorem negligentiam oportuit commemorare, ut sciat non solum quid audistis, sed etiam de qua Scriptura vobis legitur quod audistis.

3459 Videamus ergo quid nobis ad loquendum hodierna lectione proponitur. Ipsa quippe lectio admonet nos, et quodam modo loquitur nobis, ut aliquid dicamus, quemadmodum Dominus qui in ea soliditate corporis resurrexit, ut non solum videretur a discipulis, sed etiam tangeretur, potuerit illis apparere ostiis clausis. Nonnulli enim de hac re ita moventur, ut pene periclitentur, adherentes contra miracula divina praedicta ratiocinationum suarum. Sic enim disputant: Si corpus erat, si caro et ossa erant, si hoc surrexit de sepulcro quod pendit in ligno, quomodo per clausa ostia intrare potuit? Si non potuit, dicunt, Non est factum. Si potuit, quomodo potuit? Si comprehendis modum, non est miraculum: et si miraculum tibi non videtur, propinquas ut neges quia et de sepulcro resurrexit. Respice ab initio miracula Domini tui, et redde mihi de singulis rationem. Vir non accessit, et virgo concepit. Redde rationem, quomodo sine masculo virgo conceperit. Ubi defecerit ratio, ibi est

fidei aedificatio. Ecce habes unum in Domini conceptu miraculum: audi etiam in partu. Virgo peperit, et virgo permansit. Iam tunc Dominus antequam resurgeret, per clausa ostia natus est. Quaeris a me et dicis: Si per clausa ostia intravit, ubi est corporis modus? Et ego respondeo: Si super mare ambulavit, ubi est corporis pondus? Sed fecit illud Dominus tanquam Dominus. Numquid ergo cum resurrexit, destitit esse Dominus? Quid quod et Petrum fecit ambulare super mare? (MARTH. XIV, 25, 29). Quod in illo divinitas potuit, in isto fides implevit. Sed Christus quia, potuit; Petrus quia Christus adjuvit. Si ergo coeperis humano sensu miraculorum discutere rationem, timeo ne perdas fidem. Nescis nihil esse impossibile Deo? Quicumque ergo tibi dixerit, Si intravit per ostia clausa, non erat corpus: responde tu illi a contrario, Imo si tactus est, corpus erat; si manducavit, corpus erat: et fecit illud miraculo, non natura. Nomen admirandus est quotidianus cursus ipse naturae? Omnia miraculis plena sunt: sed assiduitate visuerunt. Redde mihi rationem; aliquid interrogo de consuetis et solitis: redde rationem, quare tam maguae arboris fici semen tam modicum est, ut videri vix possit, et humilis cucurbita tam grande semen parit. In illo tamen grano seminis exiguo, vix visibili, si consideres animo, non oculis; in illa exiguitate, illis angustiis, et radix latet, et robur insertum est, et folia futura alligata sunt, et fructus qui appareret in arbore, iam est praemissus in semine. Non opus est multa percurrere: de quotidianis rebus nemo reddat rationem, et exis a me de miraculis rationem. Evangelium ergo lege, et crede facta quae mira sunt. Plus est quod fecit Deus, et non miraris quod

excedit omnia opera; nihil erat, et mundus est.

3457 Sed non potuit, inquis, corporis moles transire per ostia, quae clausa erant. Quanta erat illa moles, rogo te? Tanta utique, quanta est in omnibus: nunquid tanta, quanta est in caelo? Non utique tanta. Lege Evangelium, audi ipsam: difficultatem divitis intrantis in regnum caelorum cum voluisset ostendere, ait, *Facilius intrat camelus per foramen acus, quam dives in regnum caelorum*. Hoc audito discipuli, considerantes nullo modo fieri posse ut camelus per foramen acus intraret, contristati sunt apud se, dicentes: *Si ista est, quisquam poterit salvare semetipsum?* Si facilius intrat camelus per foramen acus quam dives in regnum caelorum; nullo modo potest camelus intrare per foramen acus; nullus ergo divitum salvari potest. Respondit Dominus: *Quae hominibus impossibilia sunt, Deo facilia sunt* (LUC. XVIII, 25-27). Potest Deus et camelum per foramen acus trahere, et divitem introducere in regnum caelorum. Hoc mihi de ostiis clausis calumniaris? Ostia clausa habent vel rimam: compara rimam ostiorum foraminis acus, compara molem carnis humanae magnitudini camelorum; et noli calumniari divinitati miraculorum.

Varia de Resurrectione Christi.
(DE S. BERNARDINO SERMON. VOL. II, SERM. 57.)

3458 POSTquam autem ad sepulcrum redit Magdalenia, haec sanctae mulieres intraverunt monumentum. Dicitur autem monumentum quandoque illud saxum vas in quo iacent Christos: quandoque vero dicitur, totus ille locus in quo reidebat illa turba. Erat autem locus ille clausus aliqua materia; vel pariete, ubi erat foras, sicut iunxit Iohannes, et etiam Augustinus sentit: propterea quando legitur quod intraverant ad monumentum, aut exierunt ab eo, pro solo aditu, seu exitu eius loci, vel foras intelligi habet.

Igitur, sicut Marc. in Evangelio hodie sero, et 3459 Matth. ait dicitur: *Intrauerunt*, sicut dicitur est, in monumentum, id est, in tumba, ubi erat sepulcrum, viderunt tamen sibi ostium in dextris, cooperatum stola caudata, et obstupuerunt: qui dixit illis: *Iteum quae ista Nazarenorum crucifixionis surrexit, non est hic. Ecce locus, ubi posueram eum. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quia procedet vos in Galilaeam: ubi eum videbitis, sicut dixit vobis*. Quo audito exeuntes mulieres de monumento, quasi recedere disponebant; sed amore Iesu attractae iterum sepulcrum introeuntes, sicut Luc. in principio 24, cap. ait, viderunt duos Angelos stantes, qui dixerunt eis: *Quid quaeritis? viventem cum mortuis non est hic, sed surrexit*. Quo audito diae conservatae mente abire coeperunt; sed Maria ferventior amans stabat ad monumentum foetis plorans, sicut Iohannes 22. ait Florabat enim et latibant eius in manibus eius: non est qui consolator eum ex omnihus charis eius (THOMAS). Rigabat ora Iherymis, et maxillas.

SABBATO

Homilia S. Thomae a Villanova.
ORATIO IN DOM. TR. ALBIS.

3460 DICTAS nobis apparitiones Evangelica narrat historia. Primam, quae ad solos decem Apostolos ipso die resurrectionis facta est, de qua iuxta Lucam, feria tertia Paschae dictum est: alteram, quae octavo die ad undecim Apostolos facta est, de qua hodie futurus est sermo. *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam*. Admiranda durities: cui tot fratrum auctoritas, et gaudium inspectum non sufficit ad fidem. Ut hanc curaret Dominus apparuit: pius Pastor ovem suam perire non patitur; sicut ad Patrem dixerat: *Quos dedisti mihi non perdidisti ex eis quemquam*. Discant Praelati, quam commissis ovibus sollicitudinem exhibeant; si pro una sola Dominum apparuit. Omnis sollicitudo, omnis labor

unius animae negotio minor est. Civem Romanum fieri olim magni pretii res erat, civem coelorum fieri quanti erit? Qui errantem ovem reducit ad ovile, si illa avis a vita discedat, magnum sibi opus Deum advocatum legavit. *Infer dignum tuum huc, et vide manus meas, et affer manus tuam, et nulle in latus meum; et voli esse incredulus, sed fidelis.* Felix manus quae Domini pectoris secreta rimavit. Quas divitias non intus invenit? Ab illo pectore arana coelestia Ioannes hausit dormiendo. In illo, Thomas grandes thesauros reperit scrutando. Grandis illa schola, quae tales Discipulos facit. Inde alter super astra volans mira de Divinitate dictat, cum ait: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Alter radio veritatis tactus, sublimiter exclamat: *Dominus meus, et Deus meus, Dominus meus, et Deus meus.* Maior incredulitate confessio altius sonare non potuit: quidquid fides habet, brevi elogio comprehendit. O miram hominis perspicaciam! Hominem palpât, et Deum vocat. Aliud tetigit; aliud credidit. Si mille codices ederet, non ita Ecclesiae profuisset. Quam aperte, quam fideliter, quam mode Christum vocat Deum! O verbum Ecclesiae Dei utilissimum et necessarium! quo multae haereses et vassidissimae olim ab Ecclesia extirpatae sunt. Laudatus est Petrus, quia dixerat: *Tu es Christus/Filius Dei vivi.* Expressit intonat Thomas: *Dominus meus, et Deus meus;* simplici verbo utramque naturam in Christo confessus. *Quia vidisti me Thoma credidisti; beati qui non viderunt et crediderunt.*

3467 Grandis ex hoc verbo nobis est consolatio, fratres. Quoties dicimus, quoties clamamus: O beati oculi! O tempora felicia! O saecula dulcia, quae tanta mysteria inspicere, ac videre meruerunt!

Ita est: *Beati oculi, qui vident quae vos videtis, ait Dominus: Sed et beati qui non viderunt, et crediderunt.* Fuit illud maioris solatii, hoc altioris meriti. Visio magis laetificat, fides amplius honorat. Quid magnum quod Petrus, et Andreas, et Thomas, et alii Apostoli, pro Domino quem viderant a mortuis vivum, et in coelo sublimatum, vitam exposuerint? An non altioris meriti videtur, pro non viso mori? Nisi quod Apostoli duplici hoc titulo beati sunt; et quod viderint Christum a mortuis surrexisse, et quod sic viderint, ut visio haec fidei meritum non evacuet; quae posteris relicta est in exemplum. Admiramur autem amplius aliorum fidem et constantiam, qui cum neque Christum, neque Apostolos viderint, apostolicae tamen fidei et perfectionis imitatores, et veluti haereditas sunt. Non sic stupet, cum Petrum et Andream crucifixos video, sicut cum Laurentium inter prunas, et Sebastianum inter sagittas gloriantes inspecio. Unde Bernardus ad Fratres: Quid est quod vita vestra apostolicam repraesentet? Illi reliquerunt omnia in schola Salvatoris, sub eius praesentia congregati: vos autem non in praesentia, sed in absentia: non ad verba oris eius, sed ad vocem nuntiorum eius simile aliquid fecistis. Defendite vobis hanc praerogativam, fratres: quod illi ad visum et ad verbum, vos ad auditum et nuntium credidistis. Haec Bernardus. Et ipse Dominus per Prophetam, ut eos confunderet, qui videntes Christum increduli fuerunt, inquit: *Populus quem non cognovi, servavi mihi, in auditu auris obedivi mihi.* Et Petrus in canonica, commendans eos, qui cum Christum non viderissent, fidem apostolicam imitabantur, ait: *Quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quomodo non videntes creditis: credentes autem exultabitis laetitia inenarrabili, et glo-*

rificatae: repotantes suam fidei vestrae, salutem animarum vestrarum. Haec de Evangelio.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II, SERM. 58.)

3468 O Maria, quid speris, quid cupis, aut quid cordis erit tibi, ut sola remaneres ad monumentum? Tota enim amore Iesu ardebat, nihil de ipso in hac vita videbat: ubi eum quaerere neciebat: ideo in dolore cordis fundebat lacrymas circa sepulcrum, ubi certa erat, quia quem prius doluerat desinetum, nunc dolere ablatum; et iste dolor maior erat, quia nullam consolationem habebat: primo fuit causa doloris, quia vivum perdidit; sed de hoc aliquantulum consolationem habebat, quia mortuum se retinere ardebat.

3469 Nunc autem isto dolore consolari non poterat, quia vel corpus desineti non inveniebat, et quia amor fervens impatiens est, et quiescere nescit, ac semper de novo sperat se reperire quod cupit, ideo dum feret inclinavit se, et proposit in monumentum. Secundum enim Gregori: Amanti enim semel accessisse non sufficit, quia vis amoris in tentatione multiplicat affectum inquisitionis: et secundum Augustinum: Iterum prospexit dolens, nec scia, nec suorum oculis facile potuit credendum esse: *Et tunc vultu dicit: Angelus in altis sedens, ramis ad caput, et ramis ad pedes, ubi positum fuit corpus Iesu. Dicitur enim illi: Mulier, quid ploras?*

DOMINICA II POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.

Ioann. X, 11-16.

In illo tempore: Dixit Iesus pharisaeis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

12. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves prope, vidit lupum venientem, et dimittit oves et fugit; et lupus rapit et dispergit oves.

13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non perhibet ad eum de ovibus.

14. Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et comparavit me meas.

15. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: et animam meam pono pro ovibus meis.

16. Et alias oves habeo, quae non sunt ex hac ovili: et illas oportet me adducere, et vocari in eam audient, et fiet unus ovile, et unus pastor.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XIV. DE EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, diebus secunda post Pascha.

3470 ADUMISTIS, fratres charissimi, electione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: *Ego sum pastor bonus.* Atque eiusdem bonitatis formam, quam nos imitemur, adiungit dicens: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quae redemerat, carnis suae alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus eius impendere: postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima quae vivimus, terrena substantia quam exterius possidemus: qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli, qui dum plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur: *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprias, vidit lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.*

3475 Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oves Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit: terrenis commodis inhiait, honore praelationis gaudet, tem-

unius animae negotio minor est. Civem Romanum fieri olim magni pretii res erat, civem coelorum fieri quanti erit? Qui errantem ovem reducit ad ovile, si illa avis a vita discedat, magnum sibi opus Deum advocatum legavit. *Infer digitem tuum huc, et vide manus meas, et affer manus tuam, et nulle in latus meum; et noli esse incredulus, sed fidelis.* Felix manus quae Domini pectoris secreta rimavit. Quas divitias non intus invenit? Ab illo pectore arana coelestia Ioannes hausit dormiendo. In illo, Thomas grandes thesauros reperit scrutando. Grandis illa schola, quae tales Discipulos facit. Inde alter super astra volans mira de Divinitate dictat, cum ait: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Alter radio veritatis tactus, sublimiter exclamat: *Dominus meus, et Deus meus, Dominus meus, et Deus meus.* Maior incredulitate confessio altius sonare non potuit: quidquid fides habet, brevi elogio comprehendit. O miram hominis perspicaciam! Hominem palpât, et Deum vocat. Aliud tetigit; aliud credidit. Si mille codices ederet, non ita Ecclesiae profuisset. Quam aperte, quam fideliter, quam mode Christum vocat Deum! O verbum Ecclesiae Dei utilissimum et necessarium! quo multae haereses et vassidissimae olim ab Ecclesia extirpatae sunt. Laudatus est Petrus, quia dixerat: *Tu es Christus/Filius Dei vivi.* Expressit intonat Thomas: *Dominus meus, et Deus meus;* simplici verbo utramque naturam in Christo confessus. *Quia vidisti me Thoma credidisti; beati qui non viderunt et crediderunt.*

3467 Grandis ex hoc verbo nobis est consolatio, fratres. Quoties dicimus, quoties clamamus: O beati oculi! O tempora felicia! O saecula dulcissima, quae tanta mysteria inspicere, ac videre meruerunt!

Ita est: *Beati oculi, qui vident quae vos videtis, ait Dominus: Sed et beati qui non viderunt, et crediderunt.* Fuit illud maioris solatii, hoc altioris meriti. Visio magis laetificat, fides amplius honorat. Quid magnum quod Petrus, et Andreas, et Thomas, et alii Apostoli, pro Domino quem viderant a mortuis vivum, et in coelo sublimatum, vitam exposuerint? An non altioris meriti videtur, pro non viso mori? Nisi quod Apostoli duplici hoc titulo beati sunt; et quod viderint Christum a mortuis surrexisse, et quod sic viderint, ut visio haec fidei meritum non evacuet; quae posteris relicta est in exemplum. Admiramur autem amplius aliorum fidem et constantiam, qui cum neque Christum, neque Apostolos viderint, apostolicae tamen fidei et perfectionis imitatores, et veluti haereditas sunt. Non sic stupet, cum Petrum et Andream crucifixos video, sicut cum Laurentium inter prunas, et Sebastianum inter sagittas gloriantes inspecio. Unde Bernardus ad Fratres: Quid est quod vita vestra apostolicam repraesentet? Illi reliquerunt omnia in schola Salvatoris, sub eius praesentia congregati: vos autem non in praesentia, sed in absentia: non ad verba oris eius, sed ad vocem nuntiorum eius simile aliquid fecistis. Defendite vobis hanc praerogativam, fratres: quod illi ad visum et ad verbum, vos ad auditum et nuntium credidistis. Haec Bernardus. Et ipse Dominus per Prophetam, ut eos confunderet, qui videntes Christum increduli fuerunt, inquit: *Populus quem non cognovi, servavi mihi, in auditu auris obedivi mihi.* Et Petrus in canonica, commendans eos, qui cum Christum non viderissent, fidem apostolicam imitabantur, ait: *Quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quomodo non videntes creditis: credentes autem exultabitis laetitia inenarrabili, et glo-*

rificatae: repotantes suam fidei vestrae, salutem animarum vestrarum. Haec de Evangelio.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II. SERM. 58.)

3468 O Maria, quid speris, quid cupis, aut quid cordis erit tibi, ut sola remaneres ad monumentum? Tota enim amore Iesu ardebat, nihil de ipso in hac vita videbat: ubi eum quaerere neciebat: ideo in dolore cordis fundebat lacrymas circa sepulcrum, ubi certa erat, quia quem prius doluerat desinetum, nunc dolere ablatum; et iste dolor maior erat, quia nullam consolationem habebat: primo fuit causa doloris, quia vivum perdidit; sed de hoc aliquantulum consolationem habebat, quia mortuum se retinere ardebat.

3469 Nunc autem isto dolore consolari non poterat, quia vel corpus desineti non inveniebat, et quia amor fervens impatiens est, et quiescere nescit, ac semper de novo sperat se reperire quod cupit, ideo dum feret inclinavit se, et proposit in monumentum. Secundum enim Gregori Amanti enim semel accessisse non sufficit, quia vis amoris in tentatione multiplicat affectum inquisitionis: et secundum Augustinum: Iterum prospexit dolens, nec scia, nec suorum oculis facile potuit credendum esse: *Et tunc vultu dicit: Angelus in altis sedens, ramis ad caput, et ramis ad pedes, ubi positum fuit corpus Iesu. Dicitur enim illi: Mulier, quid ploras?*

DOMINICA II POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.

Ioann. 8, 11-16.

In illo tempore: Dixit Iesus pharisaeis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

12. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves prope, vidit lupum venientem, et dimittit oves et fugit; et lupus rapit et dispergit oves.

13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non perhibet ad eum de ovibus.

14. Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et compassio me meas.

15. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: et animam meam pono pro ovibus meis.

16. Et alias oves habeo, quae non sunt ex hac ovili: et illas oportet me adducere, et vocari in eam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XIV. DE EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, diebus secunda post Pascha.

3470 ADUMISTIS, fratres charissimi, electione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: *Ego sum pastor bonus.* Atque eiusdem bonitatis formam, quam nos imitemur, adiungit dicens: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat, carnis suae alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus eius impendere: postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima quae vivimus, terrena substantia quam exterius possidemus: qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli, qui dum plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur: *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprias, vidit lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.*

3475 Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oves Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit: terrenis commodis inhiait, honore praelationis gaudet, tem-

poralibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia lactatur. Istae sunt etenim mercedes mercenarii, ut pro eo ipso, quod in regimine laborat, hic quod quaerit inveniat, et ab haereditate gregis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit, an mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore, plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat; sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lippus etenim super oves venit, cum quilibet iniustus et raptor, fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat, relinquit oves et fugit: quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniustitiae non praesumit. Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit, et tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per Prophetam dicitur: *Nam ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praedio in die Domini* (Ezech. xiii, 5). Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis libera voce contraire. Et in die Domini pro domo Israel in praedio stamus ac murum opponimus, si fideles innocentes contra perversorum iniustitiam ex iustitiae auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit, fugit.

3266 Sed est alius lupus, qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus: qui caulas fidelium insidians, circuit, et mortes animarum quaerit. De quo lupo mox subditur: *Et lupus rapit, et dispergit oves*. Lupus venit, et mercenarius fugit: quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, et is qui locum pa-

storis tenet, curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt, et ipse de terrenis commodis lactatur. Lupus rapit et dispergit oves, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad avaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit: hunc invidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem dissipat, cum fideliū populū diabolus per tentationes necat. Sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Unde et mox adiungitur: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus*. Sola enim causa est ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur: Stare in periculo ovium non potest, qui in eo quod ovibus praestat, non oves diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lactatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat. Sed quia Redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum formam, cui debeamus imprimi, ostendit dicens: *Ego sum pastor bonus*. Atque subiungit: *Et cognosco oves meas*, hoc est diligo, et cognoscant me meae. Ac si patenter dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minime cognovit.

3267 Quia ergo audistis, fratres charissimi, periculum nostrum, pensate in verbis Dominici etiam periculum vestrum. Videte si oves eius estis, videte si cum cognoscitis, videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem. Scitis dico, non ex credulitate, sed ex operatione. Nam idem ipse qui hoc loquitur Ioannes evangelista testatur, dicens: *Qui dicit se nosse*

Deum, et mandata eius non custodit, mendax est (I. IOANN. II, 4). Unde et in hoc loco Dominus profinus subdit: *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis*. Ac si aperte dicat: In hoc constat, quia et ego agnosco Patrem, et cognoscor a Patre, quia animam meam pono pro ovibus meis: id est, ea charitate, qua pro ovibus morior, quantum Patrem diligam ostendo. Quia vero non solum Iudaeam, sed etiam gentilitatem redimere venerat, adiungit: *Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient: et fiet unum ovile, et unus pastor*. Redemptionem nostram, qui ex gentili populo venimus, Dominus aspererat, cum se adducere et alias oves dicebat. Hoc quotidie fieri, fratres, aspiciis: hoc reconciliatis gentibus factum herdie videtis. Quasi enim ex duobus gregibus unum ovile efficit, quia Iudaicum et gentilem populum in sua fide coniungit, Paulo attestante, qui ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum* (Eph. II, 14). Dum enim ad aeternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oves deducit.

3268 De quibus profecto ovibus rursus dicit: *Oves meae vocem meam audiant, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis* (IOANN. X, 27). De quibus et paulo superius dicit: *Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet* (Ibid. v, 9). Ingridietur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem: pascua autem inveniet in aeterna refectioe. Oves ergo eius pascua inveniant; quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeternae viriditatis pabulo nutritur. Quae autem sunt istarum ovium pascua, nisi interna gaudia semper virentis paradisi?

Pascua namque electorum sunt, vultus praesens Dei: qui dum sine defectu concipitur, sine fine mens vitae cibo satiatur. In istis pascuis de aeternitatis suavitate lactati sunt, qui iam laqueos voluptuosae temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori: ibi societates superiorum civium. Ibi dulcis solemnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Ibi providi prophetarum chori; ibi iudex apostolorum numerus; ibi innumerabilem martyrum victor exercitus, tanto illic lactior, quanto hic durius afflictus; ibi confessorum constantia, praemii sui perceptione consolata; ibi fideles viri, quos a virilitatis suae robore voluptas saeculi emollire non potuit; ibi sanctae mulieres, quae cum saeculo et sexum vicerunt; ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcendunt; ibi senes, quos hic et aetas debiles reddidit, et virtus operis non reliquit.

3269 Quae ramus ergo, fratres charissimi, haec pascua, in quibus cum tantorum civium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos laetantium festivitas invitet. Certe sicubi populus mundinas celebraret, si ad alienius ecclesiae dedicationem denuntiata solemnitate concurreret, festinarem omnes simul inveniri, et interesse unusquisque satageret: gravi se damno afflictum crederet, si solemnitatem communis laetitiae non videret. Ecce, in coelestibus electorum civium laetitia agitur, vicissim de se omnes in suo conventu gratulantur, et tamen nos, ab amore aeternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantae solemnitati non quaerimus: privamur gaudiis, et lacti sumus. Accendamus ergo animum, fratres, recalescat fides in id quod creditur: inardescant ad superna nostra desideria: et sic amare, iam ire est. Ab internae solemnitatis gaudio nulla nos adversitas revocet, quia et si quis ad

locum propositum ire desiderat, eius desiderium quaelibet viae asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat, quia stultus viator est, qui in itinere amoena prata conspiciens, obliviscitur ire quo tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo appetat, quod constat quia citius relinquat: ut si celestis Pastoris veraciter oves simus, quia in viae delectatione non figimur, aeternis pascuis in perventione satiemur.

Varia de Resurrectione Christi.
EX L. HIERONIMI SERENSI, VOL. II. NUM. 381.

3270 Maria, nullam consolationem inventisti: et forte tibi medicus contigit, quam sperasti. Nam tu quærebas vitam, et dios invenisti, et videristi quæselas mortuum, et illos reperisti vivos qui de te curam videbantur habere, et volam dolorem tuum lenire. Ille vero quem quæris, dolorem tuum videtur negligere, lacrymas tuas non videtur respicere, vel curare: vixit enim, et non audit quæris illum, et non invenis: pulsas, et non aperit: sequeris illum, et fugit: heu, quid est hoc? heu, quam magna mutatio! heu, quomodo mutata est res in contrarium: iate Iesus recessit: olim diligebat te: olim te a Pharisæo defendebat, et a sorore tua dulciter excusabat, olim te laudabat, quando pedes suos, unguento tingebas, et lacrymis rigabas, et capillis tergebas, dolorem tuum mulecibat, peccata tua dimittebat: olim sperabat te: quam adessa, vocabat te: quam sero deseres, mandati tibi per sororem tuam, et ad se venires.

3271 O magister bone, quomodo vidisti eam plorantem, lacrymantem es: denique per dilectionem eius, quia multum diligebat te, fratrem suum Lazarum, resuscitasti, et planetum huiusmodi electricæ hanc in gaudium convertisti. O dulcissime magister, quid post hæc in te precor: hæc discipula tua; aut in quo postea offendit dulcedinem cordis tui, quia sic recedis ab ea? Nos post hoc nullum peccatum aliud de ea audivimus, nisi quia valde mane ad monumentum venit, ante tumulum ferens unguentum, quibus ungeret corpus tuum. Et quomodo tu non invenisses in monumento, euecristi, et nunciavisti discipulis tuis, illi venerunt, viderunt, et aberrant: hæc autem stat et plorat: si hoc peccatum est, negare non possumus quia ipsa hoc fecerit; si autem peccatum non est, sed amor, et desiderium,

quod de te habet, quare sic recedis ab ea? et abscondit te, tu qui dicis: *Diligentes me diligite, et qui mane vigilaverit ad me, inveniet me*; ergo mulier ista quæ diligit te, et valde mane vigilat ad te, cur non invenit te?

FERIA SECUNDA

Homilia S. Thomæ a Villanova.
CXXXI. IN DOM. II. POST. PASCHA.

3272 Rex Dominus umquam se laudavit. In hoc autem Evangelio determinat laudare se ipsum. De quo, Domine, laudas te? Poteras de genere: quia Filius Dei. De potentia: quia Rex sæculorum. De divitiis: quia omnia tua sunt. Non de hoc; sed quid ait: *Ego, inquit, sum Pastor bonus*. Vide quomodo confunditur nostra stultitia. Pastores contemptibiles sunt apud nos. Et de hoc tamen se iactat. Sed audite probatione: *Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, et qui non est Pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem et dimittit oves, et fugit: et lupus rapit et dispergit oves*. O quanti mercenarii sunt! Quare fugit? *Quia mercenarius est*. Talis est omnis qui propter reditus temporales curam gerit animarum. *Non pertinet ad eum cura de ovibus*, sed de re ditibus. Exemplum de daemone pacto, cum aliquibus pastoribus. Accipe ovem; relinque mihi vellus et lanam. Tu quid vis? *Animam*. Ego volo relictus. Concludit daemone: *Da mihi animas: cetera tolle tibi*. Beatus ergo populus cui contigit, et datum est, optimum habere Præsidem. Regina Saba venit ad Salomonem, et ait illi: *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuit, et posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit Dominus Israel in sempiternum, et constituit te Regem ut faceres iudicium et iustitiam*. Et Hiram Rex Tyri per litteras

quas miserat Salomoni: *Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum*. Et addidit, dicens: *Benedictus Dominus Deus Israel qui fecit coelum et terram, qui dedit David Regi filium sapientem et eruditum et sensatam atque prudentem*.

3273 Quatuor condiciones boni Pastoris in littera. Prima, quia pascit oves. Secunda, quia cognoscit. Tertia, quia defendit. Quarta, quia congregat dispersas. Prima ibi: *Ego sum Pastor bonus*. Secunda ibi: *Et cognosco oves meas*. Tertia ibi: *Bonus Pastor animam suam ponit*. Quarta ibi: *Et fiet unum ovile et unus Pastor*. Istæ fuerunt in Christo. Ideo potuit dicere: *Ego sum Pastor bonus*. De Prima: triplex pastus. Scilicet, corporalis, spiritalis, beatificus. Pascit corpus, providendo de necessariis: quomodo Deus creavit fructus, pisces, carnes, etc. ad pastum hominis. Psalmus: *Qui dat escam omni carni de diversitate fructuum secundum tempora*. Secundus pastus spiritalis sacrae doctrinae et sanctorum inspirationum; nam, *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. Sicut corpus sine cibo attenuatur, ita anima sine visitatione Dei. Moyses minabat oves ad interiora deserti. Moyses, littera legis; interiora, sensus mysticus, vel interiora deserti sunt internæ consolationes, et desideria. O qualis pastus est in interioribus cordis! Tertius pastus beatificus; quo etiam *etiam eos ex adipis frumentis*, inebriando illos torrente voluptatis suae presentia. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*; id est, presentia tua. O qualis pastus ille! Sponsa in Canticis: *Indica mihi quem diligit anima mea ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Ecce hic pascis, sed tenuiter, sed non ad satietatem, sed in nocte. Pastum illum ego desidero quietum, ubi cubas, et meridianum. Hic periculis plena

sunt omnia: pascis, et quasi sollicitus es mei, ne peream. Ibi vero non est lupus, non est leo: ideo cubas. Hic mane pascis pastu doctrinae, nos tenebra carnis involutos; sed mane transeat, decedat, iuduret, et areseat; non satis est mihi iste cibus; ostende mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Ezechiel trigésimo quarto capite: *In pascuis uberrimis pascam eas, et in montibus excelis Israel erunt pascua carum*; id est, Israelitæ, de quibus dicitur: *Israel potestas eius*; Christus, mons. Corpus, mons. Anima, mons. Verbum, mons. Psalmus: mons Domini Christus. Mons coagulatus, corpus. Mons pinguis, pinguedine doctrinae, anima. *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare*, Verbum Dei. Ecce in monte Domini montes tres; tres substantia.

3274 Secunda conditio boni pastoris, quod agnoscat vultum pecoris sui. Contra Prælatos qui non resident. Deus omnes agnoscit, sed solas oves cognoscit scientia approbationis. Ad cognoscendas oves ponitur signum. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: in quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto*. Ad Ephesios; et ad Corinthios: *Qui iuxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus spiritus in cordibus nostris*. Vultus quo cognoscit Deus, est Filius. Lumen, est Fides Christi. Ecce signum. Die de caractere bestiae Apocalypsis: quomodo etiam sunt signatae perditionis oves. Figura Laban, et Jacob. Fecerunt pactum, ut oves unius coloris essent Laban, et oves multicoloris essent Jacob. Laban, adustus: significat diabolus. Jacob, Christum. Oves multicoloris per virtutum varietatem sunt Christi. Oves rudes, earentes multiplicitate virtutum, sunt Laban: quæ solo carnali appetitu, et sensuali vestiuntur. Psalmus: *Circumdota varietate*.

Sed dices: quomodo fiet anima multi 3275

coloris? Audi prudentiam Iacob: assumpsit virgas, et posuit eas in canalibus, et decorticavit a parte superiori; et in ipso conceptu prolis videbant oves virgas, et concipiebant maculosas. Quae sunt virgae nisi rationales sensus a parte superiori; id est, quae in portione superiori sunt decorticae? Quia cogitatio, desiderium, spes omnis libera sunt sine carnis, vel terrenae negligentiae cortice. Portio vero interior animae activa, ista est viridis, ut scilicet, cogitatio viridis Deum contempletur, et operatio viridis proximo subveniat. Sit ergo mens pura ut Deum contempletur, et diligat; et actio viridis, ut proximum fovat, et delectet. Sed oportet eas ponere in canalibus. Canales sunt fontes illi, de quibus fluxit nobis aqua viva, de fontibus Salvatoris. Canales abundantes sanguine, plagae illae pretiosae. Ecce, si vis ut bona cogitatio concipiat bonum desiderium, bonam operationem; pone virgas in canalibus. Ecce quando desideras poenitere, servare Deo, contemneris propolis saeculum; venit daemon, rapit verbum sanctum de corde tuo, ponit multas difficultates in poenitentia et obstaculo. Ecce non vales concipere, nec conceptum parere: *Venerunt filii usque ad partum*, et non est virtus in parturiente. Ecce remedium: pone virgas in canalibus et contemplare, et concipies. Ecce fige desideria sancta, et sanctas cogitationes in passione Domini, et non erunt steriles. Cogita, quid passus est Christus pro te, et erit tibi facile omnia sustinere pro Christo. Apostolus: *Recogitate unum, qui talem adversus seculum ipsum recepit contradictionem, ut non deficiatis*.

3276 Tertia conditio boni Pastoris est, ut defendat oves. Figura David: rapiebat praedam de leone et de urso. *Pascabat*, inquit Sauli, *servus tuus patris sui gregem, et veniebat leo vel ursus, et tollebat*

*aricem de medio gregis: et persequerbar eos, et percutebam, erubamque de ore eorum: et illi consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffucabam, interficiebamque eos. Nam leonem et ursum interfeci ego servus tuus: Erit igitur et Philistaeus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Ecce David, manu fortis, Christus est. Hic primo fuit pastor, postea Rex. Quare, Domine? Si vis facere David Regem, nutriatur apud Principes, discat mores et consuetudines aulicas. Quomodo nutritur in agro, qui debet praesidere in regno? Figura fuit Christi: nam, primo fuit pastor ovium, ut postea per potentiam regnaret. Hic, veniente urso, rapit praedam, quoties incircumcisum peccatorem de faucibus daemonis rapit. Fecit hoc Christus in morte, facit hoc quotidie in Sacramento Poenitentiae. Iob: *In sudibus perforabit nares eius*.*

3277 Quarta conditio est: congregare in anum. *Iohannis undecimo. Iesus moriturus erat, ut Filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum*. Ezechielis trigesimo septimo. *Daue virgae in unam redactae*. Beda super Epistolam ad Philippenses capite primo: Ex fructibus cognoscuntur Pastoris conditiones. Prima: cognoscit oves, et cognoscitur ab eis; cognoscit vultum pecoris sui, id est, conscientiam. Cognoscitur: quia eius eleemosynas, et beneficia recipiunt. Secunda conditio: ponit animam pro ovibus. Tertia: intrat per ostium. Mercenarii duae conditiones. Prima fugit, non defendit oves. Secunda: quia mercenarius est, non pertinet ad eum de ovibus, sed de lucro. Fuit tres conditiones. Prima: rapit, etiam quae sibi non debentur. Secunda: deglutit. Tertia: non intrat per ostium, sed per simoniam. Videant nunc qui praedant Ecclesiam, quid horum ad se pertinet.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERGARDINO SENENSIS, VOL. II, SERM. 38.)

3278 **S**ed et tu, Maria, audi consilia meum, sufficiat tibi consolatio Angelorum. Mane cum illis, illos interroga, si forte sciant quid factum est de illo quem quaeris, et quem ploras: ego certe credo quod ipsi ad hoc venerunt, ut de hoc ipso testimonium perhiberent, et credo quod ipse quem ploras miserit eos pro se, et pro te, ut annuncient resurrectionem suam, et consolentur deplorationem tuam. *Dicit ei: Mulier quid ploras? quae est tui causa doloris? non abscondas a nobis lacrymas: tuis, aperi nobis animum tuum, et nos indicabimus tibi desiderium tuum.*

3279 Dicit eis velut familiaribus suae mentis ac scientibus vota planetisque: *Tulerunt Dominum meum, ipsum solum quaero, ipse solus potest me consolari: sed nescio ubi posuerunt eum: circumspicio si videam illum, et non video; vellem invenire locum ubi positus est, et non invenio; heu me miseram, quid agam, quo ibo: quo abii diebus meis? quaesivi eum in monumento, et non invenit: vocavi, et non respondet mihi; heu me! ubi quaeram illum, ubi eum inveniam? surgam certe, et circumibo omnia loca quae potero, non dabo somnum oculis meis, donec inveniam quem diligam anima mea. Effundite lacrymas oculi mei, plorate, et nolite desistere, ambulato pedes mei et discurrite, et nolite quiescere.*

3280 Heu, heu, heu mihi quo abii gaudium, ubi latet amor meus? sed quid faciam, ut eum inveniam? quo me vertam, ad quem ibo, a quo consilium petam, quem percontabor? quis mei miserabitur? quis indicabit mihi quem diligit anima mea? ubi positus est amor meus, ubi cabat, ubi quaesit? quaeso nuntiate illi, qui amore languo, dolore deficio, nec est dolor sicut dolor meus: revertere illi mi, revertere dilecte votorum meorum, revertere consolatio mea: redde mihi lacrimis salutaris praesentiae tuae: *ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: tua enim vox dulcis, et facies tua decora.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Augustini Episcopi.

DE EVANG. IOH. TRACT. 47.

3281 **Q**UAERENS Dominus Iesus ovibus suis et praesentibus et futuris, quae tunc aderant; quia erant ubi iam oves eius erant, quae futurae erant eius oves: item praesentibus et

3282 futuris et illis et nobis, et quotquot etiam post nos fuerint oves eius, quis ad eas missus esset, ostendit. Omnes ergo audiunt vocem pastoris sui dicentis: *Ego sum pastor bonus*. Non adderet *bonus*, nisi essent pastores mali. Sed pastores mali, ipsi sunt fures et latrones: aut certe, ut multum, mercenarii. Omnes enim hic personas quas posuit, requirere, distinguere, nosse debemus. Aperuit enim iam duas res Dominus, quas quodammodo clausas proposuerat: iam scimus quia ostium ipse est, scimus quia pastor ipse est. Fures et latrones qui sint, in hesterna lectione patefactum est; hodie autem audivimus mercenarium, audivimus et lupum: heri nominatus est et ostiarius. In bonis ergo ostium est, ostiarius, pastor et oves: in malis fures et latrones, mercenarii, lupus.

Ostium Dominum Christum accipimus. 3283 pastorem ipsum: ostiarium quem? Haec enim duo ipso exposuit, ostiarium nobis reliquit quaerendum. Et quid ait de ostiario? *Huic, inquit, ostiarius aperit* (IOH. X, 3). Cui aperit? pastori. Quid aperit pastori? Ostium. Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor. Numquid si Dominus Christus non exposuisset, non ipse dixisset, *Ego sum pastor*; et, *Ego sum ostium*, aunderet quisquam nostrum dicere quod ipse Christus sit et pastor et ostium? Si enim diceret, *Ego sum pastor*, et non diceret, *Ego sum ostium*: quaesituri eramus quid esset ostium, et forte aliud putantes ante ostium remansuri. Gratia illius et misericordia nobis exposuit pastorem, seipsum dixit; exposuit ostium, seipsum dixit: ostiarium quaerendum nobis reliquit. Quem nos dicturi sumus ostiarium? Quemlibet invenerimus, cavendum est ne malore existimetur quam ipsum ostium: quia ostiarius in domibus hominum maior

est ostio. Ostiarius enim ostio, non ostium praeponitur ostiario; quia ostiarius ostium, non ostium custodit ostiarium. Non audeo dicere aliquem ostio maiorem; audivi enim iam quid sit ostium: non me latet, non sum dimissus coniecturae meae, non mihi humana est relaxata suspicio; Deus dixit, veritas dixit, mutari non potest quod immutabilis dixit.

3263 Dicam ergo in huius profunditate quaestions quid mihi videatur; eligat unusquisque quod placet; pie tamen sentiat, sicuti scriptum est: *Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum* (SAP. 1, 1). Ostiarium forte ipsum Dominum debemus accipere. Multo sunt enim inter se diversa in rebus humanis pastor et ostium, quam ostiarius et ostium; et tamen Dominus et pastorem se dixit, et ostium. Cur ergo non intelligamus ipsum et ostiarium? Si enim consideremus proprietates, Dominus Christus nec pastor est, sicut consuevimus nosse et videre pastores; nec ostium est, non enim eum labor fecit, si autem secundum aliquam similitudinem et ostium et pastor est, audeo dicere, et ovis est: ovis nempe sub pastore est, tamen ille et pastor est et ovis. Ubi est pastor? Ecce hic habes, lege Evangelium: *Ego sum pastor bonus*. Ubi est ovis? Interroga Prophetam: *Sicut ovis ad immolandum ductus est* (ISA. LU, 7). Interroga amicum sponsi: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* (IOANN. 1, 29). Adhuc aliquid secundum istas similitudines mirabilis sum dicturus. Et agnus enim et ovis et pastor inter se amica sunt, contra leones autem a pastoribus oves custodiri solent; et tamen de Christo, cum sit ovis et pastor, legitimus dictum: *Vicit leo de tribu Iuda* (APOC. V, 5). Haec omnia, fratres, secundum similitudines,

accipite, non secundum proprietates. Sollemus videre pastores sedere supra petram, et inde commissa sibi pecora custodire: utique melior pastor quam petra, super quam sedet pastor; et tamen Christus et pastor et petra. Totum hoc secundum similitudinem. Proprietatem autem si quaeras a me: *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Si quaeras a me proprietatem; Filius unicus de Patre in aeternum ab aeterno genitus; aequalis gignenti, per quem facta sunt omnia, cum Patre incommutabilis, et accepta forma hominis non mutatus, ex incarnatione homo, filius hominis et Filius Dei. Hoc totum quod dixi, non similitudo, sed res est.

3284 Non ergo pigeat nos, fratres, secundum quasdam similitudines ipsum accipere ostium, ipsum ostiarium. Quid est enim ostium? Qua intramus. Quis est ostiarius? Qui aperit. Quis ergo se aperit, nisi qui se ipsum exponit? Ecce Dominus dixerat ostium, non intellexeramus; quando non intelleximus, clausum erat: qui aperuit, ipse est ostiarius. Nulla est ergo necessitas aliquid aliud quaerere, nulla necessitas: sed fortasse est voluntas. Si est voluntas, noli exorbitare, noli a Trinitate discedere. Si personam aliam quaeris ostiarii, Spiritus sanctus occurrit: non enim dedignabitur ostiarius esse Spiritus sanctus, quando ipsum ostium esse dignatus est Filius. Vide ostiarium forte Spiritum sanctum; ipse Dominus discipulis suis de Spiritu sancto, dicit: *Ipsi vos docebit omnem veritatem* (IOANN. XVI, 13). Ostium quid est? Christus. Quid est Christi? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem?

De mercenario autem quid dicimus? 3285 Non in bonis hic commemoratus est. *Pastor bonus, ait, animam suam dat pro*

ovibus. Mercenarius et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves et fugit; et lupus rapit et dispergit oves (IOANN. X, 11, 12). Non hic bonam personam mercenarius gerit, et tamen in aliquo utilis est: nec mercenarius diceretur, nisi acciperet a conducente mercedem. Quis est ergo iste mercenarius et culpabilis et necessarius? Hic vero, fratres, luceat nobis ipse Dominus, ut mercenarios intelligamus, et mercenarii non simus. Quis est ergo mercenarius? Sunt in Ecclesia quidam praepositi, de quibus Paulus apostolus dicit: *Sua quaerentes, non quae Iesu Christi* (PHILIP. II, 21). Quid est, *sua quaerentes*? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quaerentes, temporalia commoda consectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Haec quando amantur a praeposito, et propter haec servitur Deo; quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus enim et Dominus dicit: *Amen dico vobis, perciperunt mercedem suam* (MATTH. VI, 5). Audi de Timotheo sancto quid dicat apostolus Paulus: *Spero autem in Domino Iesu Timotheum cito mittere vobis, ut et ego bono animo sim, cum cognovero quae circa vos sint: nomen enim habes unanimem, qui germine de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi* (PHILIP. II, 19-21). Inter mercenarios pastor ingemuit: quaesivit aliquem qui sinceriter diligeret gregem Christi, et circa se in eis, qui cum illo eo tempore fuerant, non invenit. Non enim in Ecclesia Christi tunc praeter Paulum apostolum et Timotheum nepotem erat, qui germane de grege sollicitus esset; sed contingerat, ut eo tempore, quo Timotheum misit, circa se alium de filiis non haberet; sed soli

mercenarii cum illo essent, *sua quaerentes, non quae Iesu Christi*. Et tamen ipse germane de grege sollicitus, maluit filium mittere, et inter mercenarios remanere. Invenimus et mercenarios, non eos discutit nisi Dominus; qui cor inspicit, ipse discutit: tamen aliquando intelliguntur a nobis. Non enim frustra dixit ipse Dominus etiam de lupis: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* (MATTH. VII, 16). Multos interrogant tentationes, et tunc apparent cogitationes; multi autem latent. Habeat ovile Domini praepositos, et filios et mercenarios. Praepositi autem qui filii sunt, pastores sunt. Si pastores sunt, quomodo unus pastor, nisi quia sunt illi omnes unius membra pastoris, cuius sunt oves propriae? Nam et ipsi membra sunt ipsius unius ovis; *quia sicut ovis ad immolandum ductus est* (ISA. LU, 7).

3286 Audite autem, quia et mercenarii necessarii sunt. Multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum tamen praedicant, et per eos vox Christi auditur; et sequuntur oves non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos: *Scribae, inquit, et pharisaei cathedram Moysi sedent; quae dicunt facile, quae autem faciunt, facere nolite* (MATTH. XXIII, 2 5.). Quid aliud dixit, nisi, per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo enim cathedram Moysi legem Dei docent; ergo per illos Deus docet. Sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere. Certe enim tales sua quaerunt, non quae Iesu Christi; nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi: *Tua quaere, non quae Iesu Christi*. Quod enim facit male, non praedicat de cathedra Christi: inde laedit unde mala facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, spinam cave. Bene, quia intellexistis;

sed propter tardiores dicam hoc idem plantus. Quomodo dixi, Botrum carpe, spinam cave; cum Dominus dicat: *Numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulatis ficum?* (MATTH. VII, 16). Verum est omnino; et tamen etiam verum ego dixi, Botrum carpe, spinam cave. Quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, et portat fructum spina non situm. Non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare nisi radices. Quære radicem spinæ, extra invenis a vite; quære originem uvæ, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysi iis erat: Pharisæorum mores spinæ erant. Doctrina vera per malos, palmes in sepe, botrus inter spinas. Cautè lege, ne dum quæris fructum, laeres manum; et cum audis bona dicentem, ne interis mala facientem. Quæ dicunt lacte, legite uvas: quæ autem faciunt, facere nolite, cavete spinas. Etiam per mercenarios vocem pastoris audite, sed nolite esse mercenarii, cum sitis membra pastoris. Ipse autem Paulus sanctus apostolus, qui dixit: *Neminem habeo qui gerant de vobis sollicitus sit, omnes enim sui quærant, non quæ Iesu Christi*: alio loco inter mercenarios filiosque distinguens, videte quid dixerit: *Quidam per invidiam et contentionem: quidam vero et per bonam voluntatem Christum prædicant; quidam ex charitate, scientes quia in defensionem Evangelii positus sum; quidam vero et per contumeliam Christum annuntiant, non caste, existimantes tribulationem suscipi vinculis meis* (PHIL. I, 15, ss.). Isti mercenarii erant, Paulo apostolo invidabant. Quare invidabant, nisi quia temporalia requirebant? Sed quid adiungat, attendite: *Quid enim, dum omni modo, sive occasione, sive veritate Christus annuntietur? Et in hoc gaudeo,*

scilicet et gaudebo. Veritas est Christus: veritas a mercenariis occasione annuntietur, veritas a filiis veritate annuntietur; filii æternam hæreditatem Patris patienter expectant, mercenarii temporalem mercedem conducentis festinanter exoptant: mihi humana gloria, qui mercenarios invidere video, minuatur; et tamen per linguas et mercenariorum et filiorum divina Christi gloria diffametur, cum sive occasione, sive veritate Christus annuntietur.

Vidimus qui sit etiam mercenarius. Quis est lupus, nisi diabolus? Et quid dictum est de mercenario? *Cum eiderit lupum venientem, fugit: quia non sunt eius oves proprie, nec ei cura est de ovibus* (IOANN. X, 12). Numquid talis erat apostolus Paulus? absit. Numquid talis Petrus? absit. Numquid talis ceteri apostoli, excepto Iuda filio perditionis? absit. Pastores ergo illi? plane pastores. Et unde unus pastor? Iam dixi, pastores, quia membra pastoris. Illo capite gaudebant, sub illo capite concordabant, uno spiritu in unius corporis compage vivebant: ac per hoc omnes ad unum pastorem pertinebant. Si ergo pastores, non mercenarii, quare fugiebant quando persecutionem patiebantur? Expone nobis, o Domine. Vidi in epistola fugientem Paulum: per murum in sporta submissus est, ut manus persecutorum evaderet (II COR. XI, 33). Non ergo illi cura fuit de ovibus, quas lupus veniente desereret? Fuit plane, sed eas pastori in coelo sedenti orationibus commendabat: se autem utilitati earum fugiendo servabat, sicut quodam loco ait: *Mittere in carne necessarium propter vos* (PHILIPP. I, 21). Ab ipso namque pastore omnes audierant: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam* (MATTH. X, 23). Hanc nobis quaestionem Dominus dignetur exponere. Domine, tu di-

xisti eis, quos fideles pastores esse utique volebas, quos tua membra esse formabas, *Si vos persecuti fuerint, fugite*. Injuriam ergo illis facis, quando reprehendis mercenarios, qui vident lupum venientem et fugiunt. Rogamus indices nobis, quid habeat altitudo quaestionis: pulsemus, aderit qui aperiat se ostiarius ostii, quod est ipse.

Quis est mercenarius, qui videt lupum venientem, et fugit? Qui sua querit, non quæ Iesu Christi: peccantem non libere audet arguere. Ecce nescio quis peccavit, graviter peccavit, increpandus est, excommunicandus est; sed excommunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cum poterit. Iam ille qui sua querit, non quæ Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanæ amicitiae commoditatem, et inimicitiarum humanarum incurrit molestiam, tacet, non corripit. Ecce lupus ovi guttur apprehendit: diabolus fidei adulterium persuasit; tu taces, non increpas: o mercenarius, lupum venientem vidisti et fugisti. Respondet forte et dicit: Ecce hic sum, non fugi. Fugisti, quia tacuisti: tacuisti, quia timuisti, fuga animi, timor est. Corpore stetit, spiritu fugisti: quod ille non faciebat, qui dicebat: *Et si corpore absens sum, spiritu vobiscum sum* (COLOSS. II, 5). Quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens fornicatoris litteris arguebat? Affectiones nostræ motus animorum sunt. Laetitia, animi diffusio; tristitia, animi contractio; cupiditas, animi progressio; timor, animi fuga est. Diffunderis enim animo, cum delectaris; contraheris animo, cum molestaris; progredieris animo, cum appetis; fugis animo, cum metuis. Ecce unde ille mercenarius viso lupo dicitur fugere. Quare? *Quia non est ei cura de ovibus* (IOANN. X, 12). Quare non est ei cura de ovibus? *Quia merce-*

narius est. Quid est, mercenarius est? Temporalem mercedem quaerens, et in domo in æternum non habitabit. Sunt hic adhuc quaerenda et discutenda vobiscum, sed onerare vos non est consilium. Dominica enim cibaria conservis ministramus: in pascuis Dominicis oves pascimus, et simul pascimur. Sicut non est negandum quod necessarium est, sic non est cor infirmum pabuli multitudine prægravandum. Non sit ergo molestum Charitati vestrae, quia omnia quæ hic adhiati discutenda arbitror hodie non discutio: sed iterum nobis in nomine Domini diebus reddendi sermonis eadem lectio recitabitur, et diligentius illo adiuvante tractabitur.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERNARDINI SERMONIBUS, VOL. II, SERM. 52.)

Quæritur igitur Maria sic dolens, sic fletus, atque hæc dixisset conversa retrosum; secundum Chrysostomum super Iohannem, Angeli videntes Iesum adesse, propter reverentiam eius stupentes, et facies in assumptis corporibus immutantes in signum honoris surrexerunt. Quod videns Maria convertit se retrosum ut videret quem Angeli reverentur; et tunc sic conversa vidit Iesum stantem, et nesciebat quis Iesus est. Et dixit ei Iesus: *Mulier, quid ploras? quem quaeris? O desiderium anime suæ, cur interrogas, quid ploras? quem quaeris? Ipsa paulo ante oculis suis cum maximo tonante dolore animæ, sese viderat se ipse suam suspendi in ligno: et tu nunc dicis quid ploras? Ipsa in illo tertio viderat manus tuas quibus sæpe benedicta fuerat, et pedes tuos quos devote osculata fuerat, et quos lacrymis rigaverat, clavibus affigi, et nunc tu dicis, quid ploras?*

Nunc insuper corpus tuum sublatum præstimat, ad quod unguendum ut se quodammodo consolaretur veniebat, et tu dicis, quid ploras? quem quaeris? Tu ipse acis quia te solum quaerit, te solum diligit, pro te omnia contemnit, et tu dicis, quem quaeris? Tu quidem amore Iesu, hanc mulierem mentis secreto tractat, imaginamini amore traxeras ad amorem. Tu invidia, catenas animi directionis ligaveras, quam purgasti peccata sua: tu in teipso amore cor eius: tu signis, tu verbis, tu inspiratione, interea commoveras mentem eius: tu suscepisti lacrymas eius, nec obruisti oscula labiorum eius.

Tu abscoo omnis corruptibilis rei amore illum dimisisti, ut a te per omnia iret in pace: et nunc interrogas, Quem queris?

3491 Tu lacrymas ipsa violente fudisti ad germanicum funus: tu interpellatus inlex eius, advenas esse potius voluisti, ne impediretur dulcis conspectus eius, quam illum sedere cognoscere ad tuos divinos pedes, pro te laborante sorore sua, tu te sibi dediti gaudium sedem sempiternam: tu cum signis atque signatis tibi sinueto amore per omnia colligasti, nunc vero privata solatus, repleta opacitate, imbuta angustia.

FERIA QUARTA LAMMAM
VERITATIS

Homilia S. Augustini Episcopi.
DE EVANG. IOANN. TRACT. 47.

3492 **Q**ui sermonem Dei nostri non solum libenter, sed etiam diligenter auditis, promissionis nostrae procul dubio meministis. Ipsa quippe lectio evangelica et hodie lecta est, quae lecta fuerat proximo Dominico die: propterea quoniam in quibusdam necessitatibus immorati, non potuimus omnia discutere, quae vestris sensibus debebamus. Proinde quae iam dicta atque tractata sunt, hodie non quaerimus: ne adhuc eadem repetendo, ad illa quae nondum dicta sunt pervenire minime permittamur. Nostis iam in nomine Domini qui sit bonus pastor, et quemadmodum pastores boni membra sint eius, et ideo pastor sit unus: nostis qui sit mercenarius ferendus: quis lupus et fures et latrones cavendi: quae sint oves, quod sit ostium quo et oves ingrediuntur et pastor; quomodo sit intelligendus ostiarius: nostis etiam quoniam quisquis non per ostium intraverit, fur est et latro, nec venit nisi ut furetur, et occidat, et perdat. Haec omnia dicta, suffecerunt, quantum existimo, pertractata sunt. Hodie debemus dicere, quantum adjuvat Dominus (quoniam ipse Iesus Christus Salvator noster et

Pastorem se esse dixit et ostium, et Pastorem bonum dixit intrare per ostium), quomodo ipse per seipsum intret. Si enim nemo pastor bonus est, nisi qui per ostium intrat, et ipse est praecipue pastor bonus, et ipse est ostium; intelligere non possum, nisi et ipsum per seipsum ad oves suas intrare, et vocem suam illis dare, ut sequantur eum, easque intrantes et exeuntes pasca invenire, quod est vita aeterna.

3493 Cito ergo dico. Ego quaerens intrare ad vos, id est, ad cor vestrum, Christum praedico: si aliud praedico, per aliam partem conabor ascendere. Christus itaque mihi ianua est ad vos: per Christum intro, non ad parietes vestros, sed ad corda vestra. Per Christum intro, Christum in me libenter audistis. Quare Christum in me libenter audistis? Quia oves Christi estis, sanguine Christi comparati estis. Agnoscitis pretium vestrum: quod non a me datur, sed per me praedicitur. Ille quippe emit, qui pretiosum sanguinem fudit: pretiosus sanguis est illius sine peccato. Fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem pretiosum, pro quibus dedit sanguinis pretium: nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum, non diceretur: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius* (PSAL. CXY. 15). Itaque etiam quod ait: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus*, non ipse unus hoc fecit: et tamen si illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse unus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine illis, ipsi sine illo unde potuerunt, cum ipse dixerit: *Sine me nihil potestis facere?* (IOANN. XV. 5). Hinc autem ostendimus quod et alii fecerint, quia ipse apostolus Ioannes, qui hoc quod audistis Evangelium praedica vit, in Epistola sua dixit: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus*

ponere (I. IOANN. III. 16). *Debemus dicit: debitores nos fecit, qui primus exhibuit.* Ideo quodam loco scriptum est: *Si sederis coenare ad mensam potentis, sapienter intellige quae apponuntur tibi: et mitte manum tuam, sciens quia talia te oportet praeparare* (PROV. XXII. 7 iuxta LXX). Mensa potentis quae sit, nostis; ibi est corpus et sanguis Christi: qui accedit ad talem mensam, praeparet talia. Et quid est, praeparet talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus ad aedificandam plebem et asserendam fidem animam pro fratribus ponere. Ideo Petro quem facere volebat pastorem bonum, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait: *Petre, amas me? pasce oves meas* (IOANN. XXI. 17). Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio usque ad eius tristitiam. Et cum tantum interrogasset Dominus, quantum interrogandum esse indicavit, ut ter confiteretur qui ter negaverat, et ei suas oves pascendas tertio commendasset, ait illi: *Cum iunior esses, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senioris, extendes manus tuas, et alter te cinget, et ducet quo tu non vis.* Et exposuit evangelista quid Dominus dixerit: *Hoc autem, inquit, dixit, significans quia morte clarificaturus esset Deum.* Ad hoc ergo pertinet, *pasce oves meas*: ut ponas animam tuam pro ovibus meis.

3494 **I**am illud quod ait: *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem* (IOANN. X. 15), quis nescit? Ipse enim agnoscit Patrem per se, nos per illum. Quia ipse per se agnoscit, novimus: quia et nos per illum, etiam hoc novimus: quia et hoc per illum novimus. Ipse enim dixit: *Deum neminem vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit* (Ibid. 1, 18). Ergo et nos per ipsum, quibus enarravit. Item alibi ait: *Nemo novit Filium, nisi Pater: ne-*

que Patrem quisquam novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare (MATTH. XI. 27). Sicut ergo ipse per se novit Patrem, nos autem per illum novimus Patrem; sic intrat in ovile per semetipsum, et nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad vos; quare? Quia Christum praedicamus. Nos Christum praedicamus, et ideo per ostium intramus. Christus autem Christum praedicat, quia seipsum praedicat; et ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cum alia monstrat, quae videntur in lumine, numquid aliquo alio indiget ut monstretur? Lumen ergo et alia demonstrat et seipsum. Quaecumque intelligimus, intellectu intelligimus; et ipsum intellectum unde nisi intellectu intelligimus? Numquid sic oculo carnis et alia vides et ipsum? Quamvis enim videant homines oculis suis, non tamen vident oculos suos. Oculus carnis alia videt, se non potest: intellectus autem et alia intelligit, et seipsum. Quomodo intellectus videt se, sic et Christus praedicat se. Si praedicat se, et praedicando intrat ad te, per se intrat ad te. Et ad Patrem ipse est ostium, quia non est qua veniatur ad Patrem, nisi per ipsum: *Unus enim Deus et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus* (I. TIM. II. 5). Verbo multa dicuntur: haec ipsa quae dixi, utique verbo dixi. Si velim dicere et ipsum verbum, unde dico nisi verba? Ac per hoc per verbum et alia dicuntur, quae non sunt quod verbum; et ipsum verbum dici non potest, nisi per verbum. Adjuvante Domino exemplis abundavimus. Tenete ergo, quomodo Dominus Iesus Christus et ostium sit et pastor: ostium pandendo se, pastor intrando per se. Et quidem, fratres, quod pastor est, dedit et membris suis: nam et Petrus pastor, et Paulus pastor, et ceteri apostoli pastores, et

boni episcopi pastores. Ostium vero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit, qua intrent oves. Denique Paulus apostolus boni pastoris implebat officium, quando Christum praedicabat, quia per ostium intrabat. At ubi oves indisciplineate cooperunt facere schismata, et alia ostia sibi ponere, non qua intrarent ut congregarentur, sed qua errarent ut dividerentur, dicentes alii: *Ego sum Pauli*; alii, *ego sum Cephae*; alii, *ego Apollo*; alii, *ego Christi* (I Cor. I, 12 ss.): expavescentes ad eos qui dixerunt: *Ego sum Pauli*, tantquam clamans ad oves: Miserae quae istae? non sum ostium. *Nimquid Paulus*, inquit, *pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Qui vero dicebant, *Ego sum Christi*, invenerant ostium.

De uno autem ovili et uno pastore iam quidem assidue solentis audire: multum enim commendavimus unum ovile praedicantes unitatem, ut per Christum omnes oves ingrederentur, et Donatum nulla sequeretur. Verumtamen unde hoc proprie dixerit Dominus, satis apparet. Loquebatur enim apud Iudaeos, missus autem fuerat ad ipsos Iudaeos, non propter quosdam inimici odio pertinaces et perseverantes in tenebris, sed propter quosdam in ipsa gente quas dicit oves suas; de quibus ait: *Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel* (MATTH. XV, 24). Noverat etiam eos in turba furentium, et praevidebat in pace credendum. Quid est ergo: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel*; nisi quia praesentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel? Ad gentes non perrexit ipse, sed misit; ad populum vero Israel et misit, et venit ipse; ut qui contemnebant, maius iudicium sumerent, quia et praesentia est illis exhibitia. Ipse Do-

minus ibi fuit, ibi matrem elegit, ibi concipi, ibi nasci, ibi sanguinem fundere voluit, ibi sunt vestigia eius, modo adorantur, ubi novissime stetit, unde ascendit in coelum: ad gentes autem misit.

Sed forte aliquis arbitratur, quoniam non ipse ad nos venit, sed misit ad nos, non nos audisse vocem ipsius, sed vocem eorum quos misit. Absit: pellatur ista cogitatio de cordibus vestris; et in his quos misit ipse erat. Paulum Paulum audi quem misit; ad gentes enim praecipue Paulum misit apostolum; et ait ipse Paulus terrenus non de se, sed de illo: *An nullis accipere experimentum eius qui in me loquitur Christi?* (II Cor. XIII, 3). Audite et ipsum Dominum: *Et alias oves habeo, id est, in gentibus: quae non sunt de hoc ovili*, id est, de populo Israel: *oportet me et illas adducere* (IOANN. XVI, 16). Ergo et per suos non alter adducit. Adhuc audi: *Vocem meam audiant*. Ecce et per suos ipse loquitur, et per eos quos mittit vox eius auditur. *Ut sit unum ovile et unus pastor*. Duobus istis gregibus tantquam duobus parietibus factus est lapis angularis: (EPHES. II, 11-22). Ergo et ostium est, et lapis angularis: omnia per similitudinem, nihil horum proprie.

Iam enim dixi et commendavi vehementer, et qui capiunt sapiunt, imo qui sapiunt, capiunt; et qui nondum intellectu sapiunt, fide teneant quod intelligere nondum possunt. Per similitudinem Christus multa est, quae per proprietatem non est. Per similitudinem et petra est Christus, et ostium est Christus, et lapis angularis est Christus, et pastor est Christus, et agnus est Christus, et leo est Christus. Quam multa per similitudines, et alia quae commemorare longum est! Si autem proprietates distinctas rerum, quas videre consuevi, nec petra est, quia durus et sine sensu non

est; nec ostium est, quia faber eum non fecit; nec lapis angularis est, quia non est ab structore compositus; nec pastor est, quia custos ovium quadrupedum non est; nec leo est, quia fera non est; nec agnus est, quia pecus non est. Omnia ergo ista per similitudinem. Quid ergo proprie? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Quid de homine qui apparuit? *Ei Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (IOANN. I, 1-14).

Varia de Resurrectione Christi.

DE S. BERNARDO SERMONI, VOL. II, SERMO 231.

Tu quaeris, *Mulier, quid ploras?* Tu quidem in ea plantasti fidem qua te quaerit, tu in ea firmasti spem pro qua in te confidit, tu gemitus radicasti in eius animo charitatem qua te diligit, tu rigas illam ut incrementum suscipiat in visibilibus aquis: charitas a te ipso diffusa, in te ipsum refluxa, eam ad momentum ligatam tenet et illam interrogas: quid ploras? tu causa quaesitus, tu causa doloris, tu causa ploratus, tu inquietas illam, tu ab Angelis illam avertis, tu ipsam in pace vivere non sinis. Quid ergo, bone Iesu, interrogas diligenter atque dilectam, quid ploras? quem quaeris? Dulcis magister et amor animae suae: ad quid quaeso provocas spiritum eius? tota manet in te, tota sperat in te, tota desperat de se.

Iam quaerit te, quia non est in se, sed propter te est extra se: quid ergo quaeris, quid ploras, quem quaeris? An putas, quia dicit, Te ploro, te quaero, nisi tu prius inspiraveris, et dixeris in corde suo, Ego sum quem quaeris, quem ploras? An putas, qui ipsa cognoscit te, quomodo volueris celare te? At illa testimonia, quia hortulana exsistit, dicit illi: *Dominus, et sustulisti eum dicitis, ubi possit eum, et ego tollam eum*. O dolor miserabilis, mulier ista doloris nube oblecta non vidit solem, qui mane surgens radiabat per fenestras eius, qui per aures cordis sui iam intrabat in animam suam.

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. III. POST PASCHA SERMO 3.

Ego sum pastor bonus, Ioannis 3300 decimo.

In hoc verbo describit se nobis Dominus Iesus ut singularem in discretionem, ibi: *Ego sum*; ut fontalem in subventionem, ibi: *pastor bonus*.

Circa totum nota, quod Dominus Iesus, Filius Dei, est: Verbum increatum supportans universa, et in quantum talis pascit animas supermentaliter sublimando ad sapientiam sive ad lumina sapientiae. Verbum incarnatum reparans humana, et in quantum huiusmodi pascit sacramentaliter reformando ad gratiam sive ad charismata gratiae. Verbum inspiratum sustentans intellectualia, et in quantum huiusmodi pascit spiritualiter informando ad iustitiam sive ad exercitia iustitiae.

In quantum ergo Verbum increatum pascit supermentaliter sive sapientialiter per splendores intellectuales, qui habent concurrere in animam secundum reflexionem triplicis speculi: *archetypici*, id est mundialis machinae; *hierarchici*, id est intelligentiae creatae; et *monarchici*, id est artis aeternae. Iob trigesimo nojo: *Circumspicit montes pascuae suae et virentia quaeque perquirit*. Per dulciores affectuales, ad quos concurrunt primo devotiones, deinde exultationes, postea immisiones; Canticum primo: *Iudica mihi, ubi pascae, ubi cubes in meridie, etc.*

In quantum autem Verbum incarnatum pascit sacramentaliter: per sacramenta poenitentiae collecta ex lacrymis compunctivis, compassivis et sursum activis; Psalmus: *Dominus regit me, et nihil mihi deerit. In loco pascuae ibi me collocavit, super aquam refectiois educavit me.*

Per sustentationem Eucharistiae quibus reficit, amicabilem, quia bonus; mirabiliter, quia magnus; oblectabiliter, quia opulentus; Ioannis decimo: *Ego sum ostium; per me si quis intraverit, salvabitur et ingredietur et egredietur et pascuam inveniet.*

3305 In quantum vero Verbum inspirationis pascit spiritualiter: per *pasceda* superangelica, angelica, subangelica; Isaiæ quadragesimo: *Sicut pastor gregem suum pascit, etc.* Per exempla sanctitatis purificantia quoad se, purificantia quoad proximum, pacificantia quoad Deum Pastor enim debet esse pius, pius et Deo concilians et reconcilians; Psalmus: *Elegit Dominus David, servum suum; etc.* *poscere Iacob, servum suum, et Israel, haereditatem suam et pavit eos in unumcutin cordis sui, etc.* Ioannis ultimo: *Pascite... pascite... pascite.*

3306 Iesus pastor bonus pascit non solum sicut dictum est, Ecclesiam militantem, sed etiam Ecclesiam triumphantem. Nam pascit *Seraphim* et Apostolos amoribus aeternae et fontaliter vulnerativis sive sagittativis; *Cherubim* et Doctores et Prophetas aeternae et fontaliter irradiativis sive sapientificativis; *Thronos* et Patriarchas, Confessores etiam excessibus aeternae et fontaliter quietativis sive satisfativis; *Dominations* et Martyres libertativis aeternae et fontaliter sublimativis sive dignificativis; *Principatus* et Potestates almos potentibus aeternae et fontaliter stabilitivis et honorificativis; *Potestates* et dignos rectores validativis aeternae et fontaliter triumphativis et inconvulsivis; *Virgines* et Virgines nobilitativis aeternae et fontaliter admirativis et decorativis; *Archangelos* et praedicatorum revelativis aeternae et fontaliter venerativis et spectativis; *Angelos* et officiales pietatis contemplationibus aeternae et fontaliter provisivis et quietativis.

Varia de Resurrectione Christi.

DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 171.

3307 Sicut quoniam amore langueret, isto amore in oculis cordis caligabat, ut non videret quem videbat, videbat enim Iesum, sed nesciebat quia Iesus est. O Maria, si queris Iesum, cur non recognoscas Iesum? ecce Iesus venit ad te, et quem queris querit te, et tu aestimas eum hortulanum? Est enim Iesus, est etiam hortulanus; ipse enim seminavit omne bonum semen in horto anime tuae, et epululentiam infidelitatem nunc invenit extirpare. Quid est etiam hoc quod dicit, *si sustulisti eum? de quo intelligis eum?* quis intelligit eum, quae tamen nomen illius quem queris, non pendis? sed hortulanus tuus est notus, sed tua desideria novit; nescis quoniam sit quem tanta diligentia queris: quem enim interrogas, ac si praesente ipso illum *eum* in monumento clausisset? quem enim? quid iste si hortulanus est de isto de quo quaevis agnovit? hoc nempe cum desiderio quacrentis agit, ut quod querit credat alios nosse. Sicut in Cant. 1 sponsa, ait: *Indicite mihi quem diligenti anima mea.* Sic etiam exivit in Maria.

3308 Sed, o Maria, quippe nescia loqueris, quia non patrem, non fratrem, non sororem, non filium, non amicum terrenum inquiris, sed eum qui est, qui venturus est, et diu sic profertur, sine agnitione fuisse sciat. Sed quid est mulier quod dicit, et ego enim tollam? Ioseph enim timuit, et non fuit ausus tollere corpus eius de cruce, nisi de nocte, et nisi peteret a Pilato: tu autem nocens non praestolaris, nec vereris, sed audacter promittis, dicens: *et ego enim tollam?* O Maria, si forte corpus Iesu positum est in atrio Principis Saeculorum, ubi Apostolorum Principes calcabant se ad ignem, quid factura esses? et ego enim tollam. Quid si esset in domo Pilati, et coram militum turba, quid inquam factura esses? et ego enim tollam. Sed in platea foret coram multitudine Iudaeorum, quid tunc faceres? et ego enim tollam.

3309 O admirabilis mulieris audacia! o mulier non mulier! nullum locum excipit, nihil anteponeit, sine timore dicit, absolute pronuntiat: *Dico enim tibi possidi eum, et ego enim tollam?* O mulier magna est constantia tua, magna est fides tua, sed quomodo mulier, quae valetudine, quibus viribus, quo ingenio corpus tam grave posses portare sola, quum tua fueris de portatoribus ad septem enim, non quod tecum vas aures habere te credis? Reciderunt, ego enim tollam. Anni enim impossibile ad possibile sine opinione restitui, et quod noquit, efflorescere posse se credit.

FERIA SEXTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. II. POST PASCHA SERM. 4.

3310 **C**OGNOSCO OVES MEAS, et cognoscunt me meae.

3311 In verbo hoc describitur discretio bonorum a malis sub metaphora ovium dominici gregis. Haec autem discretio ex duplici parte trahit originem, videlicet, ex electione divini propositi et cooperatione liberi arbitrii. Quantum ad primum dicit: *Cognosco oves meas*, illa scilicet notitia approbationis, quae dixit ad Moysen Exodi trigesimo tertio: *Novi te ex nomine, et invenisti gratiam coram me.* Quantum ad cooperationem liberi arbitrii subditur: *et cognoscunt me meae*, illa scilicet notitia, de qua Sapientiae decimo quinto: *Nosse te consummata iustitia est, et scire iustitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis.* Haec autem duo sunt, per quae signanter discernuntur oves Christi ab ovibus antichristi. Sed primum signaculum nos latet, cum sit certissimum, aeternum, occultum et Deo cognitum, secundum illud secundae ad Timotheum secundo: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt eius.* Secundum vero aliquo modo nobis innotescit; unde secundum istud necesse habet currere nostrum iudicium discretivum.

3312 Discernitur ergo ovis Christi ab ove antichristi, hoc est iustus ab inipio, quia impius est similis ovi aberranti, ovi aegrotanti, ovi periclitanti. Ovi namque aberranti similis est per desertionem iustitiae; Isaiæ quinquagesimo tertio: *Oves nos quasi oves erravimus, iniquisque in viam suam declinavit;* hoc est, omnes recessimus a via communi in viam propriam; hoc est a veritate ad falsitatem, ab aequitate ad iniquitatem,

a charitate in cupiditatem. Peccator enim errat a via communi propter bonum proprium; et est haec magna caecitas; et hoc in die iudicii apparebit; Sapientiae quinto: *Erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis.*

3313 Ovi vero aegrotanti similis est propter vulnerationem naturae, propter quam non tam est culpabilis quam miser et miserabilis, secundum illud Matthaei nono: *Videns Iesus turbas, misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem.* Describit hic morbum in hoc, quod dicit, quod erant *vexati et iacentes*; et causam morbi in hoc, quod subdit: *Sicut oves non habentes pastorem, quia ipse idem est pastor et pastus.* Sicut autem ovis carens pabulo in omnibus suis virtutibus infirmatur, sic anima, quae recedit a Christo in omnibus suis virtutibus infirmatur et contabescit.

3314 Ovi periclitanti, similis est propter reatum mortis aeternae, secundum illud Psalmi: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Et quia ad illud periculum frequenter veniunt propter culpam pastoris, ideo Ezechielis trigesimo quarto: *Dispersae sunt oves meae, eo quod non esset pastor, et factae sunt in devorationem omnium bestiarum agri, id est, daemonum.* Hoc damnum requiritur de manu pastorum; et ideo valde periculosum est negligentibus et laboriosum vigilantibus, exemplo Iacob; de quo Genesis trigesimo primo: *Oves tuae et caprae steriles non fuerunt, ardetis gregis tui non comedi, etc.*

3315 Iustus autem similis est ovi *reducendae, deducendae, et perducendae.*

3316 Similis est, inquam, ovi *reducendae* a devio erroris, secundum illud primae Petri secundo: *Erratis sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.* Hoc

enim factum est, non quia nos quaesivimus eum, sed quia ipse nos, secundum quod petebat Propheta in Psalmo: *Erravi sicut ovis, quae perit; quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus*; et hoc quidem, cum de caelo propter nostram salutem descendit, secundum illud Lucae decimo quinto: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam, quae perierat, donec inveniat eam?* Nam, ut redimeret nos morti se obtulit sicut ovis, secundum illud Isaiae quinquagesimo tertio: *Sicut ovis ad occisionem ducitur*, etc.

3317 Similis est etiam ovi *deducendae* per semitam rectitudinis, secundum illud Psalmi: *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi et Aaron*. In quo designatur, quod deductio populi Christiani per viam rectitudinis est per viam iustitiae et misericordiae. Et hoc designat Moyses, qui populum iudicabat, et Aaron, qui populum Deo reconciliabat. Hoc designabat columna ignis et nubes; in igne enim terror est severitatis, in nube, obumbratio pietatis. Et haec duo in quolibet ovis ductore debent esse, et per hanc duplicem viam debet quilibet incedere et maxime illi qui intente debent dominicis vestigiis adhaerere de quibus in Psalmo: *Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ovem Ioseph*. Modus, quo ducitur, describitur Ioanania decimo: *Cum proprias oves miserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Aliam non sequuntur, quia non noverunt vocem alienorum*; ubi describitur perfecta iustitia in faciendo bonum et declinando malum.

3318 Similis est etiam ovi *perducendae* ad mansionem quietis, secundum illud Ezechielis trigésimo quarto: *Ego pascam*

oves meas et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Ubi, rogo, faciet accubare? Certe in Ierusalem, quae interpretatur *visio pacis*, hoc est in regie contemplationis. Et optime iungit istud, *visionem et pacem*, quia illi soli idonei sunt ad contemplationem, qui habent pacem, quae est thronus Salomonis. Hanc non habent nisi mites et humiles, qui sunt oves, qui sunt maxime dispositi ad gratiam contemplationis. Unde Rachel, per quam designatur contemplativa vita, interpretatur *videns principium, sive videns Deum*; et intelligitur ovis, quia solus ille qui est simplex, mitis et humilis, potest Dominum intueri solum, quod non expargat se exteriori; propter quod Canticorum primo: *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum*, etc. Et ideo consilium est ut *minet gregem ad interiora deserti*, sicut fecit Moyses, Exodi tertio, ubi vidit Deum. Via autem est Christus, qui dicit Ioannis decimo: *Ego sum hostium, per me si quis introierit, salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet*. Ingresditur intra se, et egredietur extra se et supra se; vel *ingredietur*, ad contemplationem Divinitatis, et *egredietur*, ad contemplationem humanitatis, etc.

Varia de Resurrectione Christi.

(De Resurrectione Christi, 191-193, 3319)

3319 **T**unc ergo, bone Iesu, nulli ultra patiare desiderium eius, qui iam triduo sustinet, nec habet unde satiet esurientem animam suam, nisi tu te manifestando porrigas illi panem corporis tui. Non enim diu poterit retinere vitam corporis sui, nisi cito manifestes vitam animae suae.

3320 **V**adit et Iesus; Mares; haec siquidem vox exprimens nomen eius, penetravit animam eius, scilicet virtutem in verbo illo sensit, sola solum solite intellexit, ac per hoc solitam vocem agnovit; Ubi ergo audivit Maria, sic enim consueverat eam vocare Magister eius, percensit in ipso nomine

dulcedinem Dei, et per eam cognovit ipsum a quo vocabatur, esse Magistram suum.

3321 **T**unc vero revixit spiritus eius, et tunc recepit etiam fidem, unde statim in genere dixit ei: *Rabboni, quod dicitur Magister*, quo conversus atque ad loquentem, et quam primo conversus esset retrorsum, et illum vidisset, ut hortulanum, sua interrogatio completa, reconverit oculos ad se pulcrum, ac undique girabat aspectum, sperans ex aliqua parte apparere dilectum; nunc vero audita voce, quasi subito se convertit ad eum vocans Magistram, cuius dulcedinem, conserat in doctrina.

3322 **O** mutatio dexteræ excelsi! o pietas Salvatoris! o misericordia Redemptoris! conversus est dolens in gaudium maximum; mutati sunt dolores in lacrymas gaudii et amoris. Sed arbitrabatur Maria non se indignere verbo, quae invenerat verbum, et longum utilis fore arbitrabatur tangere verbum, quoniam audiens verba currit ad pedes eius, ut amplexaretur, et oscularetur eos. O amor fratris, et impatiens, non ei sufficit videre Iesum, et cum Iesu loqui, nisi etiam tangeret Iesum! Sciebat enim, quod virtus de illo exibat et unabat omnes.

SABBATO

Homilia S. Thomae Aquinatis.

DE IOHANN. CAP. 10.

3323 **H**ic exponit secundam clausulam praemissae parabola, scilicet: *Qui intrat per ostium, pastor est ovium*. Et primo ponit expositionem; secundo manifestat eam, ibi: *Ego sum pastor bonus*, etc. Exponit autem illam particulam, dicens se esse pastorem bonum; secundo subdit boni pastoris officium, ibi: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*; tertio ostendit de malo pastore contrarium, ibi: *Mercenarius autem... videt lupum venientem, et fugit*. Dicit ergo quantum ad primum: *Ego sum pastor bonus*. Quod autem Christus sit pastor, manifeste ei competit, nam sicut per pastorem grex gubernatur et pascur, ita fideles per Christum spirituali cibo, et etiam corpore et sanguine suo reficiuntur; I Petr. II, 25:

Eralis aliquando sicut oves non habentes pastorem; sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum; Is. XL, 11: *Sicut pastor gregem suum pascat*. Sed ad differentiam mali pastoris et furis addit, *Bonus*. Bonus, inquam, quia implet pastoris officium, sicut bonus miles dicitur qui implet militis officium. Sed cum Christus dixerit supra, pastorem intrare per ostium, et iterum se esse ostium, hic autem dicit se esse pastorem; oportet quod ipse per semetipsum intret. Et quidem per seipsum intrat, quia seipsum manifestat, et per seipsum novit Patrem. Nos autem per illum intramus, quia per ipsum beatificamur. Sed attende, quod nullus alius est ostium nisi ipse, quia nullus alius est lux vera, sed per participationem; supra I, 8: *Non erat ille lux*, scilicet Ioannes Baptista, *sed ut testimonium perhiberet de lumine*. Sed de Christo dicitur: *Erat lux vera quae illuminat omnem hominem*. Et ideo esse ostium nemo se dicit: hoc sibi ipse Christus proprie retinuit; esse autem pastorem, aliis communicavit, et membris suis dedit: nam et Petrus pastor, et ceteri Apostoli pastores fuerunt, et omnes boni Episcopi; Ierem. III, vers. 5: *Dabo vobis pastores secundum cor vestrum*. Licet autem praepositi Ecclesiae, qui filii sunt, omnes pastores sint, ut Augustinus dicit; ideo tamen singulariter dicit, *Ego sum pastor bonus*, ut insinuet virtutem charitatis. Nullus enim est pastor bonus nisi per charitatem efficiatur unum cum Christo, et fiat membrum veri pastoris.

Officium boni pastoris est charitas; unde dicit: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*. Sciendum est enim, quod differentia est inter bonum pastorem et malum: nam bonus pastor intendit commodum gregis; malus autem commodum proprium; et haec differentia

tangitur Ezech. xxxiv, 2: *Vae pastoribus qui pascunt semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus?* Qui igitur utitur grege ut semetipsum tantum pascat, non est pastor bonus. Ex quo sequitur quod pastor malus, etiam corporalis, nullum detrimentum vult sustinere pro grege, cum non intendat eorum commodum, sed proprium. Bonus vero pastor, etiam corporalis, sustinet multa pro grege, cuius bonum intendit; unde Iacob dixit Genes. xxxi, 40: *Nocte ac die gredure bar et resta.* Sed in corporalibus pastoribus non exigitur a bono pastore ut exponat se morti propter salutem gregis. Sed quia spiritualis gregis salus praeponderat corporali vitae pastoris, ideo cum periculum imminet de gregis salute, debet quisque spiritualis pastor, corporalis vitae sustinere dispendium pro gregis salute: et hoc est quod Dominus dicit: *Bonus pastor animam suam, id est vitam corporalem, ponit pro ovibus suis, id est auctoritate et charitate.* Utrumque enim exigitur, et quod ad eum pertineat, et quod eas amet: nam primum sine secundo non sufficit. Huius autem doctrinae Christus nobis exemplum praebuit; I Ioann. iii, 16: *Si Christus posuit animam suam pro nobis, et nos debemus pro fratribus animas ponere.*

3325 Hic agit de malo pastore, ostendens, et contrarias conditiones inesse a conditionibus boni pastoris. Et primo ponit mali pastoris conditiones; secundo ostendit quomodo ipsae conditiones se invicem consequuntur, ibi, *Mercenarius autem... fugit.* Circa primum duo facit. Primo ponit conditiones mali pastoris; secundo insinuat periculum imminens gregi, ex malo pastore, ibi, *Et lupus rapit, etc.*

3326 Notandum autem, quod ex his quae dicta sunt de bono pastore et his quae dicuntur de malo, triplex differentia con-

ditionum ipsorum, scilicet boni et mali pastoris, accipi potest. Prima quidem distinctio accipitur quantum ad intentionem; secunda quantum ad effectum; tertia quantum ad sollicitudinem. Differunt ergo primo in intentione, et hoc ex nomine utriusque: nam primus dicitur pastor, ex quo datur intelligi quod intendit pascere gregem; Ezech. xxxiv, 2: *Nonne greges pascuntur a pastoribus?* Iste autem, scilicet malus, dicitur mercenarius, quasi mercedem quaerens: ut sic differant in hoc: quod bonus pastor quaerit utilitatem gregis; mercenarius autem principaliter commodum proprium. Haec etiam differentia est inter regem et tyrannum, ut Philosophus dicit, quia rex in suo regimine intendit utilitatem subditorum; tyrannus vero utilitatem propriam; unde est sicut mercenarius: Zach. ii, 12: *Si bonum est in oculis vestris, offerte mihi mercedem.*

Sed numquid possunt quaerere etiam 3327 boni pastores mercedem? Videtur quod sic; Ezech. xxxiv, 18: *Da mercedem, Domine, sustentibus tuis;* Is. xl, 10: *Ecce merces eius cum eo;* et Luc. xv, 17: *Quantum mercenarii in domo patris mei abundant panibus!*

3328 Respondeo dicendum, quod merces potest accipi dupliciter: scilicet communiter et proprie. Communiter quidem, omne quod meritis redditur, dicitur merces: et quia vita aeterna, quae est Deus: I Ioann. ult, 20: *Hic est verus Deus, et vita aeterna;* meritis redditur; ideo ipsa vita aeterna merces dicitur. Et hanc mercedem potest et debet quaerere quilibet bonus pastor. Proprie autem dicitur merces aliquid segregatum ab haereditate; et ad hanc non debet habere respectum ille qui est verus filius, ad quem spectat haereditas; sed ad eam respectum habent servi et mercenarii. Unde, cum vita aeterna sit hereditas nostra,

qui operatur habens ad eam respectum, operatur ut filius; qui vero intendit aliquid seorsum ab ea [puta terrenis commodis] inhiat, honore praelationis gaudet mercenarius est.

3329 Secundo distinguuntur quantum ad sollicitudinem: quia de bono pastore dicitur quod oves sunt suae, non solum commissione, sed etiam amore et sollicitudine; Phil. i, 7: *Eo quod habeam vos in corde, etc.*; sed de mercenario dicitur: *Cuius non sunt oves propriae;* id est, eam sollicitudinem non habet; Ezech. xxxiv, vers. 8: *Neque quaesierunt pastores gregem meum, sed pascabant semetipsos.* Tertio differunt quantum ad effectum: nam bonus pastor qui diligit gregem, animam suam dat pro eo; id est, exponit se periculo vitae corporalis. Malus autem, quia nullum affectum habet ad gregem, fugit cum videt lupum. Unde dicit: *Videt lupum venientem, et dimittit oves.*

3330 Lupus iste tripliciter accipitur. Primo quidem diabolus tentans: Eccli. xii, 21: *Sed si communicabit aliquando lupus cum agno, sic peccator iusto.* Secundo vero haereticus mactans; Matth. vii, 15: *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; Act. xx, 29: Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi.* Tertio tyrannus saeviens: Ezech. ii, 27: *Principes eius in medio eius quasi lupi.* Debet ergo bonus pastor contra hunc lupum triplicem, subditum gregem tueri: dum scilicet videns lupum, id est tentationem diabolicam, deceptionem haereticam et saevitiam tyrannicam, opponit se: contra quod dicitur Ezech. xiii, 5: *Non ascenditis ex adverso, neque opposuistis munus pro domo Israel.* Et ideo dicitur de malo pastore, quod *fugit et dimittit oves;* Zach. ii, 17: *O pastor, et idolum derelinquens*

gregem; quasi dicat: Non est pastor, sed similitudinem et idolum geris pastoris; Ier. xlvii, 21: *Mercenarii eius in medio eius, quasi vituli saguati versi sunt, et fugerunt simul, nec stare poterunt.*

3331 Sed contra hoc est quod dicitur Matth. cap. xv, 11: *Si eos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Ergo videtur quod licet pastori fugere, Respondeo dicendum, quod ad hoc est duplex solutio. Una est Augustini super Ioannem. Est enim duplex fuga: scilicet animi et corporis. Quod autem hic dicitur, *Dimittit oves et fugit*, intelligitur de fuga animi: nam dum malus pastor a lupo sibi periculum metuit, resistere eius iniustitiae non praesumit; sed fugit non mutando locum, sed subtrahendo solatium, refugiens scilicet gregis sollicitudinem. Sed haec expositio necessaria est quantum ad primum lupum: nam contra diabolum non oportet corporaliter fugere. Sed quia contingit etiam aliquem pastorem fugere corporaliter propter aliquos lupos, scilicet haereticum habentem potestatem et tyrannum; ideo adhibenda est alia responsio, quam Augustinus ponit in Epistola ad Honoratum. Nam, ut ipse dicit, videtur quod liceat etiam corporaliter fugere lupos, non solum ex auctoritate Domini supra posita, sed etiam exemplo sanctorum aliquorum: puta Athanasii et aliorum persecutores fugentium. Non enim quia fugit, sed quia dimittit oves vituperatur; unde si posset fugere non dimittendo oves, non esset vituperabile. Contingit enim aliquando quod quaerit persona praelati; aliquando totus grex. Manifestum est autem quod si quaeratur sola persona praelati, possunt alii loco sub ad gregis custodiam deputari, qui vice sui consolentur et gubernent gregem. Unde si sic fugiat, non dicitur dimittere oves; et hoc modo, in casu,

fugere licet. Si autem quaeratur totus grex, ut oportet quod pastores omnes simul sint cum ovibus, aut oportet quod aliqui ex eis remaneant, et aliqui recedant. Si autem totaliter deserant gregem, tunc eis competit quod hic dicitur: *Videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.*

3332 Hic ponitur periculum impellens, quod est duplex. Unum est ovium rapina; unde dicit: *Lupus rapit*; scilicet, quod alienum est, sibi usurpat. Fideles enim Christi sunt eius oves. Tunc igitur aliquis haeresiarcha et lupus rapit oves, quando fideles Christi ad doctrinam suam falsam attrahit; Ezech. xxxiv, vers. 8: *Factus est grex meus in diramationem omnium bestiarum agri.* Aliud periculum est ovium dispersio; unde dicit, *Et dispergit oves, in quantum aliqui seductuntur, et aliqui perasunt;* Ezech. cap. xxxiv, 6: *Dispersi sunt greges mei; et non erant qui requireret.*

3333 Hic ostendit quomodo praedictae conditiones se invicem consequuntur: nam ex primis duabus sequitur tertia. Ex hoc enim quod quaerit utilitatem suam, et non afficitur ad gregem per amorem et sollicitudinem, sequitur quod non velit pro eo incommodum sustinere; et ideo dicit: *Mercenarius autem fugit, ideo scilicet quia mercenarius est; id est, quaerit commodum proprium quantum ad primam conditionem; et non pertinet ad eum de ovibus;* id est, non eas diligit, neque pro eis sollicitatur, quantum ad secundam conditionem eius. Unde Iob cap. xxxix, 16, dicitur de malo pastore: *Induratur ad filios quasi non fuerint sui.* E converso autem est de bono pastore: nam gregis commodum quaerit, non proprium; Philipp. iv, 17: *Non quaero datum, sed quaero fructum,* etc. Et pertinet ad eum de ovibus; id est, eas diligit, et de eis sollicitatur; Philipp. i, 7: *Eo quod habeam vos in vinculis meis,* etc.

Hic Dominus probat suam expositionem; et primo resumit quod probare intendit; secundo probationem inducit, ibi, *Et cognosco oves meas;* tertio eam manifestat, ibi, *Propterea me Pater diligit.* Dicit ergo primo: *Ego sum pastor bonus.* Hoc expositum est supra; Ezech. cap. xxxiv, 11: *Requiram oves meas in die illa, sicut visitat pastor gregem suum.*

3335 Consequenter cum dicit, *Et cognosco oves meas,* probat quod dicit. Duo autem dicit de se; scilicet, quod est pastor, et quod est bonus. Primo ergo probat quod sit pastor; secundo quod pastor bonus. Pastorem autem se esse probat per duo signa posita superius de pastore; quorum primum est quod oves proprias vocat nominatim; et quantum ad hoc dicit: *Et cognosco oves meas;* II Tim. ii, 19: *Novit Dominus qui sui sunt.* Cognosco, inquam, notitia, non solum simpliciter, sed etiam probationis et dilectionis; Apoc. ii, 5: *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris.* Secundum signum est quod oves vocem eius audiunt, et sciunt eum; et quantum ad hoc dicit: *Et cognoscent me meae;* meae, inquam, praedestinatione, vocatione et gratia; quasi dicat: Ipsae me diligentes obsequuntur; unde hoc intelligitur de notitia dilectionis: de qua dicitur Ier. xxxi, 34: *Omnes cognoscent me a minimo usque ad maiorem,* etc. Bonum autem pastorem se ostendit, ostendens se habere officium boni pastoris, quod est ut animam suam ponat pro ovibus suis. Et primo ponit causam huius; secundo ipsum inducit; tertio subdit fructum signi. Causam autem huius signi scilicet quod animam suam ponit pro ovibus suis, est notitia quam habet de Patre; et quantum ad hoc dicit: *Sicut novit me Pater, ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis.* Et hoc quidem verbum dupliciter potest exponi.

Uno modo, ut ly *sicut* significet similitudinem; et hoc modo notitia huius potest communicari creaturae alicui; I Cor. xiii, 12: *Cognoscam sicut et cognitus sum;* id est, sicut cognitus sum sine velamine, ita sine velamine cognoscam. Alio modo ut ly *sicut* importet aequalitatem; et tunc cognoscere Patrem sicut cognitus est ab eo, est proprium solius Filii; quia solus Filius cognoscit Patrem comprehendendo, sicut Pater comprehendendo cognoscit Filium; Matth. xi, 27: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius,* notitia scilicet comprehensionis. Ideo autem Dominus hoc dicit, quia in hoc ipso quod cognoscit Patrem, cognoscit eius voluntatem, in qua erat ut Filius pro salute humani generis moreretur: in quo etiam dicit se mediatorem Dei et hominis. Nam sicut ad oves se habet ut cognitus et cognoscens; ita et ad Patrem: quia sicut Pater eum novit, ita ipse Patrem cognoscit. Consequenter cum dicit, *Et animam meam pono pro ovibus meis,* ponit ipsum signum; I Ioann. iii, 16: *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit,* etc. Sed cum in Christo sint tres substantiae, scilicet substantia Verbi, animae et corporis, quaeritur quis loquatur cum dicit: *Animam meam pono.* Si dicas, quod Verbum hic loquitur, non est verum: nam Verbum nunquam animam posuit, cum nunquam fuerit ab anima separatum. Si autem dicas quod anima loquitur; hoc etiam impossibile videtur, quia nihil separatur a seipso. Si vero dicas, quod quantum ad corpus Christus hoc dicit, nec hoc videtur, quia corpus non habet potestatem iterum sumendi eam.

3336 Dicendum ergo ad hoc, quod in morte Christi, anima fuit separata a carne; alias non fuisset vere mortuus; sed divinitas nunquam separata fuit in Chri-

sto ab ipsa anima et carne; sed unita fuit animae descendenti ad inferos et corpori existenti in sepulcro: et ideo corpus virtute divinitatis animam posuit, et iterum resumpsit eam.

3337 Consequenter cum dicit, *Et alias oves habeo,* etc., ponit fructum mortis Christi, qui est salus non solum Iudaeorum, sed etiam gentium: quia enim dixerat, *Animam meam pono pro ovibus meis,* Iudaei reputantes se oves Dei, secundum illud Ps. lxxviii, 13: *Nos autem populus eius, et oves pascuae eius;* possent dicere, quod pro eis tantum animam poneret. Sed Dominus addit dicens, quod non tantum pro eis, sed etiam pro aliis; infra xi, 51: *Hoc a semetipso non dixit; sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Christus mortuus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* In isto autem fructu Dominus tria facit. Primo ponit gentium praedestinationem; secundo eorum per gratiam vocationem; tertio ipsarum iustificationem. Quantum ad primum dicit: *Alias oves habeo, scilicet gentes, quae non sunt ex hoc ovili, scilicet de genere carnis Israel, quod erat quasi ovile;* Mich. ii, 12: *Congregabo Iacob totum te.* Nam sicut oves in ovili concluduntur, sic isti in praeceptis legalibus conclusi custodiebantur, ut habetur Gal. iii. Istas, inquam, oves, scilicet gentes, habeo a Patre per aeternam praedestinationem; Ps. ii, 8: *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam;* Is. xlix, 6: *Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Iacob, et foeces Israel convertendas; dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.* Quantum ad secundum dicit: *Et illas oportet me adducere;* id est, opportunum est secundum ordinem divinae praedestinationis ad gratiam vocare.

3338 Sed contra. Matth. xv, 24, dicit Dominus: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Responsio. Dicendum, quod ad oves domus Israel tantum missus est Iesus, ut eis corporaliter praedicaret: secundum illud Rom. xv, 8: *Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Gentes autem adduxit per Apostolos suos; Is. ult., 19: *Mittam ex eis qui reliqui fuerunt, ad gentes.*

3339 Quantum ad tertium dicit: *Et vocem meam audient.* Ubi tria ponuntur necessaria ad iustitiam christianae religionis. Primum est obedientia mandatorum Dei, et quantum ad hoc dicit: *Et vocem meam audient;* id est, servabant mandata mea; Matth. ult., 20: *Docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.* Ps. xvii, vers. 45: *Populus quem non cognovi (id est, quem non approbavi) auditu auris obediit voci.* Secundum est unitas charitatis; et quantum ad hoc dicit: *Et fiet unum, velle;* id est, ex duobus gentibus, Iudaeo et Gentili populo, una Ecclesia fidelium; Ephes. iv, 5: *Una fides;* et Philipp. ii, 14: *Ipsae est pax nostra quae facit utraque unum.* Tertium est unitas fidei; et quantum ad hoc dicit: *Et unus pastor erit omnium coram,* scilicet, Iudaeorum et Gentilium.

Varia de Resurrectione Christi.

(DE C. BERKARDINO SEMENI, VOL. II, LIB. I, 21.)

3340 **D**IXIT et Iesus: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum,* scilicet, secundum tuum iudicium infidelis: ac si aperte dicat, tibi non ascendi, quasi tam de infidelitate resurgens, quod non voluisset perfectae aequilae esse se Patri: vel forte hoc ait, ut eam humiliaret, ut nimis praesumeret, quia ipsam resurrectionem prima omnium conspexisset: distulitque ei concedere tantum, donec secunda vice cum illis appareret.

3341 O dulcissime Domine, o pie Magister, quae

bonae es illi, qui recto sunt corde! O quam beati pedes, qui in simplicitate cordis quaerunt te, et quam felices sunt qui sperant in te! Verum utique est, et indubitanter est verum, quod tu diligis omnes diligentes te, et nunquam desieris sperantem in te. Ecce enim haec dilectrix tua simpliciter quaerebat te, et veraciter invenit te, sperantem in te, et non derelicta est a te.

DOMINICA III. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioann. XVI, 10-22.

16. In illo tempore: Iesús discipulis suis: *Modicum et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me: quia vado ad Patrem.*

17. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem: *Quid est haec, quod dicit nobis: Modicum, et iam videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me, et quia vado ad Patrem?*

18. Dicebant ergo: *Quid est hoc, quod dicit Modicum? nescimus quid loquitur.*

19. Cognovit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, et dixit eis: *De hoc quaeritis inter vos, quia dixi: Modicum, et iam videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me.*

20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et fletibus vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

21. Mulier enim parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbitis vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

DE EVANGELIO IOAN. TRACT. 201.

3341 **H**AEC Domini verba ubi ait: *Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me, quia vado ad Patrem,* ita obscura erant discipulis, antequam id quod dicit impleretur esset, ut quaerentes inter se quid esset quod diceret, omnino se laterentur descire. Sequitur enim Evangelium: *Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem, quid est hoc quod dicit nobis: Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me, et quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc*

quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur. Hoc enim est quod eos movebat, quia dixit: *Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me.* Nam in praecedentibus quia non dixerat: *Modicum, sed dixerat: Ad Patrem vado, et iam non videbitis me* (IOAN. XVI, 10); tamquam aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quaesierunt. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit, et mox manifestatum est, iam nobis utique manifestum est: post paululum enim passus est, et non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit, et viderunt eum. Illud autem quod ait: *Iam non videbitis me,* quia isto verbo, id est, *iam hoc intelligi voluit, quod eum ulterius non viderent, ibi exposuimus quomodo accipiendum sit, ubi dixit: De iustitia arguet mundum Spiritus sanctus, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me,* quia, scilicet, mortalem Christum ulterius non viderent.

3342 **C**ognovit autem Iesus, sicut sequens Evangelista dicit, *quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quaeritis inter vos, quia dixi: Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et fletibus vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra in gaudium erit* (Ibid. 19). Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte Domini, et confestim de resurrectione laetati: mundus autem, quo nomine significati sunt inimici, a quibus Christus occisus est, hinc utique laetati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine malitia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum. Unde Iacobus apostolus in epistola sua dicit: *Quicumque voluerit amicus esse huius saeculi, inimicus Dei constituitur* (IACO. IV, 4): quibus inimi-

ciis Dei factum est, ut nec eius Unguento parceretur.

3343 Deinde subiungit et dicit: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum: et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbitis vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* (IOAN. XVI, 21, 22). Nec ista similitudo ad intelligendum videtur esse difficilis: quoniam comparatio eius in promptu est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristitiae, partus autem gaudii comparatur, quod tunc maius esse consuevit, quando non puella, sed puer nascitur. Quod vero ait: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis,* quia gaudium eorum est ipse Iesus, significatum est quod ait Apostolus: *Christus surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* (ROM. VI, 9).

3345 Illucque in isto Evangelii capitulo, unde hodie disputamus, velut facili intellectu omnia cucurrerunt: arrior necessaria est in his quae sequuntur intentio. Quid est enim quod ait: *Et in illa die me non rogabitis quidquam?* (IOAN. XVI, 23). Hoc verbum quod est rogare, non solum petere, verum etiam interrogare significat; et graecum evangelium, unde hoc translatum est, tale habet verbum quod utrumque possit intelligi, ut haec ambiguitas necinde solvatur: quamquam eis solveretur, non ideo nulla questio remaneret. Dominum etenim Christum postquam resurrexit; et interrogatum legitimus et rogatum. Nam interrogatus est a discipulis ascensurus in coelum, quando praesentaretur et quando regnum esset Israel (ACT. I, 6): cum vero iam esset in coelo, rogatus est a sancto Stephano, ut Spiritum eius acciperet (Ibid. VII, 58). Et quis audeat vel cogitare vel

3338 Sed contra. Matth. xv, 24, dicit Dominus: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Responsio. Dicendum, quod ad oves domus Israel tantum missus est Iesus, ut eis corporaliter praedicaret: secundum illud Rom. xv, 8: *Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Gentes autem adduxit per Apostolos suos; Is. ult., 19: *Mittam ex eis qui reliqui fuerunt, ad gentes.*

3339 Quantum ad tertium dicit: *Et vocem meam audient.* Ubi tria ponuntur necessaria ad iustitiam christianae religionis. Primum est obedientia mandatorum Dei, et quantum ad hoc dicit: *Et vocem meam audient;* id est, servabant mandata mea; Matth. ult., 20: *Docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.* Ps. xvii, vers. 45: *Populus quem non cognovi (id est, quem non approbavi) auditu auris obediit voci.* Secundum est unitas charitatis; et quantum ad hoc dicit: *Et fiet unum vuls;* id est, ex duobus gentibus, Iudaeo et Gentili populo, una Ecclesia fidelium; Ephes. iv, 5: *Una fides;* et Philipp. ii, 14: *Ipsa est pax nostra quae facit utraque unum.* Tertium est unitas fidei; et quantum ad hoc dicit: *Et unus pastor erit omnium coram,* scilicet, Iudaeorum et Gentilium.

Varia de Resurrectione Christi.

(DE C. BERKARINO SEMENI, VOL. II, LIB. II, C. 11.)

3340 **D**IXIT et Iesus: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum,* scilicet, secundum tuum iudicium infidelis: ac si aperte dicat, tibi non ascendi, quasi iam de infidelitate resignares, quod non voluisset perfectae aequilae esse se Patri: vel forte hoc ait, ut eam humiliaret, ut nimis praesumeret, quia ipsam resurrectionem prima omnium conspexisset: distulitque ei concedere tantum, donec secunda vice cum illis appareret.

3341 O dulcissime Domine, o pio Magister, quae

bonus es illi, qui recto sunt corde! O quam beati pedes, qui in simplicitate cordis quaerunt te, et quam felices sunt qui sperant in te! Verum utique est, et indubitanter est verum, quod tu diligis omnes diligentes te, et nunquam deseris sperantem in te. Ecce enim haec dilectrix tua simpliciter quaerebat te, et veraciter invenit te, sperantem in te, et non derelicta est a te.

DOMINICA III. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioan. xvi, 10-22.

16. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: *Modicum et iam non videbitis me:* et iterum *modicum, et videbitis me:* quia vado ad Patrem.

17. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem: *Quid est haec, quod dicit nobis: Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, et quia vado ad Patrem?*

18. Dicebant ergo: *Quid est hoc, quod dicit Modicum? nescimus quid loquitur.*

19. Cognovit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, et dixit eis: *De hoc quaeritis inter vos, quia dixi: Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me.*

20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et fletibus vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

21. Mulier enim parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non memini pressuram propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbitis vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

DE EVANGELIO IOAN. TRACT. 201.

3342 **H**AEC Domini verba ubi ait: *Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me, quia vado ad Patrem,* ita obscura erant discipulis, antequam id quod dicit impleretur esset, ut quaerentes inter se quid esset quod diceret, omnino se laterentur descire. Sequitur enim Evangelium: *Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem, quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me, et quia vado ad Patrem?* Dicebant ergo: *Quid est hoc*

quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur. Hoc enim est quod eos movebat, quia dixit: *Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me.* Nam in praecedentibus quia non dixerat: *Modicum, sed dixerat: Ad Patrem vado, et iam non videbitis me* (IOAN. xvi, 10): tamquam aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quaesierunt. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit, et mox manifestatum est, iam nobis utique manifestum est: post paululum enim passus est, et non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit, et viderunt eum. Illud autem quod ait: *Iam non videbitis me,* quia isto verbo, id est, *iam hoc intelligi voluit, quod eum ulterius non viderent, ibi exposuimus quomodo accipiendum sit, ubi dixit: De iustitia arguet mundum Spiritus sanctus, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me,* quia, scilicet, mortalem Christum ulterius non viderent.

3343 **C**ognovit autem Iesus, sicut sequens Evangelista dicit, *quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quaeritis inter vos, quia dixi: Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et fletibus vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra in gaudium erit* (Ibid. 19). Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte Domini, et confestim de resurrectione laetati: mundus autem, quo nomine significati sunt inimici, a quibus Christus occisus est, hunc utique laetati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine malitia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum. Unde Iacobus apostolus in epistola sua dicit: *Quicumque voluerit amicus esse huius saeculi, inimicus Dei constituitur* (IACO. iv, 4): quibus inimi-

ciis Dei factum est, ut nec eius Unguento parceretur.

3344 Deinde subiungit et dicit: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non memini pressuram propter gaudium, quia natus est homo in mundum: et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbitis vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* (IOAN. xvi, 21, 22). Nec ista similitudo ad intelligendum videtur esse difficilis: quoniam comparatio eius in promptu est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristitiae, partus autem gaudii comparatur, quod tunc maius esse consuevit, quando non puella, sed puer nascitur. Quod vero ait: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis,* quia gaudium eorum est ipse Iesus, significatum est quod ait Apostolus: *Christus surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* (ROM. vi, 9).

3345 Illucque in isto Evangelii capitulo, unde hodie disputamus, velut facili intellectu omnia cucurrerunt: arrior necessaria est in his quae sequuntur intentio. Quid est enim quod ait: *Et in illa die me non rogabitis quidquam?* (IOAN. xvi, 23). Hoc verbum quod est rogare, non solum petere, verum etiam interrogare significat; et graecum evangelium, unde hoc translatum est, tale habet verbum quod utrumque possit intelligi, ut haec ambiguitas necinde solvatur: quamquam eis solveretur, non ideo nulla questio remaneret. Dominum etenim Christum postquam resurrexit; et interrogatum legitimus et rogatum. Nam interrogatus est a discipulis ascensurus in coelum, quando praesentaretur et quando regnum esset Israel (ACT. 1, 6): cum vero iam esset in coelo, rogatus est a sancto Stephano, ut Spiritum eius acciperet (Ibid. vii, 58). Et quis audeat vel cogitare vel

dicere, in caelo sedentem Christum rogandum non esse, et in terra manentem rogatum fuisse? rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Imo, charissimi, rogemus eum, ut nodum questionis huius ipse dissolvat, luendo in cordibus nostris ad videnda quae dicit.

3346 Puto enim quod ait: *Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* (IOANN. XVI, 22), non ad illud tempus esse referendum quo resurrexit, eiusque suam carnem cernendam tangendamque monstravit: sed postus ad illud unde iam dixerat: *Qui diligit me, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo meipsum illi* (Ibid. XIV, 21). Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstraverat, iam sedebat ad dexteram Patris, quando dicebat idem ipse apostolus Ioannes, cuius est hoc Evangelium, in Epistola sua: *Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est quid erimus: scimus quia cum manifestatum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus cum sicuti est* (I IOANN. III, 2). Ista visio non vitae huius est, sed futurae; non temporalis, sed aeterna. *Hoc est autem vita aeterna, dicente ipsa vita, ut cognoscant te, inquit, unum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum* (IOANN. XVII, 3). De hac visione et cognitione dicit Apostolus: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc sicut ex parte, tunc autem cognoscimus sicuti et cognovimus sum* (I COR. XIII, 12, 13). Hunc totius laboris sui fructum Ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo; nunc parturit gemendo, tunc paritura lactando; nunc parturit videndo, tunc paritura laudando. Et ideo masculum, quoniam ad istum fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis. Solus est enim liber; quia propter

se appetitur, et non refertur ad aliud. Huic servit actio: ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur; ipse autem non propter aliud, sed propter semetipsum tenetur et habetur. Ibi ergo finis qui sufficit nobis. Aeternus igitur erit: neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dixit: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*. In qua ostensione se promisit et Filius dicens: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?* (IOANN. XIV, 8, 10). De hoc itaque quod sufficit nobis, rectissime audimus: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis*.

De hoc etiam quae superius dicta sunt, melius existimo intelligi: *Modicum et iam non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me*. Modicum est enim hoc totum spatium quo praesens pervolat saeculum: unde dicit idem ipse Evangelista in epistola sua: *Novissima hora est* (I IOANN. II, 18). Ideo namque addidit, *quia vado ad Patrem*: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait: *Modicum et iam non videbitis me*: non ad posteriorem ubi ait: *et iterum modicum et videbitis me*. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat ut eum non viderent. Ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, et donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus; sed quod esset iturus ad Patrem, quod fecit postquam resurrexit et cum eis per quadraginta dies conversatus ascendit in caelum. Illis ergo ait: *Modicum et iam non videbitis me*, qui eum corporaliter tunc videbant, quia iturus erat ad Patrem, et cum deinceps mortalem visuri non erant, qualem cum ista loqueretur videbant. Quod vero addidit, *et iterum modicum et videbitis me*, universae promissit Ecclesiae: sicut universae promissit: *Eccc ego vobiscum sum usque in consummationem*

saeculi (MATTH. XXVIII, 20). Non tardat Dominus promissum: modicum, et videbimus eum, ubi iam nihil rogemus, nihil interrogemus; quia nihil desiderandum remanebit, nihil quaerendum latebit. Hoc modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dictum est: *Mundus autem gaudebit*; nec tamen in huius desiderii parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* (ROM. XII, 12): quia et ipsa parturiens, cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristes est de praesenti dolore. Sed huius sermonis molestissimam quae sequuntur, nec brevitate coarctanda sunt, ut possint commodius, si Dominus voluerit, explicari.

Varia de Resurrectione Christi.
(EX S. BERNARDINO SENSU, VOL. II, SERM. 56.)

3348 **E**t addit Dominus Mariae, dicens: *Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum*; statimque disparuit. Ecce igitur iam constitit Magdalena inter homines prima nuntia gloriae resurrectionis. Christus enim suo praecipio benedicto ore ipsam primam suae resurrectionis Evangelium fecit, efficitur praecelso, ut nuntiet his, qui hanc resurrectionem per universum orbem terrarum proclamaturi erant. Et merito reformationis humanae hic ordo conveniens fuit, ut mulier, quae erant peccatrix, prima cognosceret, et nuntiare gloriam resurrectionis, vel resurgentis, quae transgressions foetam primo fudit. Hinc Gregor. ait: Ibi ostenditur culpa humani generis, unde processit: quia enim mulier in paradiso propinavit viro mortem; a sepulchro mulier viris annuntiavit vitam; et dicta sui vivificatoris narrat, quae mortem mortiferi serpentis narravit.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN IOH. CAP. 16.

3349 **S**UPRA explicavit Dominus unam rationem consolationis ex promissione Spiritus sancti; hic explicat secundam, scilicet de iterata visione sua. Et primo ponitur visionis iterata promissio: secundo induitur discipulorum dubitatio, ibi, *Dixerunt ergo*, etc.; tertio subdit dubitationis satisfactio, ibi, *Cognovit autem Iesus* etc. Iteratam autem visionem promittit eis Dominus cum praenuntiatione recessus sui: quod ideo eis frequenter inculcat, ut dum saepe ipsum futurum praemeditantur, ipsum absentem tolerabilius ferant. Tria autem ponit consolationum. Brevem absentiam, iteratam sui praesentiam, et honorabilem discessum. Absentia quidem brevis est: quia *modicum, et iam non videbitis me*: ut ly *modicum* referatur ad *non videbitis*; quasi dicat: Futurum est ut tollar a vobis per mortem, et iam non videbitis me. Sed non debetis contristari; quia tempus hoc quo me non videbitis, modicum erit, quia exsurgam diluculo, tertia scilicet die; Is. XXVI, 20: *Abcondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio*. Sed iterata praesentia mei erit, quia *iterum modicum*, id est modico temporis post resurrectionem spatio, scilicet, quadraginta dierum; Act. 1, 3: *Per dies quadraginta apparuit eis; et videbitis me*; infra XX, 20: *Gavisi sunt discipuli viso Domino*. Et hoc, quia honorabiliter recedo: quia *vado ad Patrem*; Act. 1, 9: *Videntibus illis elevatus est*. Vel aliter, ut ly *modicum* referatur ad tempus ante eius mortem, et sit sensus: *Modicum*, scilicet, tempus existet quo subtrahar a vobis, quia, scilicet, in crastino; supra XII, 33: *Filii, adhuc*

modicum vobiscum sum. Et non videbitis me, scilicet mortalem: quia supra xiv, 19: *Adhuc modicum, et mundus me iam non videt*, scilicet mortalem, quia videbit eum in iudicio in maiestate venientem; discipuli vero post resurrectionem immortaliter existentem: quia, ut dicitur Act. x, 40, *dehinc cum manifestum fuerit non omni populo, sed testibus preordinatis*. Et ideo subdit: *Modicum, scilicet, durabit, et videbitis*: quia, scilicet, modicum tempus fuit quo manserit in morte: Is. lvi, 8, *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te*. Vel *ly modicum* potest referri ad tempus totius vite nostrae usque ad iudicium; et tunc videbitur eum in iudicio et in gloria. Dicitur autem *modicum* in comparatione ad aeternitatem: Ps. lxxxix, 4: *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesternae quae praeterit*. Quia *vado ad Patrem*, per resurrectionem et ascensionem: supra xiii, 1: *Sciens Iesus quia venit hora eius ut transcat ex hoc mundo ad Patrem*.

3350 Hic ponitur discipulorum dubitatio: et primo ponitur eorum ad invicem collatio; secundo exprimitur dubitationis occasio; tertio describitur dubitantium animus et affectio. Conseriebant quidem ad invicem discipuli ex verbis Domini, dicentes: *Quid est hoc quod dicit nobis modicum?* In quo commendanda est eorum reverentia ad Christum, quae tanta erat ut non praesumerent eum interrogare. Simile faciunt angeli: Is. cap. lxxii, 1: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Quibus tamen respondet, dicens: *Ego qui loquor iustitiam, et propugnator sum ad salvandum*. Sed in hoc datur nobis intelligi quia nondum perfectum sensum habuerunt de verbis Christi, aut propter tristitiam absorbentem, aut propter verborum obscuritatem; Matth. xv, 16: *Adhuc et*

vos sine intellectu estis? Occasio autem erat ipse verborum contextus, quae videbantur contrarietatem quamdam implicare. Satis enim intelligebant quod dicit, *Non videbitis me; et quia vado ad Patrem*: sed hoc dubium inferebat quod eundem existentem et morientem post modicum visuri erant. Nondum enim nota eis erat resurrectio, quia hoc dicitur in Ps. lxxxviii, 44: *Quis est homo qui non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?* Sap. ii, 1: *Non est agnitus qui sit reversus ab inferis*. Et ideo dicit: *Quid est hoc quod dicit nobis modicum?* supple, quod videbitis me. Sed ad hanc dubitationem modeste dispositi erant, *Nescimus*, inquit, *quid loquitur*. Nam, ut dicit Augustinus, aliqui non intelligentes verba Scripturae blasphemant, sensum proprium auctoritati Scripturae praepoentes; sed alii modesti, dum non intelligunt, suam ignorantiam confitentur; Sap. ix, 5: *Infirmus homo, et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicium et legum*; quod et hic discipuli faciunt: non enim aiunt, *Male dicit, vel nihil*; sed eorum ignorantiae ascribunt quod non intelligunt.

Hic ponitur manifestatio dubitationis: et primo ponitur dubitationis cognitio; secundo manifestatio eius de quo dubitatur, ibi, *Amen, amen dico vobis*, etc.; tertio inducitur similitudo, ibi, *Mulier cum parit, tristitiam habet*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo dubitatio discipulorum a Christo cognoscitur, cum dicit: *Cognovit autem Iesus*, virtute divinitatis suae, quia volebant eum interrogare, scilicet, de eo quod dubitabant; supra ii, 25: *Ipse enim sciebat quid esset in homine*; I Reg. xvi, vers. 7: *Homines vident quae patent, Deus autem intuetur cor*. Secundo quomodo verbo manifestatur; unde dixit eis: *De hoc quaeritis, inter vos*, etc.; Is. xlvi, 3: *Audite*

feci ex tunc, repente operatus sum et veniunt.

3352 Hic exponit dictum suum, removens dubitationem, non expresse ponens verba quae dixerat, discipulis magis satisfaciens quam sibi: ubi tria facit. Primo ostendit alternationem gaudii et tristitiae; secundo interiorum tristitiam; tertio consequentem laetitiam. Dicit ergo quantum ad primum: *Amen, amen dico vobis*, quia in hoc modico in quo non videbitis me, plorabit, exterius emittendo vocem dolorosam, et *stabilis*, lacrymando; Thren. cap. i, 2: *Plorans ploravit in nocte* (quantum ad primum) *et lacrymae eius in maxillis eius*, quantum ad secundum; Hier. cap. xxxi, 16: *Quiescat vox tua a ploratu*. Interior autem eorum tristitia erit per contrarietatem ad laetitiam mundi; unde dicit: *Mundus autem gaudebit*: quod potest intelligi particulariter quantum ad tempus passionis Christi; et sic *mundus*, idest Scribae et Pharisei, *gaudebit*, de occisione Christi; Thren. ii, 16: *Haec dies quam expectabamus invenimus, tristimus*. Vel *mundus*, idest mali qui sunt in Ecclesia, *gaudebit*, in persecutione sanctorum; Apoc. xvii, 8: *Inhabitantes super terram gaudebunt*. Vel universaliter *mundus*, idest homines carnaliter viventes, *gaudebit*, in rebus mundanis; Is. xxii, vers. 13: *Ecce gaudium et laetitia occidere vitulos et iugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum*. Subsequitur tristitia discipulorum; unde dicit: *Vos autem contristabimini*, scilicet, de passionibus quas in mundo sustinebitis, vel potius de occisione mea. Sic et sancti tristantur de passionibus sibi illatis a mundo, et de peccatis; II Cor. vii, 10: *Quae secundum Deum est tristitia poenitentiam in salutem stabilem operatur*. Sed tristitiam consequetur laetitia; quia *tristitia vestra*, quam, scilicet, habebitis in passione, *vertetur in gaudium*, in resur-

rectione; infra xx, 20: *Gaudeo sicut discipuli viso Domino*. Sed universaliter omnium sanctorum tristitia vertetur in gaudium futurae vitae; Matth. v, 5: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*; Ps. cxv, vers. 6: *Evanes ibant et fiebant mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*. Flet enim sancti tempore meriti, seminando; sed gaudebunt tempore praemii, colligendo.

Hic Dominus primo proponit similitudinem; secundo adaptat eam, ibi, *Vos igitur nunc quidem tristitiam habetis*. Similitudinem autem proponit de Muliere parturiente; unde primo proponit eius tristitiam de partu; secundo eius laetitiam de prole, ibi, *Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium*. Dicit ergo quantum ad primum: *Mulier cum parit tristitiam habet*, sensibilem, scilicet, maximam, quia venit hora eius, scilicet, doloris; Ps. xlvii, 7: *Ibi dolores ut parturientis*. Per hunc dolorem datur intelligi dolor passionis Christi, qui maximus fuit; Thren. i, 12: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus*. Item sanctorum poenitentium de peccatis; Is. xxvi, 17: *Sicut quae concepti, dolens, clamat in doloribus suis, cum appropinquavit ad partum; sic facti sumus a facie tua, Domine*.

Hic proponit gaudium de evasione. 3354 Ad partum enim sequitur duplex gaudium; unum de evasione doloris; aliud et maius, de ortu prolis: quod quidem maximum est, si proles sit masculini sexus; cum masculus sit quid periculum, femina vero quid imperfectum et occasionatum; Ier. xx, 15: *Maledictus vir qui annuntiat patri meo: Natus est tibi puer masculus*. Gen. xxi, 6, quando Sara concepit, dixit: *Risum fecit mihi Dominus, et quicumque audierit, corru-*

bit mihi. Et ideo dicit: *Cum autem pepererit, iam non meminit pressuræ*, gaudens de evasione doloris, sed magis propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Haec autem similitudo convenit quidem quantum ad Christum, quia patiendo solvit mortis pressuram, et novum hominem regenerans esse fecit; id est, reddidit ad vitae gloriae novitatem, quae nondum hominibus nota erat; unde non dicit: *Natus est puer*, sed *Natus est homo in mundum*: quia ipse Christus existens homo, ex mortuis novus resurrexit, ut puer. Item convenit Ecclesiae militanti quae in novitate vitae ambulat. Item Ecclesiae triumphanti, quae ambulat in novitate gloriae. Et non dicit, Non erit pressura; sed *quoniam non meminit pressuræ*: quia etsi sancti recordentur miseriarum quas passi sunt cum in illa beatitudine gloriae erunt, non tamen aliquid miseriarum ex hoc in affectu experientur.

3355 Hic adaptat similitudinem: et primo quantum ad praesentem tristitiam, quam Apostoli tunc habebant, dicens: *Et vos igitur quidem nunc*, id est ex tempore passionis, *tristitiam habetis*, de morte mea; Luc. ult., 17: *Qui sunt in sermones quos confertis ad invicem, et estis tristes? Vel nunc*, id est in tota vita praesenti, *tristitiam habetis*. Supra eodem: *Plorabitis et flebitis vos*. Secundo quantum ad futuram lactitiam, dicens: *Ierusalem autem videbor tuis*. Ubi primo promittit eis futuram visionem, dicens: *Ierusalem autem videbo vos*; quod idem est ac si diceret: Videbitis me, quia non possumus eum videre, nisi seipsum ostendat. Sed non dicit, Videbitis me, sed *Videbo vos*: quia hoc ipsum quod seipsum ostendit, est ex misericordia sua quae signatur per eius visionem. Dicit ergo: *Ierusalem autem videbo vos*, in resurrectione et in futura gloria; Is. xxxiii, 17:

Regem in decore suo videbunt. Secundo promittit cordis gaudium, et exultationem, dicens: *Et gaudebit cor vestrum*, scilicet, ex mea visione in resurrectione. Unde cantat Ecclesia: * Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea. Et gaudebit, visione gloriae: Psal. xv, 11: *Replebis me lactitia cum vultu tuo*; Is. lx, 5: *Tunc videbis et affues, et mirabitur, et dilatabitur cor tuum*. Naturale enim est unicuique quod gaudeat in intuitu rei amatae. Divinam autem essentiam nullus nisi eam diligens videre potest; Iob xxxvi, 33: *Animus tuus de ea amico suo, quod possessio eius sit*. Et ideo necesse est quod illam visionem sequatur gaudium; Is. ult., 14: *Videbitis* (cognoscendo per intellectum), *et gaudebit cor vestrum*; immo ipsum gaudium usque ad corpus redundabit, dum glorificabitur; unde subdit: *Ossa vestra germinabant*; Matth. xxv, 21: *Intra in gaudium Domini tui*. Tertio promittit eis perpetuam gaudii durationem, dicens: *Et gaudium vestrum*, quem habebitis in resurrectione de me; Is. lxi, 10: * *Gaudens gaudebo in Domino*; *nemo tollet a vobis*: sicut Iudaei ante absteruerunt per passionem: quia Rom. vi, 9: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*. Vel gaudium vestrum, de gloriae fruitione, *nemo tollet a vobis*, cum sit inamissibile et perpetuum; Is. xxxv, 10: *Lactitia sempiterna super capita eorum*. Nemo enim sibi metipsum hoc gaudium tollet per peccatum, cum uniuersaeque voluntas sit ibi in bono confirmata: nemo etiam alteri hoc gaudium tollet, cum ibi nulla sit violentia, nulla illatio nouementi, etc.

Varia de Resurrectione Christi.

(DE S. BONAVENTURAE SERMONIBUS, VOL. II, SERM. 58.)

3356 S. ALIQUA VERO apparuit facta est tribus Mariis simul. Quam iam disparuisset Iesus ab oculis Magdalene, iam illa stabili in fide a qua (quodammodo) exciderat, egreditor hortum illico reliquit sepulcrum, nec ultra se, ut aspiceret indultivae, nec amplius si alibi essent, vel recessissent, requisivit Angelos testes, de resurrectione credula, de quaesito laetanda, de invento in animo consolata. Et ut iussum Domini et Magistri perficeret, animo, et corpore festinabat; quomodo festina rediret, socias suas in itinere infra sepulcrum, et Ierusalem censerat, animo laeto gradientes, vestigio adinventis, quas etiam sociali discretionem retento pede, atque interposita sessione, dum ista cum Maria fiebant, nescientes credimus exspectasse.

3357 Ad quos quum pervenisset Maria, laeto animo, lucendo vultu, festinose cursu; et effatu enarrat resuscitatum Iesum, et eum tanquam hortulatum audisse, et vidisse, tamen eum tangere non potuisse. Quomodo versus Ierusalem festino gressu pariter irent, sicut Matth. ult. ait: *Ece Iesus occidit, dicens: Ave*. Illae autem accesserunt et tetramerunt pedes eius, ac adoraverunt eum: se enim tangi permisit, qui se prius tangi Magdalene negavit.

3358 Gestu etenim Christi tunc negata, nunc concessa, nunc prohibita, nunquam permissa magnam nobis astruunt rationalem mysterii veritatem, et unum et idem quod uno tempore denegatur, alio concollitur, ut, scilicet, delectum in inquisito, indignitatem in quaerente, ineptitudinem in modo, importunitatem in tempore, indecentiam in iure negat impioque credamus: quum vero conceditur his carnis, atque orari contraria firmatur, nec tamen pro tanto divinum mutatur consilium, si opera varientur.

3359 Navi enim providentia Dei, sine dolo nostris utilitatibus consulens, qualiter et quid nobiscum diversimode sit agendum, et nunc proclivo mulieres tangant, et osculentur, Dominicos pedes, et ad ipsa reverentur Magdalene, atque noscunt resuscitatum, quem videbant crucifixum, et in theca petri reclusum.

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. 3. POST PASCHA. SERM. 2.

3360 TRISTITIA vestra vertetur in gaudium, Iohannis decimo sexto.

3361 Dominus discipulos suos consolans de sua absentia corporali, duo facit in his verbis; ostendit enim eis praesentis tribulationis meritum et coelestis remunerationis praemium. Primum ibi: *Tristitia vestra*; secundum, ibi: *vertetur in gaudium*.

3362 Circa primum nota, quod debemus tristari in praesenti solum de tribus, scilicet ex peccatorum consideratione humiliativa, quae operatur in nobis vindictam punitionis; secundae ad Corinthios septimo: *Quae secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur*. Ex proximorum compassione transformativa, quae operatur in nobis sollicitudinem eorum salvationis; secundae ad Corinthios septimo: *Ecce, hoc ipsum secundum Deum contristari vos quantum in vobis operatur sollicitudinem!* Ex patriae dilatione sursum activa, quae operatur in nobis vehementiam amoris et devotionis; Psalmus: *Tota die contristatus ingrediebar. Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus non est a te absconditus*.

3363 Haec vero triplex tristitia generabit in nobis triplex gaudium, in quod vertetur, scilicet gaudium de evasione infernalium tormentorum; Isaiae ultimo: *Ego consolabor vos et in Ierusalem consolabimini. Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et videbunt cadavera virorum qui praeparati sunt in ira*. De conversione infidelium proximorum; Lucae decimo quinto: *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. De consecutione aeternalium praemiorum;*

Ioannis decimo sexto: *Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, etc.*

Varia de Resurrectione Christi

[EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II, SERM. 32.]

3364 **T**UNC ait ille Iesus: *Nolite timere, ille, multum fratres vestros, ut erit in Galliam, sibi me videbit.* Vocat enim eos fratres humanissimi Principis, tum ut ostendat se vere resurrexisse in carne generis nostri, de primo parente tracta, tum ut ad sui amoris magis eos accendat, et ad fiduciam societatis suae se visceris corroborent, et conficiant, quum ut filius veteris Patris, et Christus se noverint cohaerere. O igitur fratres alii Regis benignitas, qui religiosus in bello pavidos sancti formidolosos, et fugitivos socios, quum evadit, nominat fratres, et in novitatem coelestem eis in suo corpore ostendere se reprobavit.

3365 **Q** datus ecclesiis suavitas, qui cum negativis ingruentibus bello, temperare tenebrarum, fraternum ad eum se dicit tenuisse amorem. O inebria clementia Principis, qui post pressuram canumque bellicorum, post virtutem de ligno, de tenuio, de tartarea lege reportatam sub aeterno Patre, continuo [discipulis] appellat fratres, et sicut Iosua xx, ait: *Fratres Mariae Magdalene, scilicet, cum aliis Mariis quibusdam discipulis quod dicit Dominum, et haec dixit illi.*

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

[SERM. 2. POST PASCHA SERM. 2.]

3366 **V**IDEBO vos, et gaudebit cor vestrum, Ioannis decimo sexto. In his verbis declaratur maxima claritas Dei aeterni et intensa laetitia generis humani. Primam nota in visione Dei condescendit; secundum, in nostra exaltatione gaudii affluentis: *Videbo, inquit, vos, et gaudebit cor vestrum.*

3368 **C**irca primum nota, quod Filius Dei visum suum extendit super quatuor genera hominum, scilicet super constitutos in contemplatione superna; Genesis vigesimo secundo: *In monte Dominus vi-*

debit. Super constitutos in conversatione praecleara; Psalmus: *Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum.* Super constitutos in devotione continua; Isaiae ultimo: *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperem et contritum spiritu, etc.* Super constitutos in mentis ordinatione arcta; Ioannis sexto: *Cum sublevarisset oculos Iesus et vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, etc.*

3369 **C**irca secundum nota, quod cor nostrum in hoc mundo vere gaudere potest solum in quatuor, scilicet in virtutum pulchritudine; Isaiae sexagesimo primo: *Gaudens gaudebo in Domino, et exsultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimenta salutis, etc.* In meritorum multiplicatione; Lucae decimo: *Nolite gaudere, quia spiritus vobis subiciuntur; gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis.* In tribulationum perpersione; Iacobi primo: *Omne gaudium existimite, fratres mei, cum in variis tentationibus incideritis, etc.* In aeternorum odoratione; Isaiae ultimo: *Gaudete cum Ierusalem gaudio, universi, qui lugetis super eam, ut sugatis et replemini ab ulcere consolationis eius.*

Varia de Resurrectione Christi.

[EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II, SERM. 32.]

3370 **T**ertia apparitio facta est Petro, sicut Luc. ult. dicit. Non enim de erat pius Apostolus sollicitudo quatenus si reperire possent ulatenus resurgente, ad quos ferventissimus quidem erat Petrus: unde eo ab aliis segregato, nescio in quo loco quem sacra Scriptura alicet, apparuit ei Dominus, atque cor eius confortavit in fide dicitque finem fidelitatis, ac laetymis eius.

3371 **Q**ui regressus ad ceteros cum gaudio, sibi apparuisse Dominum nuntiavit: illud quidem quum auditum est ab aliquibus dissoluta facta est, aliquibus spes, aliquibus conturbatio, quasi singularitatem apparenti causantibus, aliquibus proficiscendi crescabat aviditas, ut possent videre eum. Quanto autem gaudio atque fiducia repletus

fuit Petrus, quis exprimeret posses? secundum enim Chrysost. primo inter viros apparuit Petro, quia caput omnium secundo, ne propter vacationem lactam desperaret: tertio propter exemplum misericordiae Dei ad peccatores redeuntes ad eum.

FERIA QUINTA

Homilia S. Cyrilli Alexandrini Episcopi.

[DE JOHANNI CAP. 16.]

3372 **M**ODICUM, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem. Cum antea dixisset se revelaturum eis omnia per suum Spiritum quaecumque necessaria sunt et utilia, passionem quoque enarrat, quam exceptura erat statim assumptio in coelum, quam illapsus per Spiritum necessario sequeretur; Sursum enim ad Patrem reversus, non amplius in carne cum sanctis apostolis versari poterat. Compendio autem verborum utitur, tollens hac ratione doloris acerbissimam. Sciebat enim discipulos non meditari metu rursus affectos, et acerbissimo quidem dolore tactum iri, gravia et intoleranda mala sibi impendere formidantes, eo quod Salvatore ad Patrem ascendente se solos relictum iri intelligerent. Hanc, opinor, ob causam non dicit aperte se moriturum, Iudaeorum furore eo prorumpente, sed dextere admodum et scite passionis dolores exceptum iri resurrectionis laetitia ostendit, dicens: *Modicum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me.* Instabat quippe tempus mortis, quo Dominus e discipulorum conspectu tantisper excessurus erat, donec, spoliatis inferis et tenebrarum porta illic degentibus aperta, templum suum rursus excitaret (IOANN. II, 19). Quo facto discipulis suis rursus apparuit, et una cum eis se futurum omnibus diebus saeculi

promisit, ut scriptum est (MATT. XVIII, 20). Tametsi enim carne abest postquam se Patri pro nobis exhibuit, et sedit a dextris Genitoris (COLOSS. III, 1; HEBR. XII, 2), in dignis tamen habitat per Spiritum, et una cum sanctis semper est: promisit enim nequaquam se relicturum nos orphanos (IOANN. XIV, 18). Parvo itaque interiecto iam ad passionem tempore: *Modicum, inquit, et non videbitis me:* morte enim quodammodo parumper erat occultandus. *Et iterum, inquit, modicum, et videbitis me.* Post triduum enim revixit, praedicans etiam iis qui in carcere erant spiritibus (I PETR. II, 19). Perfectissimum enim istud est suae misericordiae argumentum, quod non solum degentes adhuc in terra servavit, sed et vita iam functis et in abyssi penetralibus sedentibus in tenebris, ut scriptum est (LUC. I, 79), libertatem proclamavit. Adverte porro quo modo de passione quidem dixerit et resurrectione: *Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me.* Addens autem, *Quia vado ad Patrem, silentio tegit quod superest.* Nec enim quanto ibi tempore permansurus sit, aut quandonam reversurus, significavit, et quam ob causam. Nempe nostrum non est nosse tempora vel momenta quae Pater posuit in sua potestate, iuxta ipsius Servatoris vocem (ACT. I, 6, 7).

3374 *Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me: et quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum? Nescimus quid loquitur. Cum dictum nondum intelligerent divini discipuli, colloquantur inter se, et quid sibi vellet illud: *Modicum, et iterum modicum, addubitant et illud: Non videbitis me.* Praevenit tamen Christus sciscitari aventes, opportune rursus*

ostendens se, cum Deus sit, corda nosse et quodcumque mente volutatur adhuc et in profundo cordis infossum est, non secus ac lingua demum expressum agnoscere. Quid enim, quaeso, latere possit eum cui nuda sunt omnia? (HEAR. IV, 13). Ideoque ad sanctorum quemdam ait: *Quis est iste qui me consilium episcopi et in corde verba continet, ac me putat calare?* (IOH. XLII, 3). Quocirca omnia ex parte eis profect, et occasionem quae se obtulit certae et indubitatae fidei fovendae adhibet.

3375 *Cognovit autem Iesus qui volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi: Modicum, et non vix debitis me, et iterum modicum, et videbitis me? Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis eos, mandus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Scientibus et curiosius inquirentibus quid sibi vellent verba Servatoris, passionem declarat apertius, et quanta ipsi latari essent, praenuntiat, idque per commode. Non enim ut praemittitur eis terrorem iniiceret, ista praedicebat, sed ut eorum cognitione praenuntii adversus terroris ingruentem impetum fortiores evaderent. Quod enim futurum expectatur, molliorem habet quam quod nullo modo speratur impetum. Cum ergo vos, o sinceri atque charissimi discipuli, vestrum ducem ac magistrum Iudaici furoris nefarios ausus, infuriasque et plagas pati videbitis, tunc sane plorabitis et lugebitis, mundus autem gaudebit, hoc est, qui sapere nequeunt quae Deo placent, sed mundi voluptatibus quodammodo sunt affixi. Rursus vero, significat vilem et adiectam illam Iudaeorum multitudine, et principum catervam Deo exosam et impiam, Scribas nimirum et Pharisaeos, qui, Servatoris tentationes subsannantes, multa in suum*

caput deblaterabant, modo quidem aientes: *Si Filius Dei es, desce de cruce, et credemus tibi;* modo vero: *Qui destruis templum Dei, et in triduo reaedificas illud, salva te ipsum?* (MATTH. XXVII, 40, 42). Ista quippe Iudaei nefaria sua lingua despumabant. Sed mundanis, inquit, haec facientibus atque vociferantibus, vos quidem contristabimini, sed non longo tempore id perferetis. Tristitia enim vertetur in gaudium. Resurgam quippe, et doloris causam penitus delebo, inhibebo lacrymas, et ad perpetuum animi laetitiam revocabo. Perpetuum quippe est sanctorum gaudium. Vivit enim Christus in aeternum, et mors omnium soluta est per ipsum. Sed consentaneum est animadvertere, mundanos homines vicissim perpetuo in luctu futuros. Si enim eo quod Christus mortuus est secundum carnem, tristitia quidem affecti sunt eius discipuli, sed ex illius aerumnis gavisus est mundus, omnino destructa morte et corruptione, et Servatore nostro a mortuis excitato, mutatus est sanctis luctus in gaudium, sed mundanis in luctum vertetur laetitia.

3376 *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit parvulum, iam non meminit pressurae, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollit a vobis.* Consolandi occasione nem ampliat, variisque sermonibus acerbissimi doloris amolendi rationem eis tribuit. Vide enim ut perspicua similitudine ad fortiter se gerendum eos excitet, et ad labores aut aerumnas strenue suscipiendas, quod in gaudium prorsus verti debeant. Fructus enim acerbi partus puer est, inquit, et matribus non sine gravissimis laboribus obtingit gaudium liberorum. At si partus dolores

initio recusassent, nec uterum gerere voluissent, repudiatis nuptiis, ne matres quidem fuissent unquam, multum optabili et gravissima re ob ignaviam orbata. Eadem itaque ratione vobis quoque ipsis dolor mercede non carebit. Gaudebitis enim, cum videbitis mirabilem puerum mundo editum, incorruptibilem ac interitus expertem. Seipsum nimirum innuit. Perpetuum autem et indelebile gaudium de seipso fore ait. Iuxta Pauli vocem etenim, imo secundum ipsam Veritatem: *Semel mortuus, ultra non moritur* (ROM. VI, 9, 10). Stabile igitur et perpetuum est gaudium de illo, iure id quidem. Nam si Christi mors moestitiam nobis attulit, quis gaudium tollet a nobis, qui scimus eum vivere et iugiter manere, spiritalium nobis bonorum datorem atque largiorem? A saecitis igitur nemo tollit gaudium, iuxta Servatoris vocem, sed ab iis ablatum est statim qui eum crucifixerunt. Soluta quippe passione, moeror iis velut inevitabili necessitate inde continget, unde maxime gaudendum putabat.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX B. BEARNARDI SERMONI, VOL. II, SERMO. 321.)

3377 **S**ECUNDA resurrectionis Christi incanditas, est generalis, scilicet, quae facta est in duodecim apparitionibus post praedictas. Primo enim apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus, quem Luc. XXIV prolucius narrat, et breviter in ult. c. Marc.

3378 **S**ecundo apparuit pluribus in Ierusalem, Thoma absente, et clausa ianua stetit Iesus in medio eorum, et dixit eis: *Pax vobis*, sicut Ioann. XX, ait, et Luc. XXIV, ait. Omnes autem praedictae quoque apparitiones factae sunt in ipso resurrectionis die.

3379 **T**ertio post dies octo apparuit Iesus, et stetit in medio discipulorum, praesente Thoma, cui palpanas praebuit cicatrice vulnerum (IOANN. XXI).

3380 **Q**uarto apparuit ad mare Tyberiadis sicut Ioann. XXI tradidit, de qua dicit hic: *Iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a*

mortuis: non tamen intelligendum est, simpliciter quod fuit tertio, sed quia facta fuit tertio die de illis diebus in quibus Christus apparuit eis.

FERIA SEXTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN EVANG. IOHANN. IOHANN. 79

DOLENTEM et tristitia affectum animi nihil ita deicere solet ut frequenter repetita verba moerorem afferant. Cur ergo Christus cum dixisset, *Vado, et, Non ultra loquar vobiscum*, frequenter haec repetit dicens: *Modicum, et iam non videbitis me*; et, *Vado ad eum qui misit me*? Cum enim illos per verba de Spiritu sancto recreasset, rursus illorum animos deiecit. Cur ergo id facit? Eorum animum explorat, et probatiorem efficit et probe illos assuefacit ad tristitia audienda, ut discessum suum generose et fortiter ferant. Nam qui ex verbis haec meditati fuerant, reipsa facilius postea latari erant. Quod si quis accurate examinaverit, hoc ipsum consolatio est, quod dicat se ad Patrem ire. Significat enim se non perituro, sed mortem eius esse translationem. Aliam quoque consolationem ipsis indidit. Non enim tantum dixit, *Modicum, et non videbitis me*; sed et addidit, *Modicum, et videbitis me*; indicans se redituro esse, et brevem fore separationem, perpetuum quoque cum illis consortium. Hoc certe illi non intellexerunt. Unde iure miretur quispiam, quomodo cum haec frequenter audissent, ita dubitarent quasi nihil audissent. Quare ergo non intellexerunt? Aut propter tristitiam, ut arbitror; ipsa enim dictorum omnium memoriam eliminabat; vel ob dictorum obstreperatam, ut contraria protulisse videretur, quae vere contraria non erant. Si te videbimus, aiunt, quo vadis? si vadis, quomodo te vide-

binus? Ideo dicunt, *Nescimus quid loquitur*. Quod enim abiturus esset, id noverant; ignorabant autem ipsum paulo post esse rediturum. Ideo increpat illos quod dictum non nossent. Nam cum vellet de morte doctrinam illis vehementer inculcare, quid ait? *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos*, in morte scilicet et cruce; *mundus autem gaudebit*. Quia enim cum id nolent, facile inducebantur ut crederent, ipsum non moriturum esse, dubique erant ignorantes quid significaret illud, *Modicum*; ait ille: *Plorabitis et flebitis; sed tristitia vestra vertetur in gaudium*.

Deinde postquam ostendit post tristitiam sequitur gaudium esse, moeroremque laetitiam pariturum, ipsamque brevem esse futurum, laetitiamque perpetuam, ad vulgare decurrit exemplum: et quid ait? *Mulier cum parit, tristitiam habet*. Quia parabola prophetiae frequenter usi sunt, moeroremque partus doloribus comparantes. Hoc autem vult significare? Vos ceu partus dolores invadent; at partus dolor est laetitiae causa: sic et futuram resurrectionem confirmans, ostendensque hinc abire perinde esse atque ex utero in splendidam egredi lucem; ac si diceret, *Ne miremini quod per hunc dolorem vos ad utilia ducam*: nam mater sic per dolorem mater efficitur. Hic etiam mysticum quidpiam subindicat, quod ipse quoque mortis dolores solverit, et novum hominem regenerari duraverit. Non dixit autem solum tristitiam transituram, sed ne memorat illam quidem; tantum erat adventurum gaudium. Sic sanctis eveniet. At qui non ideo gaudet mulier, quia venit homo in mundum, sed quia sibi natus est infans. Nam si ideo gauderet, nihil impidiret quominus illae quae non parientur, de aliis parientibus gauderent. Cur ergo sic loquutus est? Quia ad hoc so-

lum usus est exemplo, ut ostenderet temporaneum esse dolorem, gaudium vero perpetuum; mortem esse translationem ad vitam, magnumque partus dolorum lucrum. Nec dixit, *Natus est infans, sed, Homo*. Hic enim resurrectionem suam subindicare videtur, et quod non morti illi parienti, sed regno nasceretur. Ideo non dixit, *Natus est infans, sed, Homo natus est in mundo*. *Et vos nunc quidem tristitiam habebitis; iterum autem videbo vos; et tristitia vestra vertetur in gaudium*. Deinde quod non ultra moriturus sit, inquit: *Et nemo illud tollet a vobis*.

Varia de Resurrectione Christi.

(*DE S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II, SERM. 39.*)

Quinto apparuit in monte Thabor undecim discipulis suis, ubi prius constituerat illis, et haec fuit sollemnis apparitio de qua et, ante mortem, et post resurrectionem tam per se, quam per Anglos saepe mentio facta fuit, et tunc singulariter cum adhaerere dicuntur, Matth. xiii, licet etiam non sit dubium quod, quoadcumque appareret eis, cum cum multa reverentia adorabant: hic tamen singulariter enarratur, ut per hoc huius apparitionis excellentia demonstraretur.

Sexto apparuit in die Ascensionis, de qua Marc. xvi ait, quod *novissime recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus*: quia secundum Augustinum, iam non erant amodo cum illo in terra convivaturi.

Septimo apparuit eodem die in monte Oliveti, quando viderunt eum ascendentem in caelum: quam Marc. et Luc. in fine Evangeliorum suorum breviter tangunt; sed in principio libri Act. plenius enarratur.

Licet enim ab Evangelicis non ponatur nisi miracula decem apparitiones; tamen etiam aliae fuisse creduntur. Unde Ioann. in vii, Evangelicis ait: *Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc*.

SABBATO

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri. IN EVANG. IOHANNIS CAP. 16.

Moniceum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem. Haec ita obscura erant discipulis antequam id, quod dicit, esset impletum, ut quaerentes inter se quid esset, quod diceret, omnino se nescire faterentur. Sequitur enim Evangelium:

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum et non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me? et quia vado ad Patrem? Dicebant ergo, quid est hoc, quod dicit Modicum? Nescimus quid loquitur.

Hoc enim est, quod eos movebat, quia dixit: *Modicum, et non videbitis me*. Nam in praecedentibus quia non dixerat *modicum*, sed dixerat, *ad Patrem vado, et iam non videbitis me*: tamquam aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quaesierunt. Nunc ergo, quod illis tunc obscurum fuit, et mox manifestatum est, iam nobis utique manifestum est. Post paululum enim passus est, et non viderunt eum. Rursus post paululum resurrexit, et viderunt eum. Illud autem quod ait: *Iam non videbitis me*; quia isto verbo, id est, iam, hoc intelligi voluit, quod cum ulterius non viderent, ibi exposuimus, quomodo accipiendum sit, ubi dixit: *De iustitia arguet mundum Spiritus sanctus, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me*: quia, scilicet, mortalem Christum ulterius non viderent.

Cognovit autem Iesus, sicut sequens Evangelista dicit, *quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quaeritis inter vos, quia dixi: Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me? Amen amen dico vobis, quia plorabitis et*

flebitis vos, et mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra in gaudium erit. Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli Domini de morte Domini, et confestim de resurrectione laetati sunt. Mundus autem, quo nomine significati sunt inimici, a quibus Christus occisus est, tunc utique laetati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. Mundi quippe nomine, militia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum. Unde Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit: *Quicumque voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituetur*. Quibus inimicus Dei factum est, ut nec eius Unigenito parceretur. Deinde subiungit, et dicit:

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habebitis: iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Nec ista similitudo ad intelligendum videtur esse difficilis, quoniam comparatio eius in promptu est, eodem ipso exponente eum dicta sit. Parturitio quippe tristitiae, partus autem gaudio comparatur; quod tunc maius esse consuevit, quando non puella, sed puer nascitur. Quod vero ait: *Gaudium vestrum nemo auferet a vobis*: quia gaudium ipsorum est ipse Iesus, significatum, quod ait Apostolus: *Christus surgens a mortuis, iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur*. Hucusque in isto Evangelii capitulo, unde hodie disputamus, velut facili intellectu omnia cucurrerunt. Acrior necessaria est, in his quae sequuntur, intentio.

Quid est enim, quod ait: *Et in illo die me non rogabitis quidquam?* Hoc verbum quod est rogare, non solum petere, ve-

rum etiam interrogare significat, et Graecum Evangelium, unde hoc translatum est, tale habet verbum, quo utrumque possit intelligi: ut haec ambigua, nec inae solvatur: quamquam et si solveretur, non ideo nulla quaestio remaneret. Dominum enim Christum, posteaquam resurrexit, et interrogatum legimus, et rogatum. Nam interrogatus est a discipulis ascendurus in coelum, quando praesentaretur, et quando regnum esset Israel. Cum vero iam esset in coelo, rogatus est a sancto Stephano, in spiritum eius acciperet. Et quis audeat vel cogitare, vel dicere, in coelo sedentem Christum rogandum non esse, et in terra manentem rogandum fuisse? Rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Immo charissimi, rogemus eum, ut nodum quaestionis huius ipse dissolvat, lucendo in cordibus nostris ad videnda, quae dicit. Puto enim quod ait: *Itorum autem video vos, et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis*: non ad illud tempus esse referendum, quo resurrexit, et sicque suam carnem cernendam tangendamque monstravit, sed potius ad illud, unde iam dixerat: *Qui diligit me, diliget a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo meipsum illi*. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstraverat, iam sedebat ad dexteram Patris, quando dicebat idem ipse apostolus Ioannes, cuius et hoc Evangelium est, in Epistola sua dicens: *Nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est quod erimus: scimus quia cum manifestatum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. Ista visio non vitae huius est, sed futurae: non temporalis, sed aeternae. Haec est vita aeterna, dicente ipsa Vita: *Ut cognoscant te, inquit, unum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*. De hac visione et cognitione dicit

Apostolus: *Videmus inunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum*. Hunc totius laboris sui fructum Ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo. Parturit gemendo, paritura laetando. Parturit orando, paritura laudando; et ideo masculinum, quoniam ad istum fructum contemplationis, cuncta officia referuntur actionis. Solus enim est liber, quia propter se appetitur: non refertur ad aliud: hinc servit actio. Ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur. Ipse autem non propter aliud, sed propter seipsum tenetur et habetur. Ibi ergo finis, qui sufficit nobis; aeternus igitur erit. Neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dixit: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*. In qua ostensione promisit et Filius, dicens: *Non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est?* De hoc itaque, quae superius dicta sunt, melius existimo intelligi: *Modicum, et iam non videbitis: et iterum modicum, et videbitis me*. Modicum est enim hoc totum spatium, quo praesens pervolat saeculum. Unde dicit ipse Evangelista in Epistola sua: *Novissima hora est*. Ideo namque addidit: *Quia vado ad Patrem*: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait: *Modicum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me*. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat, ut non eum viderent. Ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, et donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus, sed quod esset iturus ad Patrem: quod fecit posteaquam resurrexit et cum eis per quadraginta dies conversatus, ascendit in coelum. Illis ergo ait: *Modicum, et iam non videbitis me, qui eum corporaliter tunc videbant, qui*

iturus erat ad Patrem, et eum deinceps mortalem visuri non erant, qualem cum ista loqueretur, videbant. Quod vero addidit: *Et iterum modicum, et videbitis me*: universae promisit Ecclesiae, sicut univarse promisit: *Ecco ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. Non tardat Dominus promissum: modicum, et videbimus eum: ubi iam nihil rogemus, nihil interrogemus: quia nihil interrogandum remanebit, nihil quaerendum latebit. Hoc modicum, longum nobis videbitur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus, quam modicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum, quale habet mundus, de quo dictum est: *Mundus autem gaudebit*. Nec tamen in huius desiderii parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*; quia et ipsa parturiens cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristes est de praesenti dolore.

Varia de Resurrectione Christi.

EX S. GERARDINO SERAPHINO, VOL. II, SERM. 187.

3394 PAULUS quoque II COR. XVI, tres etiam superaddit, ut sux pro decimatercia computetur, sicut et in tertio decimo anno post Dominicam Passionem Apostolus gentium Doctor factus est. Dicit enim Iudaeus: *Quod vivus est plerumque quingentesi fructibus*.

3395 Deinde visus est Iacobo, scilicet, minori, et haec intelligitur facta etiam in die resurrectionis: Unde Hier. refert, quod dolore mortis sauciatus se nunquam commedere voverat, nisi Christum videret resurrexisse a mortuis: huius ergo apparuit Dominus, et dixit ei, et his qui cum eo erant: *Ponite manus, Deinde panem accipiens dedit ei, dicens: Comede, frater dilecte mi, quia Filius hominis resurrexit a mortuis*.

3396 Addit quoque Apostolus ibi supra: *Novissime autem omnium, nunquam abortivo vivus est et vivit*. Potest etiam addi visio illa quam Ioann. in Apocalyp. I, refert eum visidisse instar lucentis solis.

3397 Scribitur enim in Evangelio Nicodemi quod Ioseph qui sepeliverat sanctissimum Corpus Domini, propter hoc captus fuerat a Iudaeis, et in quo-

dani cubileus diligenter sigillato reclusus, quem post sabbatum interficere ordinabant. Illi igitur sicut apparuit Dominus Iesus, extergensque faciem Iesus osculatus est eum, domumque salvis sigillis in domo propria eum collocauit. Ex quo manifeste patet quod haec apparitio in die resurrectionis fuit facta. Ex omnibus praedictis patet quod quindecim apparitiones scribitur factae postquam Christus a mortuis resurrexit.

DOMINICA IV. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDO IOANNE.

IOANN. XVI, 5-14.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis?

6. Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paralyticus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

8. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio.

9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me:

10. de iustitia vero, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me:

11. de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.

13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnia quaecumque a Patre mittam ad vos: sed quaecumque a Patre audivit loquetur, et quaecumque sunt amantibus vobis.

14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, et ammentiat vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 144.

3395 QUONIAM Dominus et Salvator noster Iesus Christus de adventu Spiritus sancti, quem se missurum esse promisit et misit, multa diceret, ait inter cetera: *Ipse arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio*. Neque hoc cum dixisset, sermonem traniecit in aliud: sed ipsa aliquanto expressius insinuare dignatus est. *De peccato quidem*, inquit, *quia non crediderunt in me: de iustitia autem, quia ad Patrem vado: de iudicio vero, quia princeps huius mundi iam iudicatus est*. Oboritur

rum etiam interrogare significat, et Graecum Evangelium, unde hoc translatum est, tale habet verbum, quo utrumque possit intelligi: ut haec ambigua, nec inae solvatur: quamquam et si solveretur, non ideo nulla quaestio remaneret. Dominum enim Christum, posteaquam resurrexit, et interrogatum legimus, et rogatum. Nam interrogatus est a discipulis ascendurus in caelum, quando praesentaretur, et quando regnum esset Israel. Cum vero iam esset in coelo, rogatus est a sancto Stephano, in spiritum eius acciperet. Et quis audeat vel cogitare, vel dicere, in coelo sedentem Christum rogandum non esse, et in terra manentem rogandum fuisse? Rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Immo charissimi, rogemus eum, ut nodum quaestionis huius ipse dissolvat, lucendo in cordibus nostris ad videnda, quae dicit. Puto enim quod ait: *Itorum autem video vos, et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis*: non ad illud tempus esse referendum, quo resurrexit, et sicque suam carnem cernendam tangendamque monstravit, sed potius ad illud, unde iam dixerat: *Qui diligit me, diliget a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo meipsum illi*. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstraverat, iam sedebat ad dexteram Patris, quando dicebat idem ipse apostolus Ioannes, cuius et hoc Evangelium est, in Epistola sua dicens: *Nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est quod erimus: scimus quia cum manifestatum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. Ista visio non vitae huius est, sed futurae: non temporalis, sed aeternae. Haec est vita aeterna, dicente ipsa Vita: *Ut cognoscant te, inquit, unum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*. De hac visione et cognitione dicit

Apostolus: *Videmus inunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum*. Hunc totius laboris sui fructum Ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo. Parturit gemendo, paritura laetando. Parturit orando, paritura laudando; et ideo masculinum, quoniam ad istum fructum contemplationis, cuncta officia referuntur actionis. Solus enim est liber, quia propter se appetitur: non refertur ad aliud: huic servit actio. Ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur. Ipse autem non propter aliud, sed propter seipsum tenetur et habetur. Ibi ergo finis, qui sufficit nobis; aeternus igitur erit. Neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dixit: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*. In qua ostensione promissit et Filius, dicens: *Non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est?* De hoc itaque, quae superius dicta sunt, melius existimo intelligi: *Modicum, et iam non videbitis: et iterum modicum, et videbitis me*. Modicum est enim hoc totum spatium, quo praesens pervolat saeculum. Unde dicit ipse Evangelista in Epistola sua: *Novissima hora est*. Ideo namque addidit: *Quia vado ad Patrem*: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait: *Modicum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me*. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat, ut non eum viderent. Ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, et donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus, sed quod esset iturus ad Patrem: quod fecit posteaquam resurrexit et cum eis per quadraginta dies conversatus, ascendit in caelum. Illis ergo ait: *Modicum, et iam non videbitis me, qui eum corporaliter tunc videbant, qui*

iturus erat ad Patrem, et eum deinceps mortalem visuri non erant, qualem cum ista loqueretur, videbant. Quod vero addidit: *Et iterum modicum, et videbitis me*: universae promissit Ecclesiae, sicut univarse promissit: *Ecco ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. Non tardat Dominus promissum: modicum, et videbimus eum: ubi iam nihil rogemus, nihil interrogemus: quia nihil interrogandum remanebit, nihil quaerendum latebit. Hoc modicum, longum nobis videbitur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus, quam modicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum, quale habet mundus, de quo dictum est: *Mundus autem gaudebit*. Nec tamen in huius desiderii parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*; quia et ipsa parturiens cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristes est de praesenti dolore.

Varia de Resurrectione Christi.

EX S. GERARDINO SERAPHINO, VOL. II, SERM. 187.

3394 PAULUS quoque II COR. XVI, tres etiam superaddit, ut sux pro decimatercia computetur, sicut et in tertio decimo anno post Dominicam Passionem Apostolus gentium Doctor factus est. Dicit enim Iudaeus: *Quod vivus est plerumque quingentesi fructibus*.

3395 Deinde visus est Iacobo, scilicet, minori, et haec intelligitur facta etiam in die resurrectionis: Unde Hier. refert, quod dolore mortis sauciatus se nunquam commedere voverat, nisi Christum videret resurrexisse a mortuis: huius ergo apparuit Dominus, et dixit ei, et his qui cum eo erant: *Ponite manus, Deinde panem accipiens dedit ei, dicens: Comede, frater dilecte mi, quia Filius hominis resurrexit a mortuis*.

3396 Addit quoque Apostolus ibi supra: *Novissime autem omnium, nunquam abortivo vivus est et vivit*. Potest etiam addi visio illa quam Ioann. in Apocalyp. I, refert eum visidisse instar lucentis solis.

3397 Scribitur enim in Evangelio Nicodemi quod Ioseph qui sepeliverat sanctissimum Corpus Domini, propter hoc captus fuerat a Iudaeis, et in quo-

dani cubileus diligenter sigillato reclusus, quem post sabbatum interficere ordinabant. Illi igitur sicut apparuit Dominus Iesus, extergensque faciem Iesus osculatus est eum, domumque salvis sigillis in domo propria eum collocauit. Ex quo manifeste patet quod haec apparitio in die resurrectionis fuit facta. Ex omnibus praedictis patet quod quindecim apparitiones scribitur factae postquam Christus a mortuis resurrexit.

DOMINICA IV. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

IOANN. XVI, 5-14.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis?

6. Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paralyticus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

8. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio.

9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me:

10. de iustitia vero, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me:

11. de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.

13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnia quaecumque a Patre mittam ad vos: sed quaecumque a Patre audivit loquetur, et quaecumque sunt amantissimi vobis.

14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, et ammentiat vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 144.

3395 **Q**UONIAM Dominus et Salvator noster Iesus Christus de adventu Spiritus sancti, quem se missurum esse promissit et misit, multa diceret, ait inter cetera: *Ipse arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio*. Neque hoc cum dixisset, sermonem traniecit in aliud: sed ipsa aliquanto expressius insinuare dignatus est. *De peccato quidem*, inquit, *quia non crediderunt in me: de iustitia autem, quia ad Patrem vado: de iudicio vero, quia princeps huius mundi iam iudicatus est*. Oboritur

ergo nobis intelligendi desiderium, cur peccatum hominum quasi solum esset, non credere in Christum, ita de hoc solo dixit, quod mundum Spiritus sanctus argueret: si autem manifestum est praeter hanc infidelitatem alia multa hominum esse peccata, cur de hoc solo mundum Spiritus sanctus arguat. An quia peccata omnia per infidelitatem tenentur, per fidem dimittuntur; propterea hoc unum praeter ceteris imputat Deus, per quod fit ut cetera non solvantur, dum non credit in humilem Deum homo superbus? Sic enim scriptum est: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* (IACOB. IV, 6). Gratia quippe Dei donum Dei est. Donum autem maximum ipse Spiritus sanctus est; et ideo gratia dicitur. Cum enim omnes peccassent, et egerent gloria Dei (ROM. III, 23); quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, in quo omnes peccaverunt (Ibid. v, 12); ideo gratia, quia gratis datur. Ideo gratis datur, quia non quasi merces redditur post discussionem meritorum, sed donum datur post veniam delictorum.

De peccato igitur arguuntur infideles, id est, dilectores mundi: nam ipsi significantur mundi nomine. Cum enim dicitur, *Arguet mundum de peccato*; non alio quam quod non crediderunt in Christum. Hoc denique peccatum si non sit, nulla peccata remanebant quia iusto ex fide vivente cuncta solvantur. Sed multum interest, utrum quisque credat ipsum Christum, et utrum credat in Christum. Nam ipsum esse Christum et daemones crediderunt, nec tamen in Christum daemones crediderunt. Ille enim credit in Christum, qui et sperat in Christum et diligit Christum. Nam si fidem habet sine spe ac sine dilectione, Christum esse credit,

non in Christum credit. Qui ergo in Christum credit, credendo in Christum, venit in eum Christus, et quodam modo unitur in eum, et membrum in corpore eius efficitur. Quod fieri non potest, nisi et spes accedat et charitas.

Quid sibi etiam vult quod ait: *De iustitia, quia ad Patrem vado?* Et primo querendum est, si de peccato mundus arguitur, cur et de iustitia. Quid enim de iustitia recte argui possit? An de peccato quidem suo, de iustitia vero Christi mundus arguitur? Non video quid aliud possit intelligi quandoquidem, *De peccato*, inquit, *quia non crediderunt in me; de iustitia vero quia ad Patrem vado*. Illi non crediderunt, ipse ad Patrem vadit. Illorum ergo peccatum, ipsius autem iustitia. Sed cur in eo solo voluit nominare iustitiam, quia vadit ad Patrem? Nam non iustitia est etiam quod hic venit a Patre? An illa potius misericordia est quod a Patre ad nos venit, iustitia vero quod ad Patrem vadit?

Ita, fratres, expedire arbitror, ut in tanta profunditate Scripturarum, in quibus forte verbis absconditum aliquid latet quod opportune aperiendum sit, tamquam simul fideliter inquiramus, ut salubriter invenire mereamur. Cur ergo hanc appellat iustitiam quia vadit ad Patrem, et non etiam quia venit a Patre? An quia misericordia est quod venit, ideo iustitia est quod vadit: ut et in nobis discamus impleri non posse iustitiam, si pigri fuerimus praerogare misericordiam, non quae nostra sunt quaerentes, sed et quae aliorum? Quod cum monuisset Apostolus, continuo de ipso Domino coniunxit exemplum: *Nihil, inquit, per contentionem, neque per inanem gloriam; sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem non; non quae sua sunt unusquisque intendentes, sed et quae aliorum*. Deinde

statim addit: *Singuli quique hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo: humiliavit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Haec est misericordia, quae venit a Patre. Quae igitur iustitia est, quae vadit ad Patrem? Sequitur et dicit: Propter quod et Deus cum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris (PHILIP. II, 3-11). Haec est iustitia, quae vadit ad Patrem.*

Sed si solus vadit ad Patrem, quid nobis prodest? Uiquid ab Spiritu sancto de hac iustitia mundus arguitur? Et tamen nisi solus iret ad Patrem, non alio loco diceret: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis qui est in caelo* (IOANN. III, 13).

Sed etiam Paulus apostolus dicit: *Nostra enim conversatio in caelis est* (PHILIP. III, 20). Sed quare hoc? Quia item dicit: *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (COLLOSS. III, 1-3). Quomodo ergo ille solus? An ideo solus, quia Christus unus est cum omnibus membris suis tamquam caput cum corpore suo? Quae autem corpus eius, nisi Ecclesia? Sicut dicit idem doctor: *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte* (I COR. XII, 27). Cum ergo nos occiderimus, et propter nos ipse descenderit, quid est, *Nemo ascendit, nisi qui descendit*; nisi quia nemo ascendit, nisi

unum cum eo factus, et tamquam membrum compactus in eius corpore qui descendit? Sic et discipulis dicit: *Quia sine me nihil potestis facere* (IOANN. XV, 5). Aliter est enim unum cum Patre, et aliter unum nobiscum. Unum cum Patre est, quia una substantia est Patris et Filii: unum cum Patre est, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. Unus autem nobiscum factus est, quia semetipsum exinanivit, formam servi accipiens: unus nobiscum factus est, secundum semen Abrahae, in quo benedictor omnes gentes. Quod cum commemorasset, ait Apostolus: *Non dicit: Et seminus, tamquam in multis, sed tamquam in uno, Et semini tuo, quod est Christus*. Et quia et nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis et illi capiti cohaerentibus, unus est Christus: et quia et nobis dicit: *Ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem haeredes* (GALAT. III, 16, 29). Si enim unum est semen Abrahae, et illud unum semen Abrahae non intelligitur nisi Christus; hoc autem semen Abrahae etiam nos sumus: hoc ergo totum, id est, caput et corpus, unus est Christus.

Et ideo nos non debemus ab illa iustitia separatos putare, quam Dominus ipse commemorat, dicens: *De iustitia, quia ad Patrem vado*. Cum Christo enim et nos resurreximus, et nos cum capite nostro Christo sumus, intermisi fide et spe: complebitur autem spes nostra in ultima resurrectione mortuorum. Cum autem complebitur spes nostra, tunc complebitur etiam iustificatio nostra. Quam completurus Dominus, quid sperare debeamus, ostendit in carne sua (hoc est, in capite nostro) in qua resurrexit et ascendit ad Patrem. Quia sic scriptum est: *Traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iusti-*

fectionem nostram (Rom. IV, 25). Arguitur ergo mundus de peccato, in eis qui non credunt in Christum: et de iustitia, in eis qui resurgunt in membris Christi. Unde dictum est: *Ut nos simus iustitia Dei in ipso* (II Cor. v, 21). Si enim non in ipso, nullo modo iustitia. Si autem in ipso, totus nobiscum vadit ad Patrem, et haec implebitur in nobis perfecta iustitia. Propter hoc et de iudicio mundus arguitur, quia princeps huius mundi iam iudicatus est: id est, diabolus princeps iniquorum, qui corde non habitat nisi in hoc mundo, quem diligunt, et ideo mundus vocantur: sicut nostra conversatio in coelis est, si resurrexerimus cum Christo. Ergo quemadmodum nobiscum, id est, cum corpore suo unis est Christus: sic cum omnibus impiis quibus caput est, cum quodam corpore suo unis est diabolus. Quapropter sicut nos non separamus a iustitia de qua Dominus dixit: *Quia ad Patrem vado*: sic impii non separantur ab illo iudicio, de quo dixit: *Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.*

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. HIERONIMI) ABRASIS, VOC. II, FELIX, 18.

3193 TERTIA quoque resurrectionis iustitias dicitur maternalis: quia enim de sacrae Matris sine consolatione post resurrectionem nihil Evangelica testatur historia, non credendum est propterea quod benignissimus Iesus savi consolationis, et gratiae, qui ceteros tantum studuit consolari, oblitus sit Matris suae, quam solam noverat mortis suae amaritudines plenissime dequassasse: placuit tamen providentiae Dei nihil de hoc per Evangelicam apices reserari, et hoc maxime propter tria. Primo propter infirmitatem; secundo propter infidelitatem; tertio propter sublimitatem.

3194 Primo propter infirmitatem. Tanta enim certissima firmitate constabat Virgini Matris de resurrectione Filii sui, ut nec per primum, aut minimum dubitationis motum circa hoc fuerit propulsata; quod quidem facile erat credere ex hoc, quod per singularissimum electa erat in Matrem Christi Dei, et in Reginam, ac Dominam Angelorum. Pro-

pterea ipso silentio Scripturarum melius ostenditur hoc debere teneri, ut omnino indubitatum, quam fieret quaecumque Scriptura: ideo sicut luculenter patet Scriptura, posuit talia fundamenta illuminata, et alia maiora concludit, quam posset lingua, seu littera explicari. Posuit enim modum altissimae Conceptionis, ut puta Angelis nuntiando, et Spiritui sancto obumbrante, describitque illum ut dolerens Matrem Filii Dei mortentis pro nobis, atque etiam iuxta crucis stipitem collocavit.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.
IN IOANN. HOMIL. 78.

3195 **M**AXIMA tristitiae vis, et multa nobis opus est fortitudine, ut huius animi morbo generoso resistamus; et hinc pars utilitate, quod superfluum in illa est, relinquamus: aliquid enim utilitatis habet. Nam cum peccamus vel nos vel alii, tunc solum tristitia bonum est: cum autem in humanas incidimus calamitates, inutilis tristitia est. Quia ergo discipulos nondum perfectos haec oppugnabat, vide quomodo Christus illos etiam increpatione adhibita corrigat. Nam qui milles illum antea interrogaverant, ut cum Petrus diceret: *Quo vadis?* et Thomas, *Nescimus quo vadis: et quomodo possimus viam scire?* (IOANN. XIII, 36, et XIV, 5), et Philippus: *Ostende nobis Patrem tuum* (IOANN. XIV, 8), hi nunc audientes, *Extra synagogam facient vos*; et, *Odio habebunt*; et, *Qui interficiet vos, arbitrabitur se obsequium praestare Deo* (Ibid. xv, 19, et xvi, 2); ita animo condescerunt, ut ne mutire quidem possent vel loqui. Quod exprobrans eis dicebat: *Haec ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum, qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Non parva haec consolatio erat, quod ipsi scirent nomen illum quanto in moerore essent. Nam praegranitate, ob discessum eius et mala ipsos invasura, quae utrum ferre possent ignorabant, attoniti erant. Cur non dixit illis postea, cum accepissent Spiritum sanctum? Ut discas illos iam in virtute firmatos fuisse. Si enim nondum Spiritu dignati non resilierunt, licet tristitia obruti, cogita quales futuri erant gratia repleti. Nam si tunc his auditis rem tulissent, totum Spiritui reputeremus: nunc vero totus animae co-

parat. Ideo Paulus dicebat: *Ne abundantiore tristitia absorbeat ille. Haec autem ab initio vobis non dixi* (II Cor. II, 7), inquit. Cur ab initio non dixit? Ne quis diceret eum a saepe contingentibus coniecturam fecisse. Et cur rem aggredditur tam difficilem? Haec, inquit, ab initio sciebam, nec ideo tacebam quod nescirem; sed *Quia vobiscum eram.* Hoc rursum humano more dicitur; id est: Quia in tuto eratis, et poteratis pro lubito sciscitari, atque in me totum bellum vertebatur; superfluumque fuisset haec ab initio dicere. An ergo non dixit? nonne convocatis duodecim dicebat: *Ad praesides et reges ducimini, et flagellabunt vos in synagoga?* (MARTH. x, 18, 17); cur ergo ait, *Ab initio non dixi?* Quia verbera et abductiones praedixerat; non tamen significaverat eadem eorum ita cordi fore hostibus ut rem divinum cultum esse putarent. Hoc enim maxime illos deterere poterat, si tantquam impii et perniciosi erant iudicandi. Ad haec vero, tunc ea quae a gentilibus passuri erant praenuntiabat; hic vero Iudaica addidit, et cum maiore vehementia, docuitque in ianuis illa esse. *Nunc autem vado ad eum qui me misit, et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia haec loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Non parva haec consolatio erat, quod ipsi scirent nomen illum quanto in moerore essent. Nam praegranitate, ob discessum eius et mala ipsos invasura, quae utrum ferre possent ignorabant, attoniti erant. Cur non dixit illis postea, cum accepissent Spiritum sanctum? Ut discas illos iam in virtute firmatos fuisse. Si enim nondum Spiritu dignati non resilierunt, licet tristitia obruti, cogita quales futuri erant gratia repleti. Nam si tunc his auditis rem tulissent, totum Spiritui reputeremus: nunc vero totus animae co-

rum fructus est, et clara ex nuda anima profecti amoris erga Christum demonstratio. *Sed ego veritatem dico vobis.* Vide quomodo rursus consolatur illos. Non ad gratiam loquitur, inquit; sed etiamsi admodum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos ut adsim optatis, usus aliud postulat. Curatoris autem est, non parere amicis, si quando rem sibi utilem amoveri velint. *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet.* Quid hic dicunt illi, qui de Spiritu non recte sentiunt? expeditne Dominum abire, et servum venire? Videne quanta sit Spiritus dignitas? *Si autem abiero, mittam illum ad vos.* Equa hinc utilitas? *Cum venerit ille arguet mundum;* id est, Non impune haec facient, si ille venerit. Quae iam facta sunt enim, erant ad silentium ipsis imponendum satis; cum autem haec per illum facta fuerint, perfectiorque doctrina et maiora miracula fuerint, multo magis damnabuntur, tot tantaque videntes in nomine meo fieri; quod clarior reddidit resurrectionis demonstrationem. Nunc enim dicere possunt, fabri filium esse, cuius nos patrem et matrem novimus: cum viderint autem solutam mortem, pulsam malitiam, claudicantem naturam recte incedentem, fugatos daemones, immensam Spiritus largitionem, et haec nominis mei invocatione fieri: quid dicent? Testimonium perhibuit de me Pater, perhibebit et Spiritus. Atqui a principio hoc fecit; sed etiam nunc faciet.

3196 Illud autem, *Arguet de peccato*, id est, Omnem excusationem eis auferet, ostendetque illorum scelera sine venia esse.

3197 *Et de iustitia, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me;* id est, Quia irreprehensibilem vitam duxi: cuius rei iudicium est, quod ad Patrem vadam. Quia enim semper illum aequabant, quod ex Deo non esset, et ideo illum peccatorem

et iniquum dicebant, se hanc illis criminandi ansam sublaturum esse dixit. Nam si putare me non ex Deo esse, id me transgressorem exhibet: cum Spiritus me illo abeuntem, non adhoram, sed ut ibi maneam, ostenderit (illud enim, *iam non videbitis me*, hoc indicat), quid postea dicent? Vide pravam opinionem per haec duo sublata. Nam signa facere non est peccatoris, neque enim id potest peccator, neque a Deo esse peccatoris est. Ergo non ultra potestis dicere ipsum peccatorem, nec ex Deo non esse.

3468 *De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Hic rursus de iustitia sermonem habet, quia adversarius superavit, quod peccator non potuit, neque iustus quivis hominum. Quod enim propter me condemnatus sit, scient ii qui in posterum illum calcabunt, et resurrectionem meam manifeste videbunt, id quod condemnantis est. Neque enim me potuit detinere. Quia ergo dicebant, me daemone habere et deceptorem esse: haec omnia futilia esse deprehenduntur. Non enim illum coepissem, si peccato essem obnoxius: nunc vero condemnatus et eicius est.

3499 *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Expedit ergo ut ego vadam, siquidem tunc portaturi estis, cum abiero. Et quid factum est? an Spiritus te maior est, quando nunc non portamus, et ille nos ad portandum idoneos reddet? num maior et perfectior est eius efficacia? Minime: nam ille quae mea sunt dicit.

3470 Ideo ait: *Nihil loquitur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt.* Cum dixisset, Ille vos docebit et vos suggeret, atque in aerumnis vos consolabitur, quod ipse non fecit; et, Ex-

pedi ut ego vadam, et ut ille veniat; et, Nunc quidem non potestis portare, tunc vero poteritis; et, Vos deducet in omnem veritatem: ne his auditis, maiorem esse Spiritum putarent, et in extremam incidere impietatem, ideo ait: De meo accipiet; id est, Quae ego dixi, et ille dicit. Cum vero dicit, Nihil a se loquitur, nihil contrarium, nihil proprium aut alienum, sed mea loquetur. Ut igitur de seipso loquens ait: A meipso non loquitur (IOANN. XIV, 10), id est, Nihil nisi quae Patris, nihilque proprium vel ab illo alienum; ita et de Spiritu intelligendum. Illud vero, De meo, id est, De illis quae novi, de mea cognitione. Una quippe est mea et Spiritus scientia. Et quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ilorum erigit animos: nullius enim tam cupidum est humanum genus, quam futura descendit. Hoc enim frequenter interrogabant eum. Quo vadis? quae est via? Hac igitur cura eximens illos, dicit: Omnia vobis praedice, ne incauti quatis. Ille me clarificabit. Quomodo? In nomine meo opera efficiet. Quia enim post adventum Spiritus maiora edituri signa erant; ideo aequalitatem indicans ait: Ille me clarificabit. Quam vero dicit omnem veritatem? Nam testificatur, quod nos deducturus sit ad omnem veritatem. Ipse namque quia carne indutus erat, et ne videretur de seipso magnifice loqui, quia item discipuli resurrectionem non noverant, et adhuc imperfectiores erant, tum propter Iudaeos, ne tanquam legis transgressorem punire viderentur, non saepe magnum quidpiam de se loquebatur, neque aperte a lege dissentiebat. Quia vero discipuli ab illis discissi erant, et Iudaei extra positus, multique credituri et peccata abstersuri erant, alique erant qui de ipso loquerentur, iure ille non magna ulterius de se dicebat. Itaque non est igno-

rantiae meae adseribendum, quod non dicam, quae dicere oporteret, sed auditorum imbecillitati. Ideo cum dixisset, *Deducet vos in omnem veritatem*, addidit: *Non loquetur a semetipso.* Quod enim Spiritus doctrina non cgeat, audi Paulum dicentem: *Ille et quae Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (I Cor. ii, 11). Quemadmodum ergo spiritus hominis non ab alio doctus novit: ita Spiritus sanctus. De meo accipiet, id est, Verbis meis consona dicit. *Omnia quaecumque Pater habet, mea sunt.* Quia ergo mea sunt illa, Spiritus autem ex iis quae Patris sunt loquetur, ex meis loquetur.

3471 Cur autem non venit Spiritus antequam ille discederet? Quia cum nondum maledictum sublatum erat, nondum peccatum erat solutum, sed adhuc omnes supplicio obnoxii erant, non venerat ille. Oportet ergo, inquit, inimicitiam solvi, et nos Deo reconciliari, tuncque donum illud accipere. Sed cur dicit: *Mittam eum?* Id est, Vos praeparabo ad illum recipiendum. Quomodo enim qui ubique est, mittatur? Alioquin autem hypostasium distinctionem ostendit. Ideo haec ita loquitur: et cum vix possent illi separari, ut Spiritui haerere, ipsiisque colant, suadet. Poterat enim et ipse haec operari; sed ideo ipsum miracula patrare sinit, ut eius dignitatem ediscant. Sicut enim Pater quae sunt producere potuit, Filius autem id ipsum facit, ut eius discamus potentiam; sic et Spiritus. Ideo ipse incarnatus est, Spiritui operationem reservans, ut eorum obstrueret ora, qui ineffabilis benignitatis argumentum in occasionem impietatis arripere. Cum enim dicit, ideo incarnatus est Filius, quia inferior Patre erat, ipsis responderemus: Quid ergo dicetis de Spiritu sancto? Non enim carnem accepit, ne-

que tamen ideo maiorem Filio dicetis, neque Filium illo inferiore. Ideo ad baptismum Trinitas assumitur. Nam Pater totum perficere potest, et Filius, et Spiritus sanctus: verum quia de Patre nemo dubitat, sed dubium circa Filium et Spiritum sanctum versatur, in initiatione assumitur, ut in communi largitione ineffabilium bonorum, dignitatis communionem ediscamus. Nam quod Filius per seipsum ea possit, quae in baptismo cum Patre potest, atque etiam Spiritus sanctus, clare dictum audi.

Nam Iudaei dicebat: *Ut sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata* (MARC. II, 10); et rursus, *Ut filii lucis sitis; et, Ego vitam aeternam do eis; et postea, Ut vitam habeant, et abundantius habeant* (IOANN. XII, 36, et X, 28, 10). Videamus quoque Spiritum hoc ipsum facientem. Ubinam? *Unicuique, ut, manifestatio Spiritus datur ad utilitatem* (I Cor. XII, 7). Qui ergo haec exhibet, multo magis peccata dimittit. Et iterum, *Spiritus est qui vivificat* (IOANN. VI, 64); et, *Vivificabit per inhabitantem Spiritum in vobis* (ROM. VIII, 11); et, *Spiritus vita per iustitiam* (Ibid. V, 10); et rursus, *Si Spiritu ducimini non estis sub lege* (GAL. V, 18). *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum* (ROM. VIII, 15). Tunc vero quae faciebant miracula, per Spiritum qui supergenerat edebant. Et Corinthiis scribens dicebat Paulus: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, et in Spiritu Dei vestri* (I Cor. VI, 11). Cum igitur multa de Patre audissent, et Filium vidissent multa operantem, de Spiritu autem nihilum manifeste scirent: ipse miracula edidit, et perfectam inducit cognitionem. Sed ne hinc maior esse putaretur, ut dixi, ideo ait: *Quaecumque au-*

diat, loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit.

3473 Nam nisi hoc esset, quomodo non absurdum foret, si tunc auditus esset, et propter discipulos? Neque enim secundum vos tunc notitiam accepturus erat, nisi propter auditores. Quo dicta quid iniquius fuerit? Alloquin, quid auditus erat? nonne haec omnia dixerat per prophetas? Nam sive de legis solutione loquitur erat, sive de Christo, de divinitate et de incarnatione, haec iam dicta fuerant: Quid enim appetitus postea dicitur erat? *Et quae ventura sunt, annuntiabit.* Hic maxime ostendit eius dignitatem: nam Dei maxime proprium est, futura praedicere. Quod si hoc discat ab aliis, nihil plus quam prophetae habebit: sed hic accuratissimam in Deo cognitionem ostendit, quod nihil aliud loqui possit. Illud vero, *De meo accipiet*; nempe de gratia quae in carnem meam advenit, sive de illa ipsa, quam ego habeo cognitione; non quasi egeat, vel ab alio discat, sed quod una eademque sit cognitio. Cur vero sic, neque aliter dixit? Quia nondum Spiritus notitiam habebant. Quare unum tantum curat, ut credatur et accipiatur ab eis, nec scandalizentur. Quia enim dixerat: *Unus est Magister vester Christus* (MATTH. XXIII, 8); ne putarent Christo non habere fidem, si illi crederent. Una est, inquit, et mea et illius doctrina; ex his quae ego dicitur eram, ex hisdem et ipse dicit. Ne putetis alia ab illo dici: nam illa mea sunt, meaque gloriam celebrant. Una enim est voluntas Patris, Filii, et Spiritus sancti. Ita et nos esse vult dicens: *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus* (IOANN. XVII, 11).

Varia de Resurrectione Christi.

EX 9. BERNARDINO SENENSIS, VOL. II, SERM. 38

3474 Quid si verum est, immo verissimum est, quod (II COR. I) Apost. ait: *Sicut socii passionum estis, ita et consolatorum eritis*; mensura, quantum Virgo Mater resurrectioni Filii fuerit sociata; ideo certissime temendam est quod dulcissimus Filius eius primo, et ante omnes, resurrectionis eius gratior laetitia consolatus est eam, quod et sancta Romana Ecclesia sentire videtur, quae Romae, in resurrectionis die ad sanctam Mariam Maiorem ordinat stationem.

Si autem arguere velis quod corporaliter non apparuit ei, ea quod hoc non testantur Evangelistae, non de consolatore necesse erit, quod in resurrectionis laetitia in mundo nunquam viderit eam; quia sicut nec primo, sic nec ultimo, nec modo matris conspectui apparuisse refertur.

FERIA TERTIA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

DE IOHANN. CAP. 16.

3475 SUPRA explicavit Dominus rationes consolatorias contra tribulationes discipulis superventuras: hic explicat rationes consolatorias de recessu suo. Consolatus est autem eos Dominus de recessu suo triplici ratione. Primo ratione accessus eorum ad Patrem quem promittebat; unde dicebat (supra XIV, vers. 1): *Non turbetur cor vestrum... In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Secundo ratione Paracliti quem missurus erat; unde dicebat (Ibid. XVII): *Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis.* Tertio ratione hereditatis visionis, quam assererat (Ibid. XVIII): *Non relinquam, inquam, vos orphanos: veniam ad vos.* Has autem tres rationes explicat hic, sed ordine retrogrado: et primo promissionem Spiritus Paracliti; secundo hereditatem sui visionem, ibi, *Medicum, et iam non videbitis me; et daturum medicum, et videbitis me;* tertio introductionem ad Patrem, ibi, *Et in illo die me non interrogabitis.* Circa pri-

3476 mum duo facit. Primo praemittit necessitatem consolationis; secundo ponit eam, ibi, *Sed ego veritatem dico vobis, etc.* Circa primum duo facit. Primo praenuntiat suum recessum; secundo ostendit huius praenuntiationis effectum, ibi, *Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Recedit ergo ad Patrem vadens; et ideo dicit: *Vobiscum eram, usque modo, sed nunc vado ad eum qui me misit*, id est Patrem: quod quidem perfectionis est; tunc enim unaquaeque res perficitur cum ad suum principium redit; Tob. cap. XII, 20: *Tempus est ut revertar ad eum qui me misit.* Eccl. I, 7: *Ad locum unde exiit flumina, revertuntur.* Ibat quidem secundum humanitatem ad eum apud quem ab aeterno erat secundum divinitatem. Et hoc diffusius expositum est in praecedentibus. Sed addit: *Nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?*

3477 Sed quid est hoc quod dicit? Nonne Petrus interrogavit, supra XIII, 36: *Domine quo vadis?* et Thomas, supra XIV, 5: *Nescimus quo vadis?* Et ideo huic quaestioni respondent Chrysostomus et Augustinus; sed aliter et aliter. Chrysostomus enim dicit, quod discipuli audientes quod deberent interfici, et absque synagogis fieri, ita tristati et attoniti facti sunt, ut quasi obliiti de recessu Christi et locutionem amittentes, cum de suo recessu non interrogarent. Unde subdit: *Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Et sic Dominus dicens, *Et nunc vado ad eum qui misit me*, eos potius increpat, secundum Chrysostomum. Et hoc non interrogabant; Deut. XXXIV, 7: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi;* Eccl. VI, vers. 28: *Investiga illam, et manifestabitur tibi.* Augustinus autem vult quod hoc quod dicit, *Nemo vado ad eum qui misit me*, non sit pro illo instanti quo loquebatur; sed

pro tempore quo ascensus erat in caelum; quasi diceret: Superius interrogastis me quo irem; sed nunc ita vado quod non est necesse ut aliquis vestrum interroget me, Quo vadis? Quia, ut dicitur Act. I, 9: *Videntibus illis elevatus est.*

3478 Hic ponitur tristitia, quae est effectus praenuntiationis, secundum Chrysostomum; sed secundum Augustinum tristantur de recessu; gaudebant enim de praesentia Christi quodam modo carnali affecti ad humanam eius speciem; sicut homo delectatur de praesentia amici: et ideo de recessu eius triabantur; Psal. XXXI, 6: *Ad vesperam* (scilicet passionis) *demorabitur fletus* (in Apostolis) *et ad matutinum* (resurrectionis) *laetitia.* Sed quia humanum est quod tristitia cor tangat, vitiosum autem quod cor impleat, quia per hoc ratio turbatur; ideo quasi arguens dicit: *Tristitia implevit cor vestrum;* Eccl. XXX, 22: *Non des tristitiam animae tuae;* supra XVI, 27: *Non turbetur cor vestrum.*

3479 Hic ponitur ratio consolationis quae est promissio Spiritus sancti. Et primo promittit Spiritum sanctum; secundo praenuntiat eius effectum, ibi, *Et cum venerit ille, etc.* Circa primum duo facit. Primo ostendit recessus sui necessitatem; secundo recessus utilitatem. Dicit ergo: *Tristitia implevit cor vestrum*, scilicet de recessu meo: sed est magis vobis gaudendum, quia *expedit vobis ut ego vadam*, id est valde vobis est necessarium, quia *si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Item est vobis fructuosum et utile: quia *si abiero, mittam eum ad vos*, scilicet Spiritum sanctum.

3480 Sed numquid non potuisset Christus dare Spiritum vivens in carne? Dicendum quod sic: quia etiam super eum baptizatum Spiritus sanctus in specie columbae descendit et nunquam ab eo

recessit, quem ab instanti suae conceptionis recepit non ad mensuram. Sed noluit cum dare discipulis existens cum eis, quadruplici ratione. Primo propter eorum indispositionem: nam Spiritui sancto, cum sit amor spiritualis, contrariatur amor carnalis. Discipuli autem quodam carnali amore afficiebantur ad Christi humanitatem, necdum elevati erant spirituali amore ad eius divinitatem, et ideo nondum capaces erant Spiritus sancti; II Cor. v, 16: *Ex hoc iam neminem secundum carnem noscimus* (id est secundum carnem affectum); et si cognovimus secundum carnem (Christum, scilicet, ante passionem), *sed nunc iam non novimus*. Secundo propter divini auxilij conditionem, quod maxime adest in necessitatibus; Ps. ix, 10: *Adiutor in operantibus*; et iterum Psal. xxxvi, 10: *Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me*. Quamdiu autem Christus erat cum eis, sufficiens adiutorium erat cum eis; sed eo recedente multis tribulationibus exponerentur: et ideo datus est eis statim alius consolator et adiutor. Unde signanter dicit (infra xiv, 16): *Et alium Paracletum dabit vobis*; Is. xxvii, 9: *Quem docbit scientiam. Ablatus a lacte, avulsos ab ubris*. Tertio ex dignitatis Christi consideratione: nam, ut Augustinus dicit in libro de *Trinitate*, Christus in quantum homo, non habet quod det Spiritum sanctum, sed in quantum Deus. Quando autem cum discipulis erat, videbatur esse quasi homo unus ex eis. Ne ergo videretur quod homo esset qui daret Spiritum sanctum, ideo ipsum ante ascensionem suam non dedit; supra vii, 39: *Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus*; Sap. ix, 19: *Emitte illam a sede magnitudinis tuae*. Quarto propter unitatem Ecclesiae conservandam: nam, ut

supra x, 41 habetur, *Ioannes signum fecit nullum*: quod ideo fuit ne populus divideretur a Christo, et ut evidentior appareret eminentia ad Ioannem. Discipuli autem ipso Spiritu replendi erant, ut etiam opera maiora facerent quam Christus fecit: supra xiv, 12: *Et maiora horum facient*: et ideo si ante passionem fuisset eis datus, potuisset verti in dubium apud populum quis esset Christus, et sic fuisset in eo divisio; Ps. lxxvii, 19: *Ascendens in altum, dedit dona hominibus*.

Sed, secundum Chrysostomum, potest hic sumi argumentum contra Macedonianos dicentes, Spiritum sanctum esse creaturam et ministrum Patris et Filii. Si enim sic esset, non esset sufficiens consolatio de recessu Christi adventus Spiritus sancti: sicut non esset sufficiens consolatio de recessu regis, si daretur unus de ministris suis loco eius. Quia ergo Spiritus sanctus aequalis est Filio, ideo Dominus eos per promissionem Spiritus sancti consolatur.

Sed si aequales sunt Filius et Spiritus sanctus, quare expedit quod Filius recedat, ut veniat Spiritus sanctus? Ideo scilicet quia recedebat corporaliter, ac simul cum Spiritu sancto veniebat invisibiliter. Si enim Filius habitasset invisibiliter, et diceret: Expedit ut recedam, quia veniet Spiritus sanctus, utique maior eo Spiritus sanctus reputaretur.

Varia de Resurrectione Christi.

(EX C. BERKARDIIO SERENSI, VOL. II, REGI, 58.)

Secundo autem factum est propter infidelitatem quoniam Spiritus sancto cura erat per Scripturam Evangelicam illas apparitiones describere quae carnalibus hominibus possent de resurrectione Christi fide dignum testimonium perhibere, et aeternus affectus in eorum oculis minueret veritatem; ideo nulla scripta est apparitio ex testimonio Matris: non erat tamen in rei veritate in

omni creatura, atque creanda natura, post ipsum Iesum, tantum testimonium veritatis, quantum in ipsa lingua materna, nec cui tantum credere debeat mens devota. Per textum ergo Evangelicam tantummodo debuit reservari, per quem modum Doctores primi saeculi nostrae de resurrectione fuerunt certificati, ita ut ex hoc comprehenderemus quomodo facti sumus resurrectionis Christi idonei testes, quibus fides ab omnibus esset indubitatur exhibenda; de apparitione autem Matris, et consimilibus nihil in Evangelis reperitur, quia a Spiritu sancto credenda, et investiganda illis tantummodo relicta sunt, qui a suo lumine illustrantur. Tertio quoque factum est propter subtilitatem.

Post resurrectionem vero Christi, nihil de Matre, et etiam ante per Evangelia pauca referuntur: quia apparitiones Christi exhibitae Matri, et familiaria inter eos colloquia, atque amoris subtilia signa infantum debuissent esse superintellecualissima, atque ineffabilissima, quod nec poterunt ab inferioribus dici, vel aciri, nisi cum tanta diminutione sua, quod eas dicere nobis esset illarum excessum quodammodo denigrare.

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOANN. CAP. 16.

Supra consolatus est Dominus Apostolos per promissionem Spiritus sancti; hic ostendit utilitatem quam Spiritus sanctus adveniens afferet eis; et ponit triplicem utilitatem: unam ex parte mundi; aliam ex parte discipulorum; et tertiam ex parte Christi. Ex parte quidem mundi, quia Spiritus sanctus adventiens mundum arguet; ex parte discipulorum, quia eos instruet; ibi, *Adhuc nulla habeo vobis dicere, etc.*; ex parte Christi, quia ipsum clarificabit, ibi, *Ille me clarificabit, etc.* Circa primum duo facit. Primo ponit utilitatem adventus Spiritus sancti quantum ad mundum; secundo exponit eam ibi, *De peccato quidem; quia non crediderunt in me*. Dicit ergo: Expedit vobis ut ego vadam, quia mittam Spiritum sanctum ad vos; et cum venerit ille, ar-

guet mundum de peccato et de iustitia et de iudicio. Quod dupliciter legitur. Uno modo secundum Augustinum, alio modo secundum Chrysostomum. Secundum Augustinum quidem hoc modo: *Conveniet, scilicet, Spiritus sanctus, ille arguet, id est reprehendet, mundum*; Prov. ix, 8: *Argue sapientem, et diliget te*.

Sed numquid non etiam Christus arguit mundum? Arguit quidem, supra cap. viii, 41: *Ex patre diabolo estis*; et Matth. xxiii, multa contra Phariseos et Scribas dicens. Quare ergo dicit, *Ille arguet*; quasi ipse non arguerit? sed forte diceret aliquis quod Christus solos Iudaeos arguit. Spiritus autem sanctus in discipulis et per discipulos arguit totum mundum. Sed huic contrariatur quod Christus loquitur in Apostolis et per Apostolos sicut Spiritus sanctus; II Corinth. ult, 3: *Experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus*.

Et ideo dicendum, quod dicit: *Ille arguet mundum*, qui invisibiliter penetrans corda vestra, diffundet in eis charitatem qua timore depulso, arguendi habebitis potestatem. Quamdiu enim discipuli carnaliter ad Christum afficiebantur, Spiritus sanctus non erat in eis, ut dictum est, eo modo quo postea fuit: et ideo non erant ita audaces sicut post eius adventum fuerunt; Ps. xxxiii, 6: *Spiritus oris eius omnis virtus eorum*, scilicet, Apostolorum; II Paral. xxiv, 20: *Spiritus Domini induit Zachariam*. Ille etiam arguet mundum: quia corda quae ante mundana fuerant, replens fecit quod eas se reprehenderent; Iob xiii, 15: *Arguam vias meas coram illo, etc.* Et hoc facit Spiritus sanctus; Ps. i, 12: *Spiritum rectum immova in visceribus meis*.

Sed de quo arguet? De tribus. De peccato quod commiserunt; Isai. lviii, 1: *Annuntia populo meo scelera eorum, etc.* Et hoc Apostoli fecerunt; Ps. xvii, 5:

In omnem terram exivit sonus eorum. Item de iustitia, quam neglexerunt: Is. xxix: *Iustitiam non fecerunt*, etc. Et hoc Apostoli fecerunt; Rom. iii, 10: *Non est iustus quisquam.* Item de iudicio, quod contempserunt: ut enim dicitur Prov. xviii, 3: *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*; Ezech. v, vers. 6: *Contempsit iudicia mea, etc.*

3499

Hic exponit et primo quod dicit de peccato; et hoc *quia non crediderunt in me.* Solum de peccato infidelitatis arguit: quia per fidem omnia alia peccata dimittuntur; Matth. xxv, Dominus damnatis solum defectum misericordiae imputat: quia per misericordiam omnia peccata purgantur; Prov. xv, 27: *Per misericordiam et fidem purgantur peccata.* Sic ergo et hic, quia infidelitate manente, peccata cetera detinentur, et ea dicente cetera dimittuntur. Dicit autem: *Quia non crediderunt in me*; et non dicit *Mihi*, vel *Me*: quia daemones credunt Christum esse, et contremiscunt; Iac. ii. Sed *in me*, per fidem formatam sperando et diligendo. Secundo de iustitia, et hoc *quia ad Patrem vado*, etc. Quod quidem potest dupliciter exponi: quia vel de iustitia Christi, vel de iustitia Apostolorum. De iustitia quidem Apostolorum sic: *de iustitia nostra*, quod non sunt imitati. Iustitia dico non ex lege, sed ex fide; Rom. iii, 22: *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi.* Fides autem de invisibilibus est: Hebr. xi, Discipuli autem aliquid videbant, scilicet, eius humanitatem, et aliquid non videbant, scilicet, eius divinitatem: sed hoc promittit eis in praemium: supra xiv, 21: *Manifestabo eis meipsum.* Habebant ergo discipuli fidem de Christo quantum ad divinitatem tantum; sed quando subtracta fuit eis humanitas Christi, tunc eorum fides erat de utroque: et ideo, secundum Augustinum super Ioann., di-

cit: *Quia vado ad Patrem, et iam non videbitis me*; quasi dicat: Vos creditis in me secundum divinitatem: et *quia vado ad Patrem*, creditis in me etiam quantum ad humanitatem: quam quidem fidei iustitiam mundus non imitatur. Sed dicit: *Et iam non videbitis me*: non quod numquam sint eum visuri, sed quia non visuri sunt eum in ista carne mortali. Viderunt eum in resurrectione, sed immortalem existentem: et videbunt eum in iudicio, sed in maiestate venientem. De iustitia quidem Christi exponit de Verbis Domini. Iudaei enim noluerunt recognoscere quod Christus iustus esset; supra cap. ix, vers. 24: *Non scimus quia hic homo peccator est.* Arguet eos de hac iustitia, dicens: *Quia ad Patrem vado*: quia hoc ipsum quod ad Patrem vado, iustitiae meae est. Quod enim Christus descendit, misericordiae fuit; sed quod ascendit, eius iustitiae debitum; Phil. ii, 9: *Propter quod et Deus exaltavit illum*, etc. Tertio arguit mundum de iudicio; et hoc *quia princeps huius mundi*, idest diabolus, qui est princeps mundi, idest mundanorum, non creatione, sed suggestione et imitatione; Sap. ii, 25: *Imitantur eum qui sunt ex parte illius*; Iob xli, 25: *Ipsa est rex super omnes filios superbiae.* Hic ergo princeps iam iudicatus est, idest expulsus foras; supra xii, 31: *Nunc iudicium est mundi*, idest pro mundo, *nunc princeps huius mundi eiecitur foras.* Et hoc dicit ut tollat excusationem hominum, qui se de peccatis excusant propter tentationem diaboli; quasi dicat: Excusari non possunt, quia expulsus est diabolus per gratiam et fidem Christi et Spiritum sanctum a cordibus fidelium; ita ut iam non tentet interius sicut ante, sed solum exterius per exercitationem permisus; et ideo resistere possunt ei qui volunt adherere Christo. Et inde est quod

debiles feminae diabolum vicerunt, a quo tamen fortissimi viri superati sunt. De hoc ergo iudicio mundus arguitur, quia a diabolo vincitur resistere nolens, et a se expulsus, per consensum peccati reducens; Rom. vi, 12: *Non regnat peccatum in vestro mortali corpore.* Vel aliter, secundum eundem in libro de Verbis Domini: ut quod dicit, *iam iudicatus est*, intelligatur de iudicio condemnationis; idest, iam condemnatus est ipse: et per consequens omnes qui adhaerent ei; Matth. xxv, 41: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.* Arguitur etiam mundus de iudicio: quia sciens mundi huius principem condemnatum esse, non evadit etiam ipse hoc iudicium; sed cum suo principe iudicatur, quoniam superbum atque impium imitatur.

3499

Secundum Chrysostomum, aliter a capite exponitur: *Cum venerit*, scilicet, Spiritus sanctus, *ille arguet*, idest convincet, *mundum de peccato*; quasi diceret: Ipse Spiritus sanctus erit argumentum quoddam contra mundum; Hebr. ii, 4: *Contestante Deo signis et prodigiis*, etc. Et de hoc peccato ostendet eos graviter peccasse, *quia non crediderunt in me*, cum videbant quod Spiritus sanctus in nomine meo dabitur fidelibus; Actor. v, vers. 32: *Nos testes huius rei sumus, et Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.* De iustitia, quam, scilicet, ego habeo, quam tamen mundus non reputavit me habere: et hoc, quia vado ad Patrem, et mittam vobis Spiritum, scilicet, qui ostendet me iustum, et irreprehensibilem duxisse vitam; supra xv, 26: *Quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis.* Quia hoc dicitur in Psal. lxxvii, 19: *Postquam ascendit Christus in altum, dedit dona hominibus.* De iudicio: *quia princeps huius mundi iam iudicatus est*; idest,

ex hoc ipso: quod per Spiritum sanctum iudicatur, idest expellitur, a cordibus fidelium; Zach. xiii, 2: *Spiritus immundum eiecimus*; I Cor. ii, 12: *Nos spiritum huius mundi non accipimus; sed spiritum qui ex Deo est.* Et de hoc iudicio arguet, quia ipsi male iudicaverunt quod daemonium haberet, et quod in Beelzebub eiceret daemonia: de quo convincuntur, quia Spiritus sanctus quem ego mittam, ipsum daemoneum, condemnabit et eiciet.

3499

Hic ponit utilitatem adventus Spiritus sancti ex parte discipulorum, quae est ipsorum instructio: et primo ponit instructionem necessitatis; secundo promittit instructionem, ubi, *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*; tertio excludit dubitationem, ubi, *Non enim loquatur a seipso.* Dicit ergo: Utiles erit adventus Spiritus sancti mundo, quia arguet eum. Sed et vobis utilis erit ad instruendum; quia quidem instructione indigetis, quia *nullo habeo vobis dicere, sed non potestis portare nudo*; quasi dicat: Ego vos instruxi, sed non adimplemini; Iob xxvi, vers. 14: *Eccae haec ex parte dicta sunt verborum eius: et cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Quae-rere autem quae sunt ista multa quae portare non poterant, est stultum, ut dicit Augustinus. Nam si ipsi portare non poterant, multo magis et nos non possumus.

3499

Hoc tamen quod dicit, *Non potestis portare nudo*, diversi haeretici assumunt ad sui erroris velamentum, dum his qui eis adhaerent quaedam in occulto dicunt turpissima, quae non auderent dicere in manifesto: quasi haec ipsa sint quae tunc discipuli portare non poterant, et ea docerit Spiritus sanctus quae palam docere atque praedicare spiritus hominis

erubescit. Non est ergo intelligendum quod aliqua secreta doctrinae taceantur fidelibus parvulis, seorsum docenda maioribus: sed omnibus fidelibus proponuntur ea quae fidei sunt; Matth. x. 27: *Quod in aure audistis, praedicate supra tecta.* Sed aliter proponenda sunt rudibus, aliter peritis, sicut quae subtilia sunt de mysterio incarnationis, et aliis huiusmodi, non sunt rudibus proponenda: quia cum intelligere non possent, scandalizarentur. Omnia ergo quae fidei erant, Dominus proposuit eis, sed non eo modo quo postea revelavit, et praecipue in vita aeterna. Sic ergo quae portare non poterant, sunt plena cognitio divinatorum, quam non habebant tunc; puta aequalitatem Filii ad Patrem, et huiusmodi. Unde Paulus, II Cor. ii. 4: *Audiri arcana verba, quae non licet homini loqui:* quae non erant de alia veritate quam fidei, sed altiori modo. Item spiritualis intellectus omnium Scripturarum, quem tunc non habebant: sed quando *aperuit vis sensum ut intelligerent Scripturas:* Luc. xli. 45. Item passiones, et pericula quae passuri erant, quae tunc non poterant, quia animi eorum imbecilles erant; Eccl. vi. 25: *Subice iumentum tuum, et porta illam.* Sic ergo necessaria erat eis instructio.

3433 Ille promittit eis instructionem quam consequentur in adventu Spiritus sancti qui docebit eos omnem veritatem. Cum enim sit a veritate, eius est docere veritatem, et facere similes suo principio. Et dicit, *Omniem veritatem*, scilicet fidei, quam docebit per quamdam elevatam intelligentiam in vita ista, et eandem plenarie in vita aeterna, ubi cognoscemus sicut et cogniti sumus; I Cor. cap. xii. et I Ioann. ii. 27: *Unctio docet vos, etc.* Vel *omnem veritatem*, figurarum legis, quam adepti sunt discipuli per Spiritum sanctum. Unde Daniel. i.

dicitur, quod dedit Dominus pueris illis sapientiam et intelligentiam.

Hic excludit dubitationem, quae poterat esse. Si Spiritus sanctus docebit eos, videtur, scilicet, quod esset maior Christo: quod non est, quia docebit eos virtute Patris et Filii: *quia non loquitur a semetipso, sed a me, quia a me erit.* Sicut enim Filius non operatur a semetipso, sed a Patre; ita Spiritus sanctus, quia est ab alio, scilicet a Patre et Filio, *non loquitur a semetipso, sed quaecumque audiet, accipiendo scientiam sicut et essentiam ab aeterno, haec loquitur, non corporaliter, sed intrinsecus in mente illuminando;* Oseeae ii. 14: *Ducam eam ad solitudinem, et loquar ad cor eius;* Ps. lxxxv. 9: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Sed cum audierit ab aeterno, quid est hoc quod dicit, *Audiet*, in futuro? Sed dicendum, quod aeternitas includit omne tempus; et ideo potest Spiritus sanctus, qui ab aeterno audit, dici audire in praesenti, in praeterito et futuro. Sed tamen aliquando dicitur audire in futuro propter hoc quia illa quorum notificationem habet sunt futura. *Loquetur, ergo quaecumque audiet;* quia non solum docebit aeterna, sed futura; et ideo subdit: *Et quae ventura sunt annuntiabit vobis;* quod est proprium divinitatis; Sap. vii. 8: *Signa et monstra scilicet antequam fiant;* Is. xli. 23: *Quae ventura sunt annuntiate vobis; et schimus quia dii estis vos.* Hoc enim est proprium Spiritus sancti; Ioel. ii. 28: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae.* Apostoli autem habuerunt spiritum prophetiae. Vel *docebit omnem veritatem*, scilicet, figurarum.

Sed ne dubitarent quomodo scirent de futuris tribulationibus quas eis praenuntiaverat, ideo subdit: *Et quae ventura sunt, scilicet, super vos, annuntiabit vobis.*

Varia de Resurrectione Christi.

(EX S. BERNARDINO BRUNNI, VOL. II, SERM. 25.)

3437 Si quis tamen pie deferre vellet textui Evangelii sacri, et dicere quod corporali aspectu primo apparuit Magdalene, posset utriusque fideliter, ac devote convenire, si distinguamus duplicem visionem: primam, scilicet, corporalem; secundam spirituales. Prima autem est debilis, et infirma, et saepe multae illusioni, deceptioni, et vanitati subiecta. Secunda autem est stabilis, certa, et clara, quae de levi non nisi purgatis mentibus exhibetur. Esto ergo, quod visionem primam pro quodam privilegio speciali amorosus Iesus voluerit impartiri, non dubium esse debeat quod certissimo mentis intuitu Beata Virgo Maria et resurrectionis Christi vidit, et certo cognovit, atque iacundissimis amplexibus animae suae strinxit.

3438 Insuper dici posset quod Spiritu sancto dictante, nihil in sacro textu de corporali apparitione alibi facta referatur, quod non indigebat talibus apparitionibus roborari, et confirmari. Posset quoque meditari, devoto, quod sicut ipsa fuit summe passa, ac Christo compassa; sic Christi compassione fuita, mens eius spirituali contemplatione vulnerum Filii cavernis inclusa, et intra ipsius sepulchri angustias consepulta, vix, ut sic liceat loqui, dulcis Iesus animae fugebat.

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOHANN. CAP. IX.

3439 SUPRA positus est duplex fructus adventus Spiritus sancti, scilicet, mundi arguitio, et discipulorum instructio: hic ponitur tertius fructus, scilicet, Christi clarificatio: et primo proponit fructum clarificationis; secundo manifestat rationem ipsius, ibi, *Quia de meo accipiet;* tertio subditur manifestatio rationis, ibi, *Omnia quae habet Pater, mea sunt.* Dicit ergo: *Docebit omnem veritatem;* quia ille me clarificabit, in quo est omnis veritas; supra xiv. 6: *Ego sum via, veritas et vita;* Coloss. ii. 3: *In quo (scilicet Christo) sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae.* Clarificabit me: id est, meam no-

titiam claram faciet, primo quidem discipulos illuminando: quia adhuc carnales erant, et ad Christum afficiebantur secundum carnem: id est secundum infirmitatem carnis, non cognoscens divinitatis eius maiestatem, cuius postmodum per Spiritum sanctum sunt capaces effecti; I Cor. ii. 19: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Secundo fiduciam clare annuntiandi praebendo: nam discipuli ante timidi erant, ita ut non auderent Christum publice confiteri; sed Spiritu sancto repleti, timore depulso, annuntiaverunt hominibus Christum, ab ipso Spiritu quodammodo impulsis; Is. lix. 19: *Cum venerit quasi fluvius violentus quem Spiritus Domini cogit.* Unde et Apostolus dicebat (II Cor. v. 14): *Charitas Christi urget nos.* Tertio opera mirifica in Apostolis, et per Apostolos faciendo; I Cor. cap. xii. 2: *Haec omnia operatur unus atque idem Spiritus.*

Hic ponitur ratio clarificationis, quae est, quia Filius est principium Spiritus sancti. Omne enim quod est ab alio, manifestat id a quo est: Filius enim manifestat Patrem, quia est ab ipso. Quia ergo Spiritus sanctus est a Filio, proprium est ut clarificet eum. Dicit ergo: *Ideo me clarificabit quia de meo accipiet.* Accipere autem hoc non est intelligendum eo modo quo in creaturis. Tria enim sunt in acceptione creaturarum, quorum duo non sunt in divinis. Scilicet, quia in creaturis aliud est quod accipit, et aliud quod accipitur: quod non est in divinis, cum personae divinae simplices sint, nec in eis sit aliud et aliud; immo a quocumque accipit Spiritus sanctus, accipit totam substantiam suam; similiter et Filius. Aliud est, quod in creaturis accipiens aliquando fuit non habens id quod accipit, sicut si materia accipiat formam, vel subiectum ac-

cidens: aliquando enim materia fuit sine tali forma, et subiectum sine tali accidente. Et hoc quidem non est in divinis: quia Filius ab aeterno se habens quod accipit a Patre, et Spiritus sanctus quod a Patre et Filio accipit. Ergo Spiritus sanctus a Filio, sicut Filius accipit a Patre; supra **x, 29: Pater quod dedit mihi, minus omnibus est.** Sic ergo accipere in divinis dicit ordinem originis.

3441 Sed nota, quod cum dicit, *De meo accipiet, id est non importat participationem, sed consubstantialitatem: quia totum accipit quod Filius habet.* Sicut enim Filius dicitur de substantia Patris, quia accipit totam substantiam Patris, ita et Spiritus sanctus de substantia Filii, quia accipit totam substantiam eius. Quia ergo *de meo accipiet, et ego sum Verbum Dei, ideo annuntiabit vobis, Spiritus enim animalis nullo modo potest esse nisi secundum quod procedit a verbo interius concepto.*

Varia de Resurrectione Christi.

(EX 2. ALEXANDRINO SERMONE, FOL. II, SERMO III.)

3442 Quamvis per spiritum illustrata resurrectionis horam sentire instantem, advenientem autem Filium, ubi in propria gloria sumisset corpus suum, sic de vote allocuta est: Quid mi dilecte Fili, advenisti facturus, si vis me totam in tuam gloriam absorbere? reddo depositum, quod sola custodisti; me tuo vis dolore, atque passione privare, et has tui corporis aperturas, in quibus solum uno, tua vis sustinere miserrima, non audeo: aut ergo me in tuam esse gloriam, aut mihi dimittit tui doloris memoriam, et sperem.

3443 Cui amorosa Iesus devota simulatio respondit: O Mater mea dulcissima, non potest puillus grex istorum filiorum tuorum tua aunc societate privari: omnes enim desiderat nisi tuas fides fulcimentum firmetur, et humis utique durum esset, eos solum me Pastore, et Patre et te Magistra et Matre privari. Multa enim mihi per eos populos acquirenda est, qui de viscerum suorum charitate procedet.

3444 Patienter ergo fer, pia Mater, atque dulcissi-

ma, quod te ad tempus cum illis relinquam, et corpus meum in gloriam maiestatis assumam: nec tamen erodas, dulcissima Mater mea, quod Passionis meae thesaurum velio de tua anima removere, quantumcumque gloriosus resurgam. In ipsa enim corporis gloria mea apparebunt ipsa victorie signa, apertaque relinquam vulnera in carne mea, quantumcumque sanata, per quae, dulcissima Mater, ad cordis mei thalamum habebis ingressum, ut scilicet, ad me intrans, et ad filios extens, inde posses asportare quod velle, et talis filius dispensare. Exsurge ergo, gloria mea, quia consummata est resurrectio mea.

3445 Tunc piissima Mater tota transportata in gloria Filii resurgentis, ipsum dulcissime se alloquentem addidit: Resurrexi, et adhuc tecum sum, alleluia, possisti super me manum tuam, alleluia, mirabilia facta et scientia tua, alleluia. Et de hoc patet honor mille milles alleluia, in quo Filius subito introducit in conspectu matrem mentis in gloriam maiestatis: quam nobis concedat ipse gloriosus Iesus, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat per infinita saeculorum saecula. Amen.

FERIA SEXTA

Homilia S. Cyrilli Alexandrini Episcopi.
DE IOANN. CAP. VI.

3446 *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Quasi dignis revelatur sancto Spiritu Christi mysterium, et accurate declaratur quisnam natura, quantaque sit virtutis ac potentiae, et quod in omnes una cum Patre regnet, necessario subiungit: *Ille me clarificabit.* Nostram quippe mentem supra Iudaeorum cogitationes evehit, nec tam abiecte de eo sentire nos sinit, ut hominem nudum ac simplicem eum esse putemus, aut paulo prophetis maiorem, necdum illorum gloria minorem. Talia quippe de eo sensisse comperimus Iudaeorum doctores ac duces, qui cum pietatis ignorarent mysterium, crebris maledictis Christum prosequuntur, stumque fireorem eius sermonibus opposcentes, modo quidem

aiebant: *Tu quis es? Abraham mortuus est, et prophetae mortui sunt, et tu dicis, Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum. Quem te ipsum facis? (IOANN. VII, 52),* modo vero generis ignobilitatem ac vilitatem ei exprobrantes: *Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit: quia de coelo descendit? (IOANN. VI, 42).* Vides hic miserias et putidas Iudaeorum ratiocinationes. Cum ergo eo animo multi essent, existimarentque revera Deum non esse Dominum, propter caducam hanc corporis figuram, et abiectissimam de eo opinionem concipere ausi essent, gloriam eius sanctis manifestaturus Spiritus et coelo delapsus est, neque vero sapientibus tantum sermonibus, sed et rerum demonstratione certissimam unicuique fidem facturum erat Deum vere, Deique ac Patris substantiae fructum eum esse. Quamvis ergo est illa demonstratio, aut quomodo clarificaturus Christum erat? Nempe cum admirabilem ac Deo dignam in omnibus operandi vim habeat, et omnium rerum perfectissimam cognitionem sanctis inserat, idcirco hinc ei gloriam conciliaturus erat. Solum quippe naturae universi reginae competit cuncta posse, extra cuiusquam operam, eaque nuda et aperta in oculis habere (HEBR. IV, 13), et quodcumque velit facile perficere. Clarificat itaque Filium Paracletus, id est proprius eius Spiritus, quia omnia potest, et omnia novit. Quomodo vero clarificat? nam quae novit ac potest Spiritus eius, quomodo ipse non noverit, aut quomodo non possit? Quod si, ut ipse ait, de suo Spiritus accipit, quamvis omnia possit, et faciat, quomodo ipse omnium rerum potestatem non habebit? Neque vero ullo modo suspicandum est Paracletum, id est Spiritum, naturali et insita sibi virtute esse destitutum, ut nisi

forsan acceperit, ne satis quidem sibi futurus sit ut opera divina perficere queat. Extremae quippe impietatis cum iure toneri necesse est, quicumque aliud horum verum esse putaverit. Sed quomodo consubstantialis est Filio, et modo Deo congruenti per ipsum procedit, omnem eius perfectissimam in omnibus operandi vim atque efficacitatem habens, idcirco dicit: *Quia de meo accipiet.* Ipsum enim subsistere per se Spiritum credimus, et esse revera id quod est ac dicitur, existere tamen in substantia Dei, et ex ea procedere, omnia quae eius sunt in se habentem naturaliter. Nec enim per participationem, neque per modum habitudinis, neque tamquam aliud quiddam sit ab ea, quia proprius est eius. Quem admodum enim qui ex odoriferis floribus existit odor, naturalem suam efficacitatem seu odoriferam qualitatem extrinsecus edit, corporis partibus odorandi vi praeditis illabendo, et quidem quod ad concipiendi rationem attinet, videtur quid distinctum atque aliud esse a natura rei a qua emittitur; si vero in seipso consideretur, nihil aliud a rebus ex quibus et in quibus existit habet: ita de Deo et Spiritu sancto intelliges, si tamen sublimius exempli vim acciperis. Citra culpam igitur et reprehensionem omnem dici potest ab Unigenito quiddam accipere Spiritum eius. Nam cum per ipsum procedat naturaliter, utpote cum sit eius proprius, una cum omnibus quae perfecte habet, accipere dicitur quae eius sunt. Quod si crassioribus verbis expositum sit, scandalizari tamen haud decet, quin potius linguae nostrae inopiam causabimur, quae divina haec pro eo ac decet efferre non potest. Quae enim oratio ineffabili illa natura et gloria minor non est? Annuntiabit igitur vobis, inquit, de meo accipiens Paracletus, hoc est, nihil aliud

quam quod mihi visum erit loquetur, et cum sit meus Spiritus, eadem omnino mecum loquetur, et quae meae voluntatis sunt annuntiabit.

Varia de SS. Nomine Iesu.

LEX. EL. BERNARDINO BENESE. VOL. II. SERM. 491.

3447 **I**n nomine Iesu omne genu flexatur, coelestium, terrestrium, et inferorum. Ad Philipp. II. et in epistola hodierna, ut super patuit. Deficit scholasticus, haeret palati fugiens, et nimis arescit sermo, quin de Nomine Iesu, ac de laudibus eius mense humane consideret promeritare sermonum: Est nempe tam amplius, tamque profundum pelagus aeterni eius, et ad plenam explanationem illius nihil humanae intellectus expellere queat: unde Isidor. ait quod nomen dictum est quasi notamen, eo quod nobis res notas efficit. De natura enim nominis est notificare illum cuius est nomen: Ita et Nomen Iesu incomprehensibile nobis notat.

3448 Quis enim incomprehensibilem explicare queat? aut possit exprimere Insignitum? aut quis Deum et hominem poterit coarctare sermone? Trophæa enim ad hominum (Psal. XLVIII) ait: Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua, ad est? Secundum rem Nominis tui laudabile est tu, Domine: sed quis rem Nominis eius explicare poterit, ut laudet ipsam Deum pro eam, et propter eam? Quis est igitur tantae gratiae, et tantae virtutis, quod ad laudem eius praerogatum aliquo modo reperitur idoneus? necno processus, nisi fuerit labris circumcisus. Prinde Is. XI. in contemplatione sub vocatus ad Regis gloriæ visionem, antequam de Iesu, quem vocat Emmanuel, et de Conceptione Virginis ordinet sermonem, se profiteri pollantur. Scraphicum aperitur mysterium, carionem in labris sentit ignitum, et sic purgatus, et spiritus: litter circumcisus, virginem conceptum annuntiat et Filiî nomen; in utroque declarans fidei venerabile sacramentum.

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. 4. POST PASCHA, SERM. 2.

3449 **C**um venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, Ioannis decimo sexto.

3450 Salvator noster, Dominus Iesus, commendat hic novae legis gratiam, ad

quam nos adoptavit, a tribus, scilicet ab inspirantis benignitate, ab eiusdem perspicacitate et doctrinae liberalitate seu disciplinae universalitate. Primum, ibi: Cum venerit ille; secundum, ibi: Spiritus veritatis; tertium, ibi: Docebit vos omnem veritatem.

3451 Circa primum nota, quod Spiritus sanctus magister est, et ideo non solum ad intelligendum, sed suggerit ad volendum et adiuvat ad essequendum; propter quae tria dicitur: Spiritus veritatis, quia docet ad intelligendum; Ioannis decimo quinto: Cum venerit Paracletus, quem ego mitto vobis, Spiritum veritatis, ille testimonium perhibebit de me, etc. Spiritus sanctitatis, quia movet ad bene volendum; Ioannis decimo quarto: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis. Spiritus virtutis, quia adiuvat ad operandum; Actuum primo: Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, etc.

3452 Venit autem ille Spiritus, ubi amatur; Ioannis decimo quarto: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniens, etc. Ubi expectatur; Habacuc secundo: Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens demet et non tardabit.

3453 Docet autem ille Spiritus omnem veritatem, agendam; Isaiae trigesimo octavo: Observo, Domine, memento, quae ego, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto. Contemplandam; Matthaei vigesimo secundo: Scimus, quia verax es et tuam Dei in veritate doces. Indicandam; Proverbiorum decimo octavo: Accipere personam impij non est bonum, ut declines a veritate iudicii.

Varia de SS. Nomine Iesu.

LEX. EL. BERNARDINO BENESE. VOL. II. SERM. 53.

3454 **V**enerit igitur, Domine Iesu Christe, qui minister es nostrae spiritualis circumcissionis, et labia mea tangas, iniquitatem auferas, meum purges affectum, illumines intellectum, perficias imperfectum, linguam amoveas, affatum et actum, ut ad tui nominis gloriam tuae claritatis actor iunissis, pietatis exporet flammam, et de tanta suavitate Nominis tui, non labris tantum exterioribus, sed sensibus interioribus refectionem capiamus et gustemus.

3455 Sicut enim aqua fontis exigui leviter evaporans in sui scaturigine primitus angustatur, et quodam suavi murmure, delectabilique susurro derivata, postmodum latius manans, in fluvios multiplicata, et abundantissimos latices ampliat; sic Nomen Iesu, breve syllabis, leve prolatione sermonis, grave sententia, superfluit et redundat ineffabiles sacramentis.

DOMINICA V. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioann. XVI. 23-26.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.

23. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo? Petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

24. Hanc in proverbium locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in proverbis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.

25. In illo die nomine meo petetis: et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis.

26. Ipsi enim Pater amat vos, quia vos me amatis, et credidistis, quia ego a Deo exivi.

27. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.

28. Dicunt ei discipuli eius: Ecco nunc palam loquere, et proverbium nullum dicis.

29. Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOANN. TRACT. 120.

3456 **D**ominus verba nunc ista tractanda sunt: Amen, amen dico vobis, si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis. Iam dictum est in superioribus huius Domini sermonis partibus, propter eos qui nonnulla pe-

tunt a Patre in Christi nomine, nec accipiunt, non peti in nomine Salvatoris quiddid petitur contra rationem salutis. Non enim sonum litterarum ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, et quod eo sono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere cum dicit, In nomine meo. Unde qui hoc sentit de Christo quod non est de unico Dei Filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiamsi non taceat litteris ac syllabis Christum: quoniam in eius nomine petit, quem cogitat cum petit. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit; et accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit. Accipit autem quando debet accipere. Quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait, dabit vobis, ut ea beneficia significata sciatur his verbis, quae ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amici vel inimici suis, vel quibuslibet alijs: quia non utcumque dictum est, dabit, sed dabit vobis.

3457 Usque modo, inquit, non petistis quidquam in nomine meo. Petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum (Ioann. XVI. 24). Hoc quod dicit gaudium plenum, profecto non carnale, sed spirituale gaudium est: et quando tantum erit, ut aliquid ei iam non sit addendum, procul dubio tunc erit plenum. Quidquid ergo petitur quod pertinet ad hoc gaudium consequendum, hoc est in nomine Christi petendum, si divinam intelligimus gratiam, si vere beatam poscimus vitam. Quidquid autem aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed quia in tantae rei comparatione quiddid aliud concupiscitur, nihil est. Neque enim prosus nulla res est homo, de quo ait Apo-

quam quod mihi visum erit loquetur, et cum sit meus Spiritus, eadem omnino mecum loquetur, et quae meae voluntatis sunt annuntiabit.

Varia de SS. Nomine Iesu.

LEX. EL. BERNARDINO BENSINI. VOL. II. SERM. 491.

3447

In nomine Iesu omne genu flexatur, coelestium, terrestrium, et inferorum. Ad Philipp. II. et in epistola hodierna, ut super patuit. Deficit scholasticus, haeret palatū fugiens, et nimis arescit sermo, quin de Nomine Iesu, ac de laudibus eius mēte humane consideret, promiscue sermonum. Est nempe tam amplius, tamque profundum pelagus aeterni eius, ut ad plenam explanationem illius nullus humanus intellectus expellere queat: unde Isidor. ait quod nomen dictum est quasi notamen, eo quod nobis res notas efficit. De natura enim nominis est notificare illum cuius est nomen: ita et Nomen Iesu incomprehensibile nobis notat.

3448

Quis enim incomprehensibilem explicare queat? aut possit exprimere Insignitum? aut quis Deum et hominem poterit coarctare sermone? Trophæa enim ad Iohannem (Psal. LXVIII) ait: *Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua, ad est.* Secundum rem Nominis tui laudabile est tu, Domine: sed quis rem Nominis eius explicare poterit, ut laudet ipsam Deum pro eam, et propter eam? Quis est igitur tantae gratiae, et tantae virtutis, quod ad laudem eius praerogationum aliquo modo reperitur idoneus? necno processus, nisi fuerit labiis circumcisus. Prinde Is. XI. in contemplatione sub vocatus ad Regis gloriæ visionem, antequam de Iesu, quem vocat Emmanuel, et de Conceptione Virginis ordinet sermonem, se profiteri pollantur. Scraphicum aperitur mysterium, carismen in labiis sentit igitur, et sic purgatus, et spiritus: iter circumcisus, virginem conceptum annuntiat et Filiū nomen; in utroque declarans fidei venerabile sacramentum.

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. 4. POST PASCHA, SERM. 2.

3449

Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, Iohannis decimo sexto.

3450

Salvator noster, Dominus Iesus, commendat hic novae legis gratiam, ad

quam nos adoptavit, a tribus, scilicet ab inspirantis benignitate, ab eiusdem perspicacitate et doctrinae liberalitate seu disciplinae universalitate. Primum, ibi: *Cum venerit ille; secundum, ibi: Spiritus veritatis; tertium, ibi: Docebit vos omnem veritatem.*

3451

Circa primum nota, quod Spiritus sanctus magister est, et ideo non solum ad intelligendum, sed suggerit ad volendum et adiuvat ad essequendum; propter quae tria dicitur: *Spiritus veritatis, quia docet ad intelligendum; Iohannis decimo quinto: Cum venerit Paracletus, quem ego mitto vobis, Spiritum veritatis, ille testimonium perhibebit de me, etc. Spiritus sanctitatis, quia movet ad bene volendum; Iohannis decimo quarto: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis. Spiritus virtutis, quia adiuvat ad operandum; Actuum primo: Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, etc.*

3452

Venit autem ille Spiritus, ubi amatur; Iohannis decimo quarto: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniens, et mansionem apud eum faciemus. Ubi invitatur; Sapientiae septimo: Invocavi, et venit in me spiritus sapientiae, etc. Ubi expectatur; Habacuc secundo: Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens demet et non tardabit.*

3453

Docet autem ille Spiritus omnem veritatem, agendam; Isaiae trigesimo octavo: *Observe, Domine, memento, quae ego, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto. Contemplandum; Matthaei vigesimo secundo: Scimus, quia verax es et tuam Dei in veritate doces. Indicandam; Proverbiorum decimo octavo: Accipere personam impij non est bonum, ut declines a veritate iudicii.*

Varia de SS. Nomine Iesu.

(LEX. EL. BERNARDINO BENSINI. VOL. II. SERM. 53).

3454

Venerit igitur, Domine Iesu Christe, qui minister es nostrae spiritualis circumcissionis, et labia mea tangas, iniquitatem auferas, meum purges affectum, illumines intellectum, perficias imperfectum, linguam amoveas, affatum et actum, ut ad tui nominis gloriam tuae claritatis actor iunissis, pietatis exporet flammam, et de tanta suavitate Nominis tui, non labiis tantum exterioribus, sed sensibus interioribus refectionem capiamus et gustemus.

3455

Sicut enim aqua fontis exigui leviter evaporans in sui scaturigine primitus angustatur, et quodam suavi murmure, delectabilique susurro derivata, postmodum latius manans, in fluvios multiplicata, et abundantissimos latices amplatur; sic Nomen Iesu, breve syllabis, leve prolatione sermonis, grave sententia, superfluit et redundat ineffabiles sacramentis.

DOMINICA V. POST PASCHA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Iohann. XVI, 23-30.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen, Iamen dico vobis, si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.

23. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo? Petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

24. Hanc in proverbium locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in proverbis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.

25. In illo die nomine meo petetis: et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis.

26. Ipsc enim Pater amat vos, quia vos me amatis, et credidistis, quia ego a Deo exivi.

27. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.

28. Dicunt ei discipuli eius: Ecco nunc palam loquere, et proverbium nullum dicis.

29. Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOANN. TRACT. 120.

3456

Dominus verba nunc iste tractanda sunt: *Amen, omni dico vobis, si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Iam dictum est in superioribus huius Domini sermonis partibus, propter eos qui nonnulla pe-

tunt a Patre in Christi nomine, nec accipiunt, non peti in nomine Salvatoris quiddid petitur contra rationem salutis. Non enim sonum litterarum ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, et quod eo sono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere cum dicit, *In nomine meo.* Unde qui hoc sentit de Christo quod non est de unico Dei Filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiamsi non taceat litteris ac syllabis Christum: quoniam in eius nomine petit, quem cogitat cum petit. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit; et accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit. Accipit autem quando debet accipere. Quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait, *dabit vobis*, ut ea beneficia significata sciantur his verbis, quae ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amici vel inimici suis, vel quibuslibet alijs: quia non utcumque dictum est, *dabit, sed dabit vobis.*

3457

Usque modo, inquit, non petistis quidquam in nomine meo. Petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. (IOANN. XVI, 24). Hoc quod dicit gaudium plenum, profecto non carnale, sed spirituale gaudium est: et quando tantum erit, ut aliquid ei iam non sit addendum, procul dubio tunc erit plenum. Quidquid ergo petitur quod pertinet ad hoc gaudium consequendum, hoc est in nomine Christi petendum, si divinam intelligimus gratiam, si vere beatam poscimus vitam. Quidquid autem aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed quia in tantae rei comparatione quiddid aliud concupiscitur, nihil est. Neque enim prosus nulla res est homo, de quo ait Apo-

stolus: *Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit* (GALAT. VI, 3). In comparatione quippe spiritualis hominis, qui scit gratia Dei se esse quod est, quisquis vana praesumit, nihil est. Etiam sic ergo recte intelligi potest: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: ut hoc quod ait: si quid, non quodlibet intelligatur, sed aliquid quod non in beatae vitae comparatione sit nihil. Et quod sequitur, Usque modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest: vel quia non in nomine meo petistis, quod hominem non sicut cognoscendum est cognovistis; vel non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis. Ut igitur in eius nomine non nihil, sed gaudium plenum petant (quoniam si aliquid aliud petunt, idem aliquid nihil est), exhortatur dicens: *Petite, et accipietis; ut gaudium vestrum sit plenum*: id est, hoc in nomine meo petite, ut gaudium vestrum sit plenum, et accipietis. Isto enim homo in petendo perseverantes sanctos suos nequaquam miseris cordia divina fraudabit.*

345^r *Haec, inquit, in proverbis locutus sum vobis: venit hora cum iam non in proverbis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis.* Possem dicere hanc de qua loquitur horam, futurum oportere saeculum intelligi, ubi videbimus palam, quod beatus Paulus dicit, *facite ad faciem*; ut quod ait: *Haec in proverbis locutus sum vobis*, hoc sit quod ad eodem Apostolo dictum est: *Validum tamen per speculum in aenigmate; annuntiabo autem vobis, quia per Filium Pater videbitur*, iuxta illud quod alibi ait: *Nonne Patrem quis cognoscit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* (MATTH. XI, 27). Sed istum sensum videtur impedire quod sequitur: *Illo die in nomine meo petetis.* In futuro

enim saeculo cum pervenerimus ad regnum, ubi similes ei erimus, quoniam videbimus cum sicuti est, quid peturi sumus quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? (PSAL. CII, 3). Unde et in alio Psalmo dicitur: *Satiabor cum manifestabitur gloria tua* (Ibid. XVI, 15). Petitio namque alicuius est indigentiae, quae ibi nulla erit, ubi haec satiata erit.

345^v Relinquitur itaque, quantum sapere valeo, ut intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus vel animalibus se spirituales promississe facturum, quamvis nondum tales quales erimus, quando spirituale etiam corpus habebimus; sed qualis erat qui dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos* (I COR. II, 6); et, *Non sicuti vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus* (Ibid. III, 1); et, *Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, quae et loquimur, non in sapientiae humanae doctis verbis, sed doctis spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes: animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei* (Ibid. II, 12 ss.). Non itaque percipiens quae sunt Spiritus Dei homo animalis, sic audit quaecumque audit de Dei natura, ut aliud quam corpus cogitare non possit, quamlibet amplissimum vel immensum, quamlibet lucidum ac speciosum, corpus tamen: ideo proverbialiter illi sunt quaecumque dicta sapientiae de incorporea immutabilique substantia; non quod ea tantquam proverbialiter deputat, sed quia sic cogitat, quomodo qui proverbialiter solent audire neque intelligere. Cum vero spiritualis coeperit omnia diiudicare, ipse, autem a nemine diiudicari, etiam in hac vita adhuc velut per speculum ex parte, perspicit tamen non ulla corporis sensu, non ulla imaginaria cogitatione quae capit aut fingit qualemcumque similitudines corporum, sed mentis certis-

sima intelligentia, Deum non corpus esse sed spiritum: ita palam de Patre annuntiantem Filio, ut eiusdem substantiae conspiciatur et ipse qui annuntiat. Tunc in eius nomine petunt qui petunt; quia in sono eius nominis non aliud quam res ipsa est, quae hoc nomine vocatur, intelligunt, nec animi vanitate vel infirmitate confingunt tamquam in alio loco Patrem, in alio Filium ante Patrem stantem, et pro nobis rogantem, spatia sua quaeque amborum occupantibus molibus, et Verbum ad eum cuius est Verbum facere verba pro nobis, intervallo interposito inter os loquentis et auricularum audientis; et alia talia quae sibi animales idemque carnales in cordibus fabricantur.

Quidquid enim tale spiritualibus de Deo cogitantibus ex corporum consuetudine occurrit, negando atque respuendo, tantum importunas muscas, ab interioribus oculis abigunt; et sinceritati eius lucis acquiescunt, qua teste ac iudice has ipsas imagines corporum suis internis aspectibus irruentes, falsas omnino esse convincunt. Hi possunt utcumque cogitare Dominum nostrum Iesum Christum in quantum homo est, pro nobis interpellare Patrem, in quantum autem Deus est, nos exaudire cum Patre. Quod cum significasse arbitrator ubi ait: *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Ad hoc quippe intuendum, quomodo non rogat Patrem Filius, sed simul exaudiunt rogantes Pater et Filius.

346^r *Ipse enim Pater, inquit, amat vos, quia eos me amatis* (I IOHANN. XVI, 26). Ideo amat ille, quia nos amamus, an potius, quia ille amat, ideo nos amamus? Ex epistola sua Evangelista idem ipse respondet: *Nos diligimus, inquit, quia prior ipse dilexit nos* (I IOHANN. IV, 19). Hinc ergo factum est ut diligeremus, quia dilecti sumus. Prorsus donum Dei

est diligere Deum. Ipse ut diligere tur dedit, qui non dilectus dilexit. Displacentes amati sumus, ut esset in nobis unde placeremus. Non enim amaremus Filium, nisi amaremus et Patrem. Amat nos Pater, quia nos amamus Filium, cum a Patre et Filio acceperimus ut et Patrem amemus et Filium: diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborum Spiritus, per quem Spiritum et Patrem amamus et Filium, et quem Spiritum cum Patre amamus et Filio. Amorem itaque nostrum pium quo colimus Deum, fecit Deus, et vidit quia bonum est: ideo quippe amavit ipse quod fecit. Sed in nobis non faceret quod amaret, nisi antequam id faceret, nos amaret.

346^v *Et credidistis, inquit, quia a Deo exiit. Exiit a Patre et venit in mundum; iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem* (IOHANN. XVI, 28). Plane credidimus. Neque enim propterea debet incredibile videri, quia sic ad mundum veniens exiit a Patre, ut non desereret Patrem; et sic vadit ad Patrem relicto mundo; et non deserat mundum. Exiit enim a Patre, quia de Patre est: in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit quod de Virgine assumpsit. Reliquit mundum corporali discussione, parrexit ad Patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit praesentiae gubernatione.

Varia de SS. Nomine Iesu.

DE S. BERNARDINO SERMON. VII. II. SERMO 45.

346^v **Q**UONIA quaecumque Deus pro salute humana ordinavit in Iesu Nomine comprehenduntur. Interpretatur enim, secundum Hieronymum, Salvator, salus, salutaris, salutare quia salvat a peccatis, liberat ab inimicis, confert gratiam, et largitur gloriam. Primum enim quia a peccatis salvat, Salvator nuncupatur; unde Angelus sanctissimo Ioseph (MATTH. II) ait: *Vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Secundo vero, quia ab inimicis liberat quibus subiecti eramus, salus dicitur est, sicut Zach. dicit (LEVC. II:

*Sabulum et inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos. Tertio vero, quia gratiam confert, quia perfectio salutatis denominatur; Ideo salutaris dicitur, iuxta illud (PSAL. 117): *Redde mihi iustitiam salutaris tui, eo quod peccando amiserat eam. Quarto quidem, quia largitur gloriam, dicitur salutare: proinde (GENES. XI) ait Iacob: *Salutare tuum expectabo, Domine, id est, gloriam iam promissam.***

3463

Hæc quidem omnia tam alta, tam magna, tanque inmensa in hoc benedicto Nominis mystice comprehenduntur, scilicet, Iesus: quod Iammarc volens Apostolos ad Rom. IX. c. roborat: *Si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris, reliquæ salvæ fiunt: verum enim constantius et abstrusius in aequitate, quoniam verbum abdeceituum facit Dominus super omnem terram.*

FERIA SECUNDA
IN ROGATIONIBUS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDAE LECTURÆ.
LUC. XI. 5-10.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, etabit ad illum media nocte, et dicit illi: Amice, commoda mihi tres panes.

6. Quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum.

7. Et ille dectus respondens dicit: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, et dare tibi.

8. Et si ille perseveraverit pulsans: illos robus, et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius est, propter improbitatem, tamen eius surgent, et dabit illi quotquot habet necessarios.

9. Et ego dico vobis: Petite, et dabitur vobis: querite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis.

10. Omnis enim qui petit, accipit: et qui querit, invenit: et pulsanti aperietur.

11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, aut ovum lapidem dabit illi? aut piscem: nam qui pro pisce serpentem dabit illi?

12. Aut si petierit ovum: quomodo porriget illi scorpionem?

13. Si ergo vos cum silis mali, vestris bonis data dare illis vestris: quanto magis Pater vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus vobis?

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. XI.

3464

Alius præceptus locus est, ut omnibus momentis non solum diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur. Vides enim quod iste qui media nocte perrexit, tres panes

ab amico suo postulans, et in ipsa petendi intentione persistens, non defraudatur oratis. Qui sunt isti tres panes, nisi mysterii celestis alimentum? Quod si diligas Dominum Deum tuum, non solum tibi, sed etiam aliis poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quam qui pro nobis corpus suum tradidit? Ab hoc media nocte panes David petit, et accipit: petit enim quando dicebat: *Media nocte surgebam ad consulendum tibi (PSAL. CXVII, 62)* ideo meruit hos panes quos apposuit nobis edendos. Petit cum dicit: *Lacabo per singulas noctes lectum meum (PSAL. VI, 7)*: neque enim timuit ne excitaret dormientem, quem scit semper vigilem.

Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi instantes, peccatis nostris veniam postulemus. Nam si ille tam sanctus, et qui regni erat necessitatibus occupatus septies in die laudem Domino dicebat (PSAL. CXVII, 164), matutinis et vespertinis sacrificiis semper intentus, quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus; ut de via lassus, et istius ævi cursu ac vitæ huius anfractu graviter fatigatus, panis refectionis deesse non possit, qui hominis corda confirmet?

Nec solum media nocte Dominus, sed omnibus prope docet vigilandum esse momentis: venit enim et vespertina, et secunda, et tertia vigilia, et pulsare consuevit: *Beati itaque servi illi quos cum venerit Dominus invenit vigilantes (LUC. XII, 37)*. Si ergo desideras ut virtus Dei præcingat se et ministret tibi, vigilandum est semper: multæ enim insidie sunt bonis, et gravis corporalis somnus: quia si dormire mens coeperit, vigorem suæ virtutis amittit. Excita igitur somnum tuum, ut pulses ostium Christi: quod aperiri sibi etiam Paulus

exposcit, non solum suis, sed etiam populi orationibus obsecrans se iuvari, ut aperiat ostium sibi ad loquendum mysterium Christi (COLOSS. IV, 3). Et fortasse illud est ostium quod apertum vidit Ioannes; vidit enim et dixit: *Post hæc vidi, et ecce ostium apertum in coelo; et vox prima quam audivi tanquam tubam loquentem mecum, et dicentem: *Ascende huc, et ostendam tibi quæ oportet fieri (APOC. IV, 1)*. Apertum est igitur ostium Ioanni, apertum est ostium Paulo; et nobis panes, quos edermus, acciperent. Perseveravit ostium pulsans opportune, importune, ut gentes mundani tramitis labore vexatas, alimonie celestis ubertate recrearet.*

Ergo præceptus locus frequenter orandi, spes impetrandi, ratio persuadendi, prius in præcepto ponitur, post in exemplo. Qui enim promittit aliquid, spem debet afferre promissi; ut montis obedientia deferatur, promissis fides, quæ humanæ contemplatione pietatis in maius æternæ spem pietatis acquirit; si tamen æqua poscantur, ne in peccatum vertatur oratio. Nec erubuit aliquid scipius postulare, ne vel diffidere de Domini misericordia videretur, vel arroganter dolere, quod non prima prece aliquid impetraverit. *Propter hoc, inquit, ter Dominum rogavi (II COR. XII, 8)*: et ostendit quod frequenter Deus ideo non concedat oratus, quod inutilia iudicat, quæ nos profutura credamus.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENIO, VOL. II, SERM. 17).

3465

Propter eam igitur excellentiam, hoc Nomen primo fuit a Patre prænominatum, secundo per multa tempora ante præfigurationem, tertio ante prophetatum, quarto ab Angelo nuntiatum, quinto a Virgine revelatum, sexto ab Apostolis prædicatum, septimo ab omnibus veneratum et adoratum.

Primo igitur fuit a Patre prænominatum; immo a tota Trinitate in principio libri vitæ æternaliter fuit scriptum. Quis enim auderet æterno Verbo imponere nomen, nisi Deus Pater inciperet? Ille nempe qui æternaliter Verbum dicit hoc Nomen Iesus nominatum concessit; unde per IS. XLV. c. ait: *Ego Dominus, qui voco nomen tuum; et in eodem cap. ait: *Ego vocavi te nomine hoc*: et iterum cap. LXII: *Vocabitur tibi nomen novum quod est Dominus nominabit.**

3469

Hoc quidem nomen imposuit illi Dominus ab æterno, quando benedictissimus est Filius Dei in virtute, sicut Apostolus ad Rom. II. ait. Proinde IS. LXIII. ait: *Dominus, a saccula nomen tuum. Et iterum Propheta ait: *Sit nomen eius benedictum in saccula, ante solent perennet nomen eius ab æterno*. Iamper scriptus de hoc nomine in libro vitæ, de quo (EXO. XXXII) Moyses ait: *Aut dixit mille populo hanc vocavi, aut, si non facis, deleui de libro vitæ quem scripsisti. Et iterum (LUC. XI) Dominus Apostolus ait: *Gaudet, quia nomen vestra scripta sunt in coelis*. Dan. quoque XII. vidit Daniel quod liber vitæ in quo erant scripti omnes electi in iudicio apertus est. In capite libri huius, tanquam caput omnium salvandorum, positum est hoc Nomen Iesus, sicut Propheta in persona eius ait: *In capite libri scriptum est de me.***

3470

FERIA TERTIA
IN ROGATIONIBUS

Homilia Venerabilis Bodæe Presbyteri.
IN LUC. CAP. XI.

Petit ad illos: *Quis vestrum habebit amicum, etabit ad illum media nocte, et dicit illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum. Rogatus a discipulis Saluator non modo formam orationis, sed et instantiam frequentiamque tradit orandi. Amicus ergo ad quem media nocte venit, ipse Deus intelligitur. Cui in media tribulatione supplicare, et tres panes, id est, intelligentiam Trinitatis, qua præsentis vitæ consolentur labores, efflagitare debemus. Amicus qui venit de via, ipse noster est animus, qui toties a nobis recedit, quo-*

3471

ties ad appetenda terrena et temporalia foris vagatur. Rediit vero, celestique alimonia refici desiderat, cum in se reversus superna coepit ac spiritalia meditari. De quo pulchre qui petierat adiungit, non se habere quod ponat ante illum. Quoniam animae post saeculi tenebras Deum suspiranti, nil praeter eum cogitare, nil loqui, nil libet inucri, solum quod recognovit summae Trinitatis gaudium contemplari, atque ad hoc plenus intueundum pervenire satagit.

3472 *Et ille deus dicit: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, et patri mei mecum sunt in cubili. Non possum surgere et dare tibi. Ostium amici, divini est intelligentia sermonis, quod sibi Apostolus orat aperiri ad loquendum mysterium Christi. Clausumque est tempore famis verbi, cum intelligentia non datur. Et illi qui Evangelicam sapientiam tamquam panem erogantes, per orbem terrae praedicaverunt, pueri patrisfamilias iam sunt in secreta quiete cum Domino. Et tamen orando efficitur, ut accipiat desiderans intellectum ab ipso Deo, etiam si homo desit per quem sapientia praedicetur.*

3473 *Et ille si perseveranti pulsans, dico tibi et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico: Petite, et dabitur vobis. Quaerite, et invenietis. Pulsate, et aperietur vobis. Comparatio est a minore. Si enim amicus homo surgit de lecto, et dat non amicitia sed taeedio compulsus, quanto magis dat Deus qui sine taeedio largissime donat quod petitur? Sed ad hoc se peti vult, ut capaces donorum eius fiant, qui petunt. Ne itaque de via veniens amicus inedia disperat, hoc est ne animus nuper aberratoris sui vanitate respiciens, desiderii spiritalis diutius inopia tabescat, pe-*

tamus epulas verbi quibus alatur, quaeramus amicum qui det, pulsemus ostium quoservantur absconsae. Magnam enim spem dedit, et dat ille qui promittendo non decipit.

Omnia enim, inquit, qui petit accipit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur. Ergo iuxta praemissam postulantis amici parabolam perseverantia opus est ut accipiamus quod petimus, et inveniamus quod quaerimus, et quod pulsamus aperietur. Nam si petenti datur, et quaerens invenit, et pulsanti aperitur, ergo cui non datur, et qui non invenit, et cui non aperitur, apparet quod non bene petierit, quaesierit, pulsaverit.

Quis autem ex vobis patrem peti patrem nunquid lapidem dabit illi? Panis intelligitur charitas propter maiorem appetitum, et tam necessarium, ut sine illa cetera nihil sint, sicut sine pane mens inops. Cui contraria est cordis duritia, quam lapidi comparavit.

Aut si piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Piscis est fides invisibilium, vel propter aquam baptismi, vel quia de invisibilibus locis capitur. Quod etiam fides huius mundi fluctibus circumlatrata non frangitur, recte pisci comparatur. Cui contrarium posuit serpentem propter venena fallaciae, quae etiam primo homini male suadendo praeseminavit.

Aut si petierit ovum, nunquid porriget illi scorpionem? In ovo indicatur spes. Ovum enim nondum est foetus perfectus, sed fovendo speratur. Cui contrarium posuit scorpionem, cuius aculeus venenatus retro timendus est, sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum in ea quae ante sunt, extendat.

Si ergo vos cum sitis mali, nescitis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus se? Quomodo mali dant bona?

sed malos appellavit, dilectores adhuc saeculi huius et peccatores. Bona vero quae dant secundum eorum sensum, bona dicenda sunt, quia haec pro nobis habent quamquam et in rerum natura ista bona sint, sed temporalia, et ad istam vitam infirmam pertinentia, et quisquis ea malus dat non de suo dat. *Domini est enim terra, et plenitudo eius, qui fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* Quantum ergo sperandum est daturum Deum nobis bona petentibus, nec nos posse decipi ut accipiamus aliud pro alio cum ab ipso petimus, quando nos etiam cum simus mali novimus id dare quod petimus? Non enim decipimus filios nostros, et qualicumque bona damus, non de nostro, sed de ipsius damus. Aliiter. Apostoli qui electionis merito bonitatem generis humani multis excesserant modis, supernae bonitatis intuitu mali esse dicuntur. Quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil bonum, nisi deitas sola. Omnes vero creaturae ut beatitudinem aeternitatis vel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam sed per Creatoris sui participationem et gratiam consequuntur. Quod vero dicitur: *Quanto magis Pater vester de coelo dabit Spiritum bonum petentibus se?* pro quo Matthaeus posuit: *Dabit bona petentibus se;* ostendit Spiritum sanctum plenitudinem esse bonorum Dei, et ea quae divinitus administrantur, non alia absque ea subsistere. Quia omnes utilitates, quae ex donorum Dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte emanant.

3479 *Varia de SS. Nominis Iesu. (EX S. HIERONIMO BRUNO, VOL. II, SERM. 47.)*
 QUANDO fuit hoc nomen Iesus per multa tempora ante praefiguratum. Habuit nempe Iudaea quondam Iesus, aciebat illi Beza. antecedentes istum, quorum vaeidii vocabulis gloriatur. Illi enim nec

laesent, nec pascam, nec midentur: ideo Syngoga in tenebris est usque adhuc, fame, et infirmitate laborans; nec sanabitur, nec salviabitur, donec sciat Iesum dominari Iacob, et finium terrae. Triplicem enim Iesum legimus fuisse in ea: Primum enim habuit Iesum Nave, qui fuit Iesus; et hic dicitur salvasse ab exilio et peregrinatione deserti, quia divinitus terram promissionis (Iosue XVIII). Secundo habuit Iesum filium Iosuedoch; et iste dicitur salvare, quia fuit sacerdos sanctissimus; et reedificavit templum, ubi egit summus sacerdotum; et de hoc dicitur (Zach. III): *Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnum Iesum.* Tertio habuit Iesum filium Syrach; hic fuit propheta, sacerdos, et sapientissimus doctor; unde de eo Eocl. v dicitur quod ipse *reanovavit sapientiam de corde suo.*

IN VIGILIA ASCENSIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDAE IOHANNEM.
 Iohann. XVII, 1-16.

1. In illo tempore: Sublevaris Iesus oculis in coelum, et dixit: Pater veni bona, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te:

2. sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omnia, quae dedisti ei, det eis vitam aeternam.

3. Haec est autem vita aeterna: Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum.

4. Ego te clarificavi asper terram: opus consumnavi, quod dedisti mihi ad faciendam.

5. et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, clarificans, quam habuit persequam mundus esset, apud te.

6. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedisti: et sermonem tuum servaverunt.

7. Nunc cognoverunt, quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt.

8. quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acciperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crederentur quia tu me misisti.

9. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.

10. et non omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis.

11. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio.

Homilia S. Augustini Episcopi.
 DE EVANG. IOHANNIS. TRACT. 104.

3480 **A**nte ista quae nunc sumus adjuvante Domino tractaturi, dixerat Iesus: *Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis* (IOHANN. XVI, 33): quae non recentiora paulo superius ab eo dicta, sed omnia debemus acci-

pere, sive quacumque illis locutus est ex quo eos coepit habere discipulos, sive certe ex quo post coenam exorsus est hunc admirabilem prolixumque sermonem. Talem quippe commemoravit causam cur eis sit locutus, ut ad eum finem rectissime referantur, vel omnia quae locutus est eis, vel ea maxime quae dixit iam pro eis moriturus, tanquam verba novissima, posteaquam de convivio sancto ille qui eum fuerat traditurus, ogressus est. Hanc enim commendavit causam sermonis suis ut in illo pacem haberent, propter quod totum agitur quod christiani sumus. Haec enim pax finem temporis non habet, sed omnis piae nostrae intentionis actionisque finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis eius imbuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus et sermonibus eradimur, propter hanc Spiritus eius pignus accipimus, propter hanc in eum credimus et speramus, et eius amore quantum donat accendimur: haec pace in pressuris omnibus consolamur, haec a pressuris omnibus liberamur, propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, ut in hac feliciter sine ulla tribulatione regnemus. Merito ad eam clausit verba, quae parum intelligentibus discipulis erant proverbialia: intellecturis ea quando eis dedisset promissum Spiritum sanctum, de quo superius ait: *Haec locutus sum vobis, apud vos manens, Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque dixerit vobis* (IOANN. XIV, 25, 26). Haec nimirum futura fuerat illa hora, qua se promiserat non iam in proverbis locuturum, sed palam de Patre annuntiatum. Eadem quippe ipsius verba revelante Spiritu sancto, intelligentibus iam non erant futura proverbialia. Neque enim loquente in eorum cordibus Spiritu sancto, taci-

turus erat unigenitus Filius, qui dixit in ea hora palam se illis annuntiatum esse de Patre, quod eis utique iam intelligentibus non esset proverbium. Sed hoc quoque ipsum, quomodo simul loquantur in suorum spiritualium cordibus et Dei Filius et Spiritus sanctus, imo ipsa Trinitas, quae inseparabiliter operatur, intelligentibus est verbum, non intelligentibus autem proverbium.

Cum ergo dixisset propter quid omnia sit locutus, ut in illo scilicet pacem haberent, in mundo habentes pressuram, exhortatusque fuisset ut confiderent, quia ipse vicit mundum, eo qui erat ad illos sermone finito, deinde ad Patrem verba direxit, et orare iam coepit. Sic enim Evangelista sequitur, dicens: *Haec locutus est Iesus, et sublevaris oculis in caelum dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum*. Poterat Dominus Unigenitus et co-aeternus Patri, in forma servi et ex forma servi, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit et nobis: quoniam tanti magistri non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad Patrem oratio, discipulorum est aedificatio. Et si illorum qui haec dicta aderam audituri, profecto et nostra qui fueramus conscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum*, ostendit omne tempus, et quid quando faceret vel fieri sineret, ab illo esse dispositum qui temporis subditus non est; quoniam quae futura erant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur haec hora fato urgente venisse, sed Deo potius ordinante. Nec siderea necessitas Christi conexuit passionem: absit enim ut sidera mori cogerent siderum condi-

torum. Non itaque Christum tempus ut moreretur impegit, sed tempus Christum quo moreretur elegit: qui etiam tempus quo de Virgine natus est, cum Patre constituit, de quo sine tempore natus est. Secundum quam veram sanamque doctrinam, etiam Paulus apostolus: *Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus Filium suum* (GALAT. IV, 4); et Deus per Prophetam: *Tempore, ait, acceptabili exaudivi te, et in die salutis adiuvi te* (IS. XLIX, 8); et rursus Apostolus: *Eccc nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II COR. VI, 2). Dicit ergo, *Pater, venit hora*, qui cum Patre disposuit omnes horas: tanquam dicens, *Pater*, quam propter homines et apud homines ad me clarificandum simul constituimus, *venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te*.

Clarificatam a Patre Filium nonnulli accipiunt, in hoc quod ei non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum (ROM. VIII, 32). Sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione! Nam in passione magis eius humilitas quam claritas commendatur, Apostolo teste, qui dicit: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*; deinde sequitur, et de eius clarificatione iam dicit: *Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris* (PHILIP. II 8 ss.). Haec est clarificatio Domini nostri Iesu Christi, quae ab eius resurrectione sumpsit exordium. Humilitas ergo eius incipit in sermone Apostoli, ab eo loco ubi ait, *semetipsum exanimavit formam servi accipiens, et per venit usque, ad mortem crucis*. Claritas vero eius incipit ab eo loco ubi ait: *Pro-*

pter quod et Deus exaltavit eum; et per venit usque in gloria est Dei Patris. Nam et ipsum nomen, si inspicitur codices graeci, ex qua lingua epistolae apostolicae translate sunt in latinam, quod hic legitur gloria, ibi legitur *δοξα*: unde verbum derivatum est in graeco ut diceretur *δοξα*, quod interpres latinus ait *clarifica*, cum posset etiam *glorifica* dicere, quod tantumdem valet. Et ideo posset etiam in Apostoli epistola, ubi est gloria, claritas poni: quod si fieret, tantumdem valeret. Ut autem non recedat a verborum sonis, quemadmodum a claritate clarificatio, sic a gloria glorificatio derivatur. Ut ergo mediator Dei et hominum homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur vel glorificaretur, prius humiliatus est passione: non enim a mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas, claritatis est meritum, claritas humilitatis est praemium. Sed hoc factum est in forma servi: in forma vero Dei semper fuit, semper erit claritas; imo non fuit quasi iam non sit, nec erit quasi nondum sit, sed sine initio, sine fine semper est claritas. Quod ergo ait: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum*: sic intelligendum est, tanquam dixerit, venit hora seminandae humilitatis, fructum non differas claritatis. Sed quid sibi vult quod sequitur, *ut Filius tuus clarificet te*? Numquid etiam Deus Pater pertulit humilitatem carnis sive passionis, ex qua illum clarificari oporteret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat Filius, cuius claritas sempiterna nec ex forma humana potuit videri minor, nec in divina posset esse amplior? Sed istam quaestionem in hunc sermonem nolo aretare, aut hinc eum sacrae longiore.

Varia de SS. Nomina Iesu.

[DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 49.]

3483

Sed valde magna differentia est inter praefiguratam Iesum, et praefiguratam Iesum: non primus Iesus, id est, Iosue, contractis et dissipatis septem regnis Chanaanorum, introduxit filius Israel in terram promissionis: sed noster Iesus, contractis regnis Inferorum, introduxit omnes Sanctos in sempiternam gloriam. Secundus Iesus, id est, filius Ioseph, construxit templum, quod gloriosus fuit quam primam quaei aedificatum fuit a Salomone, ut dicitur Aegaeli in quibus in eo Christus praesentatus fuit, sed noster Iesus templum reaedificavit gratiae et veritatis, in se ruinam, immo firmam reaedificando vitam: in quo quidem obtulit sui cordis, et repperit habundantiam medicinalium. Tertius Iesus fuit propheta, sacerdos

renovans sapientiam de corde suo, non tamen virtute sua. Insuper prophetae in multis obscuritatis sermone, et docuit in figuris veteris Testamenti. Sed noster amorosus Iesus fuit etiam propheta magnus in opere et sermone, figuras explicans, et umbras clarificans, ac sapientiam novi Testamenti innovans, de Spiritu sancto docens doctrinam Dei, sicut potestatem habens, et non sicut Scribae et Pharisei: fuit itaque Sacerdotum Sacerdos, sicut Propheta ait, dicens: *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.*

Videtur ergo nunc palam quod illi non fuerunt veri Iesus, nec praedicamus de illorum nomine, quin adiungimus et extollimus Nomen Iesu, sed praedicamus Iesum Christum Filium Dei vivi, qui est verus Salvator mundi. Praecedit enim lucifer solem, tenebrae lucem, nuntii regem, et figura mysticam veritatem.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE LIBROS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCHUM.

Marc. XVI, 14-20.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus: et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis: quia illi, quia viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

25. Et dixit eis: Euntes in mundum universam praedicare Evangelium omni creaturae.

16. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

17. Signa autem eorum, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemones eicient: lingua loquentur novis.

18. serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocuit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

19. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, et sedit a dextris Dei.

20. Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Dominus cooperante, et sermonem confirmante, signantibus signis.


Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXIX IN EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli in Ascensione Domini.

3485 **Q**uoniam resurrectionem Dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitanti-

IN

ASCENSIONE DOMINI



bus per multa argumenta monstrata est: quae dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene praestitit quae citius credidit, quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem Dominicæ resurrectionis notandum nobis est quid Lucas referat, dicens: *Convalescens praecepit eis, a Ierosolymis ne discederent* (ACT. 1, 4). Et post pauca: *Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Note verba, signate mysteria. *Convalescens elevatus est.* Comedit, et ascendit: ut videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis. Marcus vero, priusquam coelum Dominus ascendat, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est, nisi quod idcirco Dominus tunc discipulos increpavit,

Varia de SS. Nomina Iesu.

[DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 49.]

3483

Sed valde magna differentia est inter praefiguras Iesu, et praefiguratam Iesum: nam primus Iesus, id est, Iosue, contractis et dissipatis septem regnis Chanaanorum, introduxit filius Israel in terram promissionis: nos noster Iesus, contractis regnis Inferorum, introduxit omnes Sanctos in sempiternam gloriam. Secundus Iesus, id est, filius Ioseph dechi, construxit templum, quod gloriosus fuit quam primam quaei aedificatum fuit a Salomone, ut dicitur Aegaeli in quibus in eo Christus praesentatus fuit, sed noster Iesus templum reaedificavit gratiae et veritatis, in se ruinam, immo firmam reaedificando nativam, in quo quidem obtulit sui cordis, et repperit habundantium medullatum. Tertius Iesus fuit propheta, sacerdos

renovans sapientiam de corde suo, non tamen virtute sua. Insuper prophetae in multis obscuritatis sermone, et docuit in figuris veteris Testamenti. Sed noster amorosus Iesus fuit etiam propheta magnus in opere et sermone, figuras explicans, et umbras clarificans, ac sapientiam novi Testamenti innovans, de Spiritu sancto docens doctrinam Dei, sicut potestatem habens, et non sicut Scribae et Pharisei: fuit itaque Sacerdotum Sacerdos, sicut Propheta ait, dicens: *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.*

Videtur ergo nunc palam quod illi non fuerunt veri Iesus, nec praedicamus de illorum nomine, quin adiungimus et extollimus Nomen Iesu, sed praedicamus Iesum Christum Filium Dei vivi, qui est verus Salvator mundi. Praecedit enim lucifer solem, tenebrae lucem, nuntii regem, et figura mysticam veritatem.




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE LIBROS



IN

ASCENSIONE DOMINI

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.
Marc. XVI, 14-29.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus: et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis: quia ibi, quia viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

25. Et dixit eis: Euntes in mundum universam praedicare Evangelium omni creaturae.

26. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

27. Signa autem eorum, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemones eicient: lingua loquentur novis.

28. serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocuit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

29. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, et sedit a dextris Dei.

30. Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Dominus cooperante, et sermonem confirmante, signantibus signis.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXIX IN EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli in Ascensione Domini.

3485

Quoniam resurrectionem Dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitanti-

bus per multa argumenta monstrata est: quae dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene praestitit quae citius credidit, quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem Dominicæ resurrectionis notandum nobis est quid Lucas referat, dicens: *Convalescens praecepit eis, a Ierosolymis ne discederent* (ACT. 1, 4). Et post pauca: *Videntibus illis elevatus est, et in nubibus susceptus cum ab oculis eorum.* Note verba, signate mysteria. *Convalescens elevatus est.* Comedit, et ascendit: ut videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis. Marcus vero, priusquam coelum Dominus ascendat, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est, nisi quod idcirco Dominus tunc discipulos increpavit,

cum eos corporaliter reliquit, ut verba quae recedens diceret, in corde audientium arcius impressa remaneret? Increpata igitur eorum duritia, quid admonendo dicat, audiamus: *Evangelium in mundum universum, praedicat Evangelium omni creaturae.*

3486 Numquid, fratres mei, sanctum Evangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat praedicandum, ut de eo discipulis dicatur: *Praedicat omni creaturae? Sed omnis creaturae nomine signatur homo. Sicut namque lapides, sed nec vivunt, nec sentiunt. Sicut herbae et arbusta; vivunt quidem, sed non sentiunt. Vivunt dico, non per animam, sed per viriditatem; quia et Paulus dicit: Insuper, in quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. (I Cor. xv, 36). Vivit ergo quod moritur, ut vivificetur. Lapidis itaque sunt, sed non vivunt. Arbusta autem sunt, et vivunt, sed non sentiunt. Bruta vero animalia sunt, vivunt, sentiunt, sed non discernunt. Angeli etenim sunt, vivunt, sentiunt et discernunt. Omnis autem creaturae aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturae praedicatur Evangelium, cum soli homini praedicatur; quia ille videlicet docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt, et a quo omnia per quamdam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturae nomine, omnis natio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat: *In viam gentium ne abieritis (Matth. x, 5).* Nunc autem dicitur: *Praedicat omni creaturae;* ut scilicet prius a Iudaea apostolorum repulsa praedicatio, tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa*

ad damnationis suae testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad praedicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana praedicationis non venisset. Sequitur:

Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicit: Ego iam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: *Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. i, 16).* Hinc Iohannes ait: *Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est (I Ioann. ii, 4).* Quod cum ita sit, fidei nostrae veritatem in vitae nostrae consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles stemus, si quod verbis promittimus, operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenuntiare promissimus. Itaque unusquisque vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat; et si servat post baptismum, quod ante baptismum spondit, certus iam quia fidelis est, gaudeat. Sed ecce quod promisit, minime servavit, si ad exercenda prava opera ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est; videamus si iam scit plangere quod erravit. Apud misericordem namque Iudaeum nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquam mentitur; quia omnipotens Deus dum libenter nostram poenitentiam

suscipit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus, abscondit. Sequitur:

3488 *Signa autem eos qui credituri sunt, haec sequentur: In nomine meo daemonia eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebil: super aegros manus imponent, et bene habebunt.* Numquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Ut enim fides cresceret, miraculis fuerat nutrienda; quia et nos cum arbusta plantamus, tandiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra iam convaluisse videamus; et si semel radicem fixerint, in rigando cessamus. Hinc est enim quod Paulus dicit: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus (I Cor. xiv, 22).* Habemus de his signis atque virtutibus quae adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritaliter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi daemonia eicient? Et fideles quique qui iam vitae veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, Conditoris sui laudes et potentiam, quantum praevalent, narrant, quid aliud faciunt, nisi novis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus malignam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum postiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocent. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt, et exemplo suae operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant; quid

aliud faciunt, nisi super aegros manus imponunt, ut bene habeant? Quae nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto spiritualia: tanto maiora sunt, quanto per haec non corpora, sed animae suscitantur: haec itaque signa, fratres charissimi, auctore Deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ab haec operantibus non valet. Nam corporalia illa miracula, ostendunt aliquando sanitatem, non autem faciunt: haec vero spiritualia, quae aguntur in mente, virtutem vitae non ostendunt, sed faciunt. Illa habere et mali possunt; istis autem perfrui nisi boni non possunt. Unde de quibusdam Veritas dicit: *Multi mihi dicent in die illa: Domine, Domine, nomen in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia non novi vos: discedite a me qui operamini iniquitatem (Matth. vii, 22, 23).* Nolite ergo, fratres charissimi, amare signa quae possunt cum reprobis haberi communia; sed haec quae modo diximus, charitatis atque pietatis miracula amate: quae tanto securiora sunt, quanto et occulta; et de quibus apud Dominum eo maior sit retributio, quo apud homines minor est gloria. Sequitur;

3489 *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei.* In veteri Testamento cognovimus, quod Elias sit raptus in coelum. Sed aliud est coelum aereum, aliud aethereum. Coelum quippe aereum terrae est proximum: unde et aves coeli dicimus, quia eas volitare in aere videmus. In coelum itaque aereum Elias sublevatus est, ut in secretam quandam terrae regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis et spiritus quiete viveret, quousque ad finem mundi redeat, et mortis debitum solvat. Ille et

enim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster quia non distulit, superavit, eamque resurgendo consumpsit et resurrectionis suae gloriam ascendendo declaravit. Notandum quoque est, quod Elias in curru legitur ascendisse: ut videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa et ostensa sunt adiumenta, quia nec in coelum quidem aereum per se ascendere poterat, quem naturae suae infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis sublevatus legitur, quia is qui fecerat omnia, nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illo etenim revertebatur, ubi erat; et inde redibat, ubi remanebat: quia cum per humanitatem ascenderet in coelum, per divinitatem suam et terram pariter continebat et coelum.

³⁴⁹⁰ Sicut autem Ioseph a fratribus venditus, venditionem Redemptoris nostri figuravit: sic Enoch translatus, atque ad coelum aereum Elias sublevatus, Ascensionem Dominicam designavit. Ascensionis ergo suae Dominus praenuntios et testes habuit, unum ante legem, alium sub lege: ut quandoque veniret ipse, qui veraciter coelos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quoque utrorumque sublevatione per quaedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Elias vero ad coelum subvectus esse memoratur: ut veniret postmodum qui nec translatus, nec subvectus, coelum aethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus, quia carnis quoque munditiam largiretur, et sub eo per incrementa temporum virtus castitatis exeresceret, in ipsa quoque eorum translatione, qui Ascensionem Dominicam ut videlicet famuli designaverunt, et in seipso, qui ad coelum ascendit, Dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem et filios habuit: Elias vero

neque uxorem, neque filios legitur habuisse. Pensate ergo, quomodo per incrementa creverit munditia sanctitatis: quod et per translatus famulos et per ascendens Domini personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch et per coitum genitus et per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, sed non iam per coitum generans. Assumptus vero est Dominus neque per coitum generans, neque per coitum generatus.

Considerandum vero nobis est, quid est quod Marcus ait: *Sedet a dextris Dei*; et Stephanus dicit: *Video coelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei* (ACT. VII, 55). Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scitis, fratres, quia sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuvantis. Quia ergo Redemptor noster assumptus in coelum, et nunc omnia iudicat et ad extremum iudex omnium venit: hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionis suae gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus vero in labore certaminis positus stantem vidit, quem adiutorem habuit: quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de coelo illius gratia pugnavit.

³⁴⁹¹ Sequitur: *Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermone confirmante sequentibus signis*. Quid in his considerandum est, quid memoriae commendandum, nisi quod praeceptum obedientiae, obedientiam vero signa secuta sunt? Sed quia, auctore Deo, breviter lectionem evangelicam exponendo transcurramus, restat, ut aliquid de ipsa tantae solemnitatis consideratione dicamus.

³⁴⁹² Hoc autem nobis primum quaerendum est, quidnam sit quod nato Domino apparuerunt angeli, et tamen non leguntur

in albis vestibus apparuisse: ascendente autem Domino missi angeli in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic etenim scriptum est: *Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intrerentur in coelum cunctum illum, ecce duo viri steterunt iuxta illos in vestibus albis* (ACT. 1, 9, 10). In albis autem vestibus gaudium et solemnitas mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato Domino, non in albis vestibus; ascendente autem Domino, in albis vestibus angeli apparent: nisi quod tunc magna solemnitas angelis facta est, cum coelum Deus homo penetravit? Quia nascente Domino videbatur divinitas humilitata: ascendente vero Domino est humanitas exaltata. Albae etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humilitationi. In assumptione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt: quia qui in nativitate sua apparuit Deus humilis, in Ascensione sua ostensus est homo sublimis.

³⁴⁹³ Sed hoc nobis magnopere, fratres charissimi, in hac solemnitate pensandum est: quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostrae, mutata est sententia corruptionis nostrae. Illa enim natura cui dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (GENES. III, 19), hodie in coelum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostrae sublevatione per figuram beatus Iob Dominum avem vocat. Quia enim Ascensionis eius mysterium Iodaei non intelligere conspexit, de infidelitate eius sententiam protulit, dicens: *Semitam ignoravit avis* (Iob XXXVII, 7). Avis enim recte appellatus est Dominus, quia corpus carneum ad aethera libravit. Cuius avis semitam ignoravit quisquis eum ad coelum ascendisse non credidit. De hac solemnitate per Psalmistam dicitur: *Elevata est magnificentia tua super caelos* (PSAL. VIII, 2). De hac rursus ait:

Ascendit Deus in ubilatione, et Dominus in voce tubae (PSAL. XLVI, 6). De hac iterum dicit: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (PSAL. LXXVII, 19). Ascendens quippe in altum, captivam duxit captivitatem: quia corruptionem nostram virtute suae incorruptionis absorbit. Dedit vero dona hominibus; quia, misso desuper Spiritu, alii sermonem sapientiae, alii sermonem scientiae, alii gratiam virtutum, alii gratiam curationum, alii genera linguarum, alii interpretationem tribuit sermonum (I COR. XII, 8). Dedit ergo dona hominibus. De hac Ascensionis eius gloria etiam Habacuc ait: *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo* (HABAC. III, 11, sec. LXX). Quis enim solis nomine nisi Dominus, et quae lunae nomine nisi Ecclesia designatur? Quousque enim Dominus ascendit ad coelos, sancta eius Ecclesia adversa mundi omnimodo formidavit: at postquam eius Ascensione roborata est, aperte praedicavit, quod occulte credidit. Elevatus est ergo sol, et luna stetit in ordine suo: quia cum Dominus coelum petiit, sancta eius Ecclesia in auctoritate praedicationis excrevit. Hinc eiusdem Ecclesiae voce per Salomonem dicitur: *Eccae iste venit saliens in montibus, et transiens colles* (CANT. II, 8). Consideravit namque tantorum operum culmina, et ait: *Eccae iste venit saliens in montibus*. Veniendo quippe ad redemptionem nostram, quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis, fratres charissimi, ipsos eius saltus agnoscere? De coelo venit in uterum, de utero venit in praesepe, de praesepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in coelum. Ecce ut nos post se errere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit: quia *excelsavit ut gigas ad currendam viam suam* (PSAL. XVIII, 6),

ut nos ei diceremus ex corde: *Trahe nos post te, curremus in odorem unguentorum tuorum* (CANT. 1. 3).

3495

Unde, fratres charissimi, oportet ut illic sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus, nihil nos iam delectet in infimis, qui Patrem habemus in coelis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum, quia is qui placidus ascendit, terribilis rediit: et quidquid nobis cum mansuetudine praecepit, hoc a nobis cum restrictione exigit. Nemo ergo indulta poenitentiae tempora parvipendat; nemo curam sui, dum valet, agere negligat, quia Redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior venit, quanto nobis ante iudicium magnam patientiam praerogavit. Haec itaque vobiscum, fratres, agite: haec in mente sedula cogitatione versate. Quamvis adhuc rerum perturbationibus animus fluctet: iam tamen spei vestrae anchoram in aeternam patriam figite, intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad coelum ascendisse Dominum audivimus. Hoc ergo servemus in meditatione, quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit, Iesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de SS. Nominis Iesu.

EX S. BERNARDINO SESSANI, VOL. II. SERM. 19.

3496

PRaeclari enim Iesu praemissi sunt tanquam baculus Eliae, Prophetam preveniens ad mortuum suscitandum: IV REG. IV. Nec poterunt illi nomina sua interpretari, quia vicina quidem erant a vera salute. Superpositus est enim mortuus baculus, et non erat vox, nec sensus, eo quod baculus erat; sed descendit qui baculum misit, quia verus Iesus qui praemiserat eos nostram assumptionem naturam; et mox probatus esse verum Iesum, salvum fecit populum suum a peccatis vo-

rum, et est vox et sensus, non instar priorum vacuus est a salute.

Sed anfit quid fecit, unde vox est, et sensus, vitaeque rediit, sicut Bern. ait. Nam vir ille Propheta, potens in opere et sermone, de excelso monte descendens, quasi alter Eliaeus de monte Carmelo, mortuum hominem visitare dignatus est, quom sit pulvis et cinis; dignatus se inclinare, tacenti contrahi, et consequari parvo, caeco imparitui tamen oculorum suorum, et us mortuorum oris proprii osculo solvere, debilesque manuum suarum corroborare contactu, et flatum qui exierat sui inspiratione resuscitare. Snaviter rumino ista, et replentur viscera mea, et interiora mea spirituali dulcedine saturantur, atque omnia ossa germinant laetum.

Sequitur quod paucis septies excitavit, quod in resuscitata Ecclesia venimus adimpleri, dum septies in die laudes implet Salvatori. Osculatus est iam septies et tu, peccator, si quinque sensus exteriores, et duo interiores inspirationi prophetiae Iesu ter factae interior conformes, reddas; et in bilabio, atque cantando dicas: *Cur non, et caro mea exultavit in Deum vivum.*

PERIA SEXTA

Homilia S. Gregorii Papae.

Habebat inserta in die Ascensionis.

Homilia S. Petri Chrysologi.

sermo 133.

Hoc beatus Evangelista sic tulit Apostolos in ipso crucis tempore mensis deditis inhiantes epulis, conviviis occupatos, Dominicae passionis oblitos. *Recumbentibus*, inquit, *illis undecim, apparuit Dominus*. Recumbentibus, ubi? ad sepulcrum Domini, mox ad mensam servi? Haec est servorum fides? haec discipulorum charitas? hic Petri ardor? haec est Ioannis de ipso Christi pectore assumpti dilectio? haec est tanto tempore, tantis dominis, virtutibus tantis, affecto conquisita, ut in ipso articulo passionis calente adhuc morte, recenti adhuc funere, exsultantibus inimicis, insultante Iudaea tota, discipuli toto tori cultu, totaque discumbentium voluptate pranderent? Moysi mortuo assistunt Angeli, agit sepulcri

curam Deus ipse: Iudaea castra sistuntur, dissimulatur iter, horrida cremi statio duratur, indicitur triginta dierum planctus, et longo lamentationis obsequio servatus finis honoratur; et Christus verus unus Dominus, creator rerum, Redemptor omnium, post illam tragicam passionem, post mortem, et mortem crucis, triduanus a discipulis lacrymas non meretur? Terra tremit, turbatur tartarus, scinduntur saxa, monumenta dissiliunt, sol fugit, dies sepelitur, fit nox totum, et soli discipuli alto sigmate, chorono, toto otio, deliciis securi epulantur: et hoc, fratres, reversus ab infernis ipse sic magister invenit.

3500

Recumbentibus ergo illis undecim, apparuit Dominus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crederent. Ad haec, Petre fidelis, Petre devotissime, quid dicemus? *Recumbentibus illis*. Numquid prandentibus? Fratres, hoc non erat discumbere, sed iacere: nec convivii erat chorus ille, doloris erat ille conventus: ibi panis non erat gaudii, sed moeroris: ibi crucis felle, non vini dulcedine pocula miscbantur.

3501

Erant, inquit, clausi propter metum Iudaeorum. Si metuentes, si clausi, certe non prandentes: et si non prandentes, non erat domus illa, sed carcer: illud stigma non erat, sed sepulcrum: tunc tota ad discipulos poena Dominicae transferat passionis, et non solum latibus eorum, sed et cordibus doloris lancea tota fugebatur: tunc tristitia clavibus affixae manus eorum, pedesque tenebantur: tunc illis acetum, tunc fel amaritudine Iudaea propinabat: tunc illis Sol occidit, dies fugit: tunc illorum mentes antmasque nox profundissima possidebat: tunc illos in perfidiae scopulos, in naufragium fidei cogitationum tentatio saevissima collidebat: tunc desperatio,

quae est inter omnia mala peior, et in adversis venit semper extrema, funereis illos sternerat sepulcris: unde, sicut diximus, non discumbentes, non epulantes eos Dominus, sed iacentes invenit, sed sepultos: et ideo exprobrat incredulitatem eorum, quia tantum crederant desperationi, ut resurrectioni praedictae a Domino nil crederent, a servis non crederent nuntiatae: atque in se nihil fidei relinquerent et salutis, sed saeculo mortui, sepulti mundo, unam domum illam, unum sibi esse omnes crederent iam sepulcrum.

3502

Hinc est, quod eos Dominus videns exemisse se mundo, ad mundum revocavit, remittit in mundum, dicens: *He in mundum universum, praedicate Evangelium universae creaturae.* Venite in mundum, ut qui putatis vos in uno omnes domicilio iam iacere, subiaccere vobis omnem mundum repente videatis. *Venite in mundum universum, praedicate Evangelium universae creaturae.* Hoc est dicere, estote vos spes omnibus, qui vobis ipsis desperationis causa fuistis: et incredulitas vestra quanta sit tunc probate, cum videritis auditui vestro mundum credere, qui credere vestro visui non potuistis: et cordis vestri quanta sit duritia tunc scitote, cum senseritis, non viso me, orbe toto gentes ferocissimas me lateri, quem positum vestris in oculis vos negastis. Videbitis in terra divites, clausos insulis, pendentes rupibus, solitudine remotos, Magorum scios, Graecorum querulos, Romanorum peritos fidem fide sola quaerere, quam manu, digito, sulcatis meis vulneribus vos quaesistis. Sed quia meae passionis, meae mortis, meae resurrectionis vos mitto testes, alius vos ista perscrutatos esse concedo, dummodo cunctatio vestra fiat eis, qui vobis credituri sunt firmitermentum.

3593

Qui crediderit, inquit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Fratres, quod est anima corpori, hoc est baptismati fides: hinc est, quod, qui generatur ex fonte, ex fide vivit: *Iustus*, inquit, *ex fide vivit*. Moritur ergo omnis quicumque fuerit sine fide. *Qui crediderit*. Quia Trinitas Deus unus est, quia in Patre et Filio et Spiritu sancto una est tota aequalitate maiestas, quia deitas Trinitate distincta est, non est unitate confusa; sed deitate una est, est trina personis: quia Deus Trinitatis nomen est: quia Pater et Filius non censendi sunt ordine, sed aestimandi sunt charitate: quod Spiritus sanctus non est habendus inferior, plus, minusve, non ut exterior habendus est plus, minusve, quia nescit exteriora divinitas: quia Christus sic homo factus est, ut quod Deus est permanet: sic est mortuus, ut mortuus totis saeculis sua resuscitaretur ex morte: quod non sibi resurrexit ille, sed nobis: quod nos coelo igtulit, dum se sustulit coelo: quod sedet ad auctoritatem Iudicis, non ad requiem fatigati: quod venit non loco, qui ubique est ad movendum: neque ut mundum suum teneat, qui totum possidet mundum; sed ut mundus iam semper visionem sui mereatur auctoris. Credat homo etiam peccatorum remissionem, quia coelestis regio cum sit latissima, non capit peccatorem: neque de suorum desperet homo magnitudine peccatorum, quia si est, quod Deus donat: non potest, omnipotens non est. Credat et carnis resurrectionem, ut sit homo ipse qui resurgit: ut accipiat ipse qui peccat, poenam: ipse praenium, qui laborat. Credat aeternam vitam, ne locum habeat mors secunda. Quod autem de humanis corporibus daemones, id est, hostes effugantur antiqui; quod ex uno ore varius effunditur sermo linguarum; quod tacti per Christum nesciant sua

venena serpentes; quod venenata pocula bibentes non valent nocere per Christum; quod morbi corporum fugantur Christum praedicantis ad tactum, est, fratres, summum credulitatis indicium.

Signa, inquit, credentes haec sequentur: *In nomine meo daemonia eiicent, linguas loquentur novis, serpentes tollent, et si quid mortiferum biberint, non nocbit eis, super aegros manus imponent, et bene habebunt.* Homo ergo, esto tibi per fidem medicus, ne cogaris extraneis medicis tuo dispendio subiacere, et care, quod gratis possides, comparare. Orate, fratres, ut et in praesenti medicinam semper fidei sentiamus: et in expectatione Christi positi in adventu eius securi de nostra conscientia gloriamur.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE I. BERNARDINO SERRASI, VOL. II, DEUM, 42.)

TERTIO fuit ante prophetatum: unde Habachi III: *Esse autem in Dominum quiesco, et exultabo in Domino Iesu meo.* In Esdra quoque IV, quamquam non sit in cantone, Dominus ait: *Et exit post omnia haec, et vocavit filius meus Iesus, et convertetur succubum.* Sed et Sybilla Erithraea hoc nomen Iesus, miro modo pronuntiavit: unde Augustinus, de *Civitate Dei*, lib. 18, cap. 23, ponens versus Sybillae, maxime de fine mundi, dicit eos fuisse translatos de Graeco in Latium; sed quia translator non potuit propter mensuras verarum servare litteras principiorum illorum, non consonant omnino in Latino, sicut in Graeco; nam in Graeco, coniunctis omnibus primis litteris omnium versuum haec verba comprehendant; Iesus Christus Illius Dei, et Salvator.

SABBATO

Homilia S. Gregorii Papae.

Habere integra in die Ascensionis.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DE ASCEN. DOM. SERM. I.

Qui aedificat in caelo ascensionem suam et fasciculum suum super terram fundavit, Amos nono.

Inter alias solemnitates Ecclesiae haec singularem habet praerogativam, quia

aliae sunt viatorum, ista est comprehensorum simul et viatorum, quia in ea Christus sua praesentia laetificat civitatem coelestem et sua influentia laetificat Ecclesiam militantem. Eapropter ista solemnitas dupliciter hic describitur, et primo, quantum ad suam praesentiam in hierarchia coelesti; secundo, quantum ad suam influentiam in hierarchia subcoelesti. Primum, ibi: *Qui aedificat in caelo ascensionem*; secundo, ibi: *et fasciculum suum super terram fundavit*. Sicut enim se habet hortus paradisi ad comparisonem fasciculi, sic se habet gaudium illius Ecclesiae ad istam; ideoque signanter dicitur: *Qui aedificat*, etc. quia sicut Christi resurrectio est causa nostrae resurrectionis, sic eius ascensio est causa et exemplar nostrae ascensionis. Ipse enim est *scala contingens*, immo penetrans coelos per sublime Divinitatis, et contingens terram per limum nostrae carnis. In hac scala *disponuntur omnes ascensiones spirituales* et omnes perfectiones et glorificationes et dona gratiae et gloriae. Unde in hac scala dicitur *Angeli ascendere et descendere supra Filium hominis*, Ioannis primo; et haec est significata Genesis vigesimo octavo, ubi Iacob ad visionem eius elevatus fuit.

Aedificavit autem ascensionem suam Dominus Iesus supernae civitatis restaurando decorem, et secundum hoc sunt quinque gradus in hac scala. Etenim ascendendo supernae Ierusalem *patet fecit ingressum*. Michaelae secundo: *Ascendet, pendens iter autem eos*, in illam requiem, etc. Supernae matris *redintegravit numerum*; ad Ephesios quarto: *Ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia*. Supernae civitatis *accumulavit solatium*; Psalmus: *Ascendit Deus in nubilo et Dominus in voc tubae*. Supernae beatitudinis *sublimavit et stabilivit imperium*; Psalmus: *Regna ter-*

rae, cantate Deo, etc. qui ascendit super coelum coeli ad orientem. Supernae felicitatis *derivavit influentiam*; ad Ephesios quarto: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*.

Humanae infirmitatis renovando virtutem, ex quo sequitur... secundum illud primi Regum decimo quarto: *Ascendit Ionathas, manibus et pedibus reptans, et armiger eius, id est humana infirmitas, post eum*, per quinque gradus, scilicet per sinceritatem *inocentiae*; Psalmus: *Quis ascendit in montem Domini, etc. Inocens manibus et mundo corde*. Per sanctitatem *publicitatis*; Isaiae undecimo: *Flos de radice eius ascendet*. Per sublimitatem *confidentiae*; Genesis quadagesimo sexto: *Imcto Ioseph curru suo, ascendit obviam patri suo*. Per suavitatem *benefolentiae*; Cantico- rum tertio: *Ascensum purpureum media charitate constravit*. Per stabilitatem *perseverantiae*; Ecclesiastici quadagesimo sexto: *Dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, etc.*, ut ascenderet in excelsum terrae locum. Hi quinque gradus sunt contra omne malum. Sinceritas innocentiae ordinat ad proximum, sanctitas publicitatis ad se ipsum, sublimitas confidentiae ad Deum, suavitas benefolentiae ad omne bonum, stabilitas perseverantiae contra omne malum.

Diabolicae crudelitatis refrenando tyrannidem, secundum illud Isaiae sexagesimo tertio: *Quis est iste qui venit de Edom? Ego, qui propugnator sum ad salvandum*. Confregit autem Christus diabolum per humilitatem, de qua fecit nobis scalam ad ascendendum per quinque gradus. Etenim informavit in incarnatione ad humilitatem condescendentiae, per quam conculcavit diaboli arrogantias; Psalmus: *Inclinavit coelos et descendit et ascendit super Cherubim et volavit*. In baptismatione ad humilitatem perfec-

tae iustitiae, per quam concitavit diaboli astutias; Ioannis tertio, ubi agit de baptismo; dicit: *Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo. In tentatione ad humilitatem cautelae, per quam evadavit diaboli fraudulentias; primi Regum decimo quarto: *Ascendit Ionathas, manibus et pedibus reptans, et armiger eius post eum. In conversatione ad humilitatem disciplinae, per quam effugavit diaboli blanditias; Habacuc tertio: *Ingradiatur putredo in ossibus meis, etc., ut ascendam ad populum dicitur nostrum. In passione ad humilitatem tolerantiae, per quam confregit diaboli potestatem; Psalmus: *Qui ascendit super occasionem, Dominus non est illi; Cantico-rum septimo: *Ascendam in palmam et apprehendam fructum eius.*****

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. VII, SERM. 49.)

3511 **Q**UARTO quoque fuit nomen Iesus ab Angelo nuntiatum; unde LUC. II, ait Angelus Gabriel Mariae: *Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Dominum, scilicet quam pecciderat Eva: Ego, conspexi in utero, id est, totum accipies in te, et ex te, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum: ex quo patet quod Iesus est proprium nomen eius, et Christus appellativum, quasi diceret: in es illa anima tanta gratia plena, quod tibi a Deo concessum est ut mundo tribuas Salvatorem, et primo omnium hominum, vel millierum salvificum et gloriosum Nomen Iesum annunties tuo mundo. Et iterum II. LUC. II, *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocabatur est ab Angelo, primum in utero concipiente; quod verbum potest esse thema in die sacrae Circumcisionis Iesu.**

3510 Quinto fuit a Virgine revolutum; insuper et a sanctissimo sposo suo Ioseph; nam ipis duobus a Deo tantum per Angelum hoc officium commissum est, ut nominarent Christum Iesum Filium Dei. De Virgine sicut patet. De Ioseph vero (MATTH. II, ait Angelus, Ioseph: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod quoniam in ea natum est, de Spiritu sancto est. Parvulus autem factum, et vocabis nomen eius Iesum.* Hi ambo, Ioseph, et Maria, prius in die Circumcisionis revela-

verunt iam natum esse Iesum, id est, Salvatorem mundi. De huiusmodi Nominis impositione dicitur Is. LXV: *Erunt Dominus nominatus in signum veterum, quod non auferitur, scilicet, a credituribus in eum.*

DOMINICA INFRA OCT. ASCENSIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

(IOANN. XV, 26, 27; XVI, 14.)

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: 27 et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

1. Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini.
2. Absque synagoga facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interfecit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.
3. Et haec facient vobis, quia non novimus Patrem, neque nos.
4. Sed haec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum remissionem, quia ego dixi vobis.

Homilia S. Augustini. Episcopi.

(IN EPANG. IOANN. TRACT. 92.)

3513 **D**OMINUS Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post coenam proximus passioni, tamquam iturus et relicturus eos praesentia corporali, cum omnibus autem suis usque in consummationem saeculi futuris praesentia spirituali, exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupavit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, ut scirent se Dei gratia esse quod sunt, suis autem vitis fuisse quod fuerunt. Deinde persecutores et suos et ipsorum Iudaeos evidenter expressit, ut omnino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos, qui persequitur sanctos. Cumque de illis diceret, quod ignorarent cum a quo missus est, et tamen odissent et Filium et Patrem, hoc est, et eum qui missus est, et eum a quo missus est, de quibus omnibus in

aliis sermonibus iam disseruimus; ad hoc pervenit ubi ait: *Ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis* (IOANN. XV, 25). Deinde tamquam consequenter adiunxit, unde modo disputare suscepimus: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat: *Nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis?* An quia Paracletus quando venit Spiritus veritatis, eos qui viderunt et oderunt, testimonio manifestatione convicit? Imo vero etiam aliquos ex illis, qui viderunt et adhuc oderant, ad fidem quae per dilectionem operatur, sui manifestatione convertit. Hoc ut ita intelligamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus et apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti (quandoquidem viderunt loquente Petro tam magnum atque divinum testimonium perhiberi de Christo, ut ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisset et vivere probaretur), compuncti corde conversi sunt; et tanti sanguinis tam impie atque immatriter fusi indulgentiam pereceperant, ipso redempti sanguine quem fuderunt (ACT. II, 2). Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit delere quo fusus est. Hoc ergo intuens Dominus dicebat: *Odio habuerunt me gratis: cum autem venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me,* tamquam diceret:

Odio me habuerunt, et occiderunt videntes: sed tale de me Paracletus testimonium perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.

3514 *Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis et vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostis: quod ut modo non faciatis, illius Spiritus plenitudo nondum adest vobis. *Ille ergo testimonium perhibebit de me, et vos perhibebitis:* dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi charitatis Dei diffusa in cordibus vestris, per Spiritum sanctum qui dabitur vobis (ROM. V, 5). Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus, non potuit verum testimonium perhibere; sed contra suam pollicitationem timore magno compulsus est ter negare. Timor autem iste non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem (I IOANN. IV, 18). Denique ante passionem Domini, servilis timor eius interrogatus est a femina servitutus; post resurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipso principe libertatis: et ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur; ibi quem dilexerat negabat, hic quem negaverat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat et angustus, donec eum roboraret et dilataret Spiritus sanctus. Qui postquam illi est abundantia gratiae largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quae veritatem suppresserant, ora reseravit, ut cum omnes, in quos venerat Spiritus sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudaeorum circumstantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum prae ceteris promptius emicaret, eiusque interfectores de illius resurrectione con-

tae iustitiae, per quam concitavit diaboli astutias; Ioannis tertio, ubi agit de baptismo; dicit: *Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo. In tentatione ad humilitatem cautela, per quam evadavit diaboli fraudulentias; primi Regum decimo quarto: *Ascendit Ionathas, manibus et pedibus reptans, et armiger eius post eum. In conversatione ad humilitatem disciplinae, per quam effugavit diaboli blanditias; Habacuc tertio: *Ingradiatur putredo in ossibus meis, etc., ut ascendam ad populum dicitur nostrum. In passione ad humilitatem tolerantiae, per quam confregit diaboli potestatem; Psalmus: *Qui ascendit super occasionem, Dominus non est illi; Cantico-rum septimo: *Ascendam in palmam et apprehendam fructum eius.*****

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO SERMONI, VOL. VII, SERM. 49.)

3511 **Q**UARTO quoque fuit nomen Iesus ab Angelo nuntiatum; unde LUC. II, ait Angelus Gabriel Mariae: *Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Dominum, scilicet quam pecciderat Eva: Ego, conspexi in utero, id est, totum accipies in te, et ex te, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum: ex quo patet quod Iesus est proprium nomen eius, et Christus appellativum, quasi diceret: in es illa anima tanta gratia plena, quod tibi a Deo concessum est ut mundo tribuas Salvatorem, et primo omnium hominum, vel millierum salvificum et gloriosum Nomen Iesum annunties tuo mundo. Et iterum II. LUC. II: *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocabatur est ab Angelo, primatum in utero concipiente: quod verbum potest esse thema in die sacrae Circumcisionis Iesu.**

3510 Quinto fuit a Virgine revolutum; insuper et a sanctissimo sposo suo Ioseph; nam ipis duobus a Deo tantum per Angelum hoc officium commissum est, ut nominarent Christum Iesum Filium Dei: De Virgine sicut patet. De Ioseph vero (MATTH. II) ait Angelus, Ioseph: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod quoniam in ea natum est, de Spiritu sancto est. Parit autem filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hi ambo, Ioseph, et Maria, prius in die Circumcisionis revela-*

verunt iam natum esse Iesum, id est, Salvatorem mundi. De huiusmodi Nominis impositione dicitur Is. LXV: *Erunt Dominus nominatus in signum veterum, quod non auferitur, scilicet, a credituribus in eum.*

DOMINICA INFRA OCT. ASCENSIONIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

(IOANN. XV, 26, 27; XVI, 14.)

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: 27 et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

1. Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini.
2. Absque synagoga facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interfecit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.
3. Et haec facient vobis, quia non novimus Patrem, neque nos.
4. Sed haec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum remissionem, quia ego dixi vobis.

Homilia S. Augustini. Episcopi.

(IN EVANG. IOANN. TRACT. 92.)

3513 **D**OMINUS Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post coenam proximus passioni, tamquam iturus et relicturus eos praesentia corporali, cum omnibus autem suis usque in consummationem saeculi futuris praesentia spirituali, exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupavit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, ut scirent se Dei gratia esse quod sunt, suis autem vitis fuisse quod fuerunt. Deinde persecutores et suos et ipsorum Iudaeos evidenter expressit, ut omnino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos, qui persequitur sanctos. Cumque de illis diceret, quod ignorarent cum a quo missus est, et tamen odissent et Filium et Patrem, hoc est, et eum qui missus est, et eum a quo missus est, de quibus omnibus in

aliis sermonibus iam disseruimus; ad hoc pervenit ubi ait: *Ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis* (IOANN. XV, 25). Deinde tamquam consequenter adiunxit, unde modo disputare suscepimus: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat: *Nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis?* An quia Paracletus quando venit Spiritus veritatis, eos qui viderunt et oderunt, testimonio manifestatione convicit? Imo vero etiam aliquos ex illis, qui viderunt et adhuc oderant, ad fidem quae per dilectionem operatur, sui manifestatione convertit. Hoc ut ita intelligamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus et apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti (quandoquidem viderunt loquente Petro tam magnum atque divinum testimonium perhiberi de Christo, ut ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisset et vivere probaretur), compuncti corde conversi sunt; et tanti sanguinis tam impie atque immatriter fusi indulgentiam pereceperant, ipso redempti sanguine quem fuderunt (ACT. II, 2). Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum possit delere quo fusus est. Hoc ergo intuens Dominus dicebat: *Odio habuerunt me gratis: cum autem venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me,* tamquam diceret:

Odio me habuerunt, et occiderunt videntes: sed tale de me Paracletus testimonium perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.

3514 *Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis et vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostis: quod ut modo non faciatis, illius Spiritus plenitudo nondum adest vobis. *Ille ergo testimonium perhibebit de me, et vos perhibebitis:* dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi charitatis Dei diffusa in cordibus vestris, per Spiritum sanctum qui dabitur vobis (ROM. V, 3). Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus, non potuit verum testimonium perhibere; sed contra suam pollicitationem timore magno compulsus est ter negare. Timor autem iste non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem (I IOANN. IV, 18). Denique ante passionem Domini, servilis timor eius interrogatus est a femina servitutus; post resurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipso principe libertatis: et ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur; ibi quem dilexerat negabat, hic quem negaverat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat et angustus, donec eum roboraret et dilataret Spiritus sanctus. Qui postquam illi est abundantia gratiae largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quae veritatem suppresserant, ora reseravit, ut cum omnes, in quos venerat Spiritus sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudaeorum circumstantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum prae ceteris promptius emicaret, eiusque interfectores de illius resurrectione con-

funderet. Si quem delectat tam suaviter sanctum tale spectaculum intueri, Aeternum Apostolorum legat: ibi beatum Petrum quem negantem dolerat, stupeat praedicantem (Act. II, 19 ss.): ibi linguam illam videat ad fiduciam a diffidentia et ad libertatem a servitute translatam, tot linguas inimicorum convertere ad Christi confessionem, quarum non valendo unam ferre, versa fuerat in negationem. Quid plura? Tantus in illo fulgor gratiae, tanta Spiritus sancti plenitudo apparebat, tanta de ore praedicantis pretiosissimae veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis adversarios interfectores Christi Iudaeos faceret pro illo paratos mori, a quibus cum illo formidabat occidi. Hoc fecit Spiritus sanctus tunc missus, ante promissus. Ista Dominus magna atque miranda sua beneficia praevidebat, quando dicebat: *Et viderant, et oderunt, et me et Patrem meum: ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis. Ille quippe testimonium perhibens et testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, et inimicorum odium convertit in amorem.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

TEX. L. BERNARDINO GREGORIO, 1020. II. SERMO. 465.

3515 **S**exto fuit ab Apostolis per universum orbem praedicatum; inceperunt etiam a Iudaea. Proinde (Act. V) de Apostolis scriptum est: *Omnia die non cessabant in templo, et circa domos, docentes et evangelizantes Iesum Christum.* Vide quam diluce Evangelium Christus, unde Iesus natus:

Omne tibi peccatum qui miscuit tulle dulci.

3516 Denique a Iudaea pervenerunt ad Graecos, et similiter ad Latinos, et sic mystice impletum est quod Pilatus posuit in titulo triumphali, quod scriptum erat Helinae, Graeco, et Latine: *Iesus Na-*

zareus, Rex Iudaeorum, quia per omnes linguas per Apostolos praedicari debebat gloria Nominis Iesu Christi, sicut Propheta (Psal. XVIII) ait: *In omnium terrarum extitit sonus eorum, etc.* scilicet, praedicantium hoc Nomen.

3517 Super omnes alios tamen vas electionis Paulus, tamquam candelabrum sanctum super quod Nomen Iesus fuit sicut lucerna splendens, suo fulgore illuminans universum mundum, sicut (Act. IX) Dominus ait: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et Regibus, et filiis Israel.* Sic quoque gloriabatur ipse, I Cor. II, dicens: *Non enim indicavi mihi aliquid scire inter vos, nisi Christum Iesum, et hunc crucifixum.*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Gregorii Papae.

Habitu integra in die Ascensionis.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

IN ASCENS. DOM. SERMO 5.

Dominus in caelo paravit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dominabitur, Psalmus.

In verbis his explicat sacer David materiam praesentis solemnitatis. Sed quia ascensio dicit motum, et motus terminum, ideo describit eam quoad terminum excellentem, ibi: *In caelo;* quoad terminum permanentem, ibi: *paravit sedem suam;* quoad terminum officicem, ibi: *et regnum ipsius omnibus dominabitur.*

3520 Dominus ergo in caelo, etc. Per *coelum* autem, quod quidem est sublime sicut *sublimis situs,* intelligitur Christi excellentiae altitudo; Proverbiorum vigesimo quinto: *Coelum sursum et terra deorsum, et eorum regnum inscrutabile. Multiformis ornatus intelligitur Christi gloriae pulchritudo; Ecclesiastici quadragesimo tertio: Species coeli gloria stellarum. Regularis inaccessus intelligitur Christi hierarchiae ordinatio; Iob trigesimo octavo: Numquid nosti ordinem coeli, etc. In defectibilis influxus intelligitur Christi gratiae plenitudo; Psalmus: Qui operit coelum nubibus et parat terrae fluvium. Paravit autem Pater Filio sedem sicut*

3521 *regi ad sublimiter praesidentem;* Isaias sexto: *Vidit Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum.* Sicut magistro ad fontaliter docendum; Sapientiae nono: *Da mihi, Domine, sedem tuarum assistentem sapientiam.* Sicut iudici ad iuste remunerandum; Psalmus: *Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi, virga directionis virga regni tui.* Sicut pontifici ad liberaliter influendum; Apocalypsis ultimo: *Ostendit mihi fluvium aquae vitae, etc., procedentem de sede Dei et Agni.*

3522 Qui ergo cum Christo vult sibi parare sedem in caelo parat sibi sedem regalem per humilitatis perfectionem; Apocalypsis tertio: *Qui vicisti, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Humilitas autem habet hos gradus: spernere mundum, spernere nullum, spernere se ipsum, spernere se sperni, gaudere de spreto; Magistratum per veritatis amorem; Marci ultimo: *Postquam locutus est eis, assumptus est in coelum et sedet a dextris Dei.* Iudicalem per iustitiae rectitudinem; Psalmus: *Iustitia et iudicium preparatio sedis tuae.* Pontificalem per misericordiae pietatem; Apocalypsis quarto: *Vidi sedentem et in circuitu sedis sedula viginti quatuor et super thronos viginti quatuor seniores, Patres veteris et novi Testamenti, qui fuerunt viri misericordiae.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

TEX. L. BERNARDINO GREGORIO, 1020. II. SERMO. 465.

3523 **S**extimo vero est ab omnibus adoratum et veneratum. An non omnis creatura fecit genu Nominis eius? quoniam in creatura etiam quotidie sunt mirabilia in Nominis eius? Proinde Origenes ait: *Nomen Iesu nomen gloriosum, et omni cultu gloriosissimum;* unde, salva veritate, non immerito potest dici, ac pia devotione credi quod, quum Paulus raptus fuit in Paradisum, sicut ipsemet testatur (II Cor. XII); *Et audivit arcana verba quae non licet homini loqui, quod tunc perfecte*

3524 *didicit.* Nomen Iesu ab omnibus adorandum: nempe in rapta istum est audire quod et videre.

Ad cuius evidentiam advertendum est quod triplex est cognitio Dei: Prima per naturam, secunda per gratiam, tertia per gloriam. Prima est per naturam: potest enim intellectus humanus cognoscere Deum per naturam, sicut etiam Philosophi cognoverunt: nam, secundum Boetium, omnibus hominibus cognitio Dei naturaliter inest. Secunda est per gratiam, id est, per fidem formatam sive informem, sicut eum cognoscunt fideles in hac vita. Tertia est per gloriam, quod est videre Deum per essentiam, sicut eum Beati vident in patria: et ad hunc gradum impossibile est accedendum statum viam pertingere, nisi divina virtute supra naturam mirabiliter operante et elevante.

3525 Usque ad hunc gradum fuit anima beati Pauli elevata, et hoc est tertium coelum ad quod Paulus raptus fuit, quia vidit deum essentiam; unde secundum Augustinum in libro *De videndo Deum*: *Et audivit arcana verba, quia fuit illuminatus et instructus de tam altis mysteriis, quod de eis non licet homini loqui; tum quia explicari non debent humana lingua; tum quia animatus homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Gregorii Papae.

Habitu integra in die Ascensionis.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

IN ASCENS. DOM. SERMO 7.

3526 **R**ecumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus (MARC. XVI, 14). Apparuit vere benignitas et humanitas Salvatoris. Multam enim fiduciam praestat, quod libentius adit orationi incumbentibus, quando nec recumbentibus quidem dedignatur adesse. Apparuit, inquam, benignitas eius qui cognovit figmentum nostrum, nec dedignatur necessitates nostras, sed miscratur; si tamen curam carnis non in desiderio facimus, sed in necessitate. Quod considerans idem Apostolus, *Sive manducamus, inquit, sive bibimus, sive aliquid aliud facimus, omnia in gloriam Domini faciamus* (I Cor. X, 31). Potest tamen quod recumbentibus apparuit ad id quoque referri quod alibi calumnian-

tibus Iudaeis adversus discipulos non icimantes: *Non possunt, inquit, filii sponsi lugere quamdiu cum eis est sponsus. Sequitur: Et exprobravit incredulitatem illorum et, duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crederunt* (MATTH. IX, 15). Audis Christum discipulos increpantem, immo (quod durius sonat) etiam exprobrantem, nec quandoquidem, sed ea hora qua, eis corporalem praesentiam subtrahitur, videri poterat magis ab increpatione parcere debuisse. Noli ergo indignari de cetero, si te quoque aliquando Christi vicarius increpaverit. Id enim exhibet quod ascensus ab eis in caelum, aut Christus legitur exhibuisse discipulis. Sed quid est, fratres, quod dicit: *His qui viderant eum resurrexisse, non crederunt?* Aut qui flere, quorum beati oculi gloriosum resurrectionis Domini acciperent, videri miraculum? Neque enim resurgentem illum quisquam legitur, aut crediderit vidisse mortuum. Restat ergo de angelis accipiendum, quibus utique resurrectionis testimonium perlucens, apostolorum pusillanimitas haesitavit.

Iam vero ut faciat quod scriptum est, *Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me* (PSAL. CXVIII, 66); visitationis gratiam, exprobrationis censuram, praedicationis quoque doctrina sequatur et dicat: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit*. Sed quid ad haec dicemus, fratres? Magna nimis videtur saecularibus hominibus in hoc verbo data fiducia, verocorpe ne dare eam incipiant in occasione carnis, blandientes sibi plusquam oporteat sine operibus de baptismo et credulitate. Veramtamen consideremus quod sequitur: *Signa autem eis qui crediderit, haec sequuntur*. Nec minor fortasse videbitur ipsis quoque religionis ex hoc verbo provenire desperatio quam ex verbo priore vanae spei data

saecularibus occasio videretur. Quis enim ea quae in praesenti loco scripta sunt signa videtur habere credulitatis, sine qua nemo poterit salvari, quoniam qui non crediderit, condemnabitur; et, *Sine fide impossibile est placere Deo?* Quis, inquam, daemonia eicit, linguis novis loquitur, serpentes tollit? Quid ergo? Si nemo haec habet, aut per pauci nostris videntur habere temporibus; aut nemo salvabitur, aut hi soli qui his meritis gloriantur, quae non tam merita sunt quam indicia meritorum: adeo ut multi dicentes, *Nomen in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* audire habeant in iudicio; *Nescio vos, discite a mi, operari iniquitatis*. Ubi est quod ait Apostolus cum de iusto indice loqueretur: *Qui reddet unicuique iuxta opera sua, si (quod absit) quaerenda sunt in iudicio signa potius quam merita?*

Sunt tamen et ipsa merita signa quaedam, certiora utique et salubriora. Nec difficile arbitror nosse quemadmodum intelligi signa possint praesentia, ut sint indubitata signa credulitatis, ac per hoc et salutis. Primum enim opus fidei per dilectionem operantis, cordis compunctio est; in qua sine dubio eiciuntur daemonia, cum eradicantur e corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquuntur novis, cum iam recedunt vetera ore eorum nec de cetero vetusta protoparentum lingua loquuntur, declinantium in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. Ubi vero compunctio cordis et oris confessione priora sunt deleta peccata, ne recidivam patiantur, et iam sint posteriora peiora prioribus, serpentes tollant necesse est, id est ut venenatas suggestiones extinguant. Quid tamen agendum, si qua forte radix pullulat, quae tam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum

concupiscentia carnis? Profecto si mortiferum quid liberint, non eis nocet: quoniam, iuxta Salvatoris exemplum, cum gustaverint, nolent bibere, id est cum senserint, nolent consentire. Sic enim non eis nocet (quia nulla damnatio est his qui sunt in Christo Iesu) concupiscentiae sensus absque consensu. Quid tamen? Molesta certe et periculosa est sic corruptae et infirmae affectionis lucta: sed qui crediderint, super aegros manus imponent, et bene habebunt, id est aegras affectiones bonis operibus operient, et hoc remedio curabuntur.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO GENERALI, VOL. II, SERM. 40.)

In praefata autem violente pie possumus meditari quod ipse (Paulus) vidit gloriosum Dominum, qui constitutus erat in gloria Dei Patris, in coelestibus super omnia Principatum, Potestatem, Virtutem, et Dominatum, et super omnia nomen quod nominatur, non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro, et quod Pater omnia subiecit sub pedibus eius, sicut ipse ait ad Ephes. I. Quam igitur erant illi in tanta gloria sublimatum, quodam spiritali clamore inflammatus, totus ex amore illius exclamavit, dicens: *Iesus, amor meus*; ad cuius nominationem et clamorem omnes Civis beati genuflexerunt, adorantes Iesum in nominatione illius.

In eodem nomine intellexit quod in nominatione Iesu congregatebant se omnes spiritus infernales; ac sic debere facere omnes spiritus viatores. Proinde, a caelo rediens ac praedicta recollens, in spiritu Dei praecipiens, universis scripsit verbum propositum, alienis (Petrus, 11): *In nomine Iesu omni genuflectatur, coelestium, terrestrium, et infernorum*. Coelestes per gloriam, terrestres per gratiam, et infernales per iustitiam sempiternam. Plane effusum est, tanquam oleum, Nomen Iesu, quando non solum caelum, terrasque perfudit, sed etiam inferos superasperavit.

Hoc autem Ecclesia volens ad omnibus impleri, statuit extra de immunitate. Eccles. dicit: *Domini nominatio, lib. 6 dicitur: Convenientes in Ecclesia, Nomen quod est super omne nomen, a quo aliud sub caelo non est datum hominibus in quo fieri credentes salvos oporteat, Nomen, videlicet, Iesu Christi qui salvum facit populum suum*

a peccatis eorum, exhibitione spiritualis reverentiae attollant, et quod generaliter scribitur ut in *Nominis Iesu omne genuflectatur*, singuli singulariter in seipsis implentes, praecipue dum aguntur Missarum sacra mysteria, gloriosum illud Nomen quodlibetque recollitur, flectant genu cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur.

FERIA QUARTA

Homilia S. Gregorii Papae.

Habetur integra in die Ascensionis.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

(DE ASCENS. DOM. SERMO 2.)

SOLEMNITAS ista, fratres charissimi, gloriosa est et (ut ita dicam) gaudiosa, in qua et singulari Christo gloria, et nobis specialis laetitia exhibetur. Consummatum enim et adimpletum est reliquarum solemnitatum, et felix clausula totius itinerarii Filii Dei. Qui enim descendit, ipse est, et qui ascendit hodierna die super omnes coelos, ut adimpleret omnia. Iam enim, cum se dominum universorum quae sunt in terra et in mari et in inferno probasset, non restabat nisi ut aeris et caelorum se esse Dominum argumentis similibus, vel certe potioribus comprobaret. Terra enim cognovit Dominum, quia ad vocem virtutis eius, cum clamasset magna voce, *Lavare, veni foras*, mortuum reddidit. Cognovit mare, quia solidum se praebuit sub pedibus eius, ita ut apostoli eum putarent phantasma esse. Cognovit infernus, cuius ipse portas aereas et vectes ferreas confregit, ubi et ligavit illum insatiabilem homicidam qui vocatur diabolus et satanas. Profecto qui mortuos suscitavit, leprosos mundavit, caecos illuminavit, claudos firmavit et omnes exsufflavit infirmitates, Dominus omnium fuit, et eadem manu qua fecerat, quae defecerat reficiebat. Sic et qui in ore piscis cum ipso pisce statorem invenire praedixit, patet proculdubio quia maris et omnium quae in mari

moventur dominus fuit. Qui vero tradidit aereas potestates et afflixit eas cruci suae, claret quia super infernales officinas potestatem accepit. Hic est enim qui pertransit beneficiendo et sanando omnes oppressos a diabolo, qui stetit in loco campestri ut doceret turbas, ante praesidem ut alapis sustineret; toto tempore quo in terris visus est et cum hominibus conversatus, in laboribus multis stans, et operans salutem in medio terrae.

3533 Ad claudendam igitur tunicam tuam inconsutilem, Domine Iesu, ad perficiendam fidei nostrae integritatem, restat ut, videntibus discipulis, per medium aeris, sicut aeris Dominus, ascendas super omnes coelos. Ex tunc probabitur quia Dominus universorum tu es, quia omnia in omnibus adimplesti, et iam tibi profecto debebitur ut in nomine tuo omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confiteatur quia tu es in gloria et in dextera Patris. In hac dextera sunt delectationes usque in finem: et ideo monet Apostolus ut quaeramus quae sursum sunt, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quia illic profecto thesaurus noster est Iesus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

3534 Quid tamen putatis, fratres, quantum dolor et timor irrupit apostolica peccata, cum eum viderent a se tolli et attolli in aera, non scalis adlutum, non sublevatum funibus, etsi angelico comitatu obsequio, non tamen sultum auxilio, sed gradientem in multitudine fortitudinis suae? Impletum est quod eis dixerat: *Quo ego vado, vos non potestis venire* (IOANN. VII, 34). Quocumque enim terrarum fisset, eum indivisibiliter sequerentur; mare (sicut Petrus fecit ali-

quando) cum eo etiam submergendi intrarent: sed haec sequi non poterant, quia *corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (SAP. IX, 15). Dolor ergo nimis erat, quia videbant illum propter quem omnia reliquerant a suis sensibus et aspectibus tolli, ut non possent, ablato a se sponso, filii sponsi non lugere: timor, quia orphani relinquebantur in medio Iudaeorum, nondum confirmati virtute ex alto. Benedicens ergo eis ferebatur in caelum, forte concussis illius singularis misericordiae visceribus, cum miseris suos et pauperem suam scholam relinqueret; nisi quod veniebat parare eis locum et quia expediebat ut praesentiam eis subtraheret corporalem. Quam felix, quam digna ista processio! ad quam ne ipsi quidem adhuc apostoli digni fuerunt admitti, cum et animarum sanctorum et caelestium virtutum triumphali pompa deductus ad Patrem, sedet a dextris Dei. Nunc vere adimplevit omnia, quia natus est inter homines, cum hominibus conversatus est, ab hominibus et pro hominibus passus et mortuus est, resurrexit, ascendit, sedet ad dexteram Dei. Agnosco tunicam desuper contextam per totum, quam superna illa mansio claudit: ubi adimpletus est et adimplevit omnia Dominus Iesus Christus.

3535 Verumtamen quid mihi et solemnitatibus istis? Quis me consolabitur, Domine Iesu, quia te non vidi in cruce suspensum, plagis lividum, pallidum morte; quia non sum crucifixo compassus, obsecutus mortuo, ut saltem lacrymis meis loca illa vulnerum delinirem? Quomodo me derelinquisti insalutatam, tum formosus in stola tua Rex gloriae in alta caelorum te receperisti? Prorsus renuisset consolari anima mea, nisi me angeli in voce exsultationis praevenis-

sent, qui dixerunt: *Viri galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum* (ACT. I, 12). Sic, inquit, veniet. Ergone veniet quaerere nos in illa tam singulari quam universali processione, cum, praecedentibus omnibus angelis et subsequentibus hominibus universis, descendet iudicare vivos et mortuos? Proculdubio veniet: sed quomodo ascendit, non quomodo ante descendit. Humilis enim prius venit animas salvare: sublimis autem venit cadaver istud resuscitare et configurare corpori claritatis suae, ut inferiori huic vasculo abundantior impendere videatur honorem. Tunc enim videbitur cum potestate magna et maiestate qui prius in infirmitate carnis latebat. Intuebor et ego eum, sed non modo; video eum, sed non prope: ita ut haec secunda glorificatio priori glorificationi propter excellentem gloriam manifeste praeleuceat.

3536 Interim manipulus primitiarum nostrarum Christus oblatos est, ad dexteram Patris assumptus, et assistit nunc vultui Dei pro nobis. Sedet autem, habens in dextera misericordiam, in sinistra iudicium; et misericordiam multam nimis et iudicium multum nimis: in dextera a quam, in sinistra ignem immobiliter tenens. Et quidem corroboravit misericordiam super timentes se secundum altitudinem coeli a terra, ut maiores cumulis miserationum Domini sentiant quam sit spatium inter caelum et terram. Propositum namque Dei super illos manet immobile: et misericordia haec ab aeterno et usque in aeternum super timentes eum; ab aeterno per praedestinationem, in aeternum per glorificationem. Similiter et in reprobis terribilis est super filios hominum, et utrimque stat fixa sententia aeternitatis, et in his qui salvi

fiant et in his qui pereunt. Quis scit si omnium vestram quo hic video nomina scripta sunt in coelis, et in libro praedestinationis annotata? Vocationis enim et iustificationis vestrae aliqua signa mihi videor intueri in conversatione huius humilitatis. Quanto putas gaudio replerentur omnia ossa mea, si id scire contingeret? Sed nescit homo utrum sit dignus amore, an odio.

Propterea, dilectissimi, perseverate in disciplina quam suscepistis, ut per humilitatem ad sublimitatem ascendatis: quia haec est via, et non est alia praeter ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit: quia sola est humilitas quae exaltat, sola quae ducit ad vitam. Christus enim cum per naturam divinitatis non haberet quo cresceret vel ascenderet, quia ultra Deum nihil est; per descensum quomodo cresceret invenit, veniens incarnari, pati, mori, ne morem in aeternum: propter quod Deus exaltavit illum, quia resurrexit, ascendit, sedet a dextris Dei. Vade et tu fac similiter. Neque enim ascendere potes, nisi descenderis: quia, ut aeterna lege fixum est, *Omni qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur*. O perversitas! o abusus filiorum Adam! quia, cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum, ipsi et leviter ascendunt et difficillius descendunt, parati ad honores et celsitudines graduum ecclesiasticorum, ipsi etiam angelis humeris formidandos. Ad sequendum autem te, Domine Iesu, vix inveniuntur qui vel trahi patiantur, qui velint duci per viam mandatorum tuorum. Alii enim trahuntur, qui possunt dicere: *Traha me post te*. Alii ducuntur, qui dicunt: *Introduxit me rex in cellaria sua*. Alii rapiuntur, sicut Apostolus raptus est ad tertium caelum. Et primi quidem felices, qui in patientia sua possident animas suas: se-

cundi feliciores, quia ex voluntate sua confitentur ei: tertii felicissimi, qui, in profundissima Dei misericordia quasi quodammodo sepulta iam arbitrii sui potestate, in divitiis gloriae in spiritu ardoris rapiuntur, nescientes sive in corpore, sive extra corpus; hoc solum scientes, quod rapti sint. Beatus qui ubique te ducem habet, Domine Iesu, non illum refugam spiritum qui statim ascendere voluit et tota divinitatis dextera percussus est. Nos autem populus tuus et oves pascuae tuae sequamur te, per te, ad te: quia tu es via, veritas et vita; via in exemplo, veritas in promisso, vita in praemio. Verba enim aeternae vitae habes; et nos cognoscimus et credimus quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui es super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX C. SERMONIBUS STEPHANI, VOL. II, SERM. 49.)

3538 **U**t igitur hoc ferventius et devotius observetur utilitatis, ac profectus quos nobis conferat hoc Nomen Iesu diligentius consideremus. Est enim simillimum soli: sicut enim sol iste materialis suo vigore, splendore, ac calore vivificat, augmentat, atque servat cuncta terrae viventia; sic Nomen Iesu cunctis in hoc saeculo peregrinans vitam gratiae praestat et incipientibus, et proficientibus. Proinde Zach. vi. ait: *Orans nomen eius, id est, sicut sol refulgens in Oriente.* Et iterum Ps. xviii. ait: *In sole posuit tabernaculum suum, id est, fecit solum mysticum, qui est radius fidei tabernaculum Nominis sui.* Distingramus igitur falgorem huius sacri Nominis in duodecim splendidos radios, ut abundantia radiosae fidei Nominis Iesu Christi in duodecim articulis per duodecim Apostolos per totum universum radiosae diffusae mysticae designetur, sicut (Ecc. xiii. dicitur: *Sol illuminatio per omnia veritat.*

3539 Primo incipientibus enim quatuor radios, seu radiosae virtutes habet. Nomen Domini Iesu, secundum quod quatuor mala adversantur eis. Est enim adversaria: primo culpa, secundo pugna, tertia concupiscentia, quarto etiam poena. Contra haec quatuor est Nomen Iesu. Primo refugium poe-

nitentium, secundo vexillum praefiantium, tertio remedium infirmantium, quarto solatium patientium.

IN OCTAVA ASCENSIONIS

Homilia S. Gregorii Papae.
Habetur integra in die Ascensionis.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN DIE ASCENS. HOMIL.

3540 **Q**UOMODO novissime, quasi iam ultra eum non viderint? Novissimum quippe illud est, quo Dominum Apostoli in terra viderunt, quando ascendit in coelum, quod factum est quadragesimo die post eius resurrectionem. Numquid nam tunc exprobraturus erat, quod non credidissent eis qui eum viderant resurrexisse, quando iam et ipsi post resurrectionem toties eum viderant? Illud ergo accipiamus, post multas demonstrationes eius, quibus per dies quadraginta discipulis suis praesentatus est, cum etiam novissime recumbentibus illis undecim apparuisse, id est, ipso quadragesimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensus in coelum, hoc eis illo die maxime exprobrare voluisse, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant, antequam eum ipsi viderent: cum utique post ascensionem suam praedicantibus illis Evangelium, gentes quae non viderunt, fuerant crediturae. Post illam quippe exprobrationem secutus, ait idem Marcus:

3541 *Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae: qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Hoc ergo praedicaturi, quoniam qui non crediderit, condemnabitur, cum id utique non crediderit quod non vidit, non ipsi primitus fuerant obiurgandi, quod antequam Dominum viderent, non crediderint eis quibus Dominus apparuisset? Quod vero dixit eis:

3542 *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae.* Numquid sanctum Evangelium vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat praedicandum, ut de eo discipulis dicitur: *Praedicate omni creaturae.* Sed omnis creaturae nomine potest omnis natio gentium designari. Ante enim dictum fuerat: *In viam gentium ne abieritis:* nunc autem dicitur: *Praedicate omni creaturae,* ut, scilicet, prius a Iudaea Apostolorum repulsa praedicatio, tunc nobis in Adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suae testimonium superba repulisset.

3543 *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Fortasse unusquisque apud semetipsum, dicat: Ego iam credidi, salvus ero; verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: *Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Hinc Ioannes ait: *Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est.* Cum autem dicitur: *Qui vero non crediderit, condemnabitur,* quid hic dicimus de parvulis, qui per aetatem adhuc credere non valent: nam de maioribus nulla quaestio est. In Ecclesia ergo Salvatore per alios parvuli credunt, sicut ex aliis ea quae illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt.

3544 *Signa autem eis qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia eiciunt, linguas loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocet, super aegros manus imponent, et bene habebunt.* Numquid quia ista signa non factus, minime credimus? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt: ut enim ad fidem cresceret, miraculis fuerat nutrienda. Quia et nos cum

arbusta plantamus, tandem eis aquam fundimus, quousque ea in terra convalescere videamus. At si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.* An non habemus de his signis atque virtutibus quae adhuc subtilius considerare debeamus? Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manus credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi daemonia eiciunt? Et fideles quique qui iam vitae veteris saecularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes et potentiam, quantum praevalent narrant, quid aliud faciunt, nisi novis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus militiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt, et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocet; qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt, et exemplo suae operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant, quid aliud faciunt, nisi super aegros manus imponent, ut bene habeant? Quae nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto magis spiritualia: tanto maiora sunt, quanto per haec non corpora, sed animae suscitantur.

3545 *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei.* Considerandum nobis est, quid est quod Marcus ait: *Sedet a dextris Dei,* et Stephanus dicit: *Videos caelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei.* Quid est quod

cundi feliciores, quia ex voluntate sua confitentur ei: tertii felicissimi, qui, in profundissima Dei misericordia quasi quodammodo sepulta iam arbitrii sui potestate, in divitiis gloriae in spiritu ardoris rapiuntur, nescientes sive in corpore, sive extra corpus; hoc solum scientes, quod rapti sint. Beatus qui ubique te ducem habet, Domine Iesu, non illum refugam spiritum qui statim ascendere voluit et tota divinitatis dextera percussus est. Nos autem populus tuus et oves pascuae tuae sequamur te, per te, ad te: quia tu es via, veritas et vita; via in exemplo, veritas in promisso, vita in praemio. Verba enim aeternae vitae habes; et nos cognoscimus et credimus quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui es super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX C. SERMONIBUS STEPHANI, VOL. II, SERM. 49.)

3538 **U**t igitur hoc ferventius et devotius observetur utilitatis, ac profectus quos nobis conferat hoc Nomen Iesu diligentius consideremus. Est enim simplicissimum soli: sicut enim nihil iste materialis sub vigore, splendore, ac calore vivificat, augmentat, atque servat cuncta terrae viventia; sic Nomen Iesu cunctis in hoc saeculo petrogunt vitam gratiae praestat et incipientibus, et proficientibus. Proinde Zach. vi. ait: *Oratio nomen eius, id est, sicut sol refulgens in Oriente.* Et iterum Ps. xviii. ait: *In sole posuit tabernaculum suum, id est, fecit solum mysticum, qui est radius fidei tabernaculum Nominis sui.* Distingramus igitur falgorem huius sacri Nominis in duodecim splendidos radios, ut abundantia radiosae fidei Nominis Iesu Christi in duodecim articulis per duodecim Apostolos per totum universum radiosae diffusae mysticae designetur, sicut (Ecc. xiii. dicitur: *Sol illuminatio per omnia veritat.*

3539 Primo incipientibus enim quatuor radios, seu radiosae virtutes habet. Nomen Domini Iesu, secundum quod quatuor mala adversantur eis. Est enim adversaria: primo culpa, secundo pugna, tertia concupiscentia, quarto etiam poena. Contra haec quatuor est Nomen Iesu. Primo refugium poe-

nitentium, secundo vexillum praefiantium, tertio remedium infirmantium, quarto solatium patientium.

IN OCTAVA ASCENSIONIS

Homilia S. Gregorii Papae.
Habetur integra in die Ascensionis.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN DIE ASCENS. HOMIL.

3540 **Q**UOMODO novissime, quasi iam ultra eum non viderint? Novissimum quippe illud est, quo Dominum Apostoli in terra viderunt, quando ascendit in caelum, quod factum est quadragesimo die post eius resurrectionem. Numquid nam tunc exprobraturus erat, quod non credidissent eis qui eum viderant resurrexisse, quando iam et ipsi post resurrectionem toties eum viderant? Illud ergo accipiamus, post multas demonstrationes eius, quibus per dies quadraginta discipulis suis praesentatus est, cum etiam novissime recumbentibus illis undecim apparuisse, id est, ipso quadragesimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensus in caelum, hoc eis illo die maxime exprobrare voluisse, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant, antequam eum ipsi viderent: cum utique post ascensionem suam praedicantibus illis Evangelium, gentes quae non viderunt, fuerant crediturae. Post illam quippe exprobrationem secutus, ait idem Marcus:

3541 *Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae: qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Hoc ergo praedicaturi, quoniam qui non crediderit, condemnabitur, cum id utique non crediderit quod non vidit, non ipsi primitus fuerant obiurgandi, quod antequam Dominum viderent, non crediderint eis quibus Dominus apparuisset? Quod vero dixit eis:

3542 *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae.* Numquid sanctum Evangelium vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat praedicandum, ut de eo discipulis dicitur: *Praedicate omni creaturae.* Sed omnis creaturae nomine potest omnis natio gentium designari. Ante enim dictum fuerat: *In viam gentium ne abiitis:* nunc autem dicitur: *Praedicate omni creaturae,* ut, scilicet, prius a Iudaea Apostolorum repulsa praedicatio, tunc nobis in Adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suae testimonium superba repulisset.

3543 *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Fortasse unusquisque apud semetipsum, dicat: Ego iam credidi, salvus ero; verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: *Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Hinc Ioannes ait: *Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est.* Cum autem dicitur: *Qui vero non crediderit, condemnabitur,* quid hic dicimus de parvulis, qui per aetatem adhuc credere non valent: nam de maioribus nulla quaestio est. In Ecclesia ergo Salvatore per alios parvuli credunt, sicut ex aliis ea quae illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt.

3544 *Signa autem eis qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia eicient, linguas loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocbit, super aegros manus imponent, et bene habebunt.* Numquid quia ista signa non factus, minime credimus? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt: ut enim ad fidem cresceret, miraculis fuerat nutrienda. Quia et nos cum

arbusta plantamus, tandem eis aquam fundimus, quousque ea in terra convalescere videamus. At si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.* An non habemus de his signis atque virtutibus quae adhuc subtilis considerare debeamus? Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manus credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi daemonia eicient? Et fideles quique qui iam vitae veteris saecularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes et potentiam, quantum praevalent narrant, quid aliud faciunt, nisi novis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus militiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt, et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocbit; qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt, et exemplo suae operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant, quid aliud faciunt, nisi super aegros manus imponunt, ut bene habeant? Quae nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto magis spiritualia: tanto maiora sunt, quanto per haec non corpora, sed animae suscitantur.

3545 *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, et sedet a dextris Dei.* Considerandum nobis est, quid est quod Marcus ait: *Sedet a dextris Dei,* et Stephanus dicit: *Videos caelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei.* Quid est quod

Marcus hunc sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scimus quia sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuvantis. Quia ergo Redemptor noster assumptus in coelum, et nunc omnia iudicat, et ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionis suae gloriam, iudex in fine videbitur: Stephanus vero in laboris certamine positus, stantem vidit, quem adiutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de coelo illius gratia pugnavit. Sequitur:

3546 *Illi autem profecti praedixerunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Quid in his considerandum est, quid memoriae commendandum nisi quod praeceptum obedientiae, obedientiam vero signa secuta sunt? Inter quae notandum, quod Evangelium suum Marcus quanto tardius ceteris inchoavit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Nam neque de nativitate ipsius Domini aut praecursoris eius, neque de infantia vel pueritia utriuslibet eorum aliqua commemorans, neque de nativitate Salvatoris alius scribens, excepto quod eum in capite Evangelii sui Filium Dei nominat, ab initio Evangelicae praedicationis, quod per Joannem factum est, coepit, et ad illud usque tempus narrando pervenit, quo Apostoli idem Evangelii verbum totum praedicando disseminare per orbem. Restat sane quaestio non minima, quomodo scripserit idem Evangelista angelum dixisse mulieribus: *Ita, dicit discipulis eius et Petro, quia praecedet vos in Galilaeam ibi eum videbitis sicut dixit vobis*, nec tamen ibi visum a Discipulis Dominum, in ullo post haec Evangelii sui loco retulerit. Et quidem Matthaeus abiisse discipulos dicit in Ga-*

lilaeam ibique Dominum vidisse et adrasse, et praeceptum ab eo accepisse eundi, docendi, baptizandi omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Attamen inspecta aliorum scriptura Evangelistarum, docet eum saepius antea visum discipulis, maxime ipso die resurrectionis eius in Ierosolymis, et in castello Emaus. Quare ergo specialiter se in Galilaeam praecessurum, et ibi a discipulis videndum praedixit, cum neque ibi solum, neque ibi primum fuerit visus? Videamus ergo cuius mysterii gratia secundum Matthaeum et Marcum resurgens ita mandaverit: *Praecedam vos in Galilaeam, ibi me videbitis*. Quod etsi completum est, tamen post multa completum est, cum mandatum sic sit, (quamquam sine praedicatione necessitatis) ut aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur fieri debuisset. Praecul dubio ergo quoniam vox est ista non Evangelistae narrantis, quod ita factum sit, sed angeli ex mandato Domini et ipsius Domini, Evangelistae autem narrantis; sed ita ab angelo et a Domino dictum sibi prophetiae dictum accipiendum est. Galilaea namque interpretatur vel transmigratio, vel revelatio. Prius itaque secundum transmigracionis significationem, quid aliud occurrit intelligendum: *Praecedet vos in Galilaeam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis*, nisi quia Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quibus Apostoli praedicantes Evangelium nullo modo crederentur, nisi eis ipse Dominus viam in cordibus hominum praepararet? Et hoc intelligimus, *praecedet vos in Galilaeam*. Quod autem gaudentes mirantur, disruptis et evictis difficultatibus aperiri sibi ostium in Domino per illuminationem fidelium, hoc intelligitur, *ibi eum videbitis*, id est, ibi membra eius invenietis, ibi vivum corpus eius in eis qui

vos susceperint, agnoscetis. Secundum illud autem quod Galilaea interpretatur revelatio, non iam in forma servi intelligendum est, sed in illa, in qua aequalis est Patri, quam promisit apud Ioannem dilectoribus suis cum diceret: *Ego diligam eum et ostendam illi meipsum*. Non utique, secundum id quod iam videbatur, et quod etiam resurgens cum cicatricibus non solum videndum, sed etiam tangendum postmodum ostendit, sed secundum illam ineffabilem lucem quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, secundum quam lucet in tenebris, et tenebrae eum non comprehenderunt. Illuc nos praecessit, unde ad nos veniens non recessit, et quo nos praecedens non deseruit. Illa erat revelatio tanquam vera Galilaea, cum similes ei erimus, ibi eum videbimus sicut est. Ipsa erit etiam beatorum transmigratio ex isto saeculo in illam aeternitatem, si eius praecepta sic amplectamur, ut ad eius dexteram aggregari mereamur. Tunc enim ibi sunt nisi ut combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam. *Hinc illic transmigrabunt, et ibi eum videbunt, quomodo non vident impij. Tolle tur enim impij ne videat claritatem Domini, et impij lumen non videbunt. Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te unum verum Deum, et quem visisti Iesum Christum, sicut in illa aeternitate cognoscitur, quo saas perducet per formam servi, ut eum liberi contempserit per formam Domini*. Quod nobis quoque praestare dignetur Iesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur Deus per immortalia saecula saeculorum. Amen.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERMO. 41.)

3547 **P**ERVO VERO NOMINE IESU est refugium poenitentium, scilicet, contra malum culpae: Quis enim peccator non timeat nomen potentiae? quis non pa-

vest nomen divinae irae? aut quem non terreat nomen furoris Dei? aut quem nominari audit Dominum altissimum? Sed, ecce, Nomen Iesu dulce refugium in quo exinanitur potestas, seu maiestas, dulcescit pietas, et Dei magna misericordia demonstratur.

3548 **O**lim vero in veteri Testamento in lago timoris erat terribile nomen Dei; unde Is. xxx, dicitur: *Ecco, nomen Domini de longinquo venit, ardens furor eius, et gravis ad portandum*. Vile quam terribile est nomen Dei, ubi ardor, furor, et pondus utique ad comburendum, ad saeviendum, ad obcoquendum.

3549 **S**ed haec omnia contemperata sunt in fonte misericordiae et pietatis, id est, in utero virginali per Iesum Christum amorem nostrum. Nam ibi ardor redactus est ad temperiem, furor ad mansuetudinem, et pondus ad laevitatem; unde iam filius a philos, quod est amor, denominatur; ac per hoc Dei amor immensus ad nos peccatores manifestus palam fiat. Proinde (f. c. 3), ait Angelus ad Mariam: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi operabitur tibi; Intempus quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*.

FERIA SEXTA POST OCT. ASCENS.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. Iohann. FRUCT. 33.

3550 **I**n his quae praecedunt hoc Evangelii capitulum, Dominus discipulos suos ad inimicorum odia perferenda confirmans, suo quoque praeparavit exemplo, ut eum imitando fierent fortiores: addens et promittens eis quod venturus esset Spiritus sanctus, qui de illo testimonium perhiberet, et adiciens quod et ipsi fierent testes eius, hoc utique in eis operante Spiritu sancto. Sic enim ait: *Ille testimonium perhibebit de me, et vos testimonium perhibebitis* (Iohann. xv, 26). Utique quia ille perhibebit, etiam vos perhibebitis: ille in cordibus vestris, vos in vobis vestris: ille inspirando, vos sonando, ut possit impleri: *In omnem terram exivit sonus eorum* (Psalm. xviii, 5). Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi

impleret Spiritu suo. Denique apostolus Petrus, cum iam verba eius audisset, ubi dixerat: *Non est servus maior domino suo, si me persecuti sunt, et vos persequantur* (IOANN. XV, 20); et hoc in illo iam videret impleri, in quo patientiam Domini sui, si exemplum sufficeret, debuit imitari: succubuit et negavit, non utique ferens quod illum ferre cornebat. Cum vere accepit donum Spiritus sancti, quem negaverat praedicavit; et quem coufiteri timuerat, non timuit profiteri. Prius enim exemplo quidem fuerat odicitus, ut quod fieri convenerat nosset; sed nondum fuerat virtute fultus, ut quod noverat faceret: instructus erat ut staret, sed non erat firmatus ne caderet. Quod posteaquam per Spiritum sanctum factum est, annuntiavit usque ad mortem, quem negaverat timens mortem. Ideo Dominus in hoc consequenti capitulo, de quo nunc vobis loquendum est, *Haec*, inquit, *locutus sum vobis, ut non scandalizemini*. Canitur quippe in Psalmo: *Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum* (PSAL. CXVIII, 165). Merito itaque promisso Spiritu sancto, quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit: *Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini*. Cum enim charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, fit pax multa diligentibus legem Dei, ut non sit illis scandalum.

355 Deinde quid passuri essent, iam exprimens ait: *Extra synagogas facient vos* (IOANN. XVI, 2). Quid autem mali erat apostoli expelli de synagogis Iudaicis, quasi non inde fuerant se separaturi, etiamsi eos nullus expelleret? Sed mirum hoc voluit denuntiare, quia Iudaei Christum non fuerant recepturi, a quo isti non fuerant recessuri; et ideo futurum erat, ut foras mitterentur cum illo ab eis, qui esse nolent in illo, hi

qui esse non possent sine illo. Nam profecto quia non erat ullus alius populus Dei quam illud semen Abrahae, si agnoscerent et reciperent Christum, tamquam rami naturales in olea permanerent; nec aliae fierent Ecclesiae Christi, aliae synagogae Iudaeorum: eadem quippe essent, si in eodem esse voluissent. Quod quia noluerunt, quid restabat nisi ut remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos, qui non relinquerent Christum? Accepto quippe Spiritu sancto testes eius effecti, non utique tales essent, de quibus dicitur: *Multi principes Iudaeorum crediderunt in eum; sed propter meliorem Iudaeorum, ne pellerentur de synagogis, non audebant confiteri eum: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam Dei* (IOANN. XII, 42, 43). Crediderunt ergo in eum, sed non sic quomodo eos volebat credere, qui dicebat: *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem expectantes, et gloriam quae a solo Deo est non quaerentes?* (Ibid. v, 44). Discipulis ergo sic in eum credentibus, ut impleti Spiritu sancto, hoc est dono gratiae Dei, non sint de numero eorum, qui ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti (ROM. X, 3); nec de illorum, de quibus dictum est: *Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei*: illa congruit propheta, quae de ipsis inventur impleta: *Domine, in lumine vultus tui ambulavit, et in nomine tuo exultavit tota die, et in tua iustitia exultavit: quoniam gloria virtutis eorum tu es* (PSAL. LXXXVIII, 16-18). Merito eis dicitur, *Extra synagogas facient vos*: illi, scilicet, qui *seculum Dei habent, sed non secundum scientiam*; propter quod *ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere* (ROM. X, 2, 3), eos expellunt qui non in sua, sed in Dei iustitia exultantur, nec expulsi ab hominibus erubescunt,

quoniam gloria virtutis eorum ipse est.

355 Denique cum hoc eis dixisset adiecit: *Sed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo: et haec facient vobis, quia non cognoverunt Patrem neque me* (IOANN. XVI, 2, 3). Hoc est, non cognoverunt Deum nec eius Filium, cui se in vobis occidendis praestare arbitrantur obsequium. Quae verba Dominus ita subiecit, tamquam ex hoc consolaretur suos, qui de synagogis Iudaicis pellerentur. Praenuntians enim quae mala essent pro eius testimonio perpeperi, *extra synagogas*, inquit, *facient vos*. Nec ait: Et venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo. Quid ergo ait? *Sed venit hora*: quemadmodum diceret, si aliquid boni post mala ista praediceret. Quid sibi ergo vult *extra synagogas facient vos, sed venit hora*? Tamquam hoc dicturus fuisset: Separabunt illi quidem vos, sed ego vos colligam; aut, separabunt quidem illi vos, sed venit hora laetitiae vestrae. Quid ergo ibi facit hoc verbum quod ait, *sed venit hora*, quasi consolationem eis promitteret post tribulationem: cum magis dicere debuisset videatur indicativo modo, Et venit hora? Sed non ait, Et venit, cum tribulationem super tribulationem, non consolationem post tribulationem venturam illis esse praediceret. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatum, ut mori mallet, quam in hac vita sine Iudaeorum congregationibus immorari? Absit ut sic turbarentur, qui Dei, non hominum gloriam requirebant. Quid ergo est *extra synagogas facient vos, sed venit hora*: cum potius dicere debuisset videatur, et venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo? Neque enim saltem dictum est, Sed venit hora ut interficiant vos, quasi ut eis

mors pro consolatione illius separationis accideret; sed *venit*, inquit, *hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo*. Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse, nisi ut intelligeret atque gauderent tam multos se Christo acquisituros, cum de Iudaeorum congregationibus pellerentur, ut eos non sufficeret pellere, sed non sinerent vivere, ne omnes ad nomen Christi sua praedicatione converterent et ab observatione Iudaismi, tamquam divinae veritatis, averterent. Hoc enim de Iudaicis dictum debemus accipere, de quibus dixerat: *Extra synagogas facient vos*. Nam testes, id est, martyres Christi, etiamsi occisi sunt a gentilibus, non tamen illi arbitrati sunt Deo, sed diis suis falsis obsequium se praestare, cum haec facerent. Iudaeorum autem omnis qui occidit praedicatores Christi, Deo se praestare putavit obsequium; credens quod desereret Deum Israel, quicumque converterentur ad Christum. Ut enim et ipsum Christum occiderent, ista ratione commoti sunt: nam eorum de hac re etiam verba conscripta sunt. *Videtis quia talis mundus post eum abiit; si dimiserimus eum vivere, venient romani, et tollent nobis et locum et gentem* (IOANN. XII, 19). Et quod Caiaphas dixit: *Expediit ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens periret* (Ibid. xi, 48). Et in hoc ergo sermone suos discipulos suo erexit exemplo, quibus dixerat: *Si me persecuti sunt, et vos persequantur* (IOANN. XV, 20); ut quemadmodum illum occidendo, Deo se praestitisse obsequium putaverunt, sic etiam illos.

Iste itaque sensus est in his verbis: *Extra synagogas facient vos*, sed nolite solitudinem formidare: separati quippe a congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, ut illi metuentes ne templum, quod erat apud eos,

et omnia legis veteris sacramenta deserantur, interficiant vos, sic fundentes sanguinem vestrum, ut Deo se praestare arbitrentur obsequium. Ecce est illud quod de his dixit Apostolus: *Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam* (Rom. x, 2): obsequium se putant praestare Deo, interficiendo famulos Dei. O error horrendus! Itane ut placeas Deo, periculis placem Deo; et templum Dei vivum te feriente prosternitur, ne Dei templum lapideum deseratur? O execrabilis caecitas! Sed ex parte in Israel facta est, ut plenitudo gentium intaret (Ibid. xi, 25): ex parte, inquam, facta est, non ex toto. Non enim omnes, sed aliqui ex ramis fracti sunt, ut insereretur oleaster. Nam Spiritu sancto implente discipulos Christi, cum linguis omnium gentium loquerentur, cum per eos divina miracula frequentarentur, et divina eloquia spargerentur, etiam occisus ita dilectus est Christus, ut eius discipuli expulsi a congregationibus Iudaeorum, ex ipsis quoque Iudaeis ingentem multitudinem congregarent, et nullam solitudinem formidarent. Hinc ergo accensit ceteri reprobi et caeci, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, et obsequium se praestare Deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos, qui de his futuris antequam occideretur, instruxerat eos, ne ignaros atque imparatos animos mala inopinata et improvisa, quamvis cito transitura, turbarent, sed praecognita et patienter accepta ad bona semperna perducerent. Hanc enim fuisse causam ut haec eis praenuntiaret, etiam ipse demonstravit adiungens: *Sed haec locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis* (Ioann. xvi, 4). Hora eorum hora tenebrosa, hora nocturna. *Sed in die mandavit Dominus misericordiam suam, et in*

nocte declavit (Psal. xli, 9): quando nox Iudaeorum separatam a se diem christianorum nulla confusione fuscavit, et quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.

Varia de SS. Nominis Iesu

(EX S. BERNARDINO PSENERI, VOL. II, SERM. 42.)

O igitur sanctissimum et gratiosissimum Nomen! O Nomen sanctum! O Nomen plenum, et omni dulcedine plenum! Hoc quidem est illud sanctissimum Nomen quod fuit tantum ab antiquis Patribus desideratum, tantis anxietatibus exoptatum, tantis languoribus prolangunt, tantis suspiriis invocatum, tantis lacrymis postulatum, sed tempore gratiae misericorditer donatum: hoc quidem desiderabat Propheta, quem ait: *Die autem nate nate: Salus tu ego sum; quasi diceret: O Domine, satis dixisti: Haec dicit Dominus exercituum; Deus ultionum et Dominus iustus noster; abscondit, quae non potentiam, non audiat nomen iudicis, taceat nomen iustitiae, da nobis nomen misericordiae: Sicut nomen Iesu in auribus meis, quia tunc vere vox tua dulcis, et haec tua decora.*

Eodem, dulce refrigerium Nomen Iesu, sine quo tam Patres antiqui, quam etiam homines novi Testamenti in vacuum speraverunt habere salutem; ideo dicitur Matth. ii: *Aut Angelus ad Ioseph: Facis nomen eius Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Et iterum (Act. 2), ait Petrus: *Hinc Propheta omnia desiderium perhibuit remissionem peccatorum accipere per nomen eius: omnes qui credent in eum, scilicet, fide operante per dilectionem: et I. Ioann. ii ait: Scribo vobis, filii mei, quia remittuntur vobis peccata vestra per Nomen eius. Et iterum (Act. 17), Petrus ait: Non enim aliud Nomen est hominibus sub caelo datum in quo oportet nos salvos fieri. Et iterum paulo ante de eodem nomine ait: Non est in aliquo alio nomine.*

SABBATO

IN VIGILIA PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SEQUENTIS IOANNIS.
IOANN. XIV, 23-24.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea servate.
16. Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum,

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, et in vobis erit.

18. Non relinquo vos orphanos: veniam ad vos.

19. Adhuc modicum et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, et vos vivetis.

20. In illa die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei incipsum.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOANN. TRACT. 74. 25.

356

AUDIVIMUS, fratres, cum Evangelium legeretur, Dominum dicentem: *Si diligitis me, mandata mea servate: et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere; quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.* Multa sunt, quae in istis paucis verbis Domini requiruntur: sed multum est ad nos, vel omnia quae hic quaerenda sunt quaerere, vel omnia quae hic quaerimus invenire. Verumtamen quantum nobis Dominus donare dignatur, pro nostra et vestra capacitate, quid dicere debeamus, et quid audire debeatis, attendentes, per nos, charissimi, quod possumus sumite, et ab illo quod non possumus poscite. Spiritum Paracletum Christus promisit apostolis, quo autem modo promiserit, advertamus. *Si diligitis me, inquit, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis.* Hic est utique in Trinitate Spiritus sanctus, quem Patri et Filio consubstantiali et coaeternum fides catholica confititur: ipse est de quo dicit Apostolus: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom. v, 5). Quomodo ergo Dominus dicit: *Si diligitis me, mandata mea servate; et ego*

*rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis; cum hoc dicat de Spiritu sancto, quem nisi habeamus, nec diligere Deum possumus, nec eius mandata servare? Quomodo diligimus ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valeamus? aut quomodo mandata servabimus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, mandata servare non possumus? An forte praecedit in nobis charitas, qua diligimus Christum, ut diligendo Christum eiusque mandata faciendo, mereamur accipere Spiritum sanctum, ut charitas non Christi, quae iam praecesserat, sed Dei Patris diffundatur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis? Perversa est ista sententia. Qui enim se Filium diligere credit et Patrem non diligit, profecto nec Filium diligit, sed quod sibi ipse confinxit. Deinde apostolica vox est: *Nemo dicit Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto* (I Cor. xii, 3). Et quis Dominum Iesum, nisi qui eum diligit, dicit, si eo modo dicit, quo Apostolus intelligi voluit? Multi enim voce dicunt, corde autem et factis negant: sicut de talibus ait: *Confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant* (Tit. 1, 16). Si negatur factis, procul dubio etiam dicitur factis. Nemo itaque dicit Dominus Iesus animo, verbo, facto, corde, ore, opere, nemo dicit Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: et nemo sic dicit, nisi qui diligit. Iam itaque Apostoli dicebant, Dominus Iesus. Et si eo modo dicebant ut non fecte dicerent, ore confitentis, corde et factis negantes; porsus si veraciter hoc dicebant, procul dubio diligebant. Quomodo igitur diligebant, nisi in Spiritu sancto? Et tamen eis prius imperatur, ut diligant eum et eius mandata conservent, ut accipiant Spiritum sanctum: quem nisi haberent, profecto diligere et mandata servare non possent.*

3557. Restat ergo, ut intelligamus Spiritum sanctum habere qui diligit, et habendo mereri ut plus habeat et plus habendo plus diligit. Iam itaque habebant Spiritum discipuli, quem Dominus promittebat, sine quo eum Dominum non dicebant: nec tamen eum adhuc habebant, sicut cum Dominus promittebat. Et habebant ergo et non habebant, qui quantum habendus fuerat, nondum habebant. Habebant itaque minus, dandus erat eis amplius. Habebant occulte, accepturi fuerant manifeste: quia et hoc ad maius donum sancti Spiritus pertinebat, ut eis innotesceret quod habebant. De quo munere loquens Apostolus ait: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis* (I COR. II, 12). Nam et ipsam manifestam imperitiam Spiritus sancti non semel, sed bis numero Dominus egit. Mox enim ut resurrexit a mortuis insufflans ait: *Accipite Spiritum sanctum* (IOANN. XX, 22). Numquid igitur quia tunc dedit, ideo non misit etiam postea quem promisit? Aut non idem ipse est Spiritus sanctus, qui et tunc est insufflatus ab ipso, et postea ab ipso missus e caelo? Quapropter cur ipsa quae facta est evidenter donatio eius, bis facta fuerit, alia questio est: fortassis enim propter duo praecepta dilectionis, hoc est proximi et Dei, ut commendaretur ad Spiritum sanctum pertinere dilectio, haec eius gemina est in manifestatione facta donatio. Et si alia causa quaerenda est, non nunc eius inquisitione in longiore quam oportet modum sermo iste mittendus est: dum tamen constet, sine Spiritu sancto Christum nos diligere et mandata eius servare non posse; et id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus; tanto autem amplius quanto illum percipimus amplius. Proin-

de non solum non habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur: non habenti quidem, ut habeatur; habenti autem, ut amplius habeatur. Nam nisi ab alio minus, ab alio amplius haberetur, sanctus Eliseus sancto Eliae non diceret: *Spiritus qui est in te, duplo sit in me* (IV REG. II, 9).

Quando autem ait Ioannes Baptista: *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum* (IOANN. III, 34), de ipso Dei Filio loquebatur, cui non est datus Spiritus ad mensuram; quia in illo inhabitat omnis plenitudo divinitatis (COLOSS. II, 9). Neque enim sine gratia Spiritus sancti est mediator Dei et hominum homo Christus Iesus (I TIM. II, 5): nam et ipse dicit de se fuisse propheticum illud impletum: *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me* (LUC. IV, 18-21). Quod enim est Unigenitus aequalis Patri, non est gratiae, sed naturae: quod autem in unitatem personae Unigeniti assumptus est homo, gratiae est, non naturae, consistente Evangelio atque dicente: *Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia, et gratia Dei erat in illo* (LUC. II, 40). Ceteris autem ad mensuram datur et datus additur, donec unicuique pro modo suae perfectionis propria mensura compleatur. Unde et monet Apostolus: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, unicuique sicut Deus partitus est mensuram fidei* (ROM. XII, 3). Neque enim ipse dividitur Spiritus, sed dona per Spiritum: nam divisiones donationum sunt, idem autem Spiritus (I COR. XII, 4).

Quod vero ait: *Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis* (IOANN. XIV, 16), ostendit et seipsum esse Paracletum. Paracletus enim latine dicitur advocatus; et dictum est de Christo: *Advocatum habemus ad Patrem Iesum Christum in-*

stium (I IOANN. II, 1). Sic autem mundum dixit non posse accipere Spiritum sanctum, sicut etiam dictum est: *Prudentia carnis inimica est in Deum, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest* (ROM. VIII, 7): velut si dicamus, iniustitia iusta esse non potest. Mundum quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, quae dilectio non est a Patre (I IOANN. II, 16). Et ideo dilectioni huius mundi, de qua satis agimus ut minuatur et consumatur in nobis, contraria est dilectio Dei, quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (ROM. V, 5). Mundus ergo eum accipere non potest, quia non videt eum, neque scit eum. Non enim habet invisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri Spiritus sanctus nisi invisibiliter non potest.

3560. Vos autem, inquit, cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit. Erit in eis ut maneat, non manebit ut sit: prius est enim esse alicubi, quam manere. Sed ne putarent quod dictum est, *apud vos manebit*, ita dictum quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consuevit, exposuit quid dixerit, *apud vos manebit*, cum adiunxit et dixit, *in vobis erit*. Ergo invisibiliter videtur: nec si non sit in nobis, potest esse in nobis eius scientia. Sic enim a nobis videtur in nobis et nostra conscientia: nam faciem videmus alterius, nostram videre non possumus; conscientiam vero nostram videmus, alterius non videmus. Sed conscientia numquam est, nisi in nobis; Spiritus autem sanctus potest esse etiam sine nobis; datur quippe ut sit et in nobis. Sed videri et sciri quemadmodum videndus et sciendus est, non potest a nobis, si non sit in nobis.

3561. Post promissionem Spiritus sancti, ne quisquam putaret, quod ita eum Dominus daturus fuerat velut pro seipso, ut non et ipse cum eis esset futurus, adie-

cit atque ait: *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos*. Orphani, pupilli sunt. Illud enim graecum eiusdem rei nomen est, hoc latinum: nam et in Psalmo ubi legimus: *Pupillo tu eris adiutor* (PSAL. IX, 14), graecus habet orphano. Quamvis ergo nos Filius Dei suo Patri adoptaverit filios, et eundem Patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius Pater est per naturam: tamen etiam ipse circa nos paternum affectum quodammodo demonstrat, cum dicit: *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos*. Hinc est quod etiam sponsi filios nos appellat, ubi dicit: *Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt filii sponsi* (MATTH. IX, 15). Quis autem sponsus, nisi Dominus Christus?

Deinde sequitur et dicit: *Adhuc modo dicunt, et mundus me iam non videt* (IOANN. XIV, 19). Quid enim, tunc eum videbat mundus? quandoquidem mundi nomine vult intelligi eos, de quibus superius est locutus, dicens de Spiritu sancto: *Quem mundus accipere non potest, quia non videt eum neque cognoscit eum*? (IOANN. XIV, 17). Videbat eum plane mundus carnis oculis in carne conspicuum, non autem videbat quod in carne Verbum latebat; videbat hominem, non videbat Deum; videbat indumentum, non videbat indutum. Sed quoniam post resurrectionem etiam ipsam carnem suam, quam non solum videndam, verum etiam contemendam demonstravit suis, noluit demonstrare non suis; hinc fortasse intelligendum est esse dictum: *Adhuc modo dicunt, et mundus me iam non videt: vos autem vidistis me; quia ego vivo, et vos vivetis*.

3562. Quid est, quia ego vivo, et vos vivetis? Cur de praesenti se dixit vivere, illos autem de futuro esse victuros, nisi quia vitam etiam carnis utique resurgentes, qualis in ipso praecedebat, et illis est

pollicetur securam? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio, presentis posuit temporis verbum propter significandam celeritatem: illorum autem quoniam saeculi differtur in finem, non ait vivitis, sed *vivētis*. Duas ergo resurrectiones, suam, scilicet, mox futuram et nostram in saeculi fine venturam, duobus verbis presentis temporis et futuri elegantius breviterque promisit. *Quia ego*, inquit, *vivo, et vos vivētis*: quia ille vivit, ideo et nos vivemus. *Per hominem quippe mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificantur* (I Cor. xv, 21, 22). Quoniam nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad vitam nisi per Christum. Quia non vivimus, mortui sumus: quia vixit ipse, vivemus nos. Mortui sumus illi, quando vivimus nobis: quia vero mortuus ille pro nobis, et sibi vivit et nobis. Quia enim vivit ille, et nos vivemus. Nam sicut per nos mortem habere potuimus, non sic et vitam per nos habere possumus.

³⁵⁶⁴ *In illo die, inquit, vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis* (IOANN. xiv, 20). In quo die, nisi de quo ait: *et vos vivētis*? Tunc enim erit, ut possimus videre quod credimus. Nam et nunc est in nobis et nos in illo: sed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoscemus, quamvis et nunc credendo noverimus, sed quod contemplando noscimus. Quamdiu enim sumus in corpore, quale nunc est, id est, corruptibile quod aggravat animam, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem (II Cor. v, 6. ss.). Tunc ergo per speciem, quoniam videbimus eum sicuti est. Nam si etiam nunc Christus in nobis non esset, non diceret Apostolus: *Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est pro-*

pter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam (Rom. viii, 10). Quia vero et nos etiam tunc in illo sumus, satis ostendit, ubi dicit: *Ego sum vitis, vos palmites* (IOANN. xv, 5). In illo ergo die, quando vivemus ea vita, qua mors absorbebitur, cognoscemus quia ipse in Patre, et nos in ipso, et ipse in nobis: quia tunc perficietur hoc ipsum, quod et nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis et nos in ipso.

²⁵⁵ *Qui habet, inquit, mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me* (Ibid. xiv, 21). Qui habet in memoria, et servat in vita; qui habet in sermonibus, et servat in moribus; qui habet audiendo et servat faciendo; aut qui habet faciendo, et servat perseverando; ipse est, inquit, qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. *Et qui diligit me, inquit, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Quid est, diligam, tamquam tunc dilecturus sit et nunc non diligit? Absit. Quomodo enim nos Pater sine Filio, aut Filius sine Patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligit? Sed ad hoc dixit diligam eum, ad quod acquiritur, et manifestabo ei meipsum. Diligam et manifestabo: id est, ad hoc diligam, ut manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit, ut credamus et mandatum fidei teneamus: tunc ad hoc diliget, ut videamus, et ipsam visionem mercedem fidei capiamus: quia et nos nunc diligimus, credendo quod videbimus; tunc autem diligemus, videndo quod credimus.*

Varia de SS. Nominis Iem.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. III, SERM. 47.)

³⁵⁶⁶ **H**oc quidem Nomen Iesus (Exod. xxviii) per nomen Domini Tetragrammaton praefiguratum est. Secundum enim Nicolaum de Lyra supra Exod. xxviii sextum ornamentum summi Sacerdotis erat lamina aurea pendens in fronte eius, ligata cum mitra illis hyacinthinis, in quo erat nomen Domini Tetragrammaton scriptum: haec autem ad modum cyronae erat formata; unde et corona imperfecta denominabatur; quia solum protendebatur ab aure ad aurem, transiens super frontem, secundum Iosephum, et Rabi Salomonem, ita quod ipse cum semicirculo quod erat ex parte posteriori capitis faciebat quasi coronam perfectam. Nam circa finem praedicti capituli Dominus ad Moysen ait: *Facies et laciniam de auro purissimo,*

in qua sculptus operis coelestis sanctum Dominum, id est, nomen Dei Tetragrammaton, secundum Nicolaum de Lyra.

³⁵⁶⁷ Et item in quaest. contra Iudaeos super illo verbo Ieroniae xxii, circa finem: *Pervertisti verba Dei vivantia, Domini excretaum*, inquit: Ubi nos habemus *Domini*, in Hebraeo ponitur *nomen Domini* Tetragrammaton, quod signat divinitatem naturam secundum suas proprietates intrinsecas, absque respectu ad extra.

³⁵⁶⁸ Hoc siquidem nomen in lamina aurea scriptum portabat Pontifex in fronte scriptum quoad ingrediebatur sacra sanctorum; ut mystice designaret quod nulla anima latroibit in templum regni caelorum ad sacrificandum Deo sacrificium laudis, nisi nomen Iesu portet scriptum in fronte sua, et sic sacrificabit tunc Deo sacrificium laudis.

JANIL



UNIVERSIDAD NOMINA DE NUEVO LEÓN



ÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOMINICA PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioh. XIV, 23-31.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

24. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, Patris.

25. Haec locutus sum vobis, apud vos manens. 26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque scripsero vobis.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: nec quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbet cor vestrum, neque formidet.

28. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos. Si diligereis me, gaudebis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.

29. Et nunc dixi vobis ut sciamus: ut eum factum fuerit, credatis.

30. Iam non multa loquar vobiscum, Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam.

31. Sed ut cognoscetis nunquam qui diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXX. IN EVANGELIO. Habita ad populum de basilica beati Petri apostoli in sacro Pentecostes.

3569

LIBET, fratres charissimi, evangelicae verba lectionis sub brevitate transcurrere, ut post diutius liceat in contemplatione tantae solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit: et foris apparentibus linguis igneis, intus facta

sunt corda flammantia: quia dum Deum in ignis visione suscipiunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est. Unde et Ioannes dicit: *Deus charitas est* (I IOANN. IV, 8, 16). Qui ergo mente integra Deum desiderat, protectio iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum quem diligit, non haberet. Sed ecce, si unusquisque vestrum requiratur, an diligit Deum, tota fiducia et secreta mente respondet: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicat: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit*. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in Epistola sua idem Ioannes dicit: *Qui dicit: Diligo Deum, et mandata eius non custodit, mendax est* (Ibid. v, 20). Vere etenim Deum diligimus, si ad mandata eius nos a nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diluit, profecto Deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

Et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Pensate, fratres charissimi, quanta sit ista solemnitas, habere in cordis hospitio adventum Dei. Certè si domum

vestram quisquam dives ac praepotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes pravi operis, qui Deo praeparat domum mentis. Sed videte quid Veritas dicat: *Veniemus, et mansionem apud eum faciemus*. In quorundam etenim corda venit, et mansionem non facit: quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliviscuntur; sique ad perpetranda peccata redeunt, ac si haec minime planxissent. Qui ergo Deum vere diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde Dominus et venit et mansionem facit: quia sic eum divinitatis amor penetra; ut ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat, eius videlicet mentem delectatio prava ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Unde et adhuc subditur: *Qui non diligit me, sermones meos non servat*. Ad vosmetipsos ergo, fratres charissimi, introrsus redite; si Deum vere amatis, exquirite: nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione Conditoris lingua, mens, et vita requiratur. Numquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est: si vero operari reluit, amor non est.

Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me Patris. Scitis, fratres charissimi, quia ipse qui loquitur unigenitus Filius, Verbum Patris est, et ideo sermo, quem loquitur Filius, non est Filii, sed Patris; quia ipse Filius Verbum est Patris. Haec locutus sum vobis, apud vos manens. Quando non maneret apud eos, qui ascensus coelum promittit, dicens: *Ece ego vobiscum*

sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi? (MATTH. XXVIII, 20). Sed Verbum incarnatum et manet et recedit: recedit corpore, manet divinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet: quia qui invisibili semper potestate praesens erat, corporali iam visione recedebat.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis. Nostis plurimi, fratres mei, quod graeca locutione Paraclitus, latina advocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco advocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud iustitiam Patris intervenit. Qui unius substantiae cum Patre et Filio exoratur pro delinquentibus perhibetur, quia eos quos repleverit, exorans facit. Unde et Paulus dicit: *Ipse enim Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (ROM. VII, 26). Minor vero est qui postulat, quam qui postulatur: quomodo ergo Spiritus postulare dicitur, qui minor non est? Sed ipse Spiritus postulat, quia ad postulandum eos quos repleverit, inflamat. Consolator autem idem Spiritus vocatur, quia de peccati perpetratione moerentibus, dum spem veniae praeparat, ab afflictione tristitiae mentem levat. De quo recte promittitur: *Ipse vos docebit omnia*. Quia nisi idem Spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum audite vocis perceptis. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admodum, est magister interior qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet?

De hac unctione Spiritus rursus per Ioannem dicitur: *Sicut unctio eius docet vos de omnibus* (I IOANN. 1, 27). Per vocem ergo non instruitur, quando mens per Spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando et ipse Conditor non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per unctionem Spiritus non loquitur? Certe Cain priusquam fratricidium opere perpetraret, audivit: *Peccasti; quiesce* (GENES. 4, 7, iuxta LXX). Sed quia culpis suis exigentibus voce est admonitus, non unctione Spiritus, audire verba Dei potuit, sed servare contempsit. Requiritur vero nobis est, cur de eodem Spiritu dicatur: *Suggestet vobis omnia*, cum suggerere solent esse minoris? Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, invisibilis Spiritus suggerere dicitur, non quod nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Hic relinquo, illic do. Sequentibus relinquo, perveniatis do.

3573

Ecoe, fratres charissimi, verba sacrae lectionis sub brevitate discussimus: nunc in contemplationem tantae festivitatis animum transferamus. Sed quia cum lectione evangelica vobis est etiam Actuum Apostolorum lectio recitata, ex ea ergo aliquid in usum nostrae contemplationis trahamus. Audistis etenim quia Spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque linguarum scientiam dedit. Quid, scilicet, hoc miraculo designans, nisi quod sancta Ecclesia eodem Spiritu repleta omnium gentium erat voce locutura? Qui vero contra Deum turrim aedificare conati sunt, communionem unius linguae perdidit in his autem qui Deum humiliter metuebant, linguae omnes unitae sunt. Hic ergo humilitas virtutem meruit, illic superbia confusionem.

Sed querendum nobis est, cur sanctus Spiritus Patri et Filio coaeternus in igne apparuit, cur in igne simul et linguis, cur aliquando in columba, aliquando vero in igne monstratur, cur super unigenitum Filium apparuit in columbae specie et super discipulos in igne; ita ut neque super Dominum veniret in igne, neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque haec quae proposuimus, solvendo redeamus. Patri namque et Filio coaeternus Spiritus in igne monstratur: quia incorporeus, ineffabilis atque invisibilis ignis est Deus, attestante Paulo: *Deus noster ignis consumens est* (HEBR. 12, 29). Deus quippe ignis dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne Veritas dicit: *Ignem veni mittere in terram: et quid volo, nisi ut ardeat?* (LUC. 12, 49). Terra enim vocata sunt corda terrena, quae dum semper infimas in se cogitationes congerunt, a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem Dominus in terram mittit, cum afflato sancti Spiritus corda carnalium incendit. Et terra ardet, cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum, relinquit concupiscentias praesentis saeculi, et incenditur ad amorem Dei. Bene ergo in igne apparuit Spiritus: quia ab omni corde quod replet, torporem frigoris excutit, et hoc in desiderium suae aeternitatis accendit. In igneis autem linguis monstratus est, quia idem Spiritus coaeternus est Filio; et habet cognitionem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris est Filius. Et quia una est Spiritus et Verbi substantia, idem Spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam procedit verbum, in linguis apparuit Spiritus, quia quisquis sancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id est unigenitum Filium confitetur; et negare Dei

3574

Verbum non valet, quia iam sancti Spiritus linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit Spiritus, quia omnes quos repleverit, ardentem pariter et loquentes facit. Linguae igneas doctores habent; quia dum Deum amandum praedicant, corda audientium inflammant. Nam et otiosus est sermo docentis, si praebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinae incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?* (LUC. 24, 32). Ex auditu quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleverit, in fleatibus cruciat; sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet praecepta caelestia; et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur, et quae torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba. Unde bene per Moysen dicitur: *In dextera eius ignea lex* (DEUT. XXXIII, 2). Sinistra quippe reprobi, qui et ad sinistram ponendi sunt: dextera autem Dei appellatur electi. In dextera ergo Dei lex ignea est, quia electi mandata caelestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad haec amores intimi facibus inardescunt. Sermo ad aures ducitur, et mens eorum sibi immet irata ex interna dulcedinis flamma concrematur. In columba vero Spiritus sanctus et in igne monstratus est, quia omnes quos repleverit, simplices et ardentem facit, simplices puritate, ardentem aemulatione. Neque enim placere Deo potest aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate. Hinc ipsa Veritas dicit: *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae* (MATTH. X, 16). Qua in re notandum est, quod discipulos suos nec

de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit Dominus admonere: quatenus et columbae simplicitatem astutia serpentis accenderet, et serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: *Nolite pueri effecti sensibus* (I COR. XIV, 20). Ecce prudentiam serpentis audivimus, nunc de simplicitate columbae moneamur: *Sed malitia parvuli estote* (Ibid.) Hinc de beato Iob dicitur: *Erat vir simplex et rectus* (Iob 1, 1). Quae est autem rectitudo sine simplicitate, aut quae simplicitas sine rectitudine? Quia ergo et rectitudinem docet iste Spiritus et simplicitatem, et in igne monstrari debuit et in columba; quatenus omne cor quod eius gratia tangitur, et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo iustitiae accensum fiat.

Ad extremum vero querendum est, cur in ipso Redemptore nostro Mediatore Dei et hominum per columbam apparuit, in discipulis vero per ignem? Certe unigenitus Dei Filius iudex est generis humani. Sed quis eius iustitiam ferret, si priusquam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus, mittem se hominibus praebuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuete corripere, ut haberet quos postmodum in iudicio salvaret. In columba ergo super eum apparere debuit Spiritus, qui non veniebat, ut peccata iam per zelum periret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra super discipulos in igne debuit Spiritus sanctus demonstrari; ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis servos accenderet; et peccata, quibus Deus per mansuetudinem parcere, ipsi in se per poenitentiam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato,

3575

qui adhaerebant coelesti magisterio, Ioanne attestante, qui ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I IOANN. 1, 8)*. In igne ergo venit in hominibus, in columba vero apparuit in Domino: quia peccata nostra, quae pie Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus caute conspiciere, et ardore semper poenitentiae cremare. Igitur per columbam Spiritus in Redemptore monstratus est, per ignem vero in hominibus: quia quanto nobis nostri iudicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Quatuor itaque propositionum expleta ratione, ad dona eiusdem Spiritus contemplanda transeamus.

De isto quippe Spiritu scriptum est: *Spiritus eius ornauit coelos (Ios. xxvi, 13)*. Ornamenta enim coelorum sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: *Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanctorum in uero Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout uult (I Cor. xii, 8 ss.)*. Quot ergo sunt bona praedicantium, tot sunt ornamenta coelorum. Hinc rursus scriptum est: *Verbo Domini coeli firmati sunt (Psalm. xxxiii, 6)*. Verbum enim Domini Filius est Patris. Sed eodem coelos, videlicet sanctos apostolos, ut tota simul sapientia Trinitas ostendatur operata, repente de sancti Spiritus diuinitate adiungitur: *Et Spiritus oris eius omnis uirtus eorum*. Coelorum ergo uirtus de spiritu sumpta est; quia mundi huius potestatibus contraire non prae-

sumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sanctae Ecclesiae ante aduentum huius Spiritus fuerint scimus, et post aduentum illius, cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus.

Certe iste ipse pastor Ecclesiae, ad cuius sacratissimum corpus sedemus, quantae debilitatis quantaque formidinis ante aduentum Spiritus fuerit, ancilla ostentia requisita dicat. Una enim mulieris uoce percussus, dum mori timuit, vitam negavit. Et tunc Petrus negavit in terra, cum latro confiteretur in cruce. Sed uir iste tantae formidinis, qualis post aduentum Spiritus existat, audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum, caesis denuntiatur apostolis ne in nomine Iesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate respondit: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. v, 29)*. Et rursus: *Si iustum est in conspectu Dei uos potius audire quam Deum, uindicat. Non enim possumus quae uisimus et audiuimus, non loqui (Ibid. ix, 19, 20)*. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumelias pati (Ibid. v, 41). Ecce gaudet Petrus in uerbis, qui ante in uerbis timebat. Et qui prius ancillae uoce requisitus timuit, post aduentum sancti Spiritus vires principum caesus premit. Libet oculos fidei in uirtutem officis huius attollere, atque sparsim patres Testamenti noui ac ueteris considerare. Ecce apertis eisdem oculis fidei David, Amos, Daniele, Petrum, Paulum, Matthaem intueor, et sanctus iste Spiritus qualis sit artifex, considerare uolo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citius oedum puerum, et psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sycomoros uellicentem, et prophetam facit. Implet abstinentem puerum, et iudicem senum facit.

Implet piscatorem, et praedcatorem gentium facit. Implet persecutorem, et doctorem gentium facit. Implet publicanum, et euangelistam facit. O qualis est artifex iste Spiritus! Nulla ad discendum mora agitur in omne quod uoluerit. Mox ut tetigerit mentem, docet; solumque tetigisse, docuisse est. Nam humanum animum subito, ut illustrat, immutat: abnegat hunc repente quod erat, exhibet repente quod non erat.

Pensemus, sanctos praedicatores nostros quales hodierna die reperit, quales fecit. Certe qui in uno conclavi pro Iudaeorum metu residebant, natiuitatis suae singuli linguam noverant, et tamen nec ea ipsa lingua quam noverant, aperte Christum loqui praesumebant. Venit Spiritus, et in ore eos per diuersitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate roborauit. Coeperunt et in aliena Christum eloqui, qui de illo prius et in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor desepit tormenta corporis, quae ante metuebat: uicit vim carnalis formidinis prae amore. Conditoris, et qui prius suis aduersariis succumbebat formidine, eis iam praecerat auctoritate. Qui ergo in tantae eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum coelos fecit? Pensate, fratres charissimi, post incarnationem unigeniti Filii Dei qualis sit hodierna solemnitas de aduentu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque et haec est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem: in ista uero homines uenientem desuper susceperunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo: in ista homines facti sunt per adoptionem dei. Si ergo remanere carnales in morte uolumus, hunc, fratres clarissimi, uiuificantem Spiritum amemus.

Sed quia caro spiritum nescit, dicat

fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere ualeo, quem ignoro? Hoc et nos concedimus: quia mens uisibilis intenta, videre nescit invisibilem. Nulla enim nisi uisibilia cogitat, eaque et cum non agit, eorum imagines introrsus trahit: dumque in imaginibus corporeis iacet, surgere ad incorporea non ualet. Unde fit, ut tanto deterius Creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed cum Deum uideri non possumus, habemus aliquod quod agamus, unde iter fiat, quo ad eum nostrae intelligentiae oculus ueniat. Certe quem in se uidere nullo modo ualeamus, hunc in seruis suis uidere iam possumus. Quos dum mira conspiciamus aegre, certum nobis fit in eorum mentibus Deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphaeram illius intendendo, ualet conspiciere; quia tensi in eius radiis oculi reuerberantur; sed sole illustratos montes aspiciamus, et quia iam sol ortus est uidemus. Quia ergo solem iustitiae in seipso uidere non possumus, illustratos montes claritate illius uideamus, sanctos uidelicet apostolos, qui uirtutibus enicant, miraculis coruscant, quos nati solis claritas perfudit, et cum in seipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se uisibilem praebet. Virtus enim diuinitatis in se quasi sol in coelo est: uirtus diuinitatis in hominibus sol in terra. Solem ergo iustitiae intueamur in terra, quem uidere non possumus in coelo: ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intueendum illum quandoque oculos in coelum leuamus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si Deus ac proximum integra mente diligatur. Nec enim Deus uere sine pro-

ximo, nec proximus vere diligitur sine Deo. Hinc est, quod sicut in alio sermone iam diximus, idem Spiritus secundo legitur discipulis datus, prius a Domino in terra degente, postmodum a Domino caelo praesidente. In terra quippe datur ut diligatur proximus, et caelo vero ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum et caelo, nisi quod patenter datur intelligi, quia iuxta Ioannis vocem: *Qui fratrem suum non diligit quem vidit, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* (I. IOANN. IV. 20). Diligamus ergo proximum, fratres, amemus eum, qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius, qui super nos est. Meditatur mens in proximo, quod exhibeat Deo, ut perfecte mereatur in Deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernae frequentiae facilitatem pervenimus, de qua nunc sancti Spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine lactabimur. Ibi supernorum civium societas sancta: ibi solemnitas certa: ibi requies secura: ibi pax vera, quae nobis iam non relinquatur, sed datur per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(DE SS. SACRAMENTO BAPTISMI, VOL. VII. CAP. 14.)

Scribitur enim primo in amica fronte, per baptismi sacramentum, sed aboletur per peccatum mortale: et iterum scribitur ex poenitentiae virtuali, sicut Apoc. II. dicitur: *Et scribum super eum nomen Dei vivi*: hoc siquidem solum vere nominatur, cuius nomen vere per baptismum exprimitur. Unde Gen. II. Adam res omnes nominavit, quia omnium rerum auctoris novit. Nomen igitur tunc super peccatorem scribitur, quando per veram contritionem hoc meruit, ut per eam ad veram Iesu notitiam elevetur. Et iterum de hac scriptura (II. Cor. III.) Apostolus ait: *Epistola Christi*

vos estis scripta in tabulis cordis carnelibus. Ex dictis elici potest quod quicumque etiam sceleratus in fine ultimo positus, non valet aliter de peccatis praeteritis se iurare, nisi per contritionem cordis; tunc, si vere corde invocet hoc nomen Iesus, remissionem consequitur omnium peccatorum suorum, teste loc. II. cap. dicitur: *Omnia quicumque invocaverit nomen Domini, hic solus erit.* Invocaverit, scilicet, profecto et devoto corde, non autem ore polluto: vera enim invocatio veram includit contritionem. Et licet vera contritio ad salutem sufficiens sit, non tamen absque maxima causa Propheta ait praedictum verbum: nam Iesu invocatio facta corde, et profatio facta ore et invocanti et circumstanti magnum praestant augmentum salvatoris.

FERIA SECUNDA
POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDAE IOANNEM.
Ioann. III. 16-21.

In illo tempore: Dicit Iesus Nicodemus: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

18. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in homine unigenito Filii Dei.

19. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera.

20. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius.

21. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, et manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOANN. TRACT. II.

Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum (IOANN. III. 17). Ergo quantum in medico est, sanare venit aegrotum. Ipse se interimit, qui praeccepta medici observare non vult. Venit Salvator ad mundum: quare Salvator dicitur est mundi, nisi ut salvet mundum, non ut iudicet mundum? Salvari non vis ab ipso; ex te iudicaberis. Et quid dicam, iudica-

beris? Vide quid ait: *Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit* (IOANN. III. 18): quid diciturum speras nisi, iudicatur? *Iam, inquit, iudicatus est.* Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Novit enim Dominus qui sunt eius: novit qui permanent ad coronam, qui permanent ad flammam; novit in area sua triticum, novit paleam; novit segetem, novit zizania. Iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus? *Quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei* (Ibid. III. 18).

Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum (Ibid. 19). Fratres mei, quorum opera bona invenit Dominus? Nullorum. Omnium mala opera invenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, et venerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur: *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem: ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.* Quomodo quidam opus bonum fecerunt, ut venirent ad lucem, id est, ad Christum? Et quomodo quidam dilexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores invenit, et omnes a peccato sanat, et serpens ille in quo figurata est mors Domini, eos sanat qui mors fuerant, et propter morsum serpentis erectus est serpens, id est, mors Domini, propter mortales homines, quos invenit iniustos; quomodo intelligitur, *hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum?* Quid est hoc? Quorum enim erant bona opera? Nonne venisti ut iustifices impios? sed *dilexerunt, inquit, tenebras magis quam lucem.* Ibi posuit vim: multi enim dilexerunt peccata sua, multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua et accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata

tua: si et tu accusas, coniungeris Deo. Quasi duae res sunt, homo et peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, ut Deus salvet quod fecit. Oportet ut oderis in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, confessio est operum malorum. Facis veritatem, et venis ad lucem. Quid est, facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non te adulas, non dicitis: Iustus sum, cum sis iniquus, et incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem ut manifestentur opera tua, quia in Deo sunt facta; quia et hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi lucret, et eius veritas tibi ostenderet. Sed qui et admittit diligit peccata sua, odit admonentem lucem et fugit eam, ut non arguantur opera eius mala quae diligit. Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua; non sibi parcit, non sibi ignoscit ad Deum ignoscit; quia quod vult ut Deus ignoscat, ipse agnoscit, et venit ad lucem; cui gratias agit, quod illi quid in se odisset ostenderit. Dicit Deo: *Averte faciem tuam a peccatis meis* (PSAL. L. 11). Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat: *Quoniam facinus meum ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper?* Sit ante te quod non vis esse ante Deum. Si autem post te feceris peccatum tuum, retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos; et tunc retorquet, quando iam poenitentiae fructus nullus erit.

Currite, ne tenebrae vos comprehendant, fratres mei: evigilate ad salutem vestram, evigilate dum tempus est; nullus retardetur a templo Dei, nullus retardetur ab opere Domini, nullus avocetur ab oratione continua, nullus a so-

lita devotione fraudetur. Evigilate ergo cum dies est: licet dies, Christus est dies. Paratus est ignoscere, sed agnoscentibus; punire autem defendentes se, et iustos se iactantes, et putantes se esse aliquid, cum nihil sint. In dilectione autem eius et in misericordia eius qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus et grandibus peccatis, qualia sunt facinora, homicidia, furta, adulteria; propter illa quae minuta videntur esse peccata linguae, aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, sicut veritatem confessionis, et venit ad lucem in operibus bonis; quoniam minuta plura peccata si negligantur, occidunt. Minutae sunt guttae, quae flumina implent, minuta sunt grana arenae; sed si multa arena imponatur, premit atque opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluxus irruens: paulatim per sentinam intrat; sed diu intrando et non exhaerendo, mergit navim. Quid est autem exhaerere, nisi bonis operibus agere ne obruant peccata, genendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo? Iter autem huius saeculi molestum est, plenum est tentationibus, in rebus prosperis ne extollat, in rebus adversis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem huius saeculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursus qui te flagellat in isto saeculo, ad emendationem, non ad damnationem facit. Ferto patrem erudientem, ne sentias iudicem putentem. Haec quotidie dicimus vobis, et saepe dicenda sunt, quia bona et salutaria sunt.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX 9. BERNARDINO SERRINO, VOL. II. VERT. 92.)

3384 Sicut quia saepe contingunt casus inopinati, et periculosi, ideo necesse est Nomen Iesu saepius frequentare, ut ex hac frequentatione habitus generetur, atque in habitu tali semper in qualibet

fortuito casu cordi, et ori Nomen Iesu, quod est nomen salutis, occurrat. Ad hoc inducere volens Apostolus ad Coloss. iii. ait: *Omnia quaecumque factis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite et agite.*

Toste calim experientia, patet quod assuetus nominare diabolum ex malo corde in omni inopinato, et subito casu diabolum invocare ore: sic contingit de assueti homine circa hoc Nomen Iesus; idipsum in omni subito casu prouultibus; teste enim Domino, qui ait (MATTH. xii): *Et abundantia enim cordis hos loquitur, et bonus homo de bono thesaurum profert bonum, et malus homo de malo thesaurum profert malum.* Legite totam Scripturam sacram, et in tota silva evangelica nullum reperies invocantem hoc Nomen Iesus recepisse unquam repulsam. Sequitur secundus radius.

FERIA TERTIA POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioan. x. 1-10.

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisaeis: Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro.

2. Qui ostium intrat per ostium, pastor est ovium.

3. Hic ostiaris aperit, et oves vocem eius audiunt, et propria oves vocat nominatim, et educit eas.

4. Et cum proprias oves eviscerit, ante eas, vadit et oves illius sequuntur, quia sciunt vocem eius.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.

6. Hoc proverbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.

7. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.

8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, et latrones, et non audierunt eos oves.

9. Ego sum ostium. Per me si quis intraverit, salvabitur: et ingredietur, et egredietur, et paucos inveniet.

10. Fur non venit nisi ut furetur, et mactet et perdat. Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habent.

Honilia S. Augustini Episcopi.
IN RYAN, IOAN. TRACT. 45.

3385 **A**MEN, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro (IOAN. X. 1). Dixerunt enim se caecos non esse: videre autem tunc possent, si oves Christi essent. Unde sibi usurpabant lumen qui furebant contra

dium? Propter illorum ergo vanam et superbam et insanabilem arrogantiam Dominus Iesus ista contexit: in quibus salubriter nos, si advertamus, admonuit. Multi enim sunt, qui secundum quamdam vitae huius consuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonae feminae, innocentes, et quasi observantes ea, quae in lege praecipita sunt, deferentes honorem parentibus suis, non moechantes, non homicidium perpetrantes, non furum facientes, non falsum testimonium adversus quemquam perhibentes, et cetera, quae lege mandata sunt, velut observantes, christiani non sunt; et plerumque se iactant quomodo isti, *Nam quid et nos caeci sumus?* Quia vero ista omnia quae faciunt, et nesciunt ad quem finem referant, inaniter faciunt, Dominus de grege suo et de ostio, quo intratur ad ovile, similitudinem proposuit in hodierna lectione. Dicant ergo pagani: Bene vivimus. Si per ostium non intrant, quid prodest eis unde gloriantur? Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vivere, ut detur illi semper vivere: nam cui non datur semper vivere, quid prodest bene vivere? Quia nec bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel caecitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem unicuique spes vera et certa semper vivendi, nisi agnoscat vitam quod est Christus, et per ianuum intret in ovile.

3386 Quaeerunt ergo plerumque tales homines, etiam persuadere hominibus, ut bene vivant, et christiani non sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere et occidere; non ut pastor, conservare atque salvare. Fuerunt ergo quidam philosophi, de virtutibus et vitis subtilia multa tractantes, dividentes, delinquentes, rationationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes; qui etiam di-

cere audent hominibus, nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis beate vivere. Sed non intrant per ostium: perdere volebant, mactare et occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi Pharisaei legebant, et in eo quod legebant, Christum sonabant, venturum sperabant, et praesentem non agnoscebant: iactabant se etiam ipsi inter videntes, hoc est inter sapientes, et negabant Christum, et non intrabant per ostium. Ergo et ipsi, si quos forte seducerent, mactandos et occidendos, non liberandos seducerent, et hos dimittamus: videamus illos si forte ipsi intrant per ostium, qui ipsius Christi nomine gloriantur.

Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solum iactant, sed a Christo illuminatos videri volunt: sunt autem haeretici. Forte ipsi per ianuum intraverunt? Absit. Sabellius dicit: Qui Filius est, ipse est Pater; sed si Filius, non est Pater. Non intrat per ostium, qui Filium dicit Patrem. Arius dicit: Aliud est Pater, aliud est Filius. Recte diceret, si diceret, Alius, non, aliud. Quando enim dicit, Aliud, et contradicit a quo audit, *Ego et Pater unum sumus* (IOAN. X. 30). Nec ipse ergo per ostium intrat: praedicat enim Christum qualem sibi fingit, non qualem veritas dicit. Nomen habes, rem non habes. Alicuius rei nomen est Christus; tene ipsam rem, si vis prodesse tibi nomen. Alius nescio unde, sicut Plotinus, Christus homo est, inquit, Deus non est. Nec ipse intrat per ostium, quia Christus est homo et Deus est. Et quid opus est multa percurrere, et multa vana haeresum enumerare? Hoc tenete, ovile Christi esse catholicam Ecclesiam. Quicumque vult intrare ad ovile, per ostium intret, Christum verum praedicet. Non solum Christum verum praedicet, sed Christi gloriam quaerat, non suam: nam multi

quaerendo gloriam suam, oves Christi sparserunt potius quam congregaverunt. Humilis est enim ianua Christus Dominus: qui intrat per hanc ianuam, oportet humiliet se, ut sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat, sed extollit, per maceriam vult ascendere: qui autem per maceriam ascendit, ideo exaltatur ut cadat.

3500 Tecte tamen adhuc loquitur Dominus Iesus, nondum intelligitur: nominat ostium, nominat ovile, nominat oves: commendat haec omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo, quia venturus est ad ea verba, in quibus nobis aliqua quae dixit dignetur exponere: ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa, quae non exposuit, intelligere. Pascit enim manifestus, exercet obscuris. Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde (IOANN. X, 1). Vae misero, quia casurus est! Sit ergo humilis, per ostium intret: plano pede veniat, et non offendet. Ille, inquit, fur est et latro. Oves suas vult dicere oves alienas, ad hoc suas, id est, furto ablatas, non ut salvet, sed ut occidat. Ergo fur est, quia quod alienum est, suum dicit; latro, quia et quod est furatus, occidit. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium: hinc ostiaris aperit. De ostiario isto tunc quaeramus, quando ab ipso Domino audierimus quod sit ostium, et qui sit pastor. Et oves vocem eius audiam, et proprias oves vocat nominatum. Habet enim nomina earum scripta in libro vitae. Proprietas oves vocat nominatum. Hinc dicit Apostolus: Novit Dominus qui sunt eius (II TIM. II, 19). Et educit eas. Et cum proprias oves emisit, ante eas vadit: et oves illum sequuntur, quia scilicet vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo; quia non nocentur vocem alienorum (IOANN. X, 4, 5). Tecta sunt haec, plena quaestionibus, gravida sacramen-

tis. Sequamur ergo et audiamus magistrum ex his obscuris aliquid aperiendum; et per id quod aperit, nos forte intrare facientem.

Hoc proverbium dixit illis Iesus; illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. 3501 Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos et nos, antequam ista verba agnoscamus et nos? Quia nos pulsamus ut aperiatur nobis: illi autem Christum negando volebant intrare servandi, sed foris remanere perdendi. Quod ergo nos audimus haec pie, quod antequam illa intelligamus, credimus vera esse atque divina, magna ab istis diversitate distamus. Cum enim duo audiunt, verba Evangelii, unus impius, alter pius, et talia sunt ut forte ambo non intelligant, unus dicit, Nihil dixit: alius dicit, Verum dixit, et bonum est quod dixit, sed nos non intelligimus, iste quia credit iam pulsatur, et dignus est cui aperiatur, si pulsare persistat; ille vero adhuc audit: Nisi crederitis, non intelligetis (IS. VII, 9 sec. LXX). Quare ista commendatio? Quia etiam cum verba haec obscura sicut possum exposuero, aut quia valde sunt abdita, vel ego eorum non apprehendero intelligentiam, vel explicandi quod intelligo non habuero facultatem, vel tam fuerit quisque tardus, ut etiam exponentem non sequatur, non de se desperet: maneat in fide, ambulet in via, audiat Apostolum dicentem: Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis, Deus revelabit, verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus (Petr. I, III, 15).

3502 Incipiamus ergo audire exponentem, quem audivimus proponentem. Dixit ergo iterum eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium (IOANN. X, 7). Ecce ipsum ostium, quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium. Agnovimus, intremus, aut nos intrasse gaudeamus. Omnes quotquot venerunt,

fures sunt et latrones. Quid est hoc, Domine, Omnes quotquot venerunt? Quid enim? tu non venisti? Sed intellige: Omnes quotquot venerunt dixi, utique praeter me. Recolamus ergo. Ante adventum ipsius venerunt Prophetae, numquid fures et latrones fuerunt? Absit. Non praeter illum venerunt, quia cum illo venerunt. Venturus praecoones mittebat, sed eorum corda quos miserat, possidebat. Vultis nosse quia cum illo venerunt, qui est ipse semper? Carnem quippe accepit ex tempore. Quid est ergo semper? In principio erat Verbum. Cum illo ergo venerunt, qui cum Verbo Dei venerunt. Ego sum, inquit, via et veritas et vita (IOANN. XIV, 6). Si ipse est veritas, cum illo venerunt, qui veraces fuerunt. Quotquot ergo praeter illum, fures et latrones, id est, ad furandum et occidendum.

3503 Sed non audierunt eos oves (Ibid. x, 8). Maior haec quaestio est, non audierunt eos oves. Ante adventum Domini nostri Iesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt iusti, sic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides. Quia et ipsa verba pro tempore variantur, cum varie declinantur: alium sonum habet, Venturus est; alium sonum habet, Venit; mutatus est sonus, venturus est, et venit: eadem tamen fides utrosque coniungit, et eos qui venturum esse, et eos qui eum venisse crederunt. Diversis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est per Christum, videmus ingressos. Nos credimus Dominum Iesum Christum natum ex Virgine, venisse in carne, passum esse, resurrexisse, in coelum ascendisse: totum hoc, sicut verba auditis praeteriti temporis, impletum esse iam credimus. In eius sunt fidei societate nobiscum et illi patres, qui

crediderunt de Virgine nasciturum, passurum, resurrecturum, in coelum ascensurum: illos enim ostendit Apostolus tibi ait: Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur (II Cor. IV, 13). Propheta dixit, Credidi, propter quod locutus sum (PSAL. CXV, 10): Apostolus dicit, Et nos credimus, propter quod et loquimur. Ut scias autem quod una sit fides, audi dicentem, Habentes eundem spiritum fidei, et nos credimus. Sic et alio loco, Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moysen baptizati sunt, in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spirituales biberunt (I Cor. X, 1 ss.). Mare rubrum significat baptismum; Moyses ductor per mare Rubrum significat Christum; populus transiens significat fideles; mors Aegyptiorum significat abolitionem peccatorum. In signis diversis eadem fides: sic in signis diversis, quomodo in verbis diversis; quia verba sonos mutant per tempora, et utique nihil aliud sunt verba quam signa. Significando enim verba sunt: tolle significationem verbo, strepitus inanis est. Significata ergo sunt omnia. Numquid non eadem credebant, per quos haec signa ministrabantur, per quos eadem quae credimus, prophetata praegnantabant? Uti que credebant: sed illi ventura esse, nos autem venisse. Ideo et sic ait: Eundem potum spirituales biberunt (Ibid. 4). Spirituales eundem, nam corporalem non eundem. Quid enim illi bibeant? Bibeant enim de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus. Videte ergo, fide manente, signa variata. Ibi petra Christus, nobis Christus quod in altari Dei ponitur. Et illi pro magno sacra-

mento eiusdem Christi biberunt aquam profluentem de petra; nos quid bibamus norunt fideles. Si speciem visibilem intendas, aliud est; si intelligibilem significationem, eundem potum spiritualem biberunt. Quotquot ergo illo tempore crediderunt vel Abrahae, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel alijs Patriarchis, aliisque Prophetis Christum praenuntiantibus, oves erant, et Christum audierunt: non alienam vocem, sed ipsius audierunt. Iudex fuerat in praecone. Quia et quando iudex loquitur per praecorem, exceptor non facit, Praeco dixit; sed, Iudex dixit. Alii sunt ergo quos non audierunt oves, in quibus non erat vox Christi, errantes, falsa dicentes, inania garrientes, vana fingentes, miseros seducentes.

3594

Quid est ergo quod dixi: Maior haec est quaestio? Quid habet obscurum et ad intelligendam difficile? Audite, obsecro. Ecce Dominus ipse Iesus Christus venit, praedicavit: utique multo magis vox pastoris erat, expressa ipso ore pastoris. Si enim per prophetas vox pastoris erat, quanto magis vocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris? Non omnes audiverunt. Sed quid putamus? Qui audierunt, oves erant? Ecce audivit Iudas, et lupus erat: sequebatur, sed pelle ovina tectus pastoris insidiabatur. Aliqui vero eorum qui Christum crucifixerunt, non audiebant, et oves erant: ipsos enim videbat in turba, quando dicebat: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum* (IOHANN. VIII, 28). Quomodo enim ista solvitur quaestio? Audiunt non oves, et non audiunt oves; sequuntur vocem pastoris quidam lupi, et ei quaedam contradicunt oves; postremo pastorem deiciunt oves. Solvitur quaestio; respondet enim aliquis et dicit: Sed quando non audiebant, oves nondum erant, tunc

lupi erant; vox audita eos mutavit, et ex lupis oves fecit; quando ergo factae sunt oves, audierunt, et pastorem invenerunt, pastoremque secutae sunt; pastoris promissa speraverunt, quia iussa fecerunt.

Soluta est utrumque ista quaestio, et cuiquam forte sufficiat. Me autem adhuc movet, et quid me moveat communico vobiscum, ut quodammodo quaerens vobiscum, revelante illo vobiscum me rear inventre. Quid ergo me moveat, accipite. Per Ezechielem prophetam Dominus obiurgat pastores, et dicit inter cetera de ovibus: *Errantem ovem non revocastis* (EZECH. XXXIV, 4). Et errantem dicit, et ovem appellat. Si quando errabat, ovis erat; cuius vocem tu erraret audiebat? Procul dubio enim non erraret, si vocem pastoris audiret: sed ideo erravit, quia vocem audivit alieni; vocem furis et latronis audivit. Certe latronum vocem non audiunt oves: *Qui venerunt, inquit, et intelligimus, Praeter me; id est, Qui venerunt praeter me, fures sunt et latrones, et non audierunt eos oves*. Domine, si non audierunt eos oves, quomodo errant oves? Si oves non audiunt nisi te; tu autem veritas es; quisquis veritatem audit, non utique errat. Illi autem errant, et oves appellantur. Nam si in errore ipso oves non appellarentur, non diceretur per Ezechielem, *errantem ovem non revocastis*. Quomodo et errat, et ovis est? Vocem alieni audivit? Certe non audierunt eos oves. Deinde modo multi colliguntur ad ovile Christi, et ex haereticis fiunt catholici; a furibus tolluntur, pastori redduntur; et aliquando murmurant, taedium patiuntur ad revocantem, et non intelligunt iugulantem; verumtamen etiam cum renitentes venerint quae oves sunt, agnoscunt vocem pastoris, et se venisse laetantur, et errasse erubescunt. Quando

3595

ergo in illo errore tanquam in veritate gloriabantur, et utique non audiebant vocem pastoris, et alienum ideo sequebantur, oves erant an non erant? Si oves erant, quomodo alienos oves non audiunt? Si oves non erant, quare obiurgantur illi quibus dicitur, *Errantem ovem non revocastis*? In ipsis etiam iam factis catholicis christianis, bonae spei fidelibus, aliquando mala contingunt; seducuntur in errorem, et post errorem revocantur: quando seducti sunt in errorem, et re-baptizati sunt, aut post ovilis Domini societatem rursus in errorem pristinum revoluti sunt, oves erant an non erant? Utique catholici erant. Si catholici, fideles erant, oves erant. Si oves erant, quomodo vocem alieni audire poterunt, cum Dominus dicat, *non audierunt eos oves*?

3596

Audistis, fratres, altitudinem quaestionis. Dico ergo: *Novit Dominus qui sunt eius* (I THIM. II, 19). Novit praescitos, novit praedestinos; de illo quippe dicitur: *Quos autem praescivit, et praedestinavit conformari fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, ipsos et vocavit; et quos vocavit, ipsos et iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos et glorificavit. Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Adde adhuc: *Qui proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo, omnia nobis donavit?* Sed quibus nobis? Praecitis, praedestinis, iustificatis, glorificatis: de quibus sequitur: *Quis accusabit adversus electos Dei?* (ROM. VIII, 29 ss.). Novit ergo Dominus, qui sunt eius, ipsae sunt oves. Aliquando se ipsae nesciunt, sed pastor novit eas, secundum istam praedestinationem, secundum istam Dei praescientiam, secundum electionem ovium, ante constitutionem mundi; nam et hoc dicit Apostolus: *Sicut elegit nos in ipso*

ante constitutionem mundi (EPHES. I, 4). Secundum istam ergo praescientiam Dei et praedestinationem, quam multae oves foris, quam multi lupi intus; et quam multae oves intus, et quam multi lupi foris! Quid est quod dixi, quam multae oves foris? Quam multi modo luxuriantur, casti futuri; quam multi blasphemant Christum, creditori in Christum; quam multi se inebriant, futuri sobrii; quam multi rapiant res alienas, donaturi suas! verumtamen modo vocem alienam audiunt, alienos sequuntur. Item quam multi intus laudant, blasphemantur; casti sunt, fornicaturi; sobrii sunt, se vino postea sepulturi; stant, casuri! non sunt oves (de praedestinis enim loquimur; de his loquimur quos novit Dominus, qui sunt eius). Et tamen ipsi quamdiu recte sapiunt, Christi vocem audiunt. Ecce audiunt ipsi, non audiunt illi; et tamen secundum praedestinationem non oves isti, oves illi.

3597

Adhuc manet quaestio, quae mihi interim nunc videtur ita posse dissolvi. Est aliqua vox, est, inquam, vox aliqua pastoris, in qua oves non audiunt alienos, in qua non oves non audiunt Christum. Quae est ista vox? *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (MATTH. X, 22). Hanc vocem non negligit proprius, non audit alienus: nam et ille hoc ei praedicat, ut perseveret apud ipsum usque in finem, sed non apud eum perseverando non audit hanc vocem. Venit ad Christum, audivit alia et alia verba, illa et illa, omnia vera, sana omnia: inter quae omnia est et illa vox: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Istam qui audierit, ovis est. Sed audiebat illam nescio quis, et desipuit, refriguit, audivit alienam: si praedestinitus est, ad tempus erravit, in aeternum non perit; redit ut audiat quod neglexit, faciat

quod audivit. Si enim de his est qui praedestinati sunt, et errorem ipsius Deus praescivit, et conversionem futuram; si aberravit, redit ut audiat illam vocem pastoris, et sequatur dicentem: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Bona vox, fratres, vera, pastoralis, ipsa est vox salutis in tabernaculis iustorum. Nam facile est audire Christum, facile est laudare Evangelium, facile acclamare disputatori: perseverare usque in finem, hoc est ovium vocem pastoris audientium. Tentatio accidit, perseverare usque in finem, quia tentatio non perseverat usque in finem. Usque in quem finem perseverabis? quousque finias viam. Quamdiu enim non audis Christum, adversarius tuus est in ista via, hoc est in ista mortali vita. Sed quid dicit? *Concorda cum adversario tuo cito, dum es cum eo in via* (MATTH. v. 25). Audisti, credidisti, concordasti. Si adversarius concordat, si tibi praestitum est concordare, noli ulterius ligigare. Quando enim finitur via nescis, sed tamen scit ille. Si ovis es, et si perseveraveris usque in finem, salvus eris; ac per hoc istam vocem non contemnunt sui, non audiunt alieni. Et potui, ut ipse donavit, profundam multam quaestionem aut exposui vobis, aut tractavi vobiscum. Si qui minus intellexerunt, maneat pietas, et revelabitur veritas: qui autem intellexerunt, non se extollant quasi coleriores super tardiores, ne extollendo se exorbitent, et facilius perveniant tardiores. Omnes autem perdicat citi dicimus: *Dehinc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua* (PSAL. LXXXV. 11).

3568 Per hoc ergo, quod exposuit Dominus, quia ipse est ostium, intremus ad ea quae proposuit, nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit, quamvis non dixerit in ista lectione quae hodie re-

citata est, tamen in ea quae sequitur apertissime dicit: *Ego sum pastor bonus.* Quod etsi non diceret, quem alium praeter ipsum intelligere deberemus in eis verbis, ubi ait: *Qui intrat per ostium, pastor est ovium. Haec ostiarius aperit: et oves vocem eius audiunt: et proprias oves vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oves emisit, ante eas vadit et oves eum sequuntur, quia sciunt vocem eius?* (IOANN. X. 24). Quis enim alius oves proprias vocat nominatim, et educit eas hinc ad vitam aeternam, nisi qui novit nomina praedestinatorum? Unde ait discipulis suis: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in coelo* (LUC. X. 20): hinc enim vocat eas nominatim. Et quis alius eas emittit, nisi qui earum peccata dimittit, ut eum sequi duris liberatae vinculis possint? Et quis eas praecessit quo eum sequantur, nisi qui surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur (ROM. VI. 9): et cum hic conspicuus esset in carne ait: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum?* (IOANN. XVII. 24). Unde illud est quod ait: *Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet* (Ibid. X. 9). In hoc evidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oves intrare per ostium.

Sed quid est, *ingredietur et egredietur*, 3199 *et pascua inveniet*? Ingressi quippe in Ecclesiam per ostium Christum, valde bonum est: exire autem de Ecclesia, sicut ait iste ipse Iohannes Evangelista in epistola sua: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis* (IOANN. II. 19): non est utique bonum. Talis ergo egressus non possit a bono pastore laudari, ut diceret: *Et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet.* Est ergo aliquis non solum ingressus, verum etiam egressus bonus per

ostium bonum, quod est Christus. Sed quis est iste laudabilis et beatus egressus? Possem quidem dicere, ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus; egredi autem, quando exterius aliquid operamur: et quoniam, sicut dicit Apollolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris (Ermes. III. 17), ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare; egredi autem per Christum, secundum ipsam fidem etiam foris, id est, coram hominibus operari. Unde et in Psalmo legitur: *Exiit homo ad opus suum* (PSAL. CIII. 23). Et ipse Dominus dicit: *Lucent opera vestra coram hominibus* (MATTH. V. 16). Sed plus me delectat, quod ipsa Veritas tamquam pastor bonus, et ideo bonus doctor, quodammodo nos admonuit, quemadmodum intelligere debeamus quod ait: *Ingredietur et egredietur, et pascua inveniet*, cum secutus adiunxit: *Fui non venit nisi ut fuerit, et maciet, et perdat: ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant* (IOANN. X. 10). Videtur enim mihi dixisse, Ut vitam habeant ingredientibus, et abundantius habeant egredientibus. Non autem potest quisque per ostium, id est, per Christum egredi ad vitam aeternam, quae erit in specie, nisi per ipsam ostium, hoc est per eundem Christum, in Ecclesiam eius, quod est ovile eius, intraverit ad vitam temporalem, quae est in fide. Ideo ait: *Ego veni ut vitam habeant, hoc est fidem, quae per dilectionem operatur* (GAL. V. 6); per quam fidem in ovile ingrediuntur ut vivant, quia iustus ex fide vivit (ROM. I. 17); *et abundantius habeant*, qui perseverando usque in finem, per illud ostium, id est, per fidem Christi egrediuntur, quoniam veri fideles moriuntur; et abundantius habeant vitam, veniendo quo pastor ille praecessit, ubi numquam deinde mo-

riantur. Quamvis ergo et hic in ipso ovile non desunt pascua, quoniam ad utrumque possumus intelligere quod dictum est, *et pascua inveniet*, id est, et ad ingressum et ad egressum: tamen tunc vera pascua invenit, ubi saturantur qui esuriunt et sitiunt iustitiam, qualia pascua invenit cui dictum est: *Hodie mecum eris in paradiso* (LUC. XXII. 43). Quomodo autem ipse sit ostium, ipse pastor, ut per seipsum quodammodo etiam ipse ingredi et egredi intelligatur, et quisnam sit ostiarius, longum est hodie quaerere, et disserendo sicut ipse donaverit explicare.

Varia de SS. Namine Iesu.

(EX A. BERNARDINO SERRANO, VOL. II, SERM. 49.)

3600 SECUNDO autem Domini Iesu Nomen est vixit. Ium praefatiuum, et hoc, scilicet, contra malum pugnae: nam, si contemptum Pharae eorumque ad scandala, adhuc recurrendum est ad Nomen Iesu, quia ipse est pugnantibus in praesidium; subicit enim nobis omnem feritatem inimicorum nostrorum: tria nempe tunc adversatur nobis, scilicet, diabolus, caro, et mundus. Primum enim diabolus adversatur: consuetum equidem est ut, quoniam quis cupit et querit derelinquere pravam vitam, et in operum hominem se mutare, quod diabolus suis versutibus, et toto conamine se opponat. Prorsus Eccl. II. ait: *Fili, accedens ad servitutem Dei, cito in ostium, et in lucem, et praeparans animam tuam ad illuminationem.* Et iterum Gregorius, ait: Appropinquant Salvatore, appropinquat tentatio, lucem rectitudinis sequitur umbra tentationis; prorsus, si consurgit diabolus contra te; ne timeas, sed erige contra eum vexillum salutis, quod est Iesus, invocando illum.

FERIA QUARTA

QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

Ioann. X. 1-10.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iulianorum: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: et ego resuscitabo eum in novissimo die.

45. Est scriptum in Prophetis: Et erant omnes

docibile Dei. Omnis, qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me.

46. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo, hinc vidit Patrem.

47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam aeternam.

48. Ego sum panis vitae.

49. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt.

50. Hic est panis de caelo descendens: ut si quis ex isto manducaverit, non aeternum.

51. Ego sum panis verus: qui de caelo descendit: ut quis manducaverit ex hoc pane, vivat in aeternum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. JOHANN. TRACT. 26.

NONTE murmurare ad invicem: nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Magna gratiae commendatio! Nemo venit nisi tractus. Quem trahat et quem non trahat, quare illum trahat et illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Semel accipe et intellige: Nondum traheris? ora ut traharis. Quid hic dicimus, fratres? Si trahimur ad Christum, ergo inviti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quisquam Ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere sacramentum potest nolens: credere non potest nisi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: sed non corpore creditur. Apostolum audi: *Corde creditur ad iustitiam* (Rom. x, 10). Et quid sequitur? *Ore autem confessio fit ad salutem*. De radice cordis surgit ista confessio. Aliquando audis contentem, et nescis credentem. Sed nec debes vocare contentem, quem iudicas non credentem. Hoc est enim confiteri, dicere quod habes in corde: si autem aliud in corde habes, aliud dicis, loqueris, non confiteris. Cum ergo in Christum corde credatur, quod nemo utique facit invitus, qui autem trahitur, tamquam invitus cogi videtur, quomodo istam solvimus quaestionem, *Nemo venit*

ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum?

Si trahitur, ait aliquis, invitus venit.

Si invitus venit, nec credit; si non credit, nec venit. Non enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo: nec motu corporis, sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier, quae simoniam tetigit, magis tetigit quam turba quae pressit. Ideo Dominus dixit: *Quis me tetigit? Et mirantes discipuli, dixerunt: Turbae te compriment, et dicis, Quis me tetigit?* Et ille repetivit: *Tetigit me aliquis* (Luc. vii, 45 ss.). Illa tangit, turba premit. Quid est tetigit, nisi credidit? Unde et mulieri illi post resurrectionem dixit volenti se mittere ad pedes eius: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem* (JOHANN. XX, 17). Quod vides, hoc solum me esse putas, noli me tangere. Quid est? Hoc solum me esse putas quod tibi appareo, noli sic credere: hoc est, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem*: tibi non ascendi, nam inde numquam recessi. In terra non tangebatur stantem, quomodo tangeret ad Patrem ascendentem? Sic tamen, sic se tangi voluit: sic tangitur ab eis, a quibus bene tangitur, ascendens ad Patrem, manens cum Patre, aequalis Patri.

Inde et hic si advertis, *Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit*. Noli te cogitare invitum trahi: trahitur animus et amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendunt et a rebus maxime divinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc Scripturarum sanctorum evangelico verbo forsitan reprehendamus, et dicatur nobis, Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico: Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui* (PSAL. XXXVI, 4). Est quaedam voluptas cordis, cui panis dulcis

est ille coelestis. Porro si potaet dicere licuit:

... Trahit sua quemque voluptas;

non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? An vero habent corporis sensus voluptates suas, et animus deseritur a voluptatibus suis? Si animus non habet voluptates suas, unde dicitur: *Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos: quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen* (PSAL. XXXV, 8 10). Da amantem, et sentit quod dico. Da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem, et fontem aeternae patriae suspirantem; da talem, et scit quid dicam. Si autem frigidus loquor, nescit quid loquor. Tales erant isti qui invicem murmurabant, *Pater, inquit, quem traxerit, venit ad me.*

Quid est autem, *Pater quem traxerit*, cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere, *Pater quem traxerit?* Si trahendi sumus, ab illo trahimur, cui dicit quaedam quae diligit, *Post odorem unguentorum tuorum currens* (CANT. I, 3). Sed quid intelligi voluit, advertamus, fratres, et quantum possumus, capiamus. Trahit Pater ad Filium pos, qui propterea credunt in Filium, quia eum cogitant Patrem habere Deum: Deus enim Pater aequalem sibi genuit Filium: ut qui cogitat, atque in fide sua sentit et ruminat aequalem esse Patri eum in quem credidit, ipsum trahit Pater ad Filium. Arius credit creaturam, non eum traxit Pater; quia non considerat Patrem, qui Filium non credit aequalem. Quid

dicis o Ari? quid, haeretice, loqueris? quid est Christus? Non, inquit, Deus verus, sed quem fecit Deus verus. Non te traxit Pater; non enim intellexisti Patrem, cuius Filium negas; aliud cogitas, non est ipse Filius; nec a Patre traheris, nec ad Filium traheris: aliud est enim Filius, aliud quod tu dicis. Photinus dixit, Homo solum est Christus, non est et Deus. Qui sic credit, non Pater eum traxit. Quem Pater traxit, *Tu es*, inquit, *Christus Filius Dei vivi*. Non sicut propheta, non sicut Ioannes, non sicut ut aliquis magnus iustus, sed sicut unicuique, sicut aequalis, *tu es Christus Filius Dei vivi* (MATTH. XVI, 16). Vide quia tractus est, et a Patre tractus est. *Beatus es Simon Bar-Iona, quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in caelis est* (Ibid. XVI, 17). Ista revelatio, ipsa est attractio. Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illum. Noces puero demonstrantur, et trahitur: et quo currit trahitur, amando trahitur, sine laesione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista quae inter delicias et voluptates terrenas revelantur amantibus, trahunt, quoniam verum est, trahit sua quemque voluptas; non trahit revelatus Christus a Patre? Quid enim fortius desiderat anima quam veritatem? Quo avidas fauces habere debet, unde optare ut sanum sit intus palatum vera iudicandi, nisi ut manducet et bibat sapientiam, iustitiam, veritatem, aeternitatem?

Ubi autem hoc? Ibi melius, verius ibi, plenius ibi. Nam hic facilius possumus esurire, et hoc si bonam spem habemus, quam satiaris: *Beati enim, inquit, qui esuriant et sitiunt iustitiam* (Ibid. v, 6); sed hic: *quoniam saturabuntur, sed ibi. Ideo cum dixisset: Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, quid subiecit? Et ego resuscitabo eum*

in novissimo die (IOANN. VI, 44). Reddo illi quod amat, redde quod sperat: videbit quod adhuc non videndo credidit; manducabit quod esurit, saturabitur eo quod sitiit. Ubi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in novissimo die.

3606 *Scriptum est enim in prophetis, Et erunt omnes doctibiles Dei* (Ibid. v, 45). Quare hoc dixi, o Iudaei? Pater vos non docuit: quomodo potestis me agnoscere? Omnes regni illius homines doctibiles Dei erunt, non ab hominibus audient. Et si ab hominibus audivit, tamen quod intelligunt, intus datur, intus coruscet, intus revelatur. Quid faciunt homines forinsecus annuntiantes? quid facio ego modo cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo revellet ille qui intus est, quid dico, aut quid loquor? Exterior cultor arboris, interior est Creator. Qui plantat et qui rigat, extrinsecus operatur: hoc facimus nos. Sed: *neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* (I Cor. iii, 7): hoc est, *Erunt omnes doctibiles Dei. Qui omnes? Omnes qui audivit a Patre et didicit, venit ad me.* Videte quomodo trahit Pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo. Ecce quomodo trahit. *Erunt omnes doctibiles Dei:* trahere Dei est. *Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me:* trahere Dei est.

3607 Quid igitur, fratres? Si omnis qui audivit a Patre et didicit, ipse venit ad Christum, Christus nihil hic docuit? Quid quod Patrem magistrum homines non viderunt, Filium viderunt? Filius dicebat, sed Pater docebat: Ego cum homo sim, quem doceo? quem, fratres, nisi eum, qui audivit verbum meum? Si ego cum homo sim, illum doceo qui audit verbum meum; illum docet et Pater qui audit Verbum eius; si illum do-

cet Pater qui audit Verbum eius; quare quid sit Christus, et invenies Verbum eius: *In principio erat Verbum* (IOANN. I, 1); non, *In principio fecit Deus Verbum;* quomodo, *In principio fecit Deus coelum et terram:* ecce quia non est creatura. Disce trahi ad Filium a Patre, doceat te Pater, audi Verbum eius. Quod Verbum eius, inquis, audio? *In principio erat Verbum:* non factum est, sed erat: *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Quomodo homines in carne constituti audiant tale Verbum? Quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (IOANN. I, 14).

3608 Exponit hoc et ipse, et ostendit nobis quid dixerit, *Qui audivit a Patre et didicit, venit ad me* (IOANN. VI, 46). Continuo subiecit quod cogitare possemus: *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem.* Quid est quod ait? Ego vidi Patrem, vos non vidistis Patrem; et tamen non venitis ad me, nisi trahimini a Patre. Quid est autem vos trahi a Patre, nisi discere a Patre? quid est discere a Patre, nisi audire a Patre? quid est audire a Patre, nisi audire Verbum Patris, id est me? Ne forte ergo cum dico vobis, *Omnis qui audivit a Patre et didicit, dicatis apud vos, Sed numquam vidimus Patrem; quomodo discere potuimus a Patre?* A meipso audite: *Non quia Patrem vidit quisquam, sed qui est a Deo, hic vidit Patrem.* Ego novi Patrem, ab illo sum: sed quomodo verbum ab illo cuius est verbum; non quod sonat et transit, sed quod manet cum dicente, et trahit audientem.

3609 Admonet quod sequitur: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam aeternam* (IOANN. VI, 47). Revelare se voluit quid esset: nam compendio dicere potuit: Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus verus Deus est et

vita aeterna. Qui ergo credit in me, inquit, it in me; et qui it in me, habet me. Quid est autem habere me? habere vitam aeternam. Vita aeterna mortem assumpsit, vita aeterna mori voluit; sed de tuo, non de suo; accepit a te, ubi moreretur pro te. Ab hominibus enim carnem assumpsit: sed non more hominum. Nam Patrem habens in coelo, matrem elegit in terra: et illic natus sine matre, et hic sine patre. Assumpsit ergo vita mortem, ut vita occideret mortem: Nam *qui in me credit, inquit, habet vitam aeternam:* non quod patet, sed quod latet. Vita enim aeterna Verbum: in principio erat apud Deum, et Deus erat Verbum: et vita erat lux hominum. Ipse vita aeterna dedit et carni susceptae vitam aeternam. Mori venit, sed die tertio resurrexit. Inter Verbum suscipiens et carnem resurgentem mors media consumpta est.

3610 *Ego sum, inquit, panis vitae.* Et unde illi superbiebant? *Patres vestri, inquit, manducaverunt in deserto manna et mortui sunt.* Quid est unde superbitis? *Manducaverunt manna, et mortui sunt.* Quare manducaverunt et mortui sunt? Quia quod videbant, credebant: quod non videbant, non intelligebant. Ideo patres vestri, quia similes estis illorum. Nam quantum pertinet, fratres mei, ad mortem istam visibilem et corporalem, numquid nos non morimur, qui manducamus panem de coelo descendentem? Sic sunt mortui et illi, quemadmodum nos sumus morituri; quantum attinet, ut dixi, ad mortem huius corporis visibilem atque carnalem. Quantum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret Dominus, qua mortui sunt patres istorum; manducavit manna et Moyses, manducavit manna et Aaron, manducavit manna et Phinees, manducaverunt ibi multi, qui Domino placuerunt, et mor-

tui non sunt. Quare? Quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritualiter satiarentur. Nam et nos hodie accipimus visibilem cibum; sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Quam multi de altari accipiunt et moriuntur, et accipiendo moriuntur? Unde dicit Apostolus: *Iudicium sibi manducat et bibit* (I Cor. xi, 29). Non enim buccella dominica venenum fuit Iudae. Et tamen accepit, et cum accepit, in eum inimicus intravit: non quia malum accepit, sed quia bonum male malus accepit. Videte ergo, fratres, panem coelestem, spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata etsi sunt quotidiana, vel non sint mortifera. Antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (MATTH. VI, 12). Dimittis, dimittitur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, et ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Novit ille quid agat. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus autem dant, aut coronat. Patres autem istorum, id est, mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis Dominum offensisse ille populus dictus est, quam contra Deum murmurando. Ideo et Dominus eos volens ostendere talium filios, hinc ad eos coepit: *Quid murmuratis in invicem, murmuratores filii murmuratorum? Patres vestri manna manducaverunt, et mortui sunt:* non quia malum erat manna, sed quia male manducaverunt.

3611 *Hic est panis qui de coelo descendit* (IOANN. VI, 50). Hunc panem significavit manna, hunc panem significavit altare

Dei: Sacramenta illa fuerunt: in signis di-versa sunt: in re quae significatur, pa-riente. Apostolum audi: *Nolo enim vos, inquit, ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moy-sen baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem eseam spiritualem manduca-verunt. Spiritualem utique eandem; nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud; spirituales vero quam nos. Sed patres nostri, non patres illorum: qui-bus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Et adiangit: *Et omnes eandem potum spirituales biberunt.* Aliud illi, aliud nos; sed specie visibili, quod tamen hoc idem significaret virtute spiri-tuali. Quomodo enim eundem potum? *Bibebant, inquit, de spiritibus sequente pe-tra: petra autem erat Christus.* Inde pa-nis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in Verbo et in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est pe-tra de virga bis (Num. xx, 11): gemina percussio, duo ligna crucis significat. *Hic est ergo panis de coelo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur* (Joan. vi, 50). Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manduca-t in corde, non qui premit dente.*

^{361a} *Ego sum panis vivus, qui de coelo de-scendi* (Ibid. vi, 51). Ideo vivus, quia de coelo descendi. De coelo descendit et manna: sed manna, umbra erat, iste ve-ritas est. *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro: et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhortue-runt, hoc ad se multum esse dixerunt, non posse fieri putaverunt. *Caro mea est,*

inquit, pro mundi vita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligent. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de Spiritu Christi. De Spi-ritu Christi non vivit, nisi corpus Chri-sti. Intelligite, fratres mei, quid dixerim. Homo es, et spiritum habes, et corpus habes. Spiritum dico quae anima vocatur, qua constat quod homo es: constas enim ex anima et corpore. Habes itaque spiritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi quid ex quo vivat: spiritus tuus vivit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondet omnis qui vivit (qui autem hoc non potest re-spondere, nescio si vivit): quid respon-det omnis qui vivit? Corpus utique meum vivit de spiritu meo. Vis ergo et tu vi-vere de Spiritu Christi? In corpore esto Christi. Numquid enim corpus meum vivit de spiritu tuo? Meum vivit de spi-ritu meo, et tuum de tuo. Non potest vivere corpus Christi, nisi de Spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem, *Unus panis, inquit, unum corpus multi sumus* (I. Cor. x, 17). O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum charita-tis. Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat; in-corporetur, ut vivificetur. Non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membrum quod reserari mereatur, non sit distortum de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum: haeret corpori, vivat Deo de Deo: nunc labo-ret in terra, ut postea regnet in coelo.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(SER. S. BERNARDINO SERMONI, VOL. III, SERM. 47.)

^{361b} **A**lii quid de se credentibus ait Dominus Mathi-aeum. *In nomine meo daemones eiecent.* Hanc autem potestatem dedit Dominus discipulis, dicens (MATH. X): *Eiecent daemones:* quod experientia septuagintaduo, ut dicitur Luc. x: *Reversi sunt*

cum gaudio dicentes: Domine, etiam in Nomine tuo nobis subiciuntur daemones. Sed animadverto responsum eius; ait enim: *Videbam satanas ve-stigium frigus de coelo cadentem;* quasi dicat: Nolite mirari, si Nomen meum diaboli expavescent, et eos ab homine pellit: quam virtute eius satanas cum omnibus angelis suis de coelo expulsus ceciderit sicut fulgur.

^{361c} **U**nde Apoc. xii, post praelium factum in coelo a Michaele cum dracone et ab eo de illo victoria iam obtenta, eiectione illo in supplicia sempiterna, exultantes clamaverunt Angeli, iam beati, dicentes: *Facto salus est, et virtus, id est, ex Nomine Iesu salvifica virtus, et potestas Christi-tas, sicut latius dictum est in serm. II, cap. IV, tom. IV de Circumcisione Domini;* ubi de trium-phi Nomine Iesu. Nec mirum, si per hoc nomen daemones expelluntur, quum eius fortitudinem et terrorem sustinere non possint. Unde Ierem. x, scriptum est: *Magnus tu, scilicet, Domine Iesu, et inagnum nomen Iuum in fortitudine.* Et iterum Prophe-ta (PSAL. CX), ait: *Sanctum et terribile nomen eius;* sanctum quidem Angelis bonis, et homini-bus iustis; sed terribile est daemouibus, et viris impiis.

FERIA QUINTA
POST PENTECOSTEN

LEUTIO SANCTI EVANGELII SEQUITUR IUCAM.
LUC. IX, 2-5.

In illo tempore: Conversus Iesus duodecim Apo-stolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemones, et ut languores curarent.

1. Et misit illos praedicare regnum Dei, et sanare infirmos.
2. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque pecuniam, neque saccum, neque poec-niam, neque duas tunicas habetatis.
3. Et in quancumque domum intraveritis, ibi manete, et ibi de ne exeat.
4. Et quicumque non receperit vos: exiite de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos.
5. Egressi autem circuebant per castella, evan-gelizantes et curantes ubique.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. 9.

^{361d} **Q**UALIS DEBEAT ESSE QUI EVANGELI-zat regnum Dei, praecipit e-vangelicis designatur; ut sine virga, sine pera, sine calcamento, si-ne pane, sine pecunia, hoc est, subsi-

dii saecularis adminicula non requirens, fideique deditus sit et quanto minus appetat temporalia, tanto magis spe-ret ea sibi posse suppetere. Quae pos-sunt qui volunt ad eum derivare tracta-tum; ut spiritualem tantummodo locus iste formare videatur affectum, qui ve-lut indumentum quoddam videatur cor-poris exuisse, non solum potestate re-licta contemptisque divitiis, sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis.

Quibus primo omnium datur pacis au-^{361e} tem constantiae generale mandatum; ut pacem ferant, constantiam servent, hospitalis necessitudinis iura custo-diant; alienum a predicatore regni coelestis astruens cursitare per domos, et inviolabilis hospitii iura mutare. Set ut hospitii gratia deferenda cense-tur, ita etiam si non recipiantur, excu-tiendum pulverem, et egressiendum de civitate mandatur. Quo non mediocri boni remuneratio docetur hospitii, ut non solum pacem tribuamus hospiti-bus (MATH. x, 12), verum etiam si qua eos terrena obumbrant delicta le-vitatis, receptis apostolicae praedictio-nis vestigiis, auferantur. Nec otiose se-cundum Matthaeum domus quam ingre-diantur apostoli, legenda decernitur; ut mutandi hospiti necessitudinisque vio-landae causa non suppetat. Non tamen eadem cautio receptori mandatur hos-pitii: ne dum hospes eligitur, hospita-litas ipsa minuatur.

^{361f} Sed haec ut secundum litteram de hos-pitii religione venerabilis est forma praeccepti: ita etiam de mysterio sententia coelestis arridet. Etenim cum domus eligatur, dignus hospes inquiritur. Vi-deamus igitur ne forte Ecclesia praefe-renda designetur et Christus. Quae e-nim dignior domus apostolicae praedi-cationis ingressu, quam sancta Ecclesia? Aut quis praefendus magis omnibus vi-

detur esse quam Christus, qui pedes suis lavare conuevit hospitibus, et quoscumque sua receperit domo, pollutis non patiatari habitare vestigiis, sed maculosos licet vitæ prioris, in reliquum tamen dignetur mundare processus? Hic est igitur solus quem nemo debet desere, nemo mutare. Cui bene dicitur: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, et nos credimus* (IOHANN. VI, 69, 70). Vides exsecutorem cœlestium præceptorum: qui quoniam non mutauit hospitium, cœlestis consortium consecrationis emeruit.

³⁶¹⁸ Fides igitur imprimis Ecclesie quaerenda mandatur, in qua si Christus habitator sit, haud dubie sit legenda. Sin vero perfidus populus aut præceptor inæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda Synagoga censetur. Excutiendis pedum pulvis, ne fœtulentibus perfidiae sterilitatibus, tamquam humi arido arenosoque mentis tuæ vestigiū polluantur. Nam sicut corporea infirmitates populi fidelis suscipere in se debet Evangelii prædicator, et tamquam propriis inania gesta, pulveri comparanda, allevare atque abolere vestigiis, iuxta quod scriptum est: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* (II COR. XI, 29) ita si qua est Ecclesia quæ fidem respuat, nec apostolicæ prædicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiae possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit dicens: *Hæreticum hominem post unam... correptionem devota* (TIT. III, 10).

Varia de SS. Nomina Iesu.
(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. III, SERMO. 49)

³⁶¹⁹ PATEAT hoc etiam per exemplum. Quam enim beatus Bernardus Papiam de Mediolano venisset, quidam uxorem suam daemoneam ad illum adduxit: tunc diabolus per hos eius dicitur coepit:

Non me de hac ancilla mea hic potius edas, et brasias devorans pelles. Cui servus Dei respondit: non Bernardus te, sed Dominus noster Iesus Christus. Mox autem ut ille orationem effudit, spiritus noquam dixit: Quam libenter ego derer de hac ancilla, graviter molestatus in ea, quam libenter egrederer, sed non possem. Non vult enim magnus Dominus Cui Sanctus: Et quis est Dominus magnus? Cui ille: Iesus Nazarenus. Ad quem vir Dei: Vidisti ne unquam eum? Quo respondente, etiam, ei iterum ait: Tibi vidisti eum? Et ille ait: in gloria. Et Sanctus: Et: tu in gloria fueris? Quo respondente: Utique, ait, quomodo inde existi? Et ille ait: Cum Lucifero multi cecidimus. Haec quidem omnia voce lagabri per os vetulae, quibusdam audientibus, loquebatur. Ait illi vir Dei: Numquid in illa gloria redire velles? At ille mirro mo-lo cachinans, ait: Tarda est. Tunc autem orante viri Dei, de muliere egressus est.

Sed quum B. Bernardus inde abiret, eo iam elongato, iterum diabolus invasit eam: vir autem eius post illum cursavit, quid acciderit indicavit: at ille præcepit collo eius chartulam alligari, in qua haec verba conscripta erant: In nomine Domini Iesu Christi: præcipio tibi, daemone, ne haec mulierem iam contingere praesumas. Quod quum factum fuisset, postea ad eandem accedere nequaquam ausus fuerat.

FERIA SEXTA
QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.
Luc. V, 17-26.

In illo tempore: Factum est in una die, et Iesus Iacobus dicitur. Et erant Pharisæi sedentes, et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilee, et Iudæa, et Ierusalem: et virtus Domini erat ad sanandum eos.

17. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: et quaerebant eum inferre, et ponere ante eum.

18. Et non invenientes qua parte illum inferret præter turris, ascenderunt supra tectum, et per tegulas dimiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.

19. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo recumbat tibi peccata tua.

20. Et cooperant cogitare Scribæ et Pharisæi dicens: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

21. Ut cognovit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?

22. Quid est facilius dicere: Dimittantur tibi peccata: an dicere: Surge, et ambula?

21. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralyticus) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.

22. Et confestim conarsgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: et abiit in domum suam, magnificans Deum.

23. Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.
IN LUC. CAP. 5.

³⁶²¹ NON otiosa huius paralytici nec angusta medicina est, quando Dominus et orasse præmittitur, non utique propter suffragium, sed propter exemplum; imitandi enim specimen dedit, non impetrandi ambitum requisivit. Et convenientibus ex omni Galilæa et Iudæa, et Ierusalem, legis doctoribus, inter ceterorum remedia debiliū, paralytici istius medicina describitur. Primum omnium quod ante diximus, unusquisque aeger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos nostræ vitæ compago resoluta, actuūque nostrorum clauda vestigia verbi cœlestis remedio reformatur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis quamvis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant. Quorum rursus admiculis et attollere, et humiliare se facili, ante Iesum loquetur, Dominico videri dignus aspectu. Humilitatem enim respicit Dominus: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ* (LUC. I, 48).

³⁶²² *Quorum fidem, inquit, ut vidit* Magnus Dominus qui aliorum merito ignoscit aliis, et dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Dominum servus et interveniendi meritum et ius habeat impetrandi? Disce, qui iudicas, ignoscere: disce, qui aeger es, impetrare. Si gravium peccatorum diffidus veniam, adhibe precatores, adhibe Ecclesiam quæ pro te precetur, cuius contempla-

tione quod tibi Dominus negare posset, ignoscat.

Et quamvis historiae fidem non debeamus omittere; ut vere paralytici istius corpus credamus esse sanatum, cognosce tamen interioris hominis sanitatem, cui peccata donantur, quæ cum Iudæi asserunt a solo Domino posse concedi, Deum utique cum confitentur, suoque iudicio perfidiam suam produunt, ut opus astruant, personam negent. Itaque ab ipsis et operis sui Dei Filius accipit testimonium, et vocis suffragium non requirit; perfidia enim confiteri potest, credere non potest. Itaque testimonium non deest divinitati, fides deest saluti. Nam et validius est ad fidem quod confitentur inviti: et perniciosius ad culpam quod negant, qui suis assertionibus revincuntur. Magna itaque infidæ plebis amentia, ut cum confessæ fuerit solius Dei esse donare peccata, non credat Deo peccata donanti. Dominus autem salvos volens facere peccatores, et occultorum cognitione Deum se esse demonstrat, et admiratione factorum, adiciens:

Quid est facilius dicere: Dimissa sunt tibi peccata tua; aut dicere: Surge, et ambula?

Quo loco plenam speciem resurrectionis ostendit, qui mentis vulneribus corporisque sanatis, peccata donat animum, debilitatem carnis excludit; hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamvis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere (quis enim potest peccata dimittere nisi solus Deus, qui per eos quoque dimitit, quibus dimittendi tribut potestatem); tamen multo divinius est resurrectionem donare corporibus, quandoquidem ipse Dominus resurrectio est.

Hic lectus qui tolli iubetur, quid est aliud, nisi quia humanum iubetur corpus attolli? Ipse est qui per singulas noctes lavatur a David, ut legimus;

Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo (PSAL. VI, 7). Hic est lectus doloris, in quo anima nostra gravi conscientiae aegra cruciatur iacebat. Sed si quis secundum Christi praecepta se gesserit, iam non lectus doloris est, sed quietis. Miseratione etenim Domini coepit quiet esse quod mors erat, qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluptatis. Nec solum levare lectum, sed etiam domum suam repetere, hoc est, ad paradisum redire censetur; ea est enim vera domus quae hominem prima suscepit: non iure amissa, sed fraude. Merito ergo restituitur donus, quoniam venerat qui nexum fraudis aboleret, ius reformaret.

Nec mora ulla sanitatis intervenit: unum dictorum remediorumque momentum est. Spectant surgentem increduli, mirantur abentem: et divini operis miracula malunt timere quam credere. Nam si credidissent, non timuissent utique, sed dilexissent; perfecta enim dilectio timorem excludit foras (I IOANN. IV, 18). Et ideo isti, quia non diligebant, calumniabantur. Calumniantibus autem dicit: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* (LUC. VI, 22). Quis hoc dicit? Sacerdos magnus. Leporam videbat in cordibus Iudaeorum, ostendit eos peiores esse leproso. Ille sacerdoti est se iussus offerre purgatus: os sacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra contaminet.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX N. BERSAKRINO SESS. VOL. II. SERM. 49).

Sereno autem contraria est nobis pareo, omni spurotia et malitia plena unde Bernard. serm. 12, super Cant. ait: Tribular aliquis nostrum? veniat in cor Iesu, et inde saliat in os, et ecce ad exitum Nomini lumen, nihilum come diffugit, atque serentem reddat. Labitur quis in crimina? currit insuper ad laqueum mortis desperando? nonne,

si invocet Nomen vitae, confestim respirabit ad vitam? Cui aliquando stetit ante faciem salutaris Nominiis avaritia, ad assolat, cordis ignavia, torpor, rancor, animi languor, aedia? Cui fluxus forte siccatas lacrymarum, invocato Iesu, non continuo erupit uberior, fluxit suavior?

Et paulo post etiam loquitur. Nihil ita irae impetum cohibet, superbiae tumorem sedat, sanas furtivas vitulas, restringit luxuriae fluxum, extinguit libidinis flammam, sicut temperat avaritiam, et tentus indecoris fugat pruriginem: siquidem, quam homine Iesu, hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, et amol denique honestate ac sanctitate conspicuum, cum denique ipsum Deum omnipotentem, qui suo me exemplo sanat, et roboret adiutorio. Haec omnia mihi simul sonant, quoniam innumeris Iesu: sumo itaque mihi exempla de homine, et aurillum si poteste illo tanquam pigmentaria species; haec tanquam unde acnam ego, et faciam confortationem, cui similem medicorum nemo facere possit. Hoc tibi electuarium habes, si animi mea, conditum in vasculo vocabuli huius, quod est Iesu, salutiferum certo; quodque nulli iniquam pesti tuae invenitur inefficax.

SABBATO

QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Luc. 17, 38-44.

In illo tempore: Surgens Iesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febris: et rogaverunt illum pro ea.

39. Et stans super illam, imperavit febrim: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illi.

40. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

41. Erant autem daemones a multis, clamantia et dicentia: Quia tu es filius Dei: et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

42. Facta autem ille aggressus ibat in desertum locum, et turbas respiciant eum, et venerunt usque ad ipsum: et dicebant illi ne discederet ab eis.

43. Quibus ille ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.

44. Et erat praedicans in synagoga Gallilaeae.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.
Habenis Febris quata post Thom. III. Quadrag.
Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
DE LUC. CAP. 4.

SURGENS autem de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febris. Si virum a daemone liberatum, moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus, consequenter femina febris tentata, sed ad imperium Domini curata, carnem ad concupiscentiae suae fervore per continentiae praecepta frenatam. Omnis enim avaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia, spiritus immundi furor est. Fornicationem vero, immunditiam, libidinem, concupiscentiam maliam, et avaritiam quae est simulacrorum servitus, febrem illecebrosae carnis intellige.

Et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam, imperavit febrim, et dimisit illam. Modo Salvator rogatus, modo ultra curat aegrotos, ostendens se contra peccatorum quoque passiones et precibus semper adnuere fidellum, et ea quae ipsi minime in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel etiam non intellecta dimittere, iuxta quod Psalmista postulavit: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, Domine.*

Et continuo surgens, ministrabat illis. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate, accessere, et agrotationis sentire molestiam, verum sanitas quae Domini conferat imperio, simul tota redit. Non solum ipsa redit, sed et tanto robore comitante, ut eis continuo qui se adjuverant, ministrare sufficiat, et iuxta leges tropologiae, membra quae servierant immunditiae ad iniquitatem ut fructificarent morti, serviant iustitiae in vitam aeternam.

Cum sol autem occidisset, omnes qui

habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Solis occubitus, passionem mortemque significat illius qui dixit: *Quandiu in mundo sum, lux sum mundi.* Et sole occidente plures daemones, quam ante, plures sanantur aegroti. Quia qui temporaliter in carne vivens paucos Iudaeorum docuit, calcato regno mortis omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmisit. Cuius ministris, quasi vitae lucis praeeconibus, Psalmista canit: *Ita facite ei qui ascendit super occasum.* Super occasum quippe Dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit.

Erant autem daemones a multis, clamantia et dicentia, quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Daemones Filium Dei confitebantur, et attestante Evangelista sciebant ipsum esse Christum. Quia quem dierum quadraginta ieiunio fatigatus diabolus hominem cognoverat, nec tentando valebat, an et Dei Filius esset experiri, iam nunc per signorum potentiam, vel intellexerit, vel potius suspicavit esse Filium Dei. Non igitur ideo Iudaeis eum crucifigere persuasit, quia Christum sive Dei Filium non esse putavit, sed quia se morte illius non praevidebat esse damnandum. Vere enim de hoc mysterio a saeculis abscondito dicit Apostolus, *Quod nemo principum huius saeculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.* Quare autem daemones Dominus de se loqui prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait: *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?* etc. Ne quis dum praedicantem audit, sequatur errantem. Improbus enim magister est diabolus, qui falsa

veris saepe permiscet, ut specie veritatis, testimonium fraudis obtexat. Alias autem non soli daemones qui inviti confitebantur, iubentur silere de Christo, sed et illi, qui ab eo sanati, sponte confiteri volebant. Immo ipsi Apostoli, qui cum post resurrectionem toto erant orbe praedicaturi, ante passionem eius praecipuntur omnino reticere de illo, ne divina videlicet maiestate praedicata passionis dispensatio differretur, et dilata passio salutis mundi quae per hanc futura erat negaretur.

3934 *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, et turbae requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum. Si occasu solis Domini mors exprimitur, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur? Cuius manifestata luce a credentium turbis inquiritur, et in gentium deserto inventus, ne habeat detineatur. Maxime*

cum haec prima sabbati, quo resurrectio celebrata est, egressio, quaesitio, et inventio, contigerit.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX E. BERNARDINO MENDEL, VOL. II, SERM. 49.)

3935 **T**REKTIO quom nobis adversatur mundus, et iudicio Dei, naufragaris in mari, aut incurris in periculo eius, occurrunt pericula fluminum, insiduos inimicorum, traditiones proditorum, terror tonitruorum et fulgurum, ruinosi casus aut lapidum, aut damorum, aut ignis inopinati eventus, et similia; invoca salutis nomen, cor et os subito clamet Iesus, speret in adiutorio Altissimi; ipse enim Psal. xc, ait: *Clavabit ad me, et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, et glorificabo eum.* Et iterum per Prophetam promittit, dicens: *Proferat eum, quoniam cognovit vocem meum: nempe, sicut Prov. xvii, dicitur: **T**urris fortissima novum Domini: ad ipsam recurrat iustus, et exaltatur, scilicet, ne praedicta possint pervenire ad eum, et nocere illi.*

IN FESTO SS. TRINITATIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. XVIII, 18-20.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.*
19. *Et nunc ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: 20. docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.*

Homilia S. Gregorii Nazianzeni.

in *Brev. Rom.*

Homilia Venerabilis Bedae Praebyteri.

IN MATTH. CAP. 23.

3936 **E**t accedens Iesus, locutus est eis, dicens: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.* Haec de assumpta loquitur humanitate, quam suscipiendo minoratus est paulo minus ab angelis, et in qua resurgendo a mortuis gloria et honore est coronatus, et constitutus super opera manuum Patris, omniaque subiecta sub pedibus eius: interque omnia, etiam mors ipsa eius pedibus substracta est, quae ei ad tempus visa est praevallere.

3937 *Et nunc ergo docete omnes gentes, etc.* Prius ergo docere gentes, id est, scientia veritatis instituere, ac sic baptizare praecipit, quia sine fide impossibile est

placere Deo, et, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*, ad extremum vero subiungit: *Docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis*: quia sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

3938 *Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Marcus ait: *Et Dominus quidem postquam locutus est, assumptus est in coelum et sedit a dextris Dei*: quia enim ipse Deus et homo est, assumptus est in coelum, et sedit humanitate, quam de terra susceperat: manet cum sanctis in terra divinitate, qua terram pariter implet et coelum. Notandum interea, quod praesens ubique divina maiestas, aliter electis suis, aliter est reprobis. Adest enim reprobis potentia naturae incomprehensibilis, qua omnia cognoscit novissima et antiqua, intelligit cogitationes a longe, et omnes vias singulorum praevidit. Adest electis gratiae pie protectionis, qua illos specialiter per praesentiam dona vel flagella, quasi filios pater erudit, atque ad possessionem futurae hereditatis erudiendo provehit.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II, SERM. 49).

3609 **T**ERTIO nomen Iesu est remedium infirmantium, hoc est, contra malum concupiscentiae: Nam, dimissa morte culpae, et homine a periculis liberato, remanet in nobis concupiscentiae morbus, et aggritudinis languor: ideo recurendum est ad hoc Nomen Iesu: quia, sicut Petrus Ravennas ait, hoc est Nomen quod dedit casus-visioni, sanctis auditum, claudis grossum ac cirsium, sermone multis vitamque meritis, et etiam totam diaboli potentiam de obsessis corporibus effugavit. Proinde, si qua infirmitas tibi, vel tuis occurrat, non despecto remedio, corporali: aut naturali, recurre ad invocationem. Nominis Iesu. Saepo quoque contingit quos non possunt infirmitatibus remedia naturalia adhiberi, vel propter eorum rarentiam, vel propter morbi aut infirmitatis ignorantiam, seu quia est quasi irremediabile malum per ipsam naturam eorum: ideo curandum est ad remedium quod fidelibus suis (Mat. ult.) Dominus reliquit super terram, dicens: *Signa autem eorum qui crediderunt haec sequantur: in Nominis Iesu dabo vobis virtutem, lingua loquentur novis, serpentes tollant, et si mortiferum quodlibet verbum, non eis operabitur super nigros uanum: impositum, et bene se habebunt.*

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDAE LUCAM.

Luc. II, 28-49.

17 Illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est: 27 Nolite iudicare, et non iudicabimini: nolite condemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittentur.

38 Date, et dabitur vobis: mesuram botani, et conferentem, et coegitatum, et supereffluentem, dabunt in sinum vestrum. Eadem quoque mensura, qua mensuraveritis, replebitur vobis. 39 Dicat autem illis et similitudinem: Numquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt?

40 Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 42 Quid autem videt festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non consideras?

44 Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine cinis festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videt? Hypocrite, eiece primam trabem de oculo tuo, et tunc perspicias et educas festucam de oculo fratris tui.

Homilia S. Augustini Episcopi.

ad in. Rees. Serm.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. I. POST. PENT. SERMO I.

3610 **M**OVET nos ad misericordiam benigna informatio divina exemplaritatis, dirigentis rationalem, quae in tribus aliquo modo apparet: primo, in gratuita vocationis instantia; secundo, in diuturnae expectationis patientia; tertio, in benignae susceptionis clementia. Unde misericors Deus peccatores instanter vocat, patienter expectat et clementer suscipit.

Primo misericordia Dei apparet in gratuita vocationis instantia; unde Matthaei nono: *Misericordiam volo, et non sacrificium; non enim veni vocare iustos, sed peccatores* ad poenitentiam. Misericors Deus, licet a peccatoribus turpiter contemptum, tamen non indignatur mittere Filium suum et ab eis prius petere pacem per instantiam gratuita vocationis, eo quod avidius optat nostram salutem quam aliquod sacrificium. Gregorius: "Debeamus saltem pietatem vocantis crubescere, si eius iustitiam nolumus formidare; quia tanto graviore improbitate contemnitur, quanto et contemptus adhuc vocare non dignatur." Charissimi, accipiamus exemplum tantae benignitatis et misericordiae et petamus prius pacem ab his qui nos persequuntur et offendant, quamvis culpa non sit ex parte nostra; quia, secundum Gregorium, "hominum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est... Et tunc induemur viscera misericordiae sicut veri et dilecti filii Dei, Patris misericordiae, qui per viscera suae misericordiae veniens ex alio prius petit nobis pacem, vocando ad poenitentiam.

Secundo apparet Dei misericordia in diuturnae expectationis patientia; unde Theonorum tertio: *Misericordiae Domini,*

quia non sumus consumpti; quia non defecerunt miserationes eius. Cum enim homo peccat, iniuriatur Creatori suo et etiam Filium Dei in semetipso crucifigit, et ideo statim dignus est totali consumptione, nisi esset divina misericordia, quae patienter et longanimitate expectat eum, quasi dissimulans peccata eius; quia, si statim peccatorem puniret, postea cui parceret non haberet. Ergo, dilectissimi, exemplo divinae misericordiae peccatorem supportantis patienter et expectantis longanimitate, supportemus defectus, dura facta et verba aliorum, quae nobis displicent; nec statim prosumamus in iram nec assumamus vindictam, sed longanimitate expectemus eius correctionem voluntariam; alioquin displiceret Deo, et timendum esset, ne Deus similiter nobis faceret.

3611 **T**ertio apparet divina misericordia in benignae susceptionis clementia. Et exemplum habemus de filio prodigo; Lucae decimo quinto: *Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius et misericordia motus est, et accurrens cecidit super eum et osculatus est eum.* Ecce, quod Deus, pater misericordiae, propter horrorem praeteritarum foeditatum non devertat consortium sic perditum filii, immo clementer suscipit eum ad osculum pacis et concordiae. In cuius signum iubet, et tradi annulum in manu eius, id est confederationem suae benevolentiae, et calcantem in pedibus, id est gratiam in effectibus, et vestiri stolam primam, id est restitui in puritate pristinae innocentiae. Unde notabile est, quod iste primo videtur poenituisse quadam coacta necessitate, et tamen eius poenitentia Deo accepta est. Propter hoc tibi dicit Augustinus: Quaecumque necessitas cogat peccatorem ad poenitentiam, nec peccati quantitas nec vitae enormitas nec hominis extremitas

excludit a venia, si perfecta fuerit voluntatis immutatio, sed in amplexibus sinus charitatis filios prodigos suscipit revertentes. Ergo ad illud exemplum misericordiae clementer suscipientis inimicos et totaliter condonantis debita hortatur Apostolus ad Ephesios quarto: *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis; ubi Ambrosius: "Si alter in alterum peccet, donate commissam; sin autem, Deus repetet et remissa; quia, si in his contemptus fuerit, sententiam, quam per misericordiam dederat, per iustitiam revocabit."*

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II, SERM. 49).

3612 **N**EC recurandum est ad faturos, insanas, et omnino erroneas incantationes quorundam, qui credunt se invocare Nomen Domini, et invocant nomen diaboli incantationibus suis, eo quod saepe nomina ignota sibi commisceant, ac semper in eis mendacia interpanant; licet saepius Pater Noster, et Ave Maria, ad cooperimentum addant, et licet per tales insanias appareant aliqui liberari, tamen, permittente iudicio Dei, dactum, qui ex versutia sua facit hominem, vel puerum aegrotare, eo invocato, per impiam incantationem auferit languorem, et infirmitatem a corpore per infidelitatem, et errorem; inficiens mortalem culpam in anima et in corde; sicut in legenda B. Bartholomaei evidentius patet. Proinde Propheta hoc praevideat Psal. xxxix, ait: *Hostis vir cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates, et loquutus est iustas.*

De pluribus vero fide digno testimonio nostris temporibus audivi quia, iuxta verbum Domini imposita manu super aegrotantes, ad invocationem huius sanctissimi Nominis Iesu liberati sunt; nam sicut effusus unguentibus ministrat gratiam corporibus, sic Nomen Iesu dat salutis gratiam animabus: unde Propheta (Psal. cxv), ait: *Salvavit eos propter nomen suum ut nolam faceret potentiam suam; et, quod mirabilis est, etiam peccatores, et infideles ad invocationem huius gloriosissimi Nominis fecisse miracula, et sanasse et proterios manifeste comprobatur.*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. I. POST. PENT. SERMO 3.

3646 **M**OVET nos ad misericordiam magna promissio omnimodae utilitatis, allicientis concupiscibilem. Circa quod nota, quod triplicem utilitatem homini facit misericordia, ad quam omnis alia bona utilitas potest reduci; et propter hoc totaliter debent ad opera misericordiae allici affectus. Nam misericordia primo *liberat a peccato*, resolvendo vincula culpae; secundo *locupletat in merito*, augmentando dona gratiae; tertio *beatificat in praemio*, perducendo ad gaudia vitae.

3647 Primo, misericordia *liberat a peccato*, resolvendo vincula culpae; unde Proverbiorum decimo sexto: *Misericordia et veritate redimitur iniquitas, et in timore Domini declinatur a malo*. Homo enim, qui vendiderat animam suam diabolo per iniquitatem, potest eam *redimere* per misericordiam et veritatem. Optima commendatio est veritas iustitiae et pietas misericordiae. Nam per veritatem iustitiae in punitione et detestatione vitiorum per poenitentiam purgatur culpa; sed per pietatem misericordiae in subventionem pauperum per eleemosynas dimittitur poena; tamen hoc debet fieri *in timore Domini* tanquam in principio omnis boni, per quem declinat homo a malo, non in timore mundano et servili. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Similiter de hoc dicitur Danielis quarto: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordibus pauperum; forsitan ignoscet delictis tuis*. Dignum est enim, ut, qui misericordiam ab aliquo postulat, misericordiam cum alio faciat et ex se ipso cognoscat quae sunt proximi.

3648 Secundo, misericordia *locupletat in merito*, augmentando dona gratiae; unde

Proverbiorum decimo nono: *Foeneratur Domino qui miseretur pauperis*. Sicut enim cito per usuram locupletatur homo divitiis temporalibus, sic per misericordiam divitiis spiritualibus et temporalibus. Nam haec est una virtus, quae multiplicat per spiritualia et temporalia et etiam levat in sublimem locum gloriae; unde Ecclesiastici decimo sexto: *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum*. Omnis misericordia in septem suis operibus continetur, quae cuilibet, secundum, quod in eis fuerit exercitatus, praeparat locum plenum divitiis Divinitatis in gloria; quae quidem septem opera misericordiae in hoc versu continentur:

Visito, poto, cibare, refugio, tegeo, colligo, coedo.

3649 Perfectus enim misericors debet visitare infirmos, cibare et potare ieiunos, redimere captivos, tegere nudos, colligere peregrinos, condere sive sepelire mortuos. Sex vero istorum operum extrahuntur de textu Evangelii, Matthaei vigesimo quinto: *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitiivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperastis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me*. Septimum vero opus misericordiae, quod est sepelire mortuos, potest haberi ex libri Tobiae secundo.

3650 Tertio, *beatificat in praemio*, perducendo ad gaudia vitae; unde Proverbiorum vigesimo secundo: *Qui promissus est ad misericordiam benedicitur; de pauperibus enim suis dedit pauperi, victoriam et honorem acquirat qui dat munera*. Quia homo *promissus ad misericordiam dedit de pauperibus suis pauperi esurienti*, ideo *acquirat honorem gloriae*, quoniam *beneficetur illa benedictione, de qua dicitur Matthaei vigesimo quinto: Venite, benediciti patris mei, possidete paratum vobis regnum a*

constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare. Nam beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur, secundum quod dicitur Matthaei quinto.

Varia de SS. nomine Iesum.

(S. BONAVENTURAE SERMONI, VOL. II, SERM. 40.)

3651 **U**NO de Beato Dionysio Areopagita narratur quod, dum cum Beato Paulo discipularet per viam, ante eos quidam caecus transibat, ac statim Dionysius Apostolo ait: Si dixeris huic caeco: In nomine Dei tui vide, et videris, statim credam; sed, ne utaris magicis verbis, ego tibi praescribam formam verborum dicens: In nomine Iesu Christi de Virgine nati, crucifixi, et mortui, qui resurrexit et ascendit in caelum, vide. Et respondens Paulus, ait: hoc ut omnis suspicio tolleretur, volo ut verba eadem tu ipse proferas; et in eadem forma verborum Dionysius dixit: caeco ut videret, et statim vidi, et confessus est Dionysius se credere in Christum Iesum Dominum nostrum. Ex his patet quod, quum Dionysius adhuc esset peccator et infidelis, ad invocationem huius Nominis caecum illuminavit, et sic puerique hoc idem in se et in aliis nostris temporibus experti sunt, licet essent peccatores, ut verificetur quod de hoc praedictum est in Psalmo: *Solentis eos propter Nomen unum, ut notam faceret potentiam suam*.

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. I. POST. PENT. SERMO 4.

3652 **M**OVET nos ad misericordiam a verbis puniitio divinae severitatis, concutientis irascibilem, quae in tribus manifestatur. Nam non facientes misericordiam primo, *spoliantur beneficio* gratuita donationis; secundo *vitiuperantur approbriis* divinae redargutionis; tertio, *cruciantur supplicio* aeternae damnationis.

3653 Primo, non facientes misericordiam spoliantur beneficio gratuita donationis; unde Matthaei decimo octavo: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit, et te mise-*

ri conservi tui, sicut et ego tui miseratus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet unumcuiusque debitum. Ecce, quod Dominus ab isto qui noluit facere misericordiam cum proximo suo, suum beneficium gratuita donationis, quod per misericordiam et fecerat, per iustitiam repetit.

3654 Secundo, non facientes misericordiam *vitiuperantur approbriis* durae increpationis; unde Proverbiorum decimo quarto: *Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius; honorat autem eum qui miseretur pauperis. In malitia sua expelletur impius*. Sicut enim qui *miseretur pauperis* honorat Deum in paupere, sic qui *claudit viscera* misericordiae pauperi exprobrat et facit vituperium factori suo in paupere; et ideo talis dignus est tanquam impius expelli in malitia suae impietatis a consortio Sanctorum et etiam exprobrari vituperio durae increpationis, secundum quod dicitur Matthaei vigesimo quinto: *Discedit a me, maledicti, in ignem aeternum. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitiivi, et non dedistis mihi bibere; hospes eram, et non collegistis me; nudus fui, et non cooperastis me; infirmus, et non visitastis me; in carcere, et non venistis ad me*.

3655 Tertio, non facientes misericordiam *cruciantur supplicio* aeternae damnationis; unde Iacobi secundo: *Iudicium spem misericordiae illi qui non fecit misericordiam. Tota iudicialis discussio et sententia Iudicis erit secundum exhibitam et non exhibitam opera misericordiae*. Nam qui misericordiam fecerunt habebunt vitam aeternam, qui vero misericordiam negaverunt cruciantur supplicio aeterno; unde dives, qui micam panis negavit Lazaro pauperi, iussus est cruciari flamma infernali. Regemius ergo, etc.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 49)

3656 **E**st autem advertendum quod quatuor necessaria sunt ad hoc ut homo impetret in virtute sacri nominis: Primo quod pro se petat, secundo quod petat necessarium ad salutem, tertio quod petat pie, quarto quod petat perseveranter: his quatuor concurrentibus, semper impetratur quod petitur.

3657 Primo, inquam, exauditur, si petat pro se: non potest enim homo vitam aeternam ex condigno alteri procurari; nec per consequens in qua peritenti ad vitam aeternam alteri mereri potest. Proinde non accipietur petens pro altero petens exauditur: unde Hieronymus super Ierem. Frustra rogat quis pro suo, quam ille demeretur pro quo loquitur. Et iterum Aug. super Iohann. Exaudiuntur omnes Sancti pro seipso, non autem pro omnibus amicitia et invidia: quia non ad utrumque dictum est a Domino (Iohann. xvii): *Si quis petierit Patrem in nomine meo dabit: sed addit: Dabit vobis. Et ad hoc facit quod Ierem. vii. Dominus ait, dicens: Noli arare pro populo hoc, nec nascatur pro eo laudans, et orationem, et non obsitas illi, quia non exaudiam ter ubi Glossa dicit quod duo sunt quae orationibus, ne exaudiantur a Domino, contradicunt: Primum est error incorruptus et permanentis, secundum est finalis impotentia, seu cor impotentis.*

3658 Secundo si petit necessarium ad salutem, unde Iohann. ubi supra ait Dominus: *Si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Proinde Rahab super Matth. ait: Quotiescumque patientes non audiam, unde fit, quia illa contra auxilium nostrae salutis petimus, vel in futurum peccatitia distulit effectus, ut desideria crescant, et perfectius capiantur gaudia quae reseruantur.

3659 Tertio si petit pie, in quo verbo omnes conditiones quae requiruntur: ex parte orantis, inquantum orans, plenus comprehenditur, scilicet, quod orat fideliter, humiliter, et ferventer. Primo orat fideliter, et confidenter, sicut B. Iacobus primo suo cap. ait: *Postulet in fide, nihil desit.* Secundo quod orat humiliter, unde Psal. ci. ait: *Respectu in orationem humilium, et non spernit precum eorum.* Tertio quod orat ferventer: unde August. ait: Dignus sequitur effectus, quanto ferventior praecedat affectus.

3660 Quarto si petit perseveranter: unde Iac. xv. Dominus ait: *Quis vestrum habebit munus, et ibit ad illud modis nocte, et dicit illi: Amice, ac comoda mihi tres panes, quoniam munus meum vult de via ad me, et non habeo quid ponam ante illud. Et ille dicens respondens: Noli mihi munus esse, iterum vestrum munus clarum est, et qui*

mei munus sunt in cubili: non possunt surgere, et dicit tibi, et ille, si perseveraverit pulsans, dico tibi, et si non dabit illi surgere, eo quod amicus est, propter importunitatem lumen eius surgit, et dabit illi quomodo habet necessarios: et ego dico vobis: Petite, et dabitur vobis, querite, et invenietis, pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsans aperitur

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

SERMO I. POST PENT. SERMO 2.

Misericordia Salvatoris, lectio scribenda est in cordibus nostris. Debemus ergo et nos misereri ad invicem, sicut medicus infirmo corporaliter visitando et spiritualiter curando. De primo, Iob decimo nono, quomodo clamant pauperes infirmi: *Miserentini mei, miserentini mei;* et subditur: *qui manus Domini tetigit me.* Quando aliquis est in sanitate, est sicut equus impetuosus, qui non potest teneri sine freno; sed quando tangit eum Deus aliqua infirmitate, tunc vere miseretur, quando dat ei gratiam confitendi et poenitendi, et sic dignatur eum curare. De secundo dicitur Ecclesiastici trigesimo sexto: *Species mulieris exalrat faciem viri sui et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, est et mitigationis et misericordiae;* Glossa: "Nulla delectatio corporalis potest comparari illi delectationi." Quia Christus delectatur, quando infirmos visitamus, si adsit lingua misericordiae in compassione cordis et mitigationis in dulciloquio oris et curationis in exhortatione boni operis. Tales audient a Domino: *Infirmus fui, et visitastis me;* ideo ponentur cum electis a dextris.

Secundo debemus misereri ad invicem sicut mater filio, et hoc dupliciter:

primo, indigentibus necessaria ministrando; secundo, defectus eorum aequanimiter tolerando. De primo, Danielis quarto: *Peccata tua elemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum; forsitan ignoscet Deus delictis tuis.* Bene congruum est, ut, si Dominus replet nostram indigentiam, quia nos similiter relevemus alienam. Qui enim indiget misericordia debet alii misereri. Pleni enim sumus omni miseria, et ideo indigemus misericordia. Nam si creaturae nobis subtraherent sua beneficia, non possemus vivere, ut si sol lumen et calor, aqua humorem. Unde omnes creaturae reprehendunt homines immisericordes: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur.* De secundo patet Iacobi secundo: *Misericordia superexaltat iudicium.* Defectus aliorum plus debemus charitative et misericorditer tolerare quam superbe et temere iudicare, quia falsa iustitia habet indignationem, vera compassionem.

3663 Tertio debemus ad invicem compati ut dominus servo, et hoc dupliciter: corrigendo quantum ad cautelam futurorum et iniurias remittendo quantum ad offensam praeteritorum. De primo, Proverbiorum tertio: *Misericordia et veritas te non deserant; circumdanda eas gutturi tuo et describe in tabulis cordis tui et invenies gratiam bonam coram Deo et hominibus.* De secundo dicitur ad Ephesios quarto: *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.*

3664 Quarto debemus invicem misereri, sicut magister miseretur discipulo et hoc dupliciter: consulendo et orando. Consulendo, ut fiant opera perfectionis; orando ut sequatur effectus consolationis. De primo, Ecclesiastici decimo octavo: *Qui misericordiam habet docet et erudit quasi*

pastor gregem suum. Vnus pastor agnos invalidos portat in sinum suum et validos sinit abire. Sic homo misericors, maxime praefatus Ecclesiae, debet docere misericorditer subditos, ut sic acquirat fructum animarum et in futuro recipiat a Deo centuplum. De secundo dicit Petrus: *Omnes unanimes in oratione estote compatientes, fraternitatis amatores, misericordes,* etc. Si sic in praesenti misericordiam proximis exhibemus, in futuro Deum misericordem inveniemus. Quod nobis, etc.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMO, VOL. II, SERM. 49)

3665 **Q**uarto vero Nomen Iesu est solatium patientium, et hoc contra malum poenae: quoniam cum Deus servos suos in tentatione succumbere non permittat, nihilominus tamen permittit eos sustinere afflictiones: sed desperationem non est, nec oblivendum dicitur Nominis Iesu; sed tamen maxime invocandum. Proinde consulendo patientes Matth. v. Dominus ait: *Beati estis, quoniam noli desiderat vobis homines, et dixerit omne malum adversum vos suscitantes propter me: gaudeat in illa die, et exultet, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.*

3666 Inimmo menti inflammatae amor Nominis Iesu inaestinabilis laetitia est pro Nominis Iesu pati solum ex inebriatione sui amoris, et in appetitu similitudinibus cordis eius, nullo alio praemio expectato. Nonne saepe est homini gaudium pati pro amico mortali; etiam quum nescit ille pro quo talis passio susciatur? quanto magis pro Deo immortalis qui omnia cernit, et pro Domino Iesu qui tante pro nobis laete perpassus est? Hoc considerans Paulus, (Act. xxi), ait: *Ego autem non solum alligatus, sed et mori in Ierusalem paratus sum propter Nomen Iesu Christi.* Et Act. v. iterum de Apostolis ait: *Beati Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro Nominis Iesu contumeliam pati.* August. etiam ait: *Dat magnam iudicium nomen Domini scriptum in cordibus iustorum contra impetum malorum; ut patienter tolerant, et procliviter evitent.* Unde beata Agatha Iudici sui tormenta sepe committenti invicito animo sibi respondet, dicens: *Si ferus mihi promittas, auditio Christi Nominis, mansuetusque tibi ignem adhibeas, rorem salvificum de caelo mihi Angeli ministrabunt.*

IN SOLEMNITATE
CORPORIS CHRISTI

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM.

IOANN. VI, 56-59.

18. Illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudaeorum: Caro et sanguis meo est panis et potus.

57. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.

58. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.

59. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOANN. TRACT. 26.

3667 **L**ITIGABANT ergo Iudaei ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? (IOANN. VI, 53). Litigabant utique ad invicem, quoniam panem concordiae non intelligebant, nec sumere volebant: nam qui manducant istum panem, non litigant ad invicem; quoniam unus panis, unum corpus multi sumus. Et per hunc facit Deus unus modi habitare in domo (PS. LXVII, 7).

3668 Quod autem ad invicem litigantes

quaerunt, quomodo possit Dominus carnem suam dare ad manducandum, non statim audiunt: sed adhuc eis dicitur: Amen, amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis (IOANN. VI, 54). Quomodo quidem edatur, et quisnam modus sit manducandi istum panem, ignoratis; verumtamen nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Haec non utique cadaveribus, sed viventibus loquebatur. Unde ne istam vitam intelligentes et de hac re litigarent, secutus adiunxit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Hanc ergo non habet qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit: nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt, aeternam vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet in se

vitam: et qui manducat eius carnem, et bibit eius sanguinem, habet vitam. Ad utrumque autem respondet quod dixit, aeternam. Non ita est in hac esca, quam sustentandae huius temporalis vitae causa sumimus. Nam qui eam non sumpserit, non vivet: nec tamen qui eam sumpserit, vivet. Fieri enim potest, ut senio, vel morbo, vel aliquo casu, plurimi et qui eam sumpserint moriantur. In hoc vero cibo et potu, id est, corpore et sanguine Domini, non ita est. Nam et qui eam non sumit, non habet vitam: et qui eam sumit, habet vitam, et hanc utique aeternam. Hunc itaque cibum et potum societatem vult intelligi corporis et membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in praedestinatis, et vocatis, et iustificatis, et glorificatis sanctis, et fidelibus eius. Quorum primam iam factum est, id est, praedestinatio: secundum et tertium factum est, et fit, et fiet, id est, vocatio et iustificatio: quartum vero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Huius rei Sacramentum, id est, unitatis corporis et sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum in Dominica mensa praeparatur, et de mensa Dominica sumitur; quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium: res vero ipsa cuius sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit.

3669 Ne autem putarent sic in isto cibo et potu promitti vitam aeternam, ut qui eam sumerent, iam nec corpore morentur; huic cogitationi dignatus est occurrere. Nam cum dixisset: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam; continuo subiicit: Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Ut habeat interim secundum spiritum vitam aeternam in requie, quae sanctorum spiritus suscipit: quod autem ad corpus attinet, nec eius vita ae-

terna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum novissimo die.

3670 *Caro enim mea, inquit, vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Cum enim cibo et potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiant; hoc veraciter non praestat nisi iste cibus et potus, qui eos a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sanctorum, ubi pax erit et unitas plena atque perfecta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis confit: aliud in unum ex multis acinis confluit.

3671 Denique iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, et quid sit manducare corpus eius, et sanguinem bibere. Qui manducat carnem meam, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, et illum bibere potum, in Christo manere et illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat [spiritualiter] carnem eius, nec bibit eius sanguinem, [licet carnaliter et visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis et sanguinis Christi]: sed magis tantae rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit, quia immundus praesumpsit ad Christi accedere Sacramenta, quae aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (MATTH. V, 8).

3672 *Sicut, inquit, misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Non ait: Sicut manduco Patrem, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Non enim Fi-

lius participatione Patris fit melior, qui est natus aequalis; sicut participatione Filii per unitatem corporis eius et sanguinis, quod illa manducatio potatoque significat, nos efficiunt meliores. Vivimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum; id est, ipsum accipientes aeternam vitam, quam non habebamus ex nobis: vivit autem ipse propter Patrem, missus ab eo; quia semetipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem crucis (Phil. 2, 8). Si enim secundum id accipimus, *Vivo propter Patrem*, quod alibi ait: *Pater maior me est* (Ioann. 14, 28); sicut et nos vivimus propter ipsum, qui maior est nobis: hoc ex eo quod missus est, factum est. Missio quippe eius exinanitio summetipsius est, et formae servilis accētio; quod recte intelligitur, servata etiam Filii eum Patre aequalitate naturae. Maior enim est Pater homine filio, sed aequalem habet Deum Filium: cum idem ipse sit et Deus et homo, Dei Filius et hominis filius, unus Christus Iesus. In quam sententiam si recte accipiuntur haec verba, ita dixit: *Sicut me misit vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me*: ac si diceret, Ut ego vivam propter Patrem, id est, ad illum tanquam maiorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit; ut autem quisque vivat propter me, participatio facit qua manducat me. Ego itaque humilitatis vivo propter Patrem, ille erectus vivit propter me. Si autem ita dictum est, *tivo propter Patrem*, quia ipse de illo, non ille de ipso est; sine detrimento aequalitatis dictum est. Nec tamen dicendo, et qui manducat me, et ipse vivet propter me, eandem suam et nostram aequalitatem significavit; sed gratiam mediatoris ostendit.

3673 *Hic est panis qui de coelo descendit:*

ut illum manducando vivamus, quia aeternam vitam ex nobis habere non possumus. *Non sicut*, inquit, *manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt: qui manducat hunc panem, vivet in aeternum*. Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, ut non vivant in aeternum. Nam temporaliter et hi profecto moriuntur, qui Christum manducant: sed vivunt in aeternum, quia Christus est vita aeterna.

Varia de SS. Nominē Iesu.

DE S. BERNARDINI SERMONI, VOL. II, SERMO, 40.

3674 **P**ROPTER virtutem huius Nominis sancti Martyres in tormentis suis omnibus triumphant; unde Propheta Psal. XLIII in persona eorum dixit: *In nomine tuo sperabimus, inurgentes in nos*. Et iterum Psal. CXXII: *Adulatorum nostram in nomine Domini, qui fecit caelum et terram, scilicet, quod maius fuit, quam nobis per consolationem assistere in tormentis*. Nec mirum si cum tanto gaudio tanta Martyres sustulerunt, quia ipse erat qui in eis omnia sustentabat tormenta sicut Apostolus ait ad Philipp. II: *Operatur in vobis velle, et perficere pro bona voluntate*.

3675 Unde Apoc. II, animas patienti propter nomen suum Dominus ait: *Patientiam habet, et sustinuit propter nomen meum et non defecit*. Ille nempe propter Nomen Domini Iesu sustinet, qui passioe sua clarificat Nomen Christi, et non propter nefaria opera, sed propter sacra instituta virtutum religionis Christianae persecutiones sustinet patienter, sicut et Beatus Petrus cap. IV: *Nomen nostrum filiorum, quasi fur, vel homicida, aut maledicus, aut uticum appellatur*. Si autem ut Christianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto Nominē.

3676 Sed quoniam virtus patientiae praemium non meretur, nec virtus etiam dici potest, nisi perseveret usque in finem, ideo Ioann. subdit: *Et non defecisti*. A iustitia quidem defecere comprobatur qui vel difficultate exercitii, vel interna passione animi, et impunitate persecutis inimici resistit a cepto proposito iusti: et ideo Levit. III animal cum, causa percipitur immolari: in quo mystice insinuat quod opus Deo placere non potest, si non perseveret usque in finem, quod in animalis causa designatur.

FERIA SEXTA

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN EVANG. IOH. TRACT. 27.

3677 **V**ERBA Domini ex Evangelio, quae sermonem pristinum consequuntur, audivimus. Hinc sermo debetur auribus et mentibus vestris, et hodierno diei non importunus est: est enim de corpore Domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter aeternam vitam. Exposuit autem modum attributionis huius et doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens: *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in illo* (IOANN. VI, 57). Signum quia manducavit et bibit, hoc est, si manet et manetur, si habitat et inhabitatur, si haeret et non deseratur. Hoc ergo nos docuit et admonuit mysticis verbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant plures non intelligendo scandalizati sunt: non enim cogitabant haec audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, et veram dicit: *Sapere secundum carnem, mors est* (ROM. VIII, 6). Carnem suam dat nobis Dominus manducare, et sapere secundum carnem mors est: cum de carne sua dicat, quia ibi est vita aeterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis.

3678 *Multi itaque audientes, non ex inimicis, sed ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo; quis potest eum audire?* (IOANN. VI, 61). Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat ut diceretur, quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non adversos. Isti autem cito defecerunt, talia loquenti Domino Iesu: non crediderunt ali-

quid magnum dicentem, et verbis illis aliquam gratiam cooperientem; sed prout voluerunt ita intellexerunt, et more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc dicensponbat Iesus, carnem quia indutum erat Verbum, veluti concisam distribuere creditentibus in se. *Durus est*, inquit, *hic sermo, qui potest eum audire?*

3679 *Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de eo discipuli eius* (Ibid. 62). Sic enim apud se ista dixerunt, ut ab illo non audirentur; sed ille qui eos noverat in se ipsis, audiens apud semetipsum, respondit et ait: *Hoc vos scandalizat*; quia dixi: *Carnem meam do vobis manducare, et sanguinem meum bibere*, hoc vos nempe scandalizat. *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Quid est hoc? Hinc solvit quod illos moverat? hinc aperuit unde fuerant scandalizati? Hinc plane, si intelligerent, Illi enim putabant cum erogatum corpus suum, ille autem dixit se ascensurum in caelum, utique integrum. *Cum videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius*; certe vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum; certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus.

3680 Et ait: *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam* (Ibid. 64). Hoc antequam exponamus, ut Dominus donat, illud non negligenter praeterendum est, quod ait: *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Filius enim hominis Christus ex Virgine Maria. Ergo Filius hominis hic coepit esse in terra, ubi carnem assumpsit ex terra. Unde propheticè dictum erat: *Veritas de terra orta est* (PSAL. LXXXIV, 12). Quid sibi ergo vult quod ait: *Cum videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Nulla enim esset quaestio si ita dixisset, Si videritis Filium Dei

ascendentem ubi erat prius? cum vero Filium hominis dixit ascendentem ubi erat prius, numquid Filius hominis in coelo erat prius, quando in terra esse coepit? Hic quidem dixit: *Ubi erat prius*, quasi tunc non ibi esset quando haec loquebatur. Alio autem loco ait: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis qui est in coelo*: non dixit, erat, sed, Filius, inquit, hominis qui est in coelo. In terra loquebatur, et in coelo se esse dicebat. Et non ita dixit: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius Dei qui est in coelo. Quo pertinet, nisi ut intelligamus, quod etiam pristino sermone commendavi Charitati vestrae, unam personam esse Christum Deum et hominem, non duas; ne fides nostra non sit Trinitas, sed quaternitas? Christus ergo unus est: Verbum, anima et caro unus Christus: Filius Dei et filius hominis unus Christus. Filius Dei semper, filius hominis ex tempore; tamen unus Christus secundum unitatem personae. In coelo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in coelo, quomodo Filius Dei erat in terra: Filius Dei in terra in suscepta carne, filius hominis in coelo in unitate personae.

368. Quid est ergo quod adiungit: *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam*? Dicamus ei (patitur enim nos non contradicentes, sed nosse cupientes): O Domine, magister bone, quomodo *caro non prodest quidquam*, cum tu dixeris: *Nisi qui manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam* (IOANN. VI, 54). An vita non prodest quidquam? et propter quid sumus quod sumus, nisi ut habeamus vitam aeternam, quam tua carne promittis? quid est ergo, non prodest quidquam caro? Non prodest quidquam, sed quomodo illi intellexerunt: carnem quippe sic

intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est, *Caro non prodest quidquam*; quomodo dictum est, *Scientia inilat*. Iam ergo debemus odisse scientiam? absit. Et quid est, *Scientia inilat*? sola, sine charitate. Ideo adiunxit, *Charitas vero edificat* (I COR. VII, 1). Adde ergo scientiae charitatem, et utilis erit scientia: non per se, sed per charitatem. Sic etiam nunc *caro non prodest quidquam*, sed sola caro: accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, et prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, Verbum caro non fieret ut inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit Christus, quomodo caro nihil prodest? Sed per carnem Spiritus aliquid pro salute nostra egit. Caro vas fuit: quod habebat attende, non quod erat. Apostoli missi sunt, numquid caro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro apostolorum nobis profuit, caro Domini potuit nihil prodesse? Unde enim ad nos sonus verbi, nisi per vocem carnis? unde stylus, unde conscriptio? Ista omnia opera carnis sunt, sed agente spiritu tamquam organum suum. *Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam*: sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum carnem meam.

369. Proinde verba, inquit, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita est (IOANN. VI, 64). Diximus enim fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione carnis suae et potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus et ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius; manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Ut autem simus membra eius, unitas non compingatur. Ut compingatur unitas, quae facit nisi charitas? Et charitas Dei unde? Apo-

stolum interroga: *Charitas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (ROM. V, 5). Ergo *Spiritus est qui vivificat*: spiritus enim facit viva membra. Nec viva membra spiritus facit, nisi quae in corpore quod vegetat ipse spiritus, invenerit. Nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut homo sis, numquid vivificat nisi membra, quae sunt in carne tua; unum si tollas, iam non vivificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui non copulatur. Haec dicuntur ut amemus unitatem et timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius; si non est membrum eius, non vegetatur Spiritu eius: *Quisquis autem, inquit Apostolus, Spiritum Christi non habet, hic non est eius* (ROM. VIII, 19). *Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quid est, Spiritus et vita sunt?* Spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? *Spiritus et vita sunt*. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa *Spiritus et vita sunt*, sed tibi non sunt.

368. Sed sunt quidam, inquit, in vobis qui non credunt (IOANN. VI, 65). Non dixit: Sunt quidam in vobis qui non intelligunt; sed causam dixit, quare non intelligant. *Sunt enim quidam in vobis qui non credunt*: et ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit: *Nisi crederitis, non intelligetis* (IS. VII, 9, iuxta LXX). Per fidem copulamur, per intellectum vivificamur. Prius haec reamus per fidem, ut sit quod vivificetur per intellectum. Nam qui non haeret, resistit: qui resistit, non credit. Nam qui resistit,

quomodo vivificatur? Adversarius est radio lucis, quo penetrandus est: non avertit aciem, sed claudit mentem. *Sunt ergo, quidam qui non credunt*. Credant et aperiant, aperiant et illuminabuntur. *Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, et quis traditurus esset eum* (IOANN. VI, 65). Ibi enim erat et Iudas. Nam quidam scandalizati sunt: ille autem mansit ad insidiandum, non ad intelligendum. Et quia ideo manserant, non de illo tacuit Dominus. Non illum expressit, sed nec siluit: ut omnes timerent, quamvis unus periret. Sed posteaquam dixit et distinxit credentes a non credentibus, expressit causam quare non credant: *Propterea dixi vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ergo et credere datur nobis; non enim nihil est credere. Si autem magnum aliquid est, gaude quia credidisti, sed noli extolli: Quid enim habes quod non accepisti?* (I COR. IV, 7).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX B. BEATISSIMO SERENI, VIII, II, SESS. 49).

368. SECUNDO autem pro ipsis proficientibus aliisquoque duobus radiis distinguamus de admirando Nominis Iesu Christi: nam sicut incipientibus proficit contra malum, ita proficientibus prodest erga bonum. In quatuor nempe proficere debent ipsi proficientes: Primo corde, secundo ore, tertio opere, quarto continuatione. Proinde Nomen Iesu est primo honor credentium, secundo splendor praedicantium, tertio meritum operantium, quarto adiutorium diligentium.

368. Primo autem respectu cordis non enim Iesu est honor credentium: facti enim nomen Iesu in corde plantatum per fidem dilectissimum Dei Filium, sicut Iohanni I testatur, dicens: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius*. Maximus quidem est honor esse filios Dei; nam, terti Paulo ad Romae viii: *Si filii, et haeredes, haeredes quidem Dei, coheredes autem Christi*. Magnum igitur fidei fundamentum Nomen Iesu efficiens filios Dei: quod quidem in uno positum principaliter sustinet aedificium, quod per columnas erectum, dum ad alta conscendit, manet in fastigio

consummatum; aedificium autem fundamenti huius sunt membra Christi; fastigium vero beatus aeterni regni.

366 Proinde de fundamento I Cor. in Apostolus ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi quod positum est, Iesus Christus.* Fides enim Catholicae Religiosis consistit in notitia Iesu Christi, et lumine, qui est lumen animae, ostium vitae, fundamentum salutis aeternae. Hanc si quis non habuerit, aut relinquat, veluti sine lumine per umbrae noctis, et clausis oculis per discrimina praecipitantis inebri, et quantumcumque embolicalia rationis fulgent, dicunt sequitur ebrietas domi ad intelligenda secreta eorum: *lucis propriam acquiritur intellectum, aut fundamento neglecto constrare utitur domum, aut postea praetermissis, intrare vult per lectum, fundamentum igitur istud Iesus est, lumen et ostium, qui se, viam monstraturus orantibus, fidei lumen exhibuit comitibus, per quam posset Deus ignotus requiri, quaesitus credi, et creditus inveniri.* Fundamentum hoc sustentat Ecclesiam in Nomine Iesu fabricatam.

SABBATO

Homilia S. Augustini Episcopi.
Haberi in Homilia praecedenti.

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN IOANN. CAP. 6.

367

VERITAS autem eius ostenditur cum dicit: *Caro enim mea vere est cibus.* Posset enim aliquis credere, quod ea quae de carne dicta sunt, et sanguine, aemula et parabola esset; et ideo hoc Dominus excludens, dicit: *Caro mea vere est cibus;* quasi dicat: Non intelligatis quod figuratiter loquar; sed secundum veritatem caro mea continetur in cibo fidelium, et sanguis meus vere continetur in sacramento altaris; Matth. xxvi, vers. 26: *Hoc est corpus meum... et hic est sanguis meus novi Testamenti.* Vel aliter, secundum Chrysostomum, quia cibus et potus sumitur ad refectionem hominis. In homine autem sunt duae partes; principalis quae est anima, et secundaria quae est corpus. Illud autem quod est homo, est per animam, non per corpus:

illud ergo est vere cibus hominis, qui est cibus animae; et hoc est quod Dominus dicit: *Caro enim mea vere est cibus;* quia non solum est cibus corporis, sed etiam animae: similiter et sanguis; Ps. xxii, 2: *Sicut aquam refectionis eduxit mihi, animam meam convertit.* Quasi diceret: Haec relectio specialiter ad animam ordinatur. Vel aliter, secundum Augustinum, illud vere dicitur esse aliquid quod facit effectum eius; effectus autem cibi est ut satiet: quod ergo vere facit satietatem, vere est cibus et potus; hoc autem facit caro et sanguis Christi, qui ducit ad statum gloriae, ubi non est esuries neque sitis; Apoc. vii, 16: *Non esuriant nec sitient amplius;* et ideo dicit: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.*

Hic probat Dominus cibi spiritualis virtutem supra positam, scilicet, quod det vitam aeternam: et utitur tali argumento. Quicumque manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, coniungitur mihi; sed qui coniungitur mihi, habet vitam aeternam: ergo qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Secundum hoc ergo tria facit. Primo ponit maiorem; secundo minorem, et probat eam, ibi, *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem;* tertio infert conclusionem, ibi, *Hic est panis qui de coelo descendit.* Sciendum est ergo quantum ad primum, quod si hoc quod dicit, *Qui manducat carnem meam, etc.* refertur ad carnem et sanguinem mystice; nulla dubitatio est in verbo; nam, sicut dictum est, ille manducat spiritualiter per comparisonem ad rem signatam tantum, qui corpori mystico incorporatur per unionem fidei et charitatis: charitas autem facit Deum esse in homine, et e converso; I Ioann. iv, 16: *Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.*

Et hoc est quod facit Spiritus sanctus; unde ibid. 13: *In hoc cognoscimus quoniam in Deo manemus, et Deus in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis.* Si vero referatur ad sumptionem sacramentalem; tunc quicumque manducat carnem et bibit sanguinem, manet in Deo: quia, sicut dicit Augustinus, est quidam modus manducandi illam carnem et bibendi illum sanguinem, quo qui manducat et bibit, in Christo manet, et Christus in eo. Sed hic est ille qui non sacramentaliter tantum, sed revera corpus Christi manducat, et sanguinem bibit. Est et alius modus quo qui manducant, non manent in Christo, nec Christus in eis; hoc est qui in corde ficto ad illud accedunt; nullum enim effectum habet sacramentum in ficto. Fictus enim est, cum non respondet interius quod signatur exterius. In sacramento autem Eucharistiae exterius quidem signatur quod Christus incorporatur in eo qui percipit illud, et ipse in Christo. Qui ergo non habet in corde desiderium huius unionis, nec conatur ad removendum omnem impedimentum ad hoc, est fictus; et ideo Christus in eo non manet, nec ipse in Christo.

368 Hic ponit minorem: scilicet, quod qui coniungitur Christo, habet vitam; et inducit hoc in manifestatione cuiusdam similitudinis, quae talis est. Filius propter unitatem quam habet ad Patrem recipit vitam a Patre; ergo qui unitur Christo, recipit vitam a Christo; et hoc est quod dicit: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem;* quae quidem verba possunt dupliciter exponi de Christo, scilicet secundum humanam naturam, et secundum divinam. Si enim exponantur de Christo Filio Dei, tunc sic sicut importat similitudinem Christi ad creaturam quantum ad aliquid, sed non quantum ad omnia; sed

quantum ad hoc quod est esse ab alio: nam hoc est commune Christo Filio Dei, et creaturae, quod sunt ab alio: sed quantum ad aliud est dissimile: quia Filius habet aliquid proprium, quia, scilicet, sic est a Patre quod tamen recipit totam plenitudinem divinae naturae, intantum quod quiddam est naturalae Patri, sit etiam naturalae Filio. Creatura vero accipit aliquam perfectionem et naturam particularem: supra cap. v, 26: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso.* Et hoc ostendit, quia non ait: Sicut manduco Patrem, et ego vivo propter Patrem; cum loquatur de processione sua a Patre; sicut dixit: *Qui manducat me, et ipse vivet propter me;* cum loquitur de participatione corporis et sanguinis eius, qua nos efficiunt meliores: nam manducatio quamdam participationem dicit. Sed Christus dicit se vivere propter Patrem, non quidem manducatum, sed generantem, sine aequalitatis detrimento. Si vero exponatur de Christo homine, sic quantum ad aliquid sic ut importat similitudinem inter Christum hominem et nos: in hoc, scilicet, quod sicut Christus homo accipit spiritualem vitam per unionem ad Deum, ita et nos accipimus spiritualem vitam in communione sacramenti. Sed tamen est dissimile: quia Christus homo accipit vitam per unionem Verbi, cui in persona unitur; sed nos unimur Christo per sacramentum fidei; et ideo duo dicit: *Misit me et Pater.* Si ergo referatur ad Filium Dei, tunc dicit: *Vivo ego propter Patrem;* quia ipse Pater vivens est. Si vero referatur ad Filium hominis; tunc dicit: *Vivo ego propter Patrem;* quia misit me; id est, fecit me incarnari: missio enim Filii Dei est eius incarnatio; Gal. iv, 4: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege.*

3590 Per hoc ergo, secundum Hilarium, excluditur error Arii; nam si nos propter Christum vivimus, quia aliquid de natura sua habemus, ut ipse dicit: *Qui manducavit meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam*; ergo et Christus vivit propter Patrem, quia habet in se naturam Patris: non autem partem, quia simplex est, et indivisibilis: ergo habet totam naturam Patris. Propter Patrem ergo vivit Filius, dum natiuitas non alienam ei intulit diversamque naturam.

3591 Consequenter cum dicit, *Hic est panis, qui de coelo descendit*, ponit duas conclusiones: nam de duobus litigabant; scilicet de origine spiritualis cibi, et de eius virtute. Prima ergo conclusio est de origine; secunda est de virtute; et hanc principaliter intendit, ibi, *Qui manducavit hunc panem, vivet in aeternum*. Sciendum est circa primum, quod Iudaei turbati fuerant, quia dixerat: *Ego sum panis vitae qui de coelo descendit*: et ideo contra eos hoc iterum concludit ex hoc quod dicit, *Vivo propter Patrem*, cum dicit: *Hic est panis*: nam descendere de coelo, est de coelo originem habere; sed Filius habet originem de coelo, quia vivit propter Patrem; ergo Christus est qui de coelo descendit: et ideo dicit: *Hic est panis qui de coelo*, id est, de vita paterna, descendit; et hoc quantum ad divinitatem: vel descendit etiam quantum ad corpus: in quantum scilicet virtus formativa eius, quae fuit Spiritus sanctus, de coelo fuit, ut virtus coelestis. Unde qui manducant hunc panem non moriuntur, quo modo mortui sunt patres nostri, qui manducaverunt manna non de coelo: nec erat panis vivus, ut dictum est supra. Quomodo autem mortui sunt qui manna manducaverunt, ex praemis manifestum est.

3592 Secunda conclusio de virtute panis

ponitur cum dicit: *Qui manducavit hunc panem, vivet in aeternum*: quae sequitur ex hoc, *Qui manducavit meam carnem*. Qui enim manducavit hunc panem, manet in me, et ego in illo; sed ego sum vita aeterna: ergo qui manducavit hunc panem, ut debet, vivet in aeternum.

Varia de SS. Nominis Iesu.

1. DE S. BERNARDINO ALBERTI, VOL. II, SERM. 47.

3593 **M**ANUS igitur honor est per fidem Nominis Iesu Filium Dei fieri atque haeredit, quod intelligens Angelus (AVOC. XIX) a Ioanne, non sustinuit adorari, sed tantum Ioannem: *Cecidit ad pedes Angelus, ut adoraretur eum, et dixit sibi: Vide ut feceris, conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu: Deum adora. Ait enim: Cecidit pedes eius, ut adorarem eum; non tamen sicut creaturae Creatorum Deum, sed sicut servus vehementer, ac cum servili subiectione honorat dominum suum creatum. Nempe Angelus in veteri Testamento sic: ne ab hominibus adorari tunc sustinet, quod tamen non sustinet hoc; immo manifeste prohiberi videtur; ideo subiit: *Et dixit sibi: Vide, scilicet, ne feceris talem reverentiam mihi: cuius causam subiit, obiens: Conseruus tuus sum*, id est, tecum, et sicut tu, sum servus eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi; et ne creatur quod respectu solius Ioannem, propter singularem reverentiam excellentiam, et praecellentiam eius, hoc diceret, et non de omnibus hominibus qui Christi sunt servi; ideo subiit: *Et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu*, id est, qui perfectio corde confitentur et testificantur Iesum esse Deum et Dominum universorum, atque hominum Redemptorem et Salvatorem.*

DOMINICA

INFRA OCTAVAM CORPORIS CHRISTI
SECUNDA POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDE LUCAN.

LUC. XIV, 16-24.

3594 **I**n illo tempore: Dixit Iesus pharisaeis et Sadducis hanc: Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos.

17. Et misit servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia.

18. Et coeperunt simul omnes excusare. Primum dixit ei: Villam enim, et necesse habes exire, et videre illam; rogo te habo me excusatum.

19. Et alter dixit: Iuga bovum enim quinq; et eo probare illa: rogo te habo me excusatum.

20. Et alius dixit: Usuram duxi, et ideo non possum venire.

21. Et reversus servus dimisit haec domino suo. Tunc frater paterfamilias, dixit servo suo: Eri cito in plateas, et vias civitatis: et pauperes, et debiles, et caecos, et claudos introduce hic.

22. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, et sicne locus est.

23. Et ait dominus servo: Eri in vias, et spes: et compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico autem vobis, quod nemo virorem illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXVI DE EVANGELIO, Habita ad populum in basilica beatorum apostolorum Petri et Pauli die iusticia secunda post Pentecosten.

3594 **H**OC distare, fratres charissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales deliciae cum non habentur grave in se desiderium accendunt: cum vero habitae eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales deliciae cum non habentur, in fastidio sunt; cum vero habentur, in desiderio; tantoque a comedente amplius esuriunt, quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vilis est, et experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat: in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et ideo non habitae amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (PSAL. XXXIII, 9). Ac si aperite dicit: *Suavitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis. Sed cibum vitae ex palato cordis tangite, ut probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit,*

cum in paradiso peccavit; extra exiit, cum os a cibo aeternae dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in huius peregrinationis aerumna, huc fastidiosi iam venimus, nec scimus quid desiderare debeamus; tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongat; et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longaque desuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus, et longa inedia peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseram famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se deserit.

3595 Contemptas enim illas delicias ad memoriam nostrae oculos revocat, casque nobis proponit: in promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus invitatur. Ait namque: *Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos. Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetam dicitur: Et homo est, et quis cognovit eum?* (IER. XVII, 9). Qui fecit coenam magnam; quia satietatem nobis dulcedinis internae praeparavit. Qui vocavit multos, sed pauci veniunt: quia nonnumquam ipsi, qui ei per fidem subiecti sunt, aeterno eius convivio male vivendo contradicunt. Sequitur: *Misit autem servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent. Quid hora coenae, nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur, dicens: Nos sumus in quos fines saeculorum devenimus* (I COR. X, 11). Si ergo iam hora coenae est cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare convivio Dei, quanto propinquasse iam cernimus finem saeculi. Quo enim pensamus, quia nihil est quod restat, eo debemus pertimescere, ne tempus gratiae quod praesto est, pereat. Ideo quoque autem hoc convivium Dei non prandium,

3590 Per hoc ergo, secundum Hilarium, excluditur error Arii; nam si nos propter Christum vivimus, quia aliquid de natura sua habemus, ut ipse dicit: *Qui manducavit meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam*; ergo et Christus vivit propter Patrem, quia habet in se naturam Patris: non autem partem, quia simplex est, et indivisibilis: ergo habet totam naturam Patris. Propter Patrem ergo vivit Filius, dum natiuitas non alienam ei intulit diversamque naturam.

3591 Consequenter cum dicit, *Hic est panis, qui de coelo descendit*, ponit duas conclusiones: nam de duobus litigabant; scilicet de origine spiritualis cibi, et de eius virtute. Prima ergo conclusio est de origine; secunda est de virtute; et hanc principaliter intendit, ibi, *Qui manducavit hunc panem, vivet in aeternum*. Sciendum est circa primum, quod Iudaei turbati fuerant, quia dixerat: *Ego sum panis vitae qui de coelo descendit*: et ideo contra eos hoc iterum concludit ex hoc quod dicit, *Vivo propter Patrem*, cum dicit: *Hic est panis*: nam descendere de coelo, est de coelo originem habere; sed Filius habet originem de coelo, quia vivit propter Patrem; ergo Christus est qui de coelo descendit: et ideo dicit: *Hic est panis qui de coelo*, id est, de vita paterna, descendit; et hoc quantum ad divinitatem: vel descendit etiam quantum ad corpus: in quantum scilicet virtus formativa eius, quae fuit Spiritus sanctus, de coelo fuit, ut virtus coelestis. Unde qui manducant hunc panem non moriuntur, quo modo mortui sunt patres nostri, qui manducaverunt manna non de coelo: nec erat panis vivus, ut dictum est supra. Quomodo autem mortui sunt qui manna manducaverunt, ex praemis manifestum est.

3592 Secunda conclusio de virtute panis

ponitur cum dicit: *Qui manducavit hunc panem, vivet in aeternum*: quae sequitur ex hoc, *Qui manducavit meam carnem*. Qui enim manducavit hunc panem, manet in me, et ego in illo; sed ego sum vita aeterna: ergo qui manducavit hunc panem, ut debet, vivet in aeternum.

Varia de SS. Nominis Iesu.

1. DE S. BERNARDINO ALBERTI, VOL. II, SERM. 47.

3593 **M**ANUS igitur honor est per fidem Nominis Iesu Filium Dei fieri atque haeredit, quod intelligens Angelus (AVOC. XIX) a Ioanne, non sustinuit adorari, sed tantum Ioannem: *Cecidit ad pedes Angelus, ut adoraret eum, et dixit illi: Vide ut feceris, conseruus enim tuus sum et fratrem tuorum habentium testimonium Iesu: Deum adora. Ait enim: Cecidit ad pedes eius, ut adorarem eum; non tamen sicut creaturae Creatorum Deum, sed sicut servus vehementer, ac cum servili subiectione honorat dominum suum creatum. Nempe Angelus in veteri Testamento sic: ne ab hominibus adorari tunc sustinet, quod tamen non sustinet hoc; immo manifeste prohiberi videtur; ideo subiit: *Et dixit illi: Vide, scilicet, ne feceris talem reverentiam illi: cuius causam subiit, obiens: Conseruus tuus sum, id est, tecum, et sicut tu, sum servus eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi; et ne creatur quod respectu solius Ioannem, propter singularem reverentiam excellentiam, et praecellentiam eius, hoc diceret, et non de omnibus hominibus qui Christi sunt servi; ideo subiit: *Et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu, id est, qui perfectio corde confitentur et testificantur Iesum esse Deum et Dominum universorum, atque hominum Redemptorem et Salvatorem.***

DOMINICA

INFRA OCTAVAM CORPORIS CHRISTI
SECUNDA POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDE LUCAN.

LUC. XIV, 16-24.

16. Illo tempore dixit Iesus pharisaeis et Sadducis hanc: Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos.

17. Et misit servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia.

18. Et coeperunt simul omnes excusare. Primum dixit ei: Villam enim, et necesse habes exire, et videre illam; rogo te habo me excusatum.

19. Et alter dixit: Iuga bovum enim quinq; et eo probare illa: rogo te habo me excusatum.

20. Et alius dixit: Usuram duxi, et ideo non possum venire.

21. Et reversus servus dimisit haec domino suo. Tunc frater paterfamilias, dixit servo suo: Eri cito in plateas, et vias civitatis: et pauperes, et debiles, et caecos, et claudos introduce hic.

22. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, et sicne locus est.

23. Et ait dominus servo: Eri in vias, et spes: et compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico autem vobis, quod nemo virorem illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXVI DE EVANGELIO, Habita ad populum in basilica beatorum apostolorum Petri et Pauli die Iuliana secunda post Pentecosten.

3594 **H**OC distare, fratres charissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales deliciae cum non habentur grave in se desiderium accendunt: cum vero habitae eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales deliciae cum non habentur, in fastidio sunt; cum vero habentur, in desiderio; tantoque a comedente amplius esuriunt, quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vilis est, experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat: in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et ideo non habitae amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (PSAL. XXXIII, 9). Ac si aperite dicit: *Suavitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis. Sed cibum vitae ex palato cordis tangite, ut probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit,*

cum in paradiso peccavit; extra exiit, cum os a cibo aeternae dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in huius peregrinationis aerumna, huc fastidiosi iam venimus, nec scimus quid desiderare debeamus; tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongat; et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longaque desuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus, et longa inedia peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseram famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se deserit.

3595 Contemptas enim illas delicias ad memoriam nostrae oculos revocat, casque nobis proponit: in promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus invitatur. Ait namque: *Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos. Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetam dicitur: *Et homo est, et quis cognovit eum?* (IER. XVII, 9). Qui fecit coenam magnam; quia satietatem nobis dulcedinis internae praeparavit. Qui vocavit multos, sed pauci veniunt: quia nonnumquam ipsi, qui ei per fidem subiecti sunt, aeterno eius convivio male vivendo contradicunt. Sequitur: *Misit autem servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent. Quid hora coenae, nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur, dicens: *Nos sumus in quos fines saeculorum devenimus* (I COR. X, 11). Si ergo iam hora coenae est cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare convivio Dei, quanto propinquasse iam cernimus finem saeculi. Quo enim pensamus, quia nihil est quod restat, eo debemus pertimescere, ne tempus gratiae quod praesto est, pereat. Ideo quoque autem hoc convivium Dei non prandium,**

sed coena vocatur: quia post prandium coena restat, post coenam vero convivium nullum restat. Et quia aeternum Dei convivium nobis in extremo praeparabitur, rectum fuit ut hoc non prandium, sed coena vocaretur. Sed quis per hunc servum, qui a patrefamilias ad invitandum mittitur, nisi praedicatorum ordo designatur? De quo videlicet ordine quamvis adhuc indigni existimus, quamvis peccatorum nostrorum pondere gravamur: et nos tamen in istis diebus sumus, et cum de aedificatione vestra aliquid vobis loquor, hoc est quod ago: servus enim sum summi patrisfamilias. Cum vos admonere ad contemptum saeculi, invitare vos venio ad coenam Dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad invitandum nequam dignus appareo, sed tamen magnae sunt deliciae quas promitto. Saepe, fratres mei, solet evenire quod dico, ut persona potens famulum habeat despectum: cumque per cum suis forte vel extraneis aliquid responsum mandat, non despiciat persona loquentis servi, quia servatur in corde reverentia mentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem, sed quid vel a quo audiant. Ita ergo, fratres, ita vos agite, et si nos forsitan digne despiciatis, in mente tamen vestra vocantis Domini reverentiam servate. Convivae fieri summi patrisfamilias libenter obedite. Corda vestra discutite, atque ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum namque fastidium vestrum iam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipsae carnales epulae in spiritale vobis alimentum conversae sunt. Ad abstergendum namque mentis vestrae fastidium in coena Domini ille vobis singularis agnus est occisus.

3656 Sed quid agimus, qui hoc quod sub-

iungitur, adhuc fieri a multis videmus? *Et cooperunt omnes simul excusare.* Offert Deus quod rogari debuit; non rogatus dare vult quod vix sperari poterat quia dignaretur largiri postulatus, contemnitur; paratus vero delicias refectionis aeternae denuntiat, et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis minima, ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid, fratres, rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua invitatione gauderet, responsum humile redderet, vestem mutaret, ire quatuordecim festinaret, ne prior se ad potentis convivium alter occurreret? Homo ergo dives invitat, et pauper occurrere festinat: ad Dei invitatur convivium, et excusamus. Sed ecce inter haec aestimare possum, quid sibi corda vestra respondeant. Occultis enim fortasse sibi met cogitationibus dicunt: Excusare nolumus, ad illud enim supernae refectionis convivium et vocari et pervenire gratulamur.

Loquentes vobis talia mentes vestrae verum dicunt, si non plus terrena quam coelestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus, quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusantium causa subiungitur, cum protinus subinfertur: *Primus dixit: Villam enim, et necesse habeo exire, et videre illam: rogo te, habe me excusatum.* Quid per villam, nisi terrena substantia designatur? Exiit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat propter substantiam. *Alter dixit: Iuga boum enim quinque, et eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.* Quid in quinque iugis boum nisi quinque corporis sensus accipimus? Qui recte quoque iuga vocati sunt; quia in utroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt,

et deserentes intima, ea quae extra sunt tangunt, recte per eos curiositas designatur. Quae dum alienam quaerit vitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Grave namque curiositatis est vitium, quae dum cuiuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterioris ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat, et curiosi animus quanto peritius fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui. Propter hoc namque et de eisdem quinque iugis boum dicitur: *Eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.* Ipsa enim excusantis verba a vitii sui significatione non discrepant, dum dicit: *Eo probare illa*, quia videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum est quod et is qui propter villam, et is qui propter probanda iuga boum a coena sui invitatoris excusat, humilitatis verba permisceat, dicens: *Rogo te, habe me excusatum.* Dum enim dicit, *Rogo te*, et tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce haec diiudicat pravus quisque cum audit, nec tamen ea quae diiudicat agere desistit. Nam dum cuiuslibet perverse agenti dicimus, Convertere, Deum sequere, mundum relinque: ubi hunc nisi ad dominicam coenam vocamus? Sed cum respondet: *Ora pro me*, quia peccator sum, hoc facere non possum, quid aliud agit, nisi et rogat et excusat? Dicens namque: Peccator sum, humilitatem insinuat; subiungens autem: Convertere non possum, superbiam demonstrat. Rogando ergo excusat, qui et humilitatem superinducit in voce, et superbiam exercet in actione.

3658 *Alius autem dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire.* Quid per uxorem, nisi voluptas carnis accipitur? Nam quamvis bonum sit coniugium, atque ad

propagandam sobolem providentia divina constitutum: nonnulli tamen non per hoc iocunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis, et ideo pro rein iustam significari potest non incongrue res iniusta. Ad coenam ergo vos aeterni convivii summus paterfamilias invitat; sed dum alius avaritiae, alius curiositati, alius voluptati carnis est deditus, nimirum reprobi simul omnes excusant. Dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio devastat, alterius etiam mentem voluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisque ad aeternae vitae epulas non festinat.

3659 *Sequitur: Reversus servus multavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in plateas et vias civitatis, et pauperes ac debiles, et caecos et claudos intradite huc.* Ecce qui terrena substantiae plus iusto incubat, venire ad Dominicam coenam recusat: qui labori curiositatis insudat, praeparata vitae alimenta fastidit: qui carnalibus desideriis inservit, spiritualis convivii epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? Quia iuxta Pauli vocem, *Infirmi mundi eligit Deus, ut confundat fortia* (I Cor. 1, 27). Sed notandum est quomodo describantur qui ad coenam vocantur, et veniunt, *Pauperes ac debiles.* Pauperes et debiles dicuntur, qui iudicio suo apud senectipos infirmi sunt. Nam pauperes et quasi fortes sunt, qui et possit in pauperate superbiunt. Caeci vero sunt, qui nullum ingenii lumen habent. Claudii quoque sunt, qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur, profecto liquet quia sic ut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt: ita hi quoque peccatores sunt qui invitantur et veniunt. Sed

peccatores superbi respuuntur, ut peccatores humiles eligantur.

3700

Hos itaque elegit Deus, quos despici mundus: quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit, et partem substantiae quam perceperat prodige expendit, postquam esurire coepit, in se reversus dicit: *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus?* (Luc. xv, 17). Longe quippe a se discesserat quando peccabat. Et si non esurisset, in semetipsum minime redisset: quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare coepit quid de spiritualibus amisit. Pauperes ergo et debiles, caeci et claudi vocantur et veniunt: quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius vocem Deificam, quanto et in hoc mundo non habent ubi delectentur. Quod bene Amalecitarum puer ille Aegyptius designat, qui Amalecitis praedantibus atque currentibus aeger remansit in via, et fame sitique aruit (I Reg. xxx, 11 ss.). Quem tamen David invenit, et cibum potumque praebuit: qui illico convalescens dux David factus est. Convivantes Amalecitas reperit, et eos qui se debilem reliquerant cum magna fortitudine prostravit. Amalecita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum, nisi mentes saecularium designantur? Quae terrena cuncta ambiendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens, praedam facit, dum terrena diligentes, luera de alienis damnis exaggerant. Sed puer Aegyptius aeger in via relinquatur: quia peccator quisque dum infirmari ab huius mundi statu coepit, mox saecularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen David invenit, eique cibum et potum praebet: quia manu fortis Dominus abiecta mundi non despiciet, et

plerumque eos, qui sequi mundum minime valentes, quasi in via remaneant, ad amoris sui gratiam convertit, eisque verbi sui cibum potumque porrigit; et quasi duces sibi in via eligit, dum suos etiam praedicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus intrant, quasi David super hostes ducunt. Qui convivantes Amalecitas velut David gladio feriunt: quia superbos quosque qui se in mundo despexerant, Domini virtute prosternunt. Puer ergo Aegyptius qui in via remanserat, Amalecitas interficit: quia plerumque ipsi mentes saecularium praedicando superant, qui prius cum saecularibus in hoc mundo currere non valebant.

3701

Sed deductis ad coenam pauperibus, factum est ut intrasti, et adhuc locus est. Multi tales ad coenam Dominicam ex Iudaea collecti sunt, sed multitudo quae ex israelitico populo credidit, locum superni convivii non implevit. Intravit iam frequentia Iudaeorum: sed adhuc locus vacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eidem servo dicitur: *Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Cum de vicis et plateis ad coenam quosdam Dominus invitat, illum videlicet populum designat qui tenere legem sub urbana conversatione novebat: cum vero convivas suos colligi ex viis et sepiibus praecipit, nimirum agrestem populum colligere, id est, gentilem quaerit, de cuius significatione per Psalmistam dicitur: *Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit* (Psal. xcv, 13). Ligna enim silvae gentes vocatae sunt: quia in infidelitate sua tortae et infructuosae semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti usu conversi sunt, ad coenam Domini: quasi ex sepiibus venerunt,

3702

Notandum vero est quod in hac invitatione tertia non dicitur, Invita, sed *Compelle intrare.* Alii enim vocantur, et venire contemnunt; alii vocantur et veniunt; alii autem nequaquam dicitur quia vocantur, sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire contemnunt qui domum quidem intellectus accipiunt, sed eundem intellectum operibus non sequuntur; vocantur et veniunt, qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt; quidam vero sic vocantur, ut etiam compellantur. Nam sunt nonnulli qui bona facienda intelligunt, sed haec facere desistunt; vident quae agere debeant, sed haec ex desiderio non sequuntur. His plerumque, ut superius diximus, contingit ut eos in carnalibus desideriis suis mundi huius adversitas feriat; apprehendere temporalem gloriam conentur, et nequeant: et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius saeculi navigare proponunt, semper adversis flatibus ad deiectionis suae littora repellantur. Cumque se frangi in desideriis suis adversante mundo, conspiciunt, quid de se auctori suo debeant commemorantur: ita ut ad eum erubescerent redeant, qui eum superbiebant pro mundi amore deserebant. Saepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa aegritudine tabescunt, aut afflicti iniuriis concidunt, aut percussis gravibus damnis affliguntur, et in mundi dolore vident quia nihil confidere de eius voluptate debuerunt, seque ipsos in suis desideriis reprehendentes, ad Deum corda convertunt. De his quippe Dominus per Prophetam dicit: *Ego ego sepiam tuam tuam spinis, et sepiam cum macceria, et semitas suas non inveniet, et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos, quare, et non inveniet eos, et dicit: Vadam et revertar ad vicum meum priorem, quia bene mihi*

erat tunc magis quam nunc (Os. ii, 6, 7). Vir uniuscuiusque fidelis animae Deus est: quia haec videlicet et est coniuncta per fidem. Sed illa, quae coniuncta Deo fuerat anima, amatores suos sequitur, quando mens quae iam per fidem credidit adhuc se immundis spiritibus in operatione substernit, mundi gloriam quaerit, carnali delectatione paschitur, exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens Deus talem animam misericorditer respicit, et eius voluptatibus amaritudines permiscet. Unde dicit: *Ego ego sepiam vias tuas spinis, et semitas suas non inveniet.* Viae etenim nostrae spinis septae sunt, quando in hoc quod male cupimus, dolorum punctiones invenimus. *Et sepiam eas macceria, et semitas suas non inveniet.* Viae nostrae macceria sepiuntur, cum desideriis nostris duratae in hoc mundo obiectiones resistunt. Et semitas nostras invenire non possumus; quia hoc quod male quaerimus, adipisci prohibemur. *Et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos; quare, et non inveniet eos;* quia malignos spiritus, quibus se in suis desideriis anima subdidit ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed ex hac salubri adversitate quanta utilitas nascitur, adiungit cum subditur: *Et dicit: Vadam et revertar ad vicum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* Postquam ergo vias suas spinis septas invenit, postquam amatores suos apprehendere non valet, ad amorem viri prioris redit: quia plerumque postquam in hoc mundo non possumus obtinere quae volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem Deum reducimus, tunc placere incipit qui displicebat; et is cuius nobis amara fuerant praecepta, repente dulcescit in memoria; et peccatrix anima quae adultera conata est esse, nec tamen aper-

to opere potuit, decernit esse fidelis coniux. Qui ergo huius mundi adversitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, atque a praesentis vitae desideriis corriguntur, quid isti, fratres mei, nisi compelluntur ut intrent?

3793

Sed valde est tremenda sententia quae protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite, fratres et domini mei: in quantum peccatores, fratres mei; in quantum iusti, domini mei. Intenta hanc aure percipite, ut tanto tam minus sententis in examine, quanto nunc auditis formidolosius in praedicatione. Ait enim:

Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam. Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patres, vocat per prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiam per nos, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per adversa. Nemo contemnat, ne dum vocatus excusatur, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid Sapientia per Salomonem dicat: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane conurgent, et non inveniet me* (Prov. 1, 28). Hinc est quod fatuae virgines tarde venientes clamant, dicentes: *Domine, domine, aperi nobis* (Matth. xxv, 11). Sed iam tunc aditum quaerentibus dicitur: *Amen, amen dico vobis, nescio vos.* Quid inter haec, fratres charissimi, nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis desideriis aeternis inhilare? Sed haec paucis data sunt.

3794

Admonere vos volo, ut relinquatis omnia, sed non praesumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete quae huius mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo, ut terrena res possideatur, non possideat; ut sub mentis vestrae sit dominio quod ha-

betis: ne si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur, a rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res temporalis in usu, aeterna in desiderio: sit res temporalis in itinere, desideretur aeterna in perventione. Quasi ex latere respiciatur quidquid in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi, dum tota intentione illa conspiciunt ad quae pervenimus. Extirpentur funditus vitia, non solum ab actu operis, sed etiam a cogitatione cordis evulsa. Non nos voluptas carnis, non sollicitudo curiositatis, non aestus ambitionis a Dominica coena praepediat, sed ipsa quoque quae honesta in mundo agimus, quasi ex quodam mentis latere tangamus; ut terrena quae libent sic nostro corpori serviant, quatenus cordi minime obsistant. Non ergo, fratres, audemus vobis dicere ut omnia relinquatis; sed tamen, si vultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geritis, ut tamen tota mente ad aeterna tendatis.

3795

Hinc etenim Paulus apostolus dicit: *Tempus breve est: reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint: qui flent tanquam non flentes: et qui gaudent, tanquam non gaudentes: et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: praerit enim figura huius mundi* (I Cor. vii, 29 s.). Uxorem namque habet, sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exsolvere, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur inhaerere. Nam cum idem rursus egregius praedicator dicat: *Qui habet uxorem, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori: ille uxorem habens quasi non habet, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat Conditori.* Flet quoque, sed tanquam non defleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de aeternis lucris semper animum con-

soletur. Gaudet vero, sed tanquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, ut tamen sempertormenta perpetua consideret, et in hoc quod mentem gaudio sublevat, hanc continuo pondere providi timoris premat. Emit autem, sed quasi non possidens, qui et ad usum terrena praeparat, et tamen cauta cogitatione praevidet quod haec citius relinquat. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur, qui et necessaria cuncta exterius ad vitae suae ministerium redigit, et tamen haec eadem non sinit suae menti dominari, ut subiecta foris serviant, et numquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicumque ergo tales sunt, eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt: quia rebus quidem necessariis utuntur, sed nihil habere cum peccato cupiunt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes acquirunt, et plus gaudent bono opere, quam bona possessione.

3796

Ac ne aliquibus ista difficilia esse videantur, rem de persona refero, quam multi vestrum noverunt, quam videlicet rem ipse ante triennium in Centumcellensi urbe a personis fidelibus didici. Nuper namque in eadem civitate Theophanius comes fuit, vir misericordiae artibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati praecipue studens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena et temporalia; sed ut plus ex fine eius claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nam cum appropinquante mortis eius tempore, gravissima aeris tempestas obsisteret, ne ad sepeliendum duci potuisset, eumque coniux sua cum fletu vehementissimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum eicio: quae ostium domus huius egredi prae nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli, mulier, flere, quia mox ut ego defunctus

fui, aeris serenitas redibit. Cuius protinus et vocem mors, et mortem serenitas est secuta. Cuius manus ac pedes podagrae humore tumescentes et versi in vulneribus fuerant, et profluenta sanie patebant. Sed cum corpus illius ex more ad lavandum fuisset detectum, ita manus pedesque illius sani reperti sunt, ac si unquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est, eiusque coniugi visum est, ut quarto die in sepulcro illius marmor, quod superpositum fuerat, mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositum dum fuisset ablatum, tanta ex eius corpore fragrantia odoris emanavit, ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Haec igitur dixi, ut e vicino exemplo ostendere possem nonnullos et saecularem habitum gerere, et saecularem animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat, ut ex omni parte exui a mundo non possint, sic debent ea quae mundi sunt tenere, ut tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hoc ergo cogitate, et cum relinquere cuncta quae mundi sunt non potestis, exteriora bene exterius agite, sed ardentior interius ad aeterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestrae mentis retardet: nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est, in coelestibus delectetur. Si malum metuitur, mala animo aeterna proponantur: ut dum ille esse conspiciet et amplius quod diligit, et amplius quod pertimescat, hic omnino non haereat. Ad haec agenda habemus mediatorem Dei et hominum adiutorem nostrum, per quem citius cuncta obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus, in saecula saeculorum. Amen.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II. SERM. 49.)

3797 TEMPLICE enim ex causis so a Iohanne noluit Angelus adorari: Primo propter dignitatem, secundo propter veritatem, tertio propter humilitatem. Primo, inquit, propter dignitatem, scilicet, demonstrandam generationis humanæ quam in exaltatione Christi homines acciperent: ac si aperte diceret: quia iam supra nos in sede divina maiestatis Christum hominem video, et a Iohanne, Iesu me ab homine in Christo creante adorari ambulo non permittit.

3798 Secundo propter veritatem declarandam, videlicet, quod quando Angeli permittentur se ab homine adorari in veteri Testamento, non permittentur hoc de illa quæ lætaria nuncupatur, quæ competit soli Deo, sicut utique ipsi diæmones permittunt, atque instantis magna exquirunt: et hanc causam statim subditi, quum ait: *Quomodo adoras.*

3799 Tertio propter humilitatem, scilicet, insimulandam eorum, scilicet, qui in Ecclesiastica dignitate sublimati sunt: qui licet a subditis serviliter honorantur, non tamen debent se habere ad eos ita dominum, sed quodammodo ut ministrum, et servi, iuxta illud Luc. xxii: *Reges gentium dominantur eorum, et quæ potestatem habent super eos benefecit occidentur: vos autem non sic: sed qui mundus est in vobis fiat sicut minor, et qui præcessor est sicut ministrator. Nam quis maior est? qui recumbat, aut qui ministrat? responde qui recumbit? ego ambulans in medio vestrum sicut qui ministrat, et hinc est quod Petrus, princeps Apostolorum et summus Ecclesiæ Pontifex, non permisit se (Act. x) a Cornelio flexis genibus honorari serviliter: immo ipsum elevabat, dicens: *Et ego ipse homo sum, sicut et tu:* et hoc egit, scilicet, ut hanc humilitatem imitaret esse servandam, etc.*

FERIA SECUNDA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOANNEM. *IOHANN. II. 26-29.*
Ut in festo Corporis Christi.

Homilia S. Augustini Episcopi. *Habebat festi quartæ Quatuor Temporis. Postcoenæ.*

Homilia S. Iohannis Chrysostomi. *IN IOHANN. CAP. II.*

3710 **C**IBO mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Quid sibi vult illud? Aut vult significare, hunc esse verum cibum, qui

animam servet; aut vult dictis suis fidem facere, ne putent id quod dictum fuit, ænigma vel parabolam esse, sed sciant oportere omnino corpus comedere. Deinde ait, *Qui manducat meam carnem, in me manet*, ut significet quod se cum ipso admisceat. Quod autem sequitur, non cohaerere videtur, nisi attendamus. Quæ, inquit, est consequentia, postquam dixerat, *Qui manducat meam carnem, in me manet*, subiungere, *Sicut misit me vivens Pater, ita et ego vivo propter Patrem?* Imo hæc magnam habent consonantiam. Nam cum vitam æternam sæpe dixisset, ad id confirmandum addit, *In me manet*. Si enim in me manet, et ego vivo, palam est et illum esse victurum. Deinde ait: *Sicut misit me vivens Pater.* Hæc est comparatio et similitudo, ac si diceret, Vivo ego sicut et Pater. Et ne ingentium putares, statim addidit, *Propter Patrem*, non quod operatione quadam ad vivendum opus habeat. Superius enim hanc amovens suspensionem dicebat: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso.* Quod si egeat operatione, sequetur aut Patrem non dedisse, et id falsum esse; vel si dederit, nullo postea opulante opus habiturum esse. Quid sibi vult, *Propter Patrem?* Causam solum indicat. Hoc porro vult significare: Sicut vivit Pater, et ego vivo. *Et qui manducat me, et ille vivet propter me.* Vitam hic dicit non qualemcumque, sed conspecificam. Quod autem id non de simplici vita dicat, sed de gloriosa et ineffabili illa, hinc palam est, quod omnes infideles et non initiati vivant, licet de eius carne non manducant. Videne quod non de hac vita sermo sit, sed de illa? Quod autem dicit, huiusmodi est. Qui manducat meam carnem, moriendo non peribit, neque punietur. Imo non de communi resurrectione loquitur; om-

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II. SERM. 49.)

3711 SECUNDO respectu oris nomen Iesu est splendor prædicantiam, eo quod luminoso splendore annuntiare, et audire faciat verbum suum; unde Bernardus: *Et unde putas in toto orbe tanta, et tam subita, atque fervens Dei lux, nisi de prædicatione Iesu Nominis? et huius Nominis luce ac sapore Deus nos vocavit in admirabile lumen suum; quibus illuminatis, et in lumine isto videntibus lumen Apost. ad Ephes. v. sit: Fratris aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dominum, ut filii lucis ambulat.*

3712 Proinde hoc Nomen declarari debet ut luceat, nec lateat, nec in prædicatione proferri debeat corde secundo, vel ore polluto, sed in vase resonandum, et profectum electo. Unde (Act. ix) Dominus ait: *Vas electionis nulli est iste, ut portet Nomen meum coram gentibus, et Regibus, et filiis Israel.* *Par, inquit, electionis, ubi liquor dulcissimus venalia exposuit, ut provocet bibendum, dum rubilat et splendescit in vas electis; ut oportet, inquit, Nomen meum, etc.; nam sicut igne succenso, purgat agris, eorumque ariditas et inutilitas vaporem et spem arum et sicut ortu solarium radiorum, pulvis tonbris, latitant fures, noctivagique, effosoresque domorum; sic lingua Pauli populis prædicante, velut magno tonitruo prætrepente, velut igne vehementius irruente, velut sole clarior irradiante, consumebatur infidelitas, disperbat falsitas, elucebat veritas, ad instar cereæ vehementis ignis incendio liquefactæ: Nomen enim Iesu circumferretur verbis, epistolis, miraculis, et exemplis.*

3713 Laudabat enim Nomen Iesu assidue, et collaudabat in confessione; hoc insuper Nomen coram Regibus, et gentibus, et filiis Israel portabat Apostolus nunquam laqueo, et illuminabat patriam, et clamabat ubique illud ad Rom. xiii: *Non perierunt dies, autem appropinquavit: ubi enim legitur opera tenebrarum, et induitur arca lucis: sicut in die honeste ambulamus; et monstrabat omnibus lucernam ardentem atque lucentem super candelabrum annuntians in omni loco Iesum, et hunc cruciatum.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Augustini Episcopi. *Habebat festi IV. Quatuor Temporis. Postcoenæ.*
Alia Homilia S. Augustini Episcopi. *ALIBI 122.*

3714 **S**ICUT audivimus, cum sanctum Evangelium legeretur, Dominus Iesus Christus exhortatus est promissione vitæ æternæ ad man-

ducandum carnem suam et bibendum sanguinem suum. Qui audistis haec, nondum omnes intellexistis. Qui enim baptizati et fideles estis, quid dixerit, nostis. Qui autem inter vos adhuc Catechumeni, vel Audientes vocantur, potuerunt esse cum legeretur audientes, numquid et intelligentes? Ergo sermo noster ad utrosque dirigitur. Qui iam manducant carnem Domini, et bibunt sanguinem eius, cogitent quid manducant, et quid bibant: ne, sicut dicit Apostolus, iudicium sibi manducant et bibant (I COR. XI, 29). Qui autem nondum manducant, et nondum bibunt, ad tales epulas invitati festinent. Per istos dies magistri pascunt, Christus quotidie pascit, mensa ipsius est illa in medio constituta. Quid causae est, o Audientes, ut mensam videatis, et ad epulas non accedatis? Et forte modo cum Evangelium legeretur, dixistis in cordibus vestris: Putamus quid est quod dicit: *Caro mea vere esca est, et sanguis meus vere potus est?* Quomodo manducatur caro Domini, et bibitur sanguis Domini? Putamus quid dicit? Quis contra te clausit, ut hoc nescias? Velatum est: sed si volueris, erit revelatum. Accede ad professionem, et solvisti quaestionem. Quod enim dixit Dominus Iesus, iam fideles noverunt. Tu autem Catechumenus diceris, diceris Audiens, et surdus es. Aures enim corporis patientes habes, quia verba quae dicta sunt audis: sed aures cordis adhuc clausas habes, quia quod dictum est non intellegis. Disputo, non dissero. Ecce Pascha est, da nomen ad Baptisimum. Si non te excitat festivitas, ducat ipsa curiositas: ut scias quid dictum sit, *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in illo.* Ut scias necum quid dictum sit, pulsa, et aperietur. Et ut tibi dico, Pulsa, et

aperietur tibi: ita et ego pulso, aperi mihi. Auribus personans, ad pectus pulso.

Sed si Catechumeni exhortandi sunt, fratres mei, ut ad tantam gratiam regenerationis accedere non morerentur; quanta nobis cura esse debet in aedificandis fidelibus, ut prosit eis quod accedunt; non sibi tales epulas in iudicium manducant et bibant? Ut autem non in iudicium manducant et bibant, bene vivant. Estote exhortatores non sermonibus, sed moribus vestris: ut illi qui non sunt baptizati, sic festinent sequi vos, ut non pereant imitando vos. Qui coniugati estis, fidem tori servate uxoribus vestris. Reddite quod exigitis. Vir a femina exigis castitatem, praebere illi exemplum, non verbum. Tu es caput, quae is vide. Haec enim debes ire, quae illi non sit periculosum sequi: imo tu ipse quae vis eam sequi, illuc debes ambulare. Ab imbecilliore sexu exigis fortitudinem: carnis concupiscentiam ambo habetis; qui fortior est, prior vincat. Et tamen quod dolendum est, multi viri a feminis vincuntur. Servant feminae castitatem, quam viri servare nolunt: et in eo quod non servant, se viros videri volunt; quasi propterea sit fortior sexu, ut eum facilius subiugat inimicus. Lucta est, praerogativum est, pugna est. Vir fortior est femina, vir caput est feminae (EPHES. V, 23). Femina pugnat, et vincit: tu hosti succumbis? Stat corpus, et iacet caput? Qui autem uxores nondum habetis, et tamen ad mensam Domini iam acceditis, et carnem Christi manducatis, et sanguinem bibitis, si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris. Quales eas vultis ad vos venire, tales vos debent et ipsae invenire. Quis invenis est, qui non castam velit ducere uxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quaeris, intactus esto. Puram quaeris,

noli esse impurus. Non enim illa potest, et tu non potes. Si fieri non posset, nec illa posset. Quia vero illa potest, doceat te quia fieri potest. Et illam, ut possit, Deus regit. Sed tu gloriosior eris, si feceris. Quare gloriosior? Illam premit parentum custodia, refrenat infirmioris sexus ipsa verecundia: postremo leges timet, quas tu non times. Ideo ergo gloriosior eris, si feceris: quia tu si feceris Deum times. Habet illa multa quae timeat praeter Deum: tu solum Deum times. Sed tu quem times, maior est omnibus. Ipse timendus est in publico, ipse in secreto. Proceas, videris; intras, videris; lucerna ardet, videt te; lucerna extincta est, videt te; in cubiculum intras, videt te; in corde versaris, videt te. Ipsum time, illum cui cura est ut videat te; et vel timendo castus esto. Aut si peccare vis, quaere ubi te non videat, et fac quod vis.

Qui vero iam novistis, corpus aeternius castigate, et concupiscentiae frenos nec ad ipsa quae permissa sunt, patiamini relaxare; ut non solum a concubitu illicito divertatis, sed etiam licitum continentis aspectum. Mementote in quocumque sexu sitis, sive mares, sive feminae, Angelorum vitam ducere vos in terra. Angeli enim non nubunt, neque uxores ducunt. Hoc erimus, cum resurrexerimus (MATTH. XXII, 30). Quanto vos meliores, qui quod erunt homines post resurrectionem, hoc vos incipitis esse ante mortem? Servate gradus vestros: servat enim vobis Deus honores vestros. Comparata est resurrectio mortuorum stellis in coelo constitutis. *Stella enim ab stella differt in gloria, ut Apostolus dicit; sic et resurrectio mortuorum* (I COR. XV, 41, 42). Aliter enim ibi lucebit virginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalitatis, aliter ibi lucebit sancta viduitas. Diverse lucebunt: sed omnes

ibi erunt. Splendor dispar, coelum commune.

Cogitantes ergo gradus vestros, servantes et professiones vestras, accedite ad carnem Domini, accedite ad sanguinem Domini. Qui se scit aliter esse, non accedat. Compungimini magis sermone meo. Congratulantur enim qui sciunt servare coniugibus, quod a coniugibus exigunt; qui sciunt servare omni modo continentiam, si hanc Deo voverunt: qui vero audiunt me dicentem, Quicumque non servatis castitatem, nolite accedere ad illum panem, contristantur, et ego nollem hoc dicere: sed quid facio? Timebo hominem, ut taceam veritatem? Ergo si illi servi non timeant Dominum, etiam ego non timeam? quasi non sciam dictum esse: *Serve nequam et piger, tu daries, et ego exigere* (MATTH. XXV, 26, 27). Ecce dedi, Domine Deus meus; ecce in conspectu tuo et Angelorum tuorum et in conspectu ipsius plebis tuae erogavi pecuniam tuam: tunc meo enim iudicium tuum. Ego dedi, tu exige. Etsi non dicam, facturus es. Ergo hoc potius dico: Ego dedi, tu converte, tu parce. Fac pudicos qui fuerunt impudici, ut simul in tuo conspectu, cum iudicium venerit, gaudeamus, et qui erogavit et cui erogatum est. Placeat hoc? Placeat. Quicumque impudici estis, corrigite vos, dum vivitis. Ego enim verbum Dei loqui possum, impudicos autem in nequitia perseverantes, de iudicio et damnatione Dei liberare non possum.

Varia de SS. Nominis Iesu.

LEX S. BERNARDINO SERRINI, VOL. II, SERM. 47.

Quoties illa resplendit, et perstrinxit caecorum intuentium oculos, quando (ACT. II) de ore Petri, tamquam fulgur egrediens, clausi corporales plantas solidavit, et hasce, multosque spirituales caecos illuminavit? numquid non ignem sparsit,

quam ait: *In nomine Iesu Christi surge et ambula!* Haec, secundum Bernard. ubi supra De Apostolis quoque Marc. in fine dicitur quod *profecti, praedicaverunt ubique*, scilicet, Nomen Iesu, *Domina cooperante, et servationem confirmante sequentibus signis*; quae revera fiebant in Nomine Iesu Christi; denique quod miraculis confirmavit in persecutione tyrannorum confirmavit postmodum illustrationibus luminosis, declarantibus Scripturis contra doctrinas falsas haereticorum: insuper et quotidie confirmat omne dulcoris refectumque, et expressis illuminationibus electorum.

3759 Proinde Ecclesia Christi sponsa, super eius testimonio fulta, jubilat cum Psal. xcc. dicens: *Domine, docuit me a juvenute mea, et usque nunc profectio mirabilia tua, scilicet, semper. Propheeta quoque ad hoc exhortatur, dicens: Cantate Domino, et benedicite Nomen eius, annuntiate de die in diem salutem eius, id est, Iesum Salvatorem.*

FERIA QUARTA

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Ut uti dicitur.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

De I. et CORNA DOM. SERMO II.

3760 **M**EMORIAM fecit mirabilia suorum misericors et misericors Dominus, escam dedit timensibus se. Vere memoriam mirabilium suorum in esca huius Sacramenti Dominus fecit, in quo viginti octo mirabilia notari possunt, septem quidem in transsubstantiatione sive panis conversione, septem in accidentium remansione, septem in corporis integritate et septem in cibi veritate.

3761 Primo igitur in transsubstantiatione sunt septem mirabilia. Licet enim panis transsubstantietur in Christi corpus, tamen ibi nihil generatur, nihil corrumpitur, nihil alteratur, nihil augetur, nihil minuitur, nihil localiter mutatur, nihil annihilatur.

3762 In accidentium autem remansione similiter septem videntur mirabilia. Licet enim accidentium esse sit in subiecto esse, tamen hic post transsubstantiationem

nem accidentia sine subiecto subsistent, sine subiecto agunt, sine subiecto sensum mutant, sine subiecto alimentum praestant, sine subiecto franguntur, sine subiecto alterantur, sine subiecto localiter moventur.

In corporis vero integritate similiter sunt septem mirabilia. Licet enim in hoc Sacramento sit totum corpus Christi integrum, tantum, quantum caelos ascendit et ad dexteram Dei Patris sedet et in fine saeculi ad iudicium est venturum; tamen sub tam parva Sacramenti specie et qualibet eius parte totaliter continentur nec circumscribuntur nec ipsi specie configurantur nec continguntur nec commensurantur nec consistuntur nec condiscuntur.

In cibi autem veritate similiter septem notantur mirabilia. Licet enim in ipso Sacramento, Christo teste, corpus suum vere cibus sit; tamen non percipitur corporali tactu nec visu nec auditu nec olfactu nec gusto nec cibi more a corpore cibato patitur nec in corporis cibi naturam convertitur.

Ecce, viginti octo mirabilia in hoc Sacramento concurrentia. Vere ergo memoriam fecit mirabilia suorum Dominus, cum escam hanc dedit timensibus se.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO GENERALI, VOL. II, SERMO 42.)

3763 **T**ERCTO respectu operis Nomen Iesu est meritum operantino: nam virtute huius Nominis merita, et gratiae cumulantur, teste Apostolo, qui ait: (1 ad Cor. xii): *Nemo potest dicere: Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto*; quod de triplici dictione, secundum Alex. de Alea, intelligendum est; hoc est: nemo potest dicere, scilicet, corde, ore, et opere, Dominus Iesus, nisi in virtute Spiritus sancti; melius enim praedicto modo potest digne profertur hoc saeculissimum Nomen, quam illa prolatione efficiatur dignus vita, et gloria sempiterna. Nam omnes actus qui efficiuntur a Spiritu sancto meritorii sunt gloriae sempiternae. Magni igitur thesauri et divi-

tiae reconduntur in hoc Nomine Iesu: hi aequidem thesauri, atque secretorum arcani tunc talibus communicantur, quum Nomen Iesu ferventi devotione ac dilectio continue laudatur et glorificatur: quod intelligens Eccl. 12, ad Dnimum Iesum ait, dicens: *Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione*. Proinde Chrysost. ait: *Quo nomen Dnini diligitur profundius, invocatur frequentius, eo exaltat in Deum altius, scilicet, per cumulum meritorum, et etiam gratiarum.*

FERIA QUINTA

IN OCTAVA CORPORIS CHRISTI

Homilia S. Cyrilli Alexandrini.

IN IOANN. CAP. 6.

3764 **C**IBUS enim mea verus est cibus, et sanguis meus verus est potus. Distinguit rursus mysticam eulogiam a manna largitione, et calicis communicationem ab aquis et petrarum scissuris scaturientibus. Quod autem iam antea aliis quoque verbis dixit, hic denuo repetit, multis modis eundem sermonem contexens. Monet enim non oportere eos manna vehementer mirari, sed se potius suscipiendum esse tamquam panem de coelo, atque aeternae vitae largitorem. *Patres enim vestri, inquit, comederunt manna in deserto et mortui sunt; hic autem est panis qui de coelo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur* (IOANN. VI, 49). Cibus enim manna, ad breve admodum, inquit, temporis spatium necessitate corporis delinita, et damno famis amoto, factus est rursus invalidus, cum vitam aeternam non infunderet manducantibus. Non erat igitur cibus verus, et panis de coelo nimirum: sanctum autem Christi corpus ad immortalitatem et vitam aeternam nutriens, cibus profecto verus erit. Sed illi quoque de profero aequam. Quid autem inde consecutum est, inquit, et quae vilitas bibentibus? mortui enim sunt.

Illud igitur non erat verus potus, sed verus, ut vere loquamur, potus esse commperitur pretiosus sanguis Christi, qui totam radicibus exstirpat corruptionem, et mortem in humana carne inhabitantem subvertit. Sanguis enim utique est non vulgaris alicuius hominis, sed ipsiusmet vitae secundum naturam. Quocirca nos corpus et membra Christi nuncupamur, ut qui per eulogiam ipsum in nobis suscipimus Filium.

3765 *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* Multifariam nos his verbis instituit, et quoniam doctrina ista ab imperitis facile capi nequit, cognitionem per fidem potius requirens quam curiosam inquisitionem; eandem ultro citroque versando variis modis explanat, et rei utilitatem omni ex parte nobis exponit, praeclarum eius desiderium fundamentum veluti quoddam et basin fidei statuens. *Qui enim manducat meam carnem, inquit, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* Quemadmodum enim si quis ceram cerae coniunxerit, utique alteram in altera esse videbit; eodem quoque opinor, modo, qui Salvatoris nostri carnem suscipit, et bibit eius pretiosum sanguinem, ut ipse ait, unum quiddam cum eo reperitur, commistis quodammodo et immistis ei per illam participationem, ita ut in Christo quidem ipse reperitur, et vicissim Christus in ipso. Ita nos quoque Christus in Evangelio secundum Matthaicum quodammodo edoceat, his verbis: *Simile est regnum caelorum fermento, quod accipit mulier abscondit in farinae satris, donec fermentatum est totum* (MATTH. xiii, 33). Quoniam autem sit illa mulier, quae sata tria, aut quid satum omnino significet, suo loco dicitur: de solo fermento loquemur inpraesentiarum. Quemadmodum ergo Paulus ait: *Modi-*

cum fermentum totam massam fermentare (I Cor. v, 6), sic minima eulogia totum nostrum corpus in se miscet, propriaque replet efficacia: atque ita Christus in nobis existit, et nos vicissim in ipso: etenim vere dici potest fermentum quidem esse in tota massa, et simili ratione massam in toto fermento. Habes paucis eorum quae dicta sunt sententiam. Sed si vitae aeternae amore flagramus, si largitorem immortalitatis in nobis habere cupimus, ne, quod quidem negligentiores faciunt, eulogiam suscipere recusemus, caveamusque nevelaqueum nobis et tenticulam diaboli in-signiter fraudulenter struat, damnosam nempe religionem ac metum. At enim scriptum est, inquit: *Qua manducat ex hoc pane, et de calice bibit intigne, iudicium sibi manducat et bibit* (I Cor. xi, 29). Ubi vero probavi meipsum, indignum me esse video. Quandonam ergo dignus eris, o quisquis haec dicis? quandonam te ipsum Christo sistes? Nam si te peccata usque deterreat, labi autem cessaturus sis nunquam: *Omnes enim delicta intelligit?* ut sanctus ait Psalmista, vacuus omnino comperire sanctificationis illius quae in aeternum nos servat. Quare pie apud te statuas recte honesteque degere, atque ita eulogiae participes fias, credens eam non mortis solum, verum etiam morborum nostrorum depellendorum vi pollere: Christus enim existens in nobis, sopit saevientem in nostris membris carnis legem, et pietatem in Deum exsuscitat, perturbationes mortificat, delicta in quibus sumus nobis non imputans, sed potius ut aegrotos sanans. Confractum enim alligat, erigit lapsam, ceu pastor bonus, et qui animam suam ponit pro ovibus suis.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II, SERM. 49.)

QUARTO autem respectu combinationis Nominis Iesu est adiutivum deficientium: unde Bern. ubi sup. ait: An non toties confortatis, quoties Nominis Iesu recordaris? quid aeque mentem cogitantis impingunt? quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat honos meris atque honestos, castas fovet affectiones? Si enim per mentis pigritiam atque torporem sedes, sanat te Iesus, excitando fervorem; unde Bern. iterum ubi supra inquit: Nomen Iesu semper in sinu tibi sit, semper in manu, quo tui omnes in Iesum et sensus dirigantur, et actus. Denique Cant. viii, a Iesu invitatis, quum ait: *Pone me ut signaculum super cor tuum: ut signaculum super brachium tuum: nunc enim habes unde et lento brachio tuo, et tepido tuo cordi mederis*: habes, inquam, in Nominis Iesu unde actus tui vel prava corrigas, vel nimis imperfectos implas; itemque unde tuos sensus aut serves, ne contempnantur, aut si contempnantur, salves.

FERIA SEXTA

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

LUC. XIV, 16-22.

Ubi si Dominica praeced.

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

SERM. 2. POST SEPT. SERM. 2.

HOMO quidam fecit coenam magnam et vocavit multos, Lucae decimo quarto.

In his verbis notatur maxima liberalitas bonitatis Dei erga humanum genus in duobus, scilicet, in *praeparando* satisfactionem, ad quam ab aeterno nos praecordinavit; et hoc notatur, cum dicitur: *Homo quidam fecit coenam magnam*; in *invitando* seu convocando ad eam quam tam studiosae praeparavit, quod notatur, cum dicitur: *et vocavit multos*.

Nota ergo, quod homo iste quidam est Deus aeternus, qui dicitur homo quidam, quia singularis in pietate et benignitate. Circa primum nota, quod satisfactio vitae aeternae sive reflectio paradisi gloriae vocatur et dicitur et est *coena magna*: ratione apparatus amoenissimi;

sunt enim paradisi semper amoena videntia et mansiones et aeterna tabernacula, quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Ratione victus uberrimi; quia proponitur ibi Sapientia aeterna ad contemplandum, bonitas ad degustandum, potentia ad admirandum. Ratione convictus conformissimi; est enim ibi multitudo hierarchiarum et dispositio multiformis Sanctorum ad modum stellarum in id ipsum tendentium. Ratione modi vendi satiantis et excessivi, quia quidquid ibi est, plenum est pinguedine saginante et recreante et quietante.

3733 Vel dicitur *coena magna*, quia *magnifice praeparata*: tertii Esdrae tertio: *Rex Darius fecit coenam magnam cunctis vernaculis suis et magistratibus*, etc. *Mirifice ordinata*; Iudith sexto: *Fecit ei coenam magnam, et vocatis omnibus presbyteris, simul, expleto ieiunio, refecerunt. Suavissime cibatica*; Iudith duodecimo: *Holofernes fecit coenam magnam servis suis et iucundus factus est*, etc. *Semperterne mansiva*; Apocalypsis decimo nono: *Beati, qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt. Excessive satiativa*; Apocalypsis decimo nono: *Venite ad coenam magnam Dei omnipotentis, etc. Plenarie quietativa*; Lucae decimo quarto: *Misit servum suum hora coenae dicere invitatis, ut venirent, quia iam parat sunt omnia*.

3734 Circa secundum nota, quod *vocavit* ad hanc coenam *multos* de omni gente et natione. Vocavit enim invitando ad eam: per *specula creaturae* ad Deum mitentia per suam speciositatem; Proverbiorum nono: *Sapientia edificavit sibi domum, exiit columbas septem et proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad artem et ad coenam civitatis. Per documenta Scripturae ad Deum trahentia per suam veritatem; Matthaei vigesimo secundo: *Misit ser-**

vos suos vocare invitatos ad nuptias, etc. Per *charismata gratiae* in Deum agentia per suam suavitatem; Proverbiorum primo: *Vocavi, et venistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. Per exempla iustitiae ad Deum commoventia per suam sanctitatem; Matthaei vigesimo secundo: *Aut rex servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ille ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias*, etc.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. II, SERM. 49.)

HOC, secundum Bern. frequentius, fratres, legitime exprimitur in nobis, quod subito sapientis replemur taedio, et langore moestitiae precum, aridi reddimur, horret cella, lectio displicet, vagatur animus, tepor et rigor in toto sentiuntur affectu; quantumcumque prolongetur oratio, magis tepiditate gravatur, quam suavitate dulcedine; nec regni desiderii, nec gehennae supplicio somnus ille lethargicus aut solvitur, aut fugatur; et, facta medico temporis intervallo, ex infinito cordis affectu invocato Iesu, dum solitarii residemus, subit alacritas gaudii tam immissa, quod lingua non loquitur, nec verbiis oratione profertur: sed angustia sensus humani transcenditur, et, sensibus conglobatis, mens cuiusdam hominis infusione irradiata, atque eiusdem liquoris ebrietate potata, tanta repletur laetitia, veluti in momento temporis, si tamen temporis, ut nihil praefert, vel conferat tactus delicias, tantisque bonis, atque tantis suavitatibus saturatus: puto enim quod illa tristitia ex secretis causis Domini Iesu manifestavit absentiam, atque Nomen Iesu ex intimo desiderio humiliter invocatum, secretoque silentio revocavit cum Iesu reverentiam laetitiam.

SABBATO

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERM. 116.

LECTIONES sanctae propositae sunt, et quas audiamus, et de quibus aliquid sermonis, adjuvante Domino, proferamus. In lectione apostolicae gratiae aguntur Domino de fide

Gentium, utique ideo, quia ipse fecit. In Psalmo diximus: *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus* (PSAL. LXXXIX, 8, 20). In Evangelio, ad coenam vocati sumus; imo alii vocati, nos non vocati, sed ducti; non solum ducti, sed etiam coacti. Sic enim audivimus, quia *Homo quidam fecit coenam magnam. Quis est iste homo, nisi mediator Dei et hominum homo Christus Iesus?* (I TIM. II, 5). Misit ut venerint invitati, quia hora iam venerat, ut venirent. Qui sunt invitati, nisi per praemissos vocati Prophetas? Quando? Olim ex quo mittuntur Prophetae, invitavit ad coenam Christi. Mittuntur ergo ad populum Israel. Saepè missi sunt, saepè vocaverunt, ut ad horam coenae venirent. Illi autem invitantes acceperunt, coenam repudiaverunt. Quid est, invitantes acceperunt, coenam repudiaverunt? Prophetas legerunt, et Christum occiderunt. Sed quando occiderunt, tunc nobis coenam nescientes praeparaverunt. Parata iam coena, immolato Christo, post resurrectionem Christi commendata quam sciunt fideles, coena Domini, eiusque manibus et ore firmata, missi sunt Apostoli, eorum quos missi fuerant ante Prophetas. Venite ad coenam.

Excusaverunt qui venire noluerunt. Et excusaverunt, quomodo? Tres fuerunt excusationes: *Unus dixit: Villam emi, eo videre illam: habe me excusatum. Alius dixit: Iuga boum emi quinque, et eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Tertius dixit: Uxorem duxi, habe me excusatum: venire non possum.* Putamus non istae sunt excusationes, quae impediunt omnes homines, qui ad istam coenam venire detrectant? Quae ramus eas, discutiamus, inveniamus: sed ut caveamus. In villa empti, dominatio notatur; ergo superbia castigatur. Habere enim villam, tenere, possidere, homines sibi in illa sub-

dere, dominari delectat. Vitium malum, vitium primum. Primus enim homo dominari voluit, qui dominum habere noluit. Quid est dominari, nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas, illi subdamur, ut tuti esse valeamus. *Villam emi, habe me excusatum.* Inventa superbia, venire noluit.

Alius dixit: Quinque iuga boum emi. Nonne sufficeret, Boves emi? Aliquid procul dubio est, quod nos ad quaerendum et intelligendum obscuritate sui provocat; et quia clausum est, et pulchrum, hortatur. Quinque iuga boum, sensus carnis huius. Quinque numerantur sensus carnis huius, quod omnibus notum est; et qui forte non advertunt, commemorati sine dubio recognoscunt. Sensus ergo carnis huius quinque inveniuntur. In oculis visus est, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustatus in faucibus, tactus in omnibus membris. Alba et nigra et quoquo modo colorata, lucida et obscura videndo sentimus. Rauca et canora, audiendo sentimus. Suave olentia et grave olentia, odorando sentimus. Dulcicia et amara, gustando sentimus. Dura et mollia, levia et aspera, calida et frigida, gravia et levia, tangendo sentimus. Quinque sunt, et iuga sunt. Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilis apparet. Duo sunt oculi, duae aures, geminae nares: ecce tria iuga. In faucibus, id est, sensu gustandi, geminatio quaedam invenitur, quia nihil gustando sapit, nisi lingua et palato tangatur. Voluptas carnis quae ad tactum pertinet, occultius geminatur. Est enim et forinsecus et intrinsecus. Ergo et ipsa gemina est. Quare boum dicuntur iuga? Quia per sensus istos carnis, terrena requiruntur. Boves enim terram versant. Sunt autem homines remoti a fide, terrenis dediti, carnalibus occupati: no-

lunt credere aliquid, nisi ad quod sui corporis sensu quinquepartito perveniunt. In eis quinque sensibus totius voluntatis sibi regulas ponunt. Non, inquit, credo ego, nisi quod video. Ecce quod novi, ecce quod scio. Album est, nigrum est, rotundum est, quadratum est, sic vel sic coloratum est: novi, sentio, teneo; natura ipsa me docet. Non cogor credere quod mihi non potes ostendere. Vox est: sentio, quia vox est; bene cantat, male cantat, suavis est, rauca est: novi, scio, pervenit ad me. Bene olet, male olet: scio, sentio. Hoc dulce est, hoc amarum; hoc salsum, hoc fatuum. Quid mihi plus dicas nescio. Tangendo novi quid durum est, quid molle sit; quid lene sit; quid asperum sit; quid calet; quid frigeat. Quid mihi plus demonstraturus es?

Tali impedimento tenebatur apostolus noster Thomas, qui de Domino Christo, id est, de Christi resurrectione nec solis oculis credere voluit. *Nisi miserero, inquit, digitos meos in clavorum et vulnerum loca, et nisi manum meam in latus eius miserero, non credam.* Et Dominus qui posset sine ulla vestigio vulneris resurgere, servavit cicatrices, quae a dubitante tangerentur, et cordis vulnera sanarentur. Et tamen vocaturus ad coenam contra excusationem quinque iugorum boum: *Beati, inquit, qui non vident, et credunt* (IOANN. XX, 25-29). Nos, fratres mei, ad coenam vocati, ab istis quinque iugis non sumus impediti. Non enim faciem carnis Domini videre in hoc tempore concupivimus, aut vocem ex ore carnis illius procedentem auribus admittere desideravimus; nullum in illo temporalem odorem quaesivimus. Perfudit eum quaedam mulier pretiosissimo unguento, domus illa odore impleta est (IOANN. XII, 3); sed nos ibi non fuimus; ecce non offerimus; et credimus. Coe-

nam manibus suis consecratam discipulis dedit: sed nos in illo convivio non discubimus; et tamen ipsam coenam fide quotidie manducamus. Nec magnum putetis in illa coena, quam suis manibus dedit, sine fide interfuisse: melior existit fides postea, quam tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus qui credidit: ibi fuit Iudas qui tradidit. Quam multi et modo in ipsa coena, quamvis illam tunc mensam non viderint, nec panem quem Dominus gestavit in manibus, oculis suis aspexerint, vel faucibus gustaverint; tamen quia ipsa est quae nunc praeparatur, quam multi etiam nunc in ipsa coena iudicium sibi manducant et bibunt? (I COR. XII, 29)

Unde autem tamquam occasio nata est Domino, ut de ista coena loqueretur? Dixerat unus de discubentibus (in convivio enim erat, quo fuerat invitatus): *Beati qui manducant panem in regno Dei.* Quasi in longinqua iste suspirabat, et ipse panis ante illum discubebat. Quis est panis de regno Dei, nisi qui dicit: *Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi* (IOANN. VI, 41). Noli parare fauces, sed cor. Inde commendata est ista coena. Ecce credimus in Christum, cum fide accipimus. In accipiendo novimus quid cogitemus. Modicum accipimus, et in corde saginamur. Non ergo quod videtur, sed quod creditur, pascit. Non ergo etiam sensum illum externum quaesivimus; nec diximus: *Crediderunt qui Dominum ipsum resurgentem, si verum est quod dicitur, viderunt oculis, manibus palpaverunt: nos non tangimus, quare credimus?* Si talia cogitarem, quinque illis iugis boum a coena impedierim. Ut noveritis, fratres, istorum quinque sensuum, non delectationem, quae permulcet et ingerit voluptatem, sed curiositatem quandam notatam fuisse, non

ait: *Quinque iuga bovin emi, eo pascere illa; sed, eo probare illa. Qui vult probare, per iuga bovin non vult dubitare, quomodo sanctus Thomas per iuga noluit dubitare. Videam, tangam, digitos mittam. Ecce, inquit, digitos tuos mitte per labas meum, et noli esse incredulus. Occisus sum propter te: per locum quem vis tangere, sanguinem fudi, ut redimerem te; et adhuc dubitas de me, nisi tetigeris me? Ecce et hoc praesto, ecce et hoc exhibeo: tange et crede; inveni locum vulneris, sana vulnus dubitationis.*

271

*Tertius dixit: Uxorem duxi. Ista voluptas est carnis, quae multos impedit: utinam foris, et non intus. Sunt homines qui dicunt: Non est homini bene, nisi cui adsunt carnis deliciae. Ipsi sunt quos notat Apostolus, dicentes: *Manducemus et bibamus; cras enim moriamur* (I Cor. xv, 32). Quis huc inde surrexit? Quis nobis, quod ibi agitur, dixit? Hoc nobiscum tollimus, quod in hoc tempore bene est nobis. Qui hoc dicit, uxorem duxit, carnem amplectatur, carnis voluptatibus iucundatur, a coena excusatur; observet ne fame interiore moriatur. Attendite Iohannem, sanctum apostolum et evangelistam: *Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt*. O qui ad coenam Domini venitis, *nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt*. Non dixit, Nolite habere; sed, *Nolite diligere*. Habuisti, possessisti, dilexisti. Amor rerum terrenarum, viscum est spirituum pennarum. Ecce concupisti, haesisti. Quis dabit tibi pennas sicut columbae? Quando volabis, ubi vere requiescas? (Psal. lxxvii, 7), quando hic, ubi male haesisti, perverse requiescere voluisti. *Nolite diligere mundum*, iuba divina est. Continuo huius tubae verbis orbi terrarum et universo dicitur mundo: *Nolite diligere**

mundum, nec ea quae in mundo sunt. Quisquis dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo. Quoniam omnia quae in mundo sunt, concupiscentia carnis sunt, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi (I IOANN. II, 15, 16). Ab imo coepit, quo Evangelium terminavit. Inde ille coepit, ubi Evangelium terminum posuit. Concupiscentia carnis, *Uxorem duxi*. Concupiscentia oculorum, *Quinque iuga bovin emi*. Ambitio saeculi, *Villam emi*.

Ideo autem a parte totum per solos oculos commemorati sunt isti sensus, quia oculorum est in quinque sensibus principatus. Propterea cum proprie ad oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare. Quomodo? Primo quod ad ipsos oculos pertinet, dicitis, Vide quam candidum est, intende et vide quam candidum est; hoc ad oculos pertinet. Audi et vide quam canorum est. Numquid conversim potes dicere: Audi et vide quam candidum est? Hoc quod dicitur, Vide, per omnes sensus currit: ceterorum autem sensuum proprietates non per se recurrit. Intende et vide quam canorum est: odora et vide quam suave est: gusta et vide quam dulce est: tangite et vide quam molle est. Utique quinque sensus sunt, sic potius diceremus: Audi et senti quam canorum est: odora et senti quam suave est: gusta et senti quam dulce est: tange et senti quam calidum est: palpa et senti quam lenis est: palpa et senti quam molle est. Nihil horum. Nam et ipse Dominus post resurrectionem cum apparuit discipulis suis, cumque cernentes adhuc titubarent in fide, putantes se spiritum videre: *Quid, inquit, dubitatis? et quare cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas et pedes meos. Et parum est, Videte: Tangite, inquit, et*

374

palpate et videte (LUC. XXIV, 38 et 39). Intendite et videte, palpate et videte: in solis oculis videte, in omnibus sensibus videte. Quia interiori fidei sensum quaerebat, exterioribus corporis sensibus adiacebat. Nos nihil ab istis exterioribus sensibus in Domino carpsimus, auditu audivimus, corde credidimus: et ipsum auditum non ab illius ore, sed ab ore praedicatorum eius, ab ore illorum qui iam coenabant, et nos ructuando invitabant.

374

Tollamus ergo de medio excusationes vanas et malas, et veniamus ad coenam, qua intrinsecus saginemur. Non nos impediatur extollentia superbiae, non nos extollat, vel non nos terreat curiositas illicita, et avertat a Deo: non nos impediatur voluptas carnis a voluptate ceteris. Veniamus, et saginemur. Et qui venerunt, nisi mendici, debiles, claudi, caeci? Illi autem non venerunt divites, sani, quasi bene ambulantes, et acute cernentes; multum de se praesumentes, et ideo desperatiores, quanto superbiore. Veniant mendici, quia ille invitavit qui propter nos pauper factus est, cum dives casset, et illius paupertate mendici ditaremur (I Cor. vii, 9). Veniant debiles: quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus (MATTH. IX, 12). Veniant claudi qui ei dicant: *Compone gressus meos in semitis tuis* (PSAL. XVI, 5). Veniant caeci qui dicant: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte* (PSAL. XII, 4). Tales venerunt ad horam; illis prius invitatis, sua excusatione reprobatis: venerunt ad horam, intraverunt de plateis et vicis civitatis. *Et respondit servus, qui missus erat: Domine, factum est ut inveni, et adhuc locus est. Exi, inquit, in vias et sepes, et quos inveneris coge intrare. Quos inveneris, ut dignentur, noli expectare; coge intrare. Magnam*

coenam, magnam domum paravi, non tibi patior locum vacare. Venerunt de plateis et vicis Gentes: veniant de sepiibus haeretici, hic inveniant pacem. Nam qui construunt sepes, divisiones quaerunt. Trahantur a sepiibus, evellantur ab spinis. In sepiibus haeserunt, cogi nolunt. Voluntate, inquit, nostra intramus. Non hoc Dominus imperavit: *Coge, inquit, intrare*. Foris invenitur necessitas, nascitur intus voluntas.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO BENESE, VOL. II, SECT. 49.)

Non aderat Iesus, moritur Lazarus moestitia repletur domus; sed, ecce, Iesus ingreditur, sacros ex sua praesentia consolantur, et Lazarus resuscitatur. Hinc et ipsa Maria tempore passissimi Christi post multos dies subaginis amaritudinem prosequitur ad Domini sepulchrum, quaerens, ut ait Matth. xvi: *Iesum Nazarenum crucifixum; Iesum autem salus Nazarenum floribus interpretatur: crucifixum, additur, ut simul habeas salutem, florem, et crucem, et in omnibus consolationem. Crux te recificat in operatione, flos te recificat in affectione, Iesus te recificat de salvatione; Ideo Dominica crux fuit figurae perpendicularis, poniturque ut signum in bivis.*

Flos autem iucundus oculis spem fructus annuntiat subsequens. Iesus autem ipse est benedictus et benedictus fructus Virginei ventris, Fructus, inquam, Beatis speciosissimus ad videndum, suavissimus ad odorandum, sapidissimus ad gustandum, pretiosissimus ad habendum.

Propter quod sponsa, describens dilectum suum, (CANT. V) ait: *Guttur eius saporissimum, et intus desiderabilis;* trahit enim in se Iesus omne desiderium, et omnem satiat appetitum. Et, quod mirabilis sit desiderabilis est, sicut ralla arboris quanto magis figur in profundo, tanto fructus eius amplius extenditur in excelsum, sic Nomen Iesu in intimo cordis fixum, atque solidius radicatum flagrare facit uberius abundantiam gratiarum.

374

374

374

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.
Luc. XV, 1-10.

In illo tempore: Erant appropinquantes ad Iesum publicani, et peccatores, ut audirent illum.

1. Et mirabantur Pharisaei, et Scribae, dicentes: Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis.

2. Et ait ad illos parabola istam dicens:

3. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdidit unam ex illis, non dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat eam?

4. Et cum invenierit eam, imponit in humeros suos gaudens.

5. Et veniens domum convocat vicinos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quae perierat.

6. Illis vocis, quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentem agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent poenitentia.

7. Ait quae mulier habuit drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accessit lucrare, et evenerit domum, et quaerit diligenter, donec inveniat?

8. Et cum invenit, convocat amicos et vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdidit.

9. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentem agente.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homilia XXXIV. in Evangelio. *Verbo ad populum in Basilica Constantiana Invenit et vadit ad illam quae perierat.*

3747

Aestivum tempus quod corpori meo valde contrarium est, loqui me de expositione Evangelii longa mora interveniente prohibuit. Sed numquid quia lingua tacuit, ardere charitas cessavit? Hoc etenim dico, quod apud se vestrum unusquisque recognoscit. Plerumque charitas quibusdam occupationibus praepedita et integra flagrat in corde, et tamen non monstratur in opere; quia et sol cum nube tegitur, non videtur in terra, et tamen ardet in coelo. Sic sic esse occupata charitas solet, et intus vim sui ardoris exserit, et foris flammam operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus redit, vestra me studia accendunt, ut mihi tanto amplius loqui libeat, quanto

hoc vestrae mentes desiderabilius expectant.

Audistis in lectione evangelica, fratres mei, quia peccatores et publicani accesserunt ad Redemptorem nostrum: et non solum ad colloquendum, sed etiam ad convalescendum recepti sunt. Quod videntes pharisaei indignati sunt. Ex qua re colligitur, quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignationem, quamvis et iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agit typho superbiae, aliud quod zelo disciplinae. Dedignantur etenim, sed non dedignantur; desperant, sed non desperant; persecutionem commovent, sed amant: quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem servant. Praeponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt, meliores existimant eos quoque quos indicant. Quod videlicet agentes, et per disciplinam subditos, et per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nulla infirmitatibus misericordia condescendunt: et quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero pharisaei existenterant, qui diudicantes Dominum quae peccatores susciperet, amenti corde ipsum fontem misericordiae reprehendebant.

Sed quia aegri erant ita ut aegros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, coelestis eos medicus blandis fomentis curant, benignum praedignum obicit, et in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait namque: *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat?* Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem Veritas dedit, quam

et in seipso homo recognosceret, et tamen haec specialiter ad ipsum auctorem hominum pertinet. Quia enim centumarius perfectus est numerus, ipse centum oves habuit, cum angelorum substantiam et hominum creavit. Sed una ovis tunc perit, quando peccando homo paseua vitae dereliquit. Dimisit autem nonaginta novem oves in deserto: quia illos summos angelorum choros reliquit in coelo. Cur autem coelum desertum vocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem coelum homo deseruit, cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves remanserant, quando in terra Dominus unam quaerebat: quia rationalis creaturae numerus, angelorum videlicet et hominum, quae ad videndum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, et ut perfecta summa omnium integraretur in coelo, homo perditus quaerebatur in terra. Nam quod hic Evangelista dicit, in deserto: alius dicit, in montibus (MATTH. XVIII, 12), ut significet in excelsis: quia nimium oves quae non perierant, in sublimibus stabant. *Et cum invenit ovem, imponit in humeros suos gaudens.* Ovem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portavit. *Et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat.* Inventa ove ad domum redit, quia Pastor noster, reparato homine, ad regnum coeleste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet angelorum choros, qui amici eius sunt, quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt: quia claritate visionis illius sua assidueitate perfruuntur. Et notandum, quod non dicit: Congratulamini inventae ovi, sed mihi: quia videlicet eius gaudium est vita nostra: et cum nos ad

coelum reducimur, solemnitatem laetitiae eius implentur.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentem agente, quam super nonaginta novem iustis qui non indigent poenitentia. Considerandum nobis est, fratres mei, cur Dominus plus de conversis peccatoribus, quam de stantibus iustis in coelo gaudium esse fateatur: nisi hoc quod ipsi per quotidianum visionis experimentum novimus, quia plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitiae, nulla illicita perpetrata, sed tamen ad coelestem patriam anxie non anhelant, tanquam sibi in rebus licitis usum praebent, quanto se perpetratae nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona praecipua, quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserint mala graviora. At contra nonnumquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amorem Dei, seque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis laetantur, flagrant desiderio, ad coelestem patriam anhelant: et quia se errasse a Deo considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore converso quam de stante iusto gaudium fit in coelo, quia et dux in praeflo plus cum militem diligit, qui post fugam reversus, hostem fortiter premit, quam illum qui numquam terga praebuit, et numquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat, quae post spinas uberes fruges profert, quam eam quae numquam spinas habuit et numquam fertilem messem producit.

Sed inter haec sciendum est, quia

sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, ut eis quaelibet peccatorum poenitentia praeponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt consci, et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt, ac si peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nolum omne quodlibet, bona sibi amputant etiam concessa, continentur visibilia, invisibilibus accenduntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant, et sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi et iustos et poenitentes, qui se et in poenitentia de peccato cogitationis humiliant, et recti semper in opere perseverant? Hinc ergo colligendum est quantum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus: si facit in coelo gaudium, quando hoc quod male gessit et per poenitentiam damnat iniustus.

3752 Sequitur. *Aut quae mulier habens drachmas decem, et si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et evertit domum, et quaerit diligenter donec inveniat drachmam quam perdidit?* Qui signatur per pastorem, ipse et per mulierem. Ipse etenim Deus, ipse et Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo, qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui Conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia Dei Sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa, est divinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsi Sapientia: *Exaruit velut testa virtus mea* (PSAL. XXI, 16). Quia enim testa igne solidatur, eius virtus sicut testa exaruit: quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam

ex passionis tribulatione roboravit. Accensa autem lucerna evertit domum; quia mox ut eius divinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur, cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui eversionis sermo non discrepat ab eo, quod in aliis codicibus legitur, *emundat*, quia nimirum prava mens si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitis non emundatur. Eversa ergo domo invenitur drachma: quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo Conditoris: *Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas suas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram.* Quae amicae vel vicinae, nisi illae potestates coelestes sunt, iam superius dicitae? Quae tanto supernae Sapientiae iuxta sunt, quanto ei per gratiam continuae visionis appropinquant. Sed inter haec nequaquam relinquere negligenter debemus cur ista mulier, per quam Dei Sapientia figuratur, decem drachmas habuisse perhibetur, ex quibus unam perdidit, quam cum quaereret, invenit. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit: quam dum consistere ad aeternitatem voluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier, quia novem sunt ordines angelorum. Sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus est creatus, qui a Conditore suo nec post culpam perit, quia hunc aeterna Sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparavit.

3753 Novem vero angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim atque

seraphim. Esse namque angelos et archangelos, pene omnes sacri eloquii paginae testantur. Cherubim vero atque seraphim saepe, ut notum est, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus apostolus ad Ephesios enumerat, dicens: *Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem* (EPH. I, 21). Qui rursus ad Colossenses scribens ait: *Sive throni, sive potestates, sive principatus, sive dominationes* (COL. I, 16). Dominationes vero et principatus ac potestates iam ad Ephesios loquens descriperat; sed ea quoque Colossensibus dicturus, praemisit thronos, de quibus necdum quidquam fuerat Ephesius locutus. Dum ergo illis quatuor quae ad Ephesios dixit, id est principatibus, potestatibus, virtutibus atque dominationibus, coniunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli et archangeli, cherubim atque seraphim, adiuncta sunt, proculdubio novem esse angelorum ordines inveniuntur. Unde et ipsi angelo, qui primus est conditus, per Prophetam dicitur: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei iustis* (EZECH. XXXVIII, 12). Ubi notandum, quod non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei similis insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: *Omnis lapis pretiosus operimentum tum sardius, topazius et iaspis, chrysolithus, onyx et beryllus, sapphirus, carbunculus, et smaragdus.* Ecce novem dixit nomina lapidum: quia profecto novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et operatus existit, quia dum cunctis agminibus angelorum praelatus est, ex eorum comparatione clarior fuit.

3754 Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstrinximus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Graeca etenim lingua angeli nunci, archangeli vero summi nuncii, vocantur. Sciendum quoque quod angelorum vocabulum nomen est officii, non naturae. Nam sancti illi coelestis patriae spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqua nuntiantur: unde et per Psalmistam dicitur: *Qui facit angelos suos spiritus* (PSAL. CIII, 4). Ac si patenter dicat: Qui eos, quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit, angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant, angeli: qui vero summa annuntiant, archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam Virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficitur, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personae sine nominibus scribi non possint; sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt.

3755 Michael namque quis ut Deus; Gabriel autem fortitudo Dei; Raphael vero dicitur medicina Dei. Et quoties mirae virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur; ut ex ipso actu et nomine detur intelligi, quia nullus potest facere quod facere praevalet Deus. Unde et ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupivit, dicens: *In coelum conscendam, super astra caeli exaltabo solum meum, sedabo in monte testa-*

menti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Is. xiv, 13, 14), dum in fine mundi in sua virtute relinquatur extremo supplicio perimendus, cum Michaele archangelo praelaturus esse perhibetur, sicut per Ioannem dicitur: *Factum est praetium cum Michaele archangelo* (ApoC. xii, 7): ut qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, per Michaelen peremptus discat, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: *Tollite portas principes vestras, et elevamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio*. Et rursum: *Dominus virtutum ipse est rex gloriae* (PSAL. XXXIII, 9). Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus et potens in praelio, contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, ut diximus, medicina Dei: quia videlicet dum Tobiae oculos quasi per officium curationis tetigit, caecitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad eundem mittitur, dignum videlicet fuit ut Dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exsequamur.

Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa et miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum divini virtutes adversae subjectae sint, quorum potestate refrenantur, ne coram hominum tantum tentare praevaleant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur,

qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus praesunt, qui subjectis aliis dum quaeque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere: dominari vero et etiam subiectos quoque possidere. Ea ergo angelorum agmina, quae mira potentia praecminent, pro eo quod eis, cetera ad obediendum subjecta sunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum iudicium semper Deus omnipotens praesidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus: throni Dei dicti sunt hi, qui tanta divinitatis gratia replentur, ut in eis Dominus sedeat, et per eos sua iudicia decernat. Unde et per Psalmistam dicitur: *Sedes thronorum, quae iudicas aequitatem* (PSAL. IX, 5). Cherubim quoque plenitudo scientiae dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur: ut, secundum creaturae modum, eo plene omnia sciant, quo visioni Conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quae ex singulari propinquitate Conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim namque ardentes vel incendentes vocantur. Quae, quia ita Deo conjuncta sunt, ut inter haec et Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est: quia quo subtilius claritatem divinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt.

Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus haec etiam ad nostros profectus

congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantum illic contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: *Stabit terminus gentium secundum numerum angelorum Dei* (DECT. XXXII, 8): debemus et nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum civium ad usum nostrae conversationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim tanta illuc ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum: superest ut ipsi quoque homines, qui ad coelestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distinctae namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt, et in eorum sortem per conversationis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique, qui parva capiunt, sed tamen haec eadem parva pie annuntiare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli, qui, divinae largitatis munere relecti, secretorum coelestium summa et capere praevaleant et nuntiare. Quo ergo isti, nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii, qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo ergo isti, nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt? Et sunt nonnulli, qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis, et vi acceptae potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum, nisi inter potestatum coelestium numerum sortiantur? Et sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt: cumque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam, nisi inter principatum numeros acce-

perunt? Et sunt nonnulli, qui sic in semetipsis cunctis vitis omnibusque desiderii dominantur, ut ipso iure munditiae dei inter homines vocentur: unde et ad Moysen dicitur: *Ecce constitui te deum Pharaonis* (EXOD. VII, 1). Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli, qui, dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutunt, divino timori semper inhaerentes, hoc in munere virtutis accipiunt, ut iudicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio praesto est, in his velut in throno suo Dominus praesidens, aliorum facta examinat, et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui Conditoris sunt? vel quo nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi indicantur. Et sunt nonnulli, qui tanta Dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut cherubim iure nominentur. Quia enim, ut praefati sumus, cherubim plenitudo scientiae dicitur, et Paulo dicente didicimus, quia *plenitudo legis est charitas* (ROM. XII, 10), omnes qui Dei et proximi charitate ceteris amplius pleni sunt, meritum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt. Et sunt nonnulli, qui, supernae contemplationis facibus accensi, in solo Conditoris sui desiderio anhelant, nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo aeternitatis amore pascentur, terrena quaeque abiiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant et ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt, amando ardent, loquendo et alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim? quorum cor in igne conversum lucet et urit;

quia et mentium oculis ad superna illuminant, et compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui Conditoris inflammati sunt, quo nisi inter seraphim numerum sortem suae vocationis acceperunt?

3759

Sed haec, fratres charissimi, me loquente introrsus vos ad vosmetipsos reducite, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agminum, quae breviter tangendo perstrinximus, sortem vestrae vocationis invenitis. Vae autem animae quae in se de his bonis quae enumeravimus, minime aliquid recognoscit: ei quae adhuc vae deterius imminet, si et privatum se donis intelligit, et nequaquam genuit. Quisquis ergo talis est, fratres mei, gemendus est valde, quia non genuit. Pensemus ergo accepta electorum munera, et virtute qua possumus, ad amorem tantae sortis anhelamus. Qui in se donorum gratiam minime recognoscit, gemat. Qui vero in se minor cognoscit, aliis maiora non invidet: quia et supernae illae distinctiones beatorum spirituum ita sunt conditae, ut aliae aliis sint praelatae. Fertur vero Dionysius Areopagita, antiquus videlicet et venerabilis pater, dicere quod ex minoribus angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur: scilicet, quia ad humana solatia ut angeli aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quoniam ea quae praecedunt, usum exterioris ministerii nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Isaias dicit: *Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu eius calculus, quem forscipe tulerat de altari, et tetigit os meum* (Is. vi, 6, 7). Sed in hac prophetae sententia vult intelligi, quia si spiritus qui

mittuntur, eorum vocabulum percipiunt eorum officium gerunt. Qui enim, ut peccata locutionis incendat, de altari angelus carbonem portat, seraphim vocatur, quod incendium dicitur. Huic autem sensui et illud creditur non inconvenienter optulari, quod per Danielem dicitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies milles centena milia assistebant ei* (Dan. vii, 10). Aliud namque est ministrare, aliud assistere: quia hi ministrant Deo, qui et ad nos nuntiando exeunt; assistunt vero, qui se contemplatione intima perfruunt, ut ad explenda foras opera minime mittantur.

3760

Sed qua in quibusdam Scripturae locis quaedam per cherubim, quaedam vero per seraphim agi didicimus, utrum per se haec faciant, an per subiecta agmina agantur, quae, sicut dicitur, in eo quod a maioribus veniunt maiorum vocabula sortiuntur; nos affirmare volumus, quod apertis testimoniis non approbamus. Hoc tamen certissime scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alii spiritus alios mittunt, Zacharia, scilicet, propheta testante, qui ait: *Ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur; et ecce alius angelus egrediebatur in occursum eius, et dixit ad eum: Curre et loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem* (Zach. ii, 3, 4). Dum enim angelus ad angelum dicit: *Curre et loquere*, dubium non est, quia alius alium mittit. Minora vero sunt quae mittuntur, maiora quae mittunt. Sed hoc quoque de ipsis agminibus quae mittuntur, certum tenemus; quia et cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen nunquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur, et assistunt: quia etsi circumscriptus est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli ita-

que et missi, et ante ipsum sunt; quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt.

3760

Sciendum quoque est, quia plerumque ipsi beatorum spirituum ordines vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes Dei, specialem beatorum spirituum ordinem diximus, et tamen per Psalmistam dicitur: *Qui sedes super cherubim, appare* (PSAL. LXXXIX, 2); quia videlicet, dum in ipsis distinctionibus agminum cherubim thronis iunguntur, sedere etiam super cherubim Dominus ex vicini agminis aequalitate perhibetur. Sic quippe in illa summa civitate specialia quaedam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium: et quod in se ex parte quisque habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno eodemque vocabulo communiter non censetur, ut ille ordo vocari privato uniuscuiusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accepit. Seraphim namque incendium diximus; et tamen amore Conditoris simul omnes ardent. Cherubim vero plenitudinem scientiae; et tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontem scientiae Deum vident? Throni quoque illa agmina quibus Conditor praesidet, vocantur: sed beatus esse quis potest, nisi Creator suus eius menti praesideat? Quae ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in privato nomine data sunt, qui haec in munere plenius acceperunt. Nam et si qua illic sic alii habent, ut haberi ab aliis nequaquam possint, sicut speciali nomine dominationes et principatus vocantur, cuncta ibi singulorum sunt; quia, per charitatem Spiritus ab alio in aliis habentur.

3761

Sed ecce dum coelestium civium secreta rimamur, ab expositionis nostrae ordine longe digressi sumus. Suspiremus ergo ad eos, de quibus loquimur,

sed redeamus ad nos. Meminisse etenim debemus, quia caro sumus. Taceamus interim de secretis coeli, sed ante Conditoris oculos manu poenitentiae tergamus maculas pulveris nostri. Ecce ipsa divina misericordia pollicetur, dicens: *Gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente*. Et tamen per prophetam Dominus dicit: *Quia quicumque die iustus peccaverit, omnes iustitiae eius in oblivione erunt coram me* (EZECH. XXXIII, 13). Pensemus, si possumus, dispensationem supernae pietatis. Stantibus, si ceciderint, minatur poenam: lapsis vero, ut surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne praesumant in bonis: istos refovet, ne desperent in malis. Iustus es? iram pertimesce, ne corruas: peccator es? praesume de misericordia, ut surgas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare nequaquam valuimus, in pravis nostris desideris iacemus. Sed qui nos concedit reectos, adhuc expectat, et provocat ut surgamus. Sinum suae pietatis aperit, nosque ad se recipere per poenitentiam quaerit. Sed poenitentiam agere digne non possumus, nisi modum quoque eiusdem poenitentiae cognoscamus. Poenitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest si peccata quae luxuriae defleat, et tamen adhuc avaritiae aestibus anhelat? Aut quid prodest, si irae culpas iam lugeat, et tamen adhuc invidiae facibus tabescat? Sed minus est valde, quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat: et qui plangit vitia perpetrare vitia timeat.

3762

Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commississe, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere,

quatenus per hoc Conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipso abscondere debeat etiam concessa: et se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse. Nimia sunt quae loquor, si haec ex sacri eloqui testimonio non affirmo. Lex cetero veteris Testamenti alienam uxorem concupisci prohibet: a rege vero sortia iuberi mitibus, vel desiderari aquam, non poenalter vetat. Et cuncti novimus quod David concupiscentiae mucrone transfixus, alienam contigens et concupivit et abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta, et malum quod perpetravit, per poenitentiae lamenta correxit. Qui cum longe post contra hostium caecos sederet, aquam bibere de bethlehemitica cisterna ex desiderio voluit. Cuius electi milites inter ceteris adversantium medias erumpentes, aquam quam rex desideraverat, illaesi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus, semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque Domino fundens libavit, sicut illic scriptum est: *Libavit eam Domino* (II Reg. xxii, 16). In sacrificium quippe Domini effusa aqua conversa est, quia culpam concupiscentiae inactiva per poenitentiam reprehensionis suae. Qui ergo quondam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupisset, expavit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus, etiam a licitis abstinerebat. Sic sic agimus poenitentiam, si ea quae commisimus, perfecte deploramus. Pensemus supernas divitias Conditoris nostri. Peccare nos vidit, et pertulit.

375a

Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quem despicimus, vocat. Aversi ab illo sumus, et tamen non avertitur. Unde bene per

Isaiam dicitur: *Et erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, et aures tuae audient vocem post tergum monentis* (Is. xxx, 20, 21). Quasi in faciem homo monitus est, quando, ad iustitiam conditus, praeccepta rectitudinis accepit. Sed cum haec eadem praeccepta contempsit, quasi Conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur, et monet: quia iam et a nobis contemptus est, et tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despiciamus, cuius praeccepta calcamus: sed stans post tergum nos aversos revocat, qui et videt quod despicitur, et tamen per praeccepta clamat: per patientiam expectat. Pensate ergo, fratres charissimi, si cuilibet vestrum loquenti famulus suus subito superbiat, terga in faciem mitteret, numquid non contemptus dominus eius superbiam feriret, vulnera districtae animadversionis infligeret? Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus, et tamen sustinemur. Superbe aversos benigne revocat, et qui ferire nos aversantes potuit, ut revertamur munera promittit. Tanta ergo Conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat, et homo, qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem expectatus erubescat.

Rem, fratres, breviter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterii mei atque presbytero, nunc autem syracusano episcopo narante cognovi. Hanc itaque si soletur auditis, charitati vestrae non breviter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam exstitit, qui alio quoque nomine Aemilianus appellatus est, non inops substantiae iuxta mediocritatem vitae: sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuis-

set valde pertimescere, ac de suae mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus, erexit se contra se, mundi huius omnia dereliquit, monasterium petiit. In quo nimirum monasterio tantae humilitatis tantaque sibi distinctionis exstitit, ut cuncti fratres, qui illie ad amorem divinitatis excreverant, suam cogentur vitam despiciere, dum illius poenitentiam viderent. Studuit namque toto mentis adnitu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtivas orationes quaerere, quotidianis se lacrymis lavare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere. Hic itaque nocturnas fratrum vigiliis praevenerit consueverat: et quia mons in quo monasterium situm est ex uno latere in secretiore parte prominerebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigiliis egredi, ut se quotidie in fletu poenitentiae quanto secretius, tanto liberius mactaret. Contemplabatur namque distinctionem venturi iudicis sui, et iam eidem iudici concordans, puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadam vero nocte abbas monasterii vigilans, hinc latenter egredientem intuitus, lento foras pede secutus est. Quem cum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum, expectare voluit quando surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis eius exploraret: cum subito coelitus lux emissa super eum fusa est, qui in oratione prostratus iacebat: tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret: quam abbas ut vidit, intremuit et fugit. Cumque post longum horae spatium idem frater ad monasterium redisset, abbas eius ut diceret, an super se effusionem tanti luminis agnovisset, requirere eum studuit, dicens: Ubi fuisti, frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit.

Quo negante, abbas compulsus esse dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latebat, aperuit adiungens: Quando super me vidisti lucem de coelo descendere, vox etiam pariter venit, dicens: Dimissum est peccatum tuum. Et quidem omnipotens Deus peccatum eius potuit tacendo laxare: sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo suae misericordiae nostra ad poenitentiam voluit corda concutere. Miramur, fratres charissimi, quod persecutorem suum Saulum Dominus de coelo prostravit, de coelo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator et poenitens vocem de coelestibus audivit. Illi dictum est: *Quid me persequeris?* (Act. ix, 4). Iste vero audire meruit: Dimissum est peccatum tuum. Longe est inferior meritis peccator iste poenitens, quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere, quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas straverat, divina pietas erigebat; illum quia superbia exererat, divina severitas humiliabat. Habete ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia Conditoris nostri: cogitate quae facitis, recogitate quae fecistis. Largitatem supernae pietatis aspiciat, et ad misericordem iudicem, dum adhuc expectat, cum lacrymis venite. Considerantes namque quod iustus sit, peccata vestra nolite negligere: considerantes vero quod pius sit, nolite desperare. Praebet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Est nobis spes magna poenitentibus, quia advocatus noster factus est iudex noster. Qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus in saecula saeculorum. Amen.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERARDINO SERENSI, VOL. II, SERM. 42).

3765 **T**ERTIO principaliter pro factis aliis quantum ratiō distinguit, secundum quod quatuor conveniunt animalibus contemplativis, atque perfectis: Primo memovari meditando, secundo postulare orando, tertio experiri gustando, quarto praecari, ex hoc saeculo transigendo. Proinde Nomen Iesu est primo suspitium meditantium, secundo suffragium orantium, tertio gustus contemplantium, quarto gloria triumphantium.

3766 Primo quidem Nomen Iesu est suspitium meditantium est, memorantium: prout Cant. dicitur: *Oleum effusum nomen Iesu, id est adolescentula dilexerat te nimis*, quod exponens Origen. dicit: Plurimum est quod ad effusionem dei suspitium loci impinguando, in quo facta est dei infusio: sic etiam necessarium est ut in cordibus in quibus fuerit Nomen Domini frequentiam piusque devotio subsequatur, quae adolescentulae, id est, novae animae in poenitentiae labore ad convivium post dilectum ardentissime excitet in amore, scilicet, ut sublevent eam dulcore, Bern. Dulcis Iesu monstra, dans vera cordis gaudia, sed super mel et omnia dulcis Iesu praesentia. Nil canitur suavius, asilium illi lucundis, nil cogitatur dulcius, quam Iesu Dei Filius, etc. quae in rithmo illo sequuntur.

3767 Merito igitur (Is. xxv) ait: *Domus, nomen et memoriale tantum in desiderio animarum*; ideo Bern. sup. Cant. ait: Non tantum est. Iuxta Nomen Iesu, sed etiam est: an non huius confortatus, quoties Iesu recordaris? Oleum est Nomen Iesu: gustus est animae cibis, nisi hoc oleo condatur, O quinta dabeo distillare videtur: O labris parvuli innocetia, quando ductus a devota matre, non valens adhuc adolescere, *Edat mater, et Ave Maria*, cum reverentia nominat Nomen Iesu: Nam Nomen Iesu est mel in ore, et melius in aure.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Ambrosii Episcopi.
IN LUC. CLX. 13.

3768 **O**vis ex vobis, inquit, homo qui habet centum oves; et si erraverit una ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et ibi ad illam quae erravit? Didiceras in superioribus ablegare negligentiam, vitare arrogantiam, devotionem sumere, saecula-

ribus occupationibus non teneri, caduca non praeferre perpetuis: sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto saeculi lubrico tenere vestigium, etiam adversus errorem remedia tibi bonus medicus demonstravit, spem veniae iudex misericors non negavit. Itaque non otiose sanctus Lucas ex ordine tres parabolas posuit: ovis quae perierat, et inventa est: drachmae quae perierat, et inventa est: filii qui erat mortuus, et revixit: ut triplici remedio provocati, vulnera nostra curemus; spartum enim triplex non corrumpetur.

Qui sunt isti, pater, pastor, mulier? Nonne Deus Pater, Christus pastor, mulier Ecclesia? Christus te suo corpore vehit, qui tua in se peccata suscipit, quaerit Ecclesia, recipit Pater. Quasi pastor revehit, quasi mater inquiri, quasi pater vestit. Prima misericordia, secunda suffragatio, tertia reconciliatio. Singula singulis quadrant: Redemptor subvenit, Ecclesia suffragatur, auctor reconciliatur. Eadem divini operis misericordia, sed diversa pro meritis nostris gratia. Ovis a pastore lassa revocatur: drachma quae perierat, inventur: ad patrem filius suis vestigiis redit, et plena condemnati erroris regreditur poenitentia. Unde bene scriptum est: *Hominis et iumenta salvos facies, Domine* (PSAL. xxxv, 7). Quae sunt ista iumenta? Dixit Propheta: *Semen Israel in semine hominum, et Iuda in semine animalium* (I. REM. xxxi, 27). Itaque Israel quasi homo salvatur, quasi ovis Iuda colligitur. Malo ergo filius esse, quam ovis; ovis enim a pastore repetitur, a patre filius honoratur.

3769 Gaudeamus igitur, quoniam ovis illa quae perierat in Adam, levatur in Christo. Humeri Christi, crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illa patibuli nobilis cervice requievi. Ovis illa

genere est una, non specie: *Omnes enim unum corpus sumus, sed nulla membra* (I. COR. x, 17); et ideo scriptum est: *Vos autem corpus estis Christi, et membra ex membris eius* (I. COR. xii, 27). *Veni itaque Filius hominis salvum facere quod perierat* (LUC. XIX, 10), omnes, scilicet: *Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificantur* (I. COR. xv, 22).

3771 Dives igitur pastor cuius omnes nos centesima portio sumus. Habet angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniam sunt rationabiles, non immerito hominum redemptione laetantur. Quamquam hoc quoque proficiat ad incentiva probitatis, si unusquisque conversionem suam gratiam fore credat coetibus angelorum, quorum aut affectare patrocinium, aut vereri debet offensam. Et tu igitur esto angelis laetitiae, gaudeat de reditu tuo.

3772 Non otiosum etiam quod mulier illa drachina laetatur inventa. Non mediocris haec drachma est, in qua principis est figura. Et ideo imago regis, census Ecclesiae est. Oves sumus, oremus ut super aquam refectionis nos collocare dignetur. Oves, inquam, sumus, petamus pasca: drachmae sumus, habeamus pretium: filii sumus, festinemus ad Patrem.

3773 Nec vereamur quia acceptum spiritualis patrimonium dignitatis terrenis prodigimus voluptatibus, quod pater in filiis quem habebat, thesaurum contulit. Fidei census nunquam exinanitur: licet totum dederit, totum habet; quia quod donavit, non amittit. Nec vereare, ne te non recipiat: *Non enim delectatur Deus perditione vivorum* (SAP. I, 13); etiam occurrens venienti tibi cadet supra collum: *Dominus enim erigit alli-*

3769 (PSAL. CLXV, 8). Osculum dabit quod est pignus pietatis et amoris. Stulam, annulum calcamenta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriam metuisti, ille restituit dignitatem; tu supplicium vereris, ille osculum defert; tu convicium times, adornat ille convivium.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERARDINO SERENSI, VOL. II, SERM. 42).

3774 **M**ERITO et eo Apoc. II, dicitur: *Venerenti dabo manna absconditum, et dabo ei calcatum candidum* (id est lucidum), et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Absconditum quidem manna gustum divinae notitiae, indignis utique occultatum. Sicut enim manna desperat veniens omnem suavitatis sporem in se habebat, sic intelligentia mysteriorum Iesu Christi omnium mentes suavitatis refoveant. Ipse est enim de quo subditur: *Et dabo ei calcatum candidum, seu lucidum; hoc est calcamentum lucidum et splendendum, vel ad litteram calcatus levis, et lucidus lapis est, ut haec omnia, quantum ad Humanitatem Christi, mystice aliquid significare habeant.*

3775 Nam in manna veritas, in calculo mansuetudo, et in candore iustitia denotatur; quae praecipue hominis Christi virtutes sunt, de quibus Psal. XLIV inquit: *Propter mansuetudinem et iustitiam*. Sed quoniam Humanitati Divinitas iuncta est, cuius intelligentia sapientia per Iesu Christi nomen et iustitiam oblectatur, hoc subditur: *Et in calculo nomen novum scriptum*. Hoc quidem nomen novum scriptum in assumpto homine Deus est, qui solus salvare potest, cuius amorosa notitia omnes qui per veritatem Nominis Iesu Christi ad eum perveniunt, admiranda suavitate innovat, et in stupendum decorem transformat. Hanc autem lucidam charitatem, et sapientiam bonitatem, nemo estimare potest, nisi ille qui experitur; ideo subinfertur: *Quod nemo novit, nisi ille qui accipit*; a Christo siquidem Dei suavis notitia accipitur, quum per sapientiam et gratiam a Christo menti comminuat, ad illius suavitatis experientiam pervenitur.

3776 Christus enim huius thesauri dispensator est, sicut dicitur Is. XLV cap. a Patre ad ipsum: *Dabo tibi thesauros absconditos, et arcam secretorum, scilicet, ut hoc omnia depenses omnibus membris et electis tuis, sicut Propheta (PSAL. CIII, 18): Sicut angustiam, scilicet, talis gratia est, quod de secundo in barbam, id est, in animam perfectas et viriles; quod clarus exprimens, subdit: *Barbam**

Aaron, Aaron autem, mons fortitudinis interpretatur, et signat animas viriles et magnas, sicut fuerunt Apostoli et Prophetæ, atque principales Dei electi, in quos abundantissimo Christi gratia diffusa est. Sed max. de minoribus sanctis merito subleitur: *quod descendit in oram vestimentis eius*, id est, usque ad animum Dei electum: et hoc quidem quantum ad animam, et quantum ad corpus: quia ex tali infusione gratia corpus cum anima deleatur: unde ex hoc similitudinem de rore subdit, dicens: *Sicut ros Hermon, qui, colligit, idem, de seruitur in iordanem*. Sic Hermon a iudæa moerore interpretatur, et signat corpus originali culpa contaminatum. Sicut vero specula, vel speculum eius interpretatur, et signat animam, in quod apta sit speculari superna, quum sit semen, id est, imago sanctificationis Trinitatis, ut hoc apertus innuat quod anima et corpus talium hac gratia liberantur.

FERIA TERTIA

Homilia S. Petri Chrysologi.

Sicut profunda maris ingredi, et liquentes viæ calles incivos transire arte artifex viator invenit: ita de Dei dictis aliquid audire, et ad divini sensus penetrare secretum dedit et docuit lex divina. Hinc est quod ratem nostræ mentis carnis a litore solventes, in pelagus Evangelicis sermonis intramus, credentes quod flante Spiritu sancto, coelestis intelligentiæ perveniamus ad portum. Dominus noster hodie spem peccatorum promovit ad veniam, et superbiorum murmur püssimo compressit exemplo. Erant, inquit, *appropinquantes Domino pharisæi et peccatores, ut audirent illum: et murmurabant pharisæi et Scribæ dicentes, quia hic peccatores recipit et manducat cum illis*. Non minus invidi, quam superbi, malitiam de Dominica bonitate capiebant: de pietate Dei, impii reddebantur, fiebant de Christi miseratione crudeliter; sumebant de coelesti curatione languorem; et po-

nitentium veniam vertebant iudicis in reatum.

Peccatores recipit, et manducat cum illis. Sic videt invidus, sic superbus sentit: avarus sic sapit, intelligit sic malignus. *Peccatores recipit*. Non dicunt suscipit. Quid amiserat, qui recipit? Donat culpas, iram vertit in gaudium, dolorem mutat in gratiam, quicumque invenit quod amisit. *Peccatores recipit*. Recipit peccatores Deus, sed Deus peccatores esse non sinit, quos recipit: peccator Deum non violat appropinquans, Deus peccatorem sanctificat cum propinquat. Pharisæe, Christus peccata non recipit, cum recipit peccatorem: quia Deus non criminis, sed hominis est receptor. Unde Pharisæus non quales venerant, sed quales redibant videre debuit peccatores. Certe Paulum, quem persecutorem miserant, prædicatorem viderunt mox rediisse. Sed iam Deus gaudium suum de reditu peccatoris comparatione quæ, qua similitudine insinuat, audiamus.

Et ait ad illos parabolam: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdidit ex eis unam, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenit eam, imponit super humeros suos gaudens: et veniens domum convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. Ita dico vobis, gaudium erit in coelis super uno peccatore penitentem agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia. Semper quidem cum perita reperimus, novum capimus cumulum gaudiorum, et est iucundius nobis invenisse perditam, quam non perdidisse servatam. Sed hæc parabola plus divinæ pietatis, quam consuetudinis humanæ loquitur, et exprimit veritatem. Magna relinquere, amare minora, Dei potestatis est, non est co-

piditatis humanæ: quia Deus et quæ non sunt, facit esse: et perditam sic sequitur, ut teneat quæ reliquit: et amissa sic invenit, ut quæ servata sunt non amittat. Ergo non terrenus pastor iste est, sed coelestis, et parabola hæc tota non figurata est laboribus humanis, sed divinis est obumbrata mysteriis: sicut ex ipso numero mox lucescit cum dicit: *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdidit ex eis unam*. Quare non quinquaginta, quare non ducentas, sed centum? quare non quatuor, quare non quinque, sed unam? Ut ostendat non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem. Namque amissio unius totum dissipaverat centenarium numerum; et totum de dextera redegeat ad sinistram, ut dispendio unius et sinistra clauderet omnes, et dextera nil haberet. Nonagesimus et nonus numerus, in sinistra latet clausus, constrictus hæret, tenetur oppressus: qui tamen ubi unus perceperit et senserit augmentum, mox dexterae transit ad palmam: mox centenarii numeri pervenit ad coronam: et si non habuisse centenarium numerum doloris est, cuius doloris est perdidisse? Videtis quia per unius ovem amissionem pastor iste totum gregem cecidisse de dextera, et totum in sinistram doluerat recidisse; et ideo relictis nonaginta novem, unam sequitur, unam quaerit, ut inveniret in una omnes, redintegraret omnes in una. Sed iam coelestis parabola pandamus secretum. Homo habens oves centum Christus est. Pastor bonus, pastor pius, qui in una ove, hoc est in Adam, posuerat totum gregem generis humani, hanc inter amoenam Paradisi, hanc in regione vitalis pacis collocat: sed illa vocem pastoris obliata est, dum lupinis ululatus credit, et causas perdidit salutare, et tota lethalibus sauciata vulneribus. Hanc

ergo Christus veniens quaerere in mundum, in utero virginæ regionis invenit. Venit suæ natiuitatis in carne, et in cruce levans humeris suæ imposuit passionis, et gaudens tuæ resurrectionis gaudio per ascensum ad coelestem tulit et pertulit mansionem.

Et vocavit amicos et vicinos, hoc est Angelos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. Congratulantur et congaudent Christo Angeli super ovem Dominicæ reditu, nec indignantur in toto sibi præsidere solio maiestatis, quia de coelestibus invidia cum diabolo fuerat iam fugata, nec poterat per agnum qui peccatum mundi tulerat, in superna amplius invidiæ penetrare peccatum. Fratres, ille nos quaesivit in terra, nos illum quaeramus in coelis: ille nos portavit suæ divinitatis ad gloriam, nos illum sanitate tota nostro portemus in corpore: *Glorificate, inquit Apostolus, et portate Deum in corpore vestro*. Ille Deum in corpore suo portat qui nullum portat in suæ carnis operatione peccatum.

Varia de SS. Nomine Iesu.

DE S. BERNARDINO SERVENSIS, VOL. II, SEEM. 49.

SECUNDO autem gloriosum Nomen Iesu est suffragium orantium et postulantium. Vis enim audire virtutem huius Nominis in postulandis? audi Dominum ROSSINI, XVII dicentem: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Ait enim: *si quid, id est, aliquid: quia quod malum est non est aliquid. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, quod est Iesus, qui interpretatur salus, id est, quod pertinet ad salutem: dabit vobis*.

Unde August. super Ioann. ait: Petimus in nomine Salvatoris quod petimus ad rationem salutis. Sed vis huius Nominis, quæ salutem petentibus non adversatur (id est, aliquid in textu): unde Aug. ibidem ait: Non petitur in Nomine Salvatoris quod petitur contra rationem salutis. Proinde sancta mater nostra Ecclesia, quod semper salutaria petit, in omnibus petitionibus suis exaudiat: quia in eis semper adiungit, id est, in officiis sacris, per Dominum nostrum Iesum Christum, et consimilia, quæ consuevit po-

vere Ecclesia in sine orationum. Et iterum Ambrosius ait: Nemo se dicit esse pauperem in Deo, vel apud Deum; petat Patrem in nomine Filii et accipiet dona Dei. Sic versu fiet dives in Domino qui devotus extiterit eius Nomini glorioso.

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi
DOM. III. POST PENT. SERMO 3.

3783 **N**OTATE laetitia supernae civitatis cum subinfert: *Gaudium erit coram Angelis Dei*. Gaudent et lactantur superni dives de salute peccatoris hominis propter rationem triplicem: primo, propter *benivolentiae* et *charitatis latitudinem*; secundo, propter *angelici casus restorationem*; tertio, propter *praemii augmentacionem*.

3784 Primo gaudent Angeli de salute peccatoris propter *benivolentiae* et *charitatis latitudinem*. Latitudo enim charitatis facit, quod tantum gaudet Angelus de bono proximi quantum de proprio, quia superna civitas non coangustatur misitudine desiderantium, quia nulli diminuitur de suo proprio praemio propter multitudinem possidentium et existentium, immo inde cuilibet sua gloria crescit. Et propter hoc dicitur in hodierno Evangelio, Lucae decimo quinto: *Quia mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam et everrit domum et querit diligenter, donec inveniat? Et cum invenit, convocat amicas et vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis: Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.* Mulier est divina Sapientia, drachma vero novem sunt novem chori angelici; sed drachma decima est humanum genus, quae fuit perditam merito primae praeveracionis. Igitur divina Sapientia ad quaerendam

istam drachmam *accendit lucernam*, luce humanitatis uniendo eam vel induendo lumine Divinitatis; *et everrit domum*, assumptae mortalitatis, per corporis et animae resolutionem in passione, ut per proprium sanguinem *inveniat* amissum hominem. Ex hoc enim magnum gaudium generatur Angelis Dei propter latitudinem perfectae charitatis, quae extenditur ad omnes electos.

3785 Secundo gaudent Angeli de salute peccatoris propter *angelici casus restorationem*. Quamvis Angeli sint superiores hominibus per naturam, tamen eis divina largitate et benignitate, quae sibi hominem administravit, contingit, aliquos homines in gratia Angelis acquirari et propter eorum meritum excellentiam ad ordines Angelorum assumi, ut eorum exaltatio et sanctificatio sit angelicae ruinae per quamdam acquirantur reparatio. De isto autem gaudio potest exponi illud Isaiae quinquagesimo primo: *Consolabitur Dominus Sion et consolabitur omnes ruinas eius, et gaudium et laetitia invenietur in ea. Sion specula interpretatur et significat coelum empyreum, in quo positi sunt Angeli ad speculandum pulchritudinem Divinitatis, cuius ruinas Deus consolatur*, quando terrenos homines loco illorum qui ceciderunt, exaltat ad ordines Angelorum. Unde super illud Psalmi: *Constituit eos principes*, Glossa: "Pauperes elegit, ut exaltaret ad ordines caeli, qui sunt ex hominibus et Angelis."

3786 Tertio gaudent Angeli de salute peccatoris propter *praemii augmentacionem*. Licet non accrescat Angelis gaudium, in quo consistit praemium augmentacionem, quia quantum ad istud perfecte beati sunt; tamen accrescit eis gaudium, in quo consistit praemium *accidentale*, quia ministrando aliis bona opera, merentur praemium *accidentale*,

super quo gaudent ratione *proprii doni* et, cum concives suos ad beatitudinem perducunt, super eis absque dubio gaudent et congratulantur ratione *sui communitati*. Unde licet gaudeant de hominis salute, tamen non tristantur de eius damnatione, eo quod Beati susceptibiles sunt gaudii et laetitiae, sed non tristitia. De isto gaudio dicitur Tobiae ultimo: *Revertetur omnes timentes Deum, et relinquunt gentes idola sua et venient in Jerusalem et inhabitabunt in ea; et gaudebunt in ea omnes reges terrae. Revertentur, per contritionem, omnes timentes Deum, filiali reverentia, qui aversi fuerant a Deo per peccatum; et relinquunt gentes idola sua, vanitatum, et veniant in Jerusalem, concorditer per pacis tranquillitatem; et inhabitabunt in ea, per boni operis continuationem. Et quia haec sunt adiutorio Angelorum, qui deputati sunt ad nostram custodiam; ideo reges terrae, id est Angeli, qui regunt res terrenas per dispensationem a Deo eis datam, gaudebunt propter accidentalis praemii augmentacionem. Rogemus.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO SERMONIUM, VOL. II, SERMO 49).

3787 **Q**UAERERE autem requiratur ad hoc quod homo impetret aliquid peti, dictum est art. 1, cap. III, circa medium; quae maxime convenientia sunt hinc vobis. Sunt enim plerique qui in necessitatibus suis solum confidunt in bonis temporalibus, sed inveniunt in invocatione Domini nostri Iesu Christi. Unde Propheta (PSAL. XIS) de illibus ait: *Eti in eversionibus, et hi: in aquis; nos autem in nomine Domini nostri Iesu Christi invocabimus.* Hoc tamen proponitur hi, non demonstrative, sed quasi peritively ponitur a Propheta, sicut etiam Matth. XXV, eodem sensu Dominus ait: *Invocet hi in supplicium aeternum; invocet autem hi vitam aeternam.*

3788 **A**UTEM ergo hi, id est, quidam in curribus, id est, in volucribus, et mutabili successu temporalium, et superbiae confidunt; et hi, id est, alii in aquis, id est, in sequela, et statu, et fastu, et potentia mundi; et ideo confidunt in nihil. Nos autem, (cum pendere hic legatur) nos, inquam, scilicet, devoti

Nominis Iesu Christi, in nominis Domini Dei nostri invocabimus, petentes a Patre in Nomine dilecti Filii sui Iesu Christi quae nobis necessaria sunt.

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi
DOM. III. POST PENT. SERMO 4.

3789 **G**AUDIUM erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente, Lucae decimo quinto.

3790 In verbo isto circa quemlibet peccatorem poenitentiam agentem vel conversum nota tria, scilicet, *supernae matris laetitia*, quia gaudium est Angelis Dei; *laetitiae digna materia*, ibi: *super uno peccatore*; *materialis summa causa*, ibi: *poenitentiam agente*.

3791 Circa totum nota, quod quadruplex est causa, quae ad poenitentiam nos inducere debet, scilicet, *mitigatio severitatis divinae*; *Ieremiae decimo octavo: Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, agam et ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Evitatio calamitatis perpetuae*; *Luciae decimo tertio: Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Congratulatio civitatis supernae vel supremae*; *Luciae decimo quinto: Dico vobis: Ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente. Acquisitio felicitatis aeternae*; *Matthiae tertio: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.*

3792 Sed quia gaudium non est in caelo nisi post perfectam poenitentiam, informat hic, qualiter poenitentia sit agenda. Ad hoc autem, quod poenitentia sit perfecta, necesse est, quod septem conditionibus sit informata. Debet enim esse *paudrosa* contra peccati impudentiam, exemplo publicani, Lucae decimo octavo, et *Ieremiae trigesimo primo: Postquam*

convertisti me, egi poenitentiam; et postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum. Confusus sum et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiae meae. Dolorosa contra peccati concupiscentiam, exemplo Petri, Matthaei vigesimo sexto, et secundae ad Corinthios septimo: *Quae enim secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem operatur. Lacrymosa contra peccati immunditiam, exemplo Magdalene, Lucae septimo, in cuius figura Marci primo: Poenitentium et credite evangelio. Festiva contra peccati diuturnitatem, exemplo David, secundi Regum duodecimo; ad Romanos secundo: An ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Feruida contra peccati inconstantiam, exemplo Iob, Iob ultimo: Ipse me reprehendo et ago poenitentiam in favilla et cinere. Integra contra peccati frequentiam, exemplo Pauli, Actuum nono; Ezechielis decimo octavo: Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris. Candida contra peccati magnificentiam, exemplo Zachaei, Lucae decimo nono; Matthaei tertio: Facite fructum dignum poenitentiae.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

IUD. 2. SERMONIUM FERENDI. VII. ET DEUM. 60.

378

TERTIO est Nomen Iesu gustus contemplantium. Numen enim Iesu cibis et relictis tabefactum spiritali fame; nam terra quam spiritus noster inhabitat est terra penuriae atque famis: ideo in spe, cum patientia constituit, *Silvarem respicientis Domini nostri Iesu Christi, qui respiciet corpus laetitiae nostrae confignatum capere claritatis suae; et interim spe salvatur, quando, pertingens ad interiora velaminis, odorem tenuem de fructibus paradisi nobis praebet, quo, secundum peregrinationem, et viam, in contemplatione fruimur, et obamur: hoc est, illud manna melli-*

fluum, pauli utique descendens de caelo quo vescitur, ne deficiat, Israel in deserto.

Ad huius igitur fructibus edulium habes Nomen Iesu, quod continet omnem saporem, et cunctis dulcedinis suavitate; cuius praebitio dispensatoria, quam peregrinamur in via, contemplando, speramus, in eo consistit. Sed, quin fuerit spes evacuata, perfecte rem Nominis tenebimus, et fruimur. Nam, secundum Prophetam, tunc in Iesu cor nostrum perfecte laetabitur, quoniam in Nominis sancto eius speravimus: *Fuit ergo misericordia tua, Ihu, Domine, magna super nos, quem mundum speravimus in te (PSAL. XXXII).*

Proinde gustando suavitate Nominis Iesu, dicat unusquisque nostrum illud propheticum: *Confitebor tui nomini, Domine, quoniam bonum est. Super quo Augusti dicitur Nomen Domini bonum, quoniam ipse bonus, qui boni sumus, si ipsum diligamus, et totum cor nostrum ad eum amandum, et laudandum qui nos fecit ad se trahimus. Et Hieronimus Bern. ait: Per Nomen Domini pervenitur ad rem nominis, quod per cognitionem sui Nominis pervenitur ad dilectionem, et fructum sui Nominis.*

FERIA SEXTA

Homilia S. Petri Chrysologi.

SERMO 179.

REM omnes Evangelicas lectiones latere mysticos sensus et coelestis intelligentiae manere secreta, norunt soli quicumque divini Spiritus gratiam pereperere. Ecce posteaquam pastor supernus perditam centenarii gregis ovem perquisivit, invenit: et Angelorum laetitiam totam coeleste iam retulit ad ovile: mulier Evangelica producit in figuram, quae lumine accenso de decem drachmis unam drachmam perditam sic requirit, ut inventa hae de lucro suo, de suo gaudio, causam pariet coelestium gaudiorum. Sic enim dicit: *Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, non accendit lucernam et evertit domum, et quaerit diligenter, donec inveniat? Et cum invenit, convocat amicas et vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inventi drach-*

mam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Putasne mulier ista, communis est: aut habuisse eam decem drachmas humano putatur ex sensu? aut unam casu creditur perdidisse mundano? aut simpliciter contingit quod eam nocturno requirit in tempore? aut lucernam de nostri usus more succendit? aut consuetum quod eam perdidit et invenit intra domum? aut familiare, quod amicas ad laetitiam convocat et vicinas, quas perdens convocasse non legitur ad moerorem? Novum damni genus, et quod drachmam non oblatam patefaciat, sed dilapsam: et quod eam domesticis absconditam tenebris, et non defossam dolis loquatur extraneis. Videtis quam singulare sit totum: quam morum transeat et supergrediatur humanum: quam divinum spiret, et redoleat sensum: quam attollat ad coelum mentis intellectum: quam colloct in supernis: quam cogat superni cordis ascendere lucernam, et instar Evangelicae mulieris, per Dominicae lectionis obscura, drachmam quaerere scientiae salutaris. Antequam Christus ad ovem veniret erigantem, et miserandis discursibus attritam misericordibus humeris sublevaret ad coelum, et onustus pecore pio inaccessas lupis perveniret ad caulas: mulier habens decem drachmas tenebras diutinas sustinebat, et non solum drachmam perditam debebat unam, sed ipsas novem drachmas sibi residuas non videbat.

379

Nox ei erat iugis, erat ei profunda et perseverans caligo, cui lucerna sine divino igne ad noctis solatium non lucebat: sed posteaquam supernus ignis Spiritus sancti flammeo se super Apostolos imbre diffudit, et non minus frigida, quam tetra mortalium corda toto ignis sui calore succendit; Mulier, id est,

Ecclesia, accendit lucernam suam, id est, internum illum sui cordis obtutum: hoc est, *illuminatos*, ut inquit Apostolus, *oculos cordis vestri.* Accendit ergo lucernam suam, et illam Iudicam domum ignorantiae caecam tenebris evertit Apostolicum post laborem, donec iam de decem drachmis, hoc est, decalogi legis, drachmam perditam reperiret in Christo. Christus est plenum deitatis numisma. Christus est drachma nostrae redemptionis et pretii: Christus est qui et erat in legis decalogo et latebat: Christus est quem habebat et Synagoga, et tenebris impugnantibus non videbat. Decem drachmas, decem legis diximus verba, ex quibus verbum perdidit et Synagoga unum. Quod unum? Illud quod in Ecclesia primus quia lucerna ardens erat, Ioannes invenit, dicente Domino: *Ille erat lucerna ardens*, dicente Evangelista: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Hoc fuisse in Decalogo iam patecet. *Audi*, inquit, *Israel Dominus Deus tuus Deus unus est.* Hoc Synagoga dum non videt in Filio, amittit in Patre: dum non credit in Christo, Christum lethaliter crucifigit: cui merito per Decalogum consequenter dicitur: *Non occides.* Siquidem dum Iudaeus ipsam mandatorum seriem capite detrunctat, ante Christi quam legis extitit homicida unde et totum corpus Decalogi retorsit in Christum. *Non occides, non moechaberis*; damnata est Synagoga, quae iuncta divi gentium repulit Christum, qui seposita potestate dominantis, coniugis ad eam descendit affectus. *Non furtum facies*: furata est Dominicam resurrectionem, quae pretium militibus dedit, ut resurrectionis infoderet et occuleret veritatem. *Non falsum testimonium.* Haec est quae conquisivit falsos testes, ut impletet illud: *Exsurgentes testes iniqui quae ignorabam inter-*

rogabant me. Et revera aliter tradere non poterat veritatis auctorem; quia semper sola impugnat falsitatis veritatem.

3798 Sic ruit, sic per gradus cadit, qui de scalis labitur et corrui praceptorum. Nam si Dominum Deum credidisset unum, ad hoc ruinarum barathrum non venisset. Sed nos lucernam matris Ecclesiae iam sequamur, et ambulantes in lumine Domini vultus, Christi perveniamus ad drachmam; atque amicas et vicinas, id est, Ecclesiarum gentium convocamus, ne matrem nostram, drachmam suam, nesciant invenisse, et dicamus cum Propheta: *Paravi lucernam Christo meo. Et quid lucerna profuerit audiamus: Ecce audivimus eam in Ephraim, invenimus eam in campis sylvae. Intraibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Ecce quod per distensos campos, et nemora diffusa quaerebamus, hoc in Domino, hoc matris inveniamus ad lucernam. Super hoc laetetur et coelum, quia in uno peccatore poenitentiam agente totius Christiani populi claruit poenitudo, et tota deitatis forma Christi nostra refulsit in drachma.

Varia de SS. Nominis Iesu.

[DE S. BERNARDINO SERMONI, VOL. II, SERM. 491.]

3799 **M**agno igitur (Psalm. xviii) dicitur, ad altum intulit eum, quam supra positum sit: *Turris fortissima Nomen Domini; ad ipsum currit iustus, et exaltabitur;* quod exponens Hieron. ait: Non sine causa dicitur Nomen Domini turris fortissima, quoniam in ea est virtus fortissima et maxima, non solum evidenti insultu inimicorum, et fluxu virtutum, sed etiam ex alto contemplandi multitudinem aeternorum gaudiorum. Et iterum Chrysost. ait: Quo Nomen Dei diligite profundius, etiam invocatur frequentius; eo exaltatur in Deum altius.

3800 Haec quidem Beatus Aegidius socius Beati Francisci per experientiam sentiebat: nam ex quo Dominus Iesus sibi apparuit prope locum montis Cetoniae, quotidie secum diffusis comparamis a Nativitate usque ad festum Epiphaniae, tanta dulce-

dine eius repletus est, ut saepius postea, quando audiebat Nomen Iesu nominari, statim supra se illius dulcedine tractus, in extasim rapiebatur, et saepius a terra elevabatur: quod et pater Papa experiri volens, illum in secreto thalamo secum habens, quum inter cetera sermonis verba ex industria nominaret Iesum, statim frater Aegidius elevatus a terra, in extasim raptus est.

SABBATO.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN LUC. CAP. 15.

Regunt autem appropinquantem ei publicanum et peccatorem, ut audirent illum, et mirrabantur Pharisaei, et Scribae dicentes, quia hic peccatores recipit et manducal cum illis. Quia non solum iustus peccare per inertiam, sed et peccator respicere per solertiam potest, postquam sal infatuatum foras mitti debere narratum est, mox poenitentium coloris intus admissa describitur, qui ad audiendum Dei verbum appropinquantem non solum ad colloquendum, sed etiam ad convescendum recepti sunt. Quod videntes Pharisaei, dedignati sunt, quia vera iustitia compassionem habet, et falsa iustitia dedignationem, quamvis et iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiae, aliud quod zelo disciplinae. Sed qui aegri erant ita ut aegros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, coelestis eos medicus blandis sonentis curat, benignum paradigma obicit, et in eorum corde vulneris tumorem premit: ait namque.

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec invenit illam? Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem veritas dedit, quam et in se ipse homo recognoscere, et tamen

haec specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius numerus est perfectus, ipse centum oves habuit cum angelorum substantiam et hominum creavit. Sed una ovis tunc perijt, quando peccando homo pascua vitae dereliquit. Dimisit autem nonagintanovem oves in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in coelo. Cur autem coelum desertum vocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem coelum homo deseruit, cum peccavit. In deserto autem nonagintanovem oves remanserant, quando in terra Dominus unam quaerebat, quia rationalis creaturae numerus angelorum videlicet et hominum, quae ad videndum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, et ut perfecti summa ovium integraretur in coelo, homo perditus quaerebatur in terra.

3803 *Et cum invenit illam, imponit in humeros suos gaudens.* Ovem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portavit.

3804 *Et veniens domum convocat amicos et vicinos dicens illis: Congratulamini mihi quia inveni ovem meam quae perierat.* Inventa ove ad domum rediit, quia pastor noster reparato homine, ad regnum coeleste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet angelorum choros. Qui amici eius sunt, quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt, quia claritate visionis illius sua assiduitate perfervunt. Et notandum quod non dicat congratulamini ovi inventae, sed mihi, quia videlicet et eius est gaudium vita nostra, et cum nos ad coelum reducemur, sollemnitate laetitiae illius implemus.

3805 *Dico vobis quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentiam habente, quam super nonagintanovem iustis qui non indigent poenitentia.* Plus de

conversis peccatoribus quam de stantibus iustis gaudium erit in coelo, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad coelestem patriam anxie non anhelant, tantoque sibi in rebus licitis usum praebent, quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt, et plerumque pigri remanent ad exereenda bona praecipua, quia valde securi sunt, quod nulla commiserint mala graviora. At contra nonnumquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercent. Maius ergo de peccatore converso, quam de stante iusto gaudium fit in coelo, quia et dux in praelio plus cum militem diligit, qui post fugam reversus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga praebuit et nunquam aliquid fortiter fecit. Sed inter haec, sciendum est, quia sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, ut eis quaelibet peccatorum poenitentia praecipua nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt consci, et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt, ac si peccatis omnibus angustentur, cuncta etiam licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant: et sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Hinc ergo colligendum est quantum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus, si facit in coelo gaudium, quando hoc quod male gessit per poenitentiam damnat iniustus.

3806 *Aut quis mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam et evertit domum, et querit diligenter donec inveniat? Qui signatur per pastorem, ipse et per mulierem. Ipse enim Deus, ipse Dei sapientia. Et quia*

imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia sapientia Dei apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est. Lumen vero in testa, est divinitas in carne. Accensa autem lucerna evertit domum, quia mox ut eius divinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur, cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur, eversa vero domo invenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris.

Et cum invenit, convocat amicas et vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Quae amicae vel vicinae nisi illae potestates sunt coelestes iam superius dictae? quae tanto supernae sapientiae iuxta sunt, quanto et per gratiam continua visionis appropinquant. Sed intuendum cur ista mulier decem drachmas habuisse perhibetur. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad aeternitatem voluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier, quia novem sunt ordines angelorum, sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus creatus est, qui a conditore suo nec post culpam perit, quia hinc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparavit.

Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Poenitentiam agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.

Quid enim prodest si peccata quae luxuriae defleat, et tamen adhuc avaritiae aestubus anhelet? aut quid prodest si irae culpas iam lugeat, et tamen adhuc invidiae facibus tabescat? Sed minus est valde, quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminisse commisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipsi abscondere debeat etiam commissa.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(S. R. BERNARDINI SERMONIUM, VOL. II, SERM. 47.)

Ornitiam ex illius libertate gratiae, ex illius voluptate gloriae qua fruuntur paradiscipulae, et quasi quodammodo participant in alta contemplatione sub voce, una voce unica scintilla, vel ista descendit in aridam mentem meam, ut Testam cogitem, gustem, diligam, toto corde. Inaccessibilis es, Domine, nobis assistentibus foris, felle carnis inebriatis; multitudine dulcedinis tuae quam reservasti dilectis filiis tuis nobis iter agentibus sufficit spiramentum, ut in odore curramus argentorum tuorum. Supergraditur enim suavitas ista delicia, quoniam odor tuus, Domine, concupiscentias parit aeternas. Hi sunt, de quibus Propheta Psal. xxxv: *Dominus, in laudibus tuis tuos videmus laetari*. Et Elias, Is. lx: *Ambrulabat gressus in homine tuo, et tu nominis tuo exultabunt tibi die; in hoc quos quom adnumeratus fuero, cum Habac. ut: in Domino gaudebo, et exultabo tu. Deo tuis meo, etc.*

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Luc. V, 1-11.

In illo tempore: Cum turbae irrincerent in Iesum, ut audirent sermone Dei, et ipse stabat secus lagoanum Genesareth.

1. Et vidit duas naves sancti seorsus stagnum genesareth, et discipulos autem, descendentem, et lavabant retia.

2. Ascendens autem in unam navim, quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere passullos. Et scilicet docebat de navicula turbas.

3. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et lassate retia vestra in capturam.

4. Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laboravi, nihil cepimus: in verbo autem tuo lassabo retia.

5. Et cum hoc fecissent, conclusit piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.

6. Et auferent retia, qui erant in alia nave, ut quaderent, et adhaerent eos. Et venerunt, et impleverunt ambo naviculas, ita ut pene mergerentur.

7. Quod cum videret Simon Petrus, proclivit ad genua Iesu, dicens: Ego sum, quia homo peccator sum, Domine.

8. Super enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant: ita similiter autem Iacobum et Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.

9. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. 5.

ASCENDENS altum in unam navim, quae erat Simonis, rogavit ut inducerent a terra aliquantulum.

Ubi Dominus multis impertivit varia genera sanitatum, nec tempore, nec loco coepit ab studio sanandi turba coluberi. Vesper incubuit, sequebantur: stagnum occurrit, urgebant. Et ideo ascendit in Petri navim. Haec est illa navis quae adhuc secundum Matthaeum fluctuat (MATH. VIII, 24), secundum Lucam repletur piscibus; ut et principia Ecclesiae fluctuantis, et posteriora exuberantis agnoscat; pisces enim sunt, qui hanc enavigant vitam. Ibi adhuc discipulis Christus dormit, hic praecipit. Dormit enim trepidis, perfectis vigilat. Sed quemalmodum dormiat Christus, audisti dicentem in Propheta: *Ego dormivi, et cor meum vigilat* (CANT. V, 2).

Et sanctus Mattheus recte non praeremittendum putavit aeternae iudicium potestatis, ubi imperat ventis (MATH. VIII, 26). Non est enim humana doctrina, sicut auditis Iudaeos dicere, verbo imperat spiritibus (LUC. IV, 36): sed coelestis maiestatis insigne. Quod turbatum sedatur mare, et divinae vocis imperio obsequuntur elementa, atque insensibilia

sensum accipiunt obsequendi; divinae mysterium gratiae revelatur. Quod fluctus mitescunt saeculi, verbo immundus spiritus conquiescit; non alterum altero refellitur, sed utrumque celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentum in mysteriis.

Ergo quia sanctus Mattheus illa praelibaverat, sanctus Lucas eam sibi navim, in qua Petrus piscaretur, elegit. Non turbatur ista quae Petrum habet, turbatur illa quae Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur haec navis in qua prudentia navigat, abest perfidia, fides spirat. Quemadmodum enim turbare poterat, cui praecerat is, in quo Ecclesiae firmamentum est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: hic securitas, ubi perfecta dilectio.

Denique etsi aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: *Duc in altum*, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divinarum videre, scire Dei Filium, et professionem divinae generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenae rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro, sed auctoritatem generationis agnosco. Non interfusimus cum a Patre Dei Filius nasceretur: sed interfusimus cum a Patre Dei Filius diceretur. Si Deo non credimus, cui credimus? Omnia enim quae credimus, vel visu credimus, vel auditu: visus saepe fallitur, auditus in fide est.

imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia sapientia Dei apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est. Lumen vero in testa, est divinitas in carne. Accensa autem lucerna evertit domum, quia mox ut eius divinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur, cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur, eversa vero domo invenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris.

Et cum inveniri, convocat amicas et vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Quae amicae vel vicinae nisi illae potestates sunt coelestes iam superius dictae? quae tanto supernae sapientiae iuxta sunt, quanto et per gratiam continuae visionis appropinquant. Sed intuendum cur ista mulier decem drachmas habuisse perhibetur. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad aeternitatem voluit, eam proculdubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier, quia novem sunt ordines angelorum, sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus creatus est, qui a conditore suo nec post culpam perit, quia hinc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparavit.

Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Poenitentiam agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.

Quid enim prodest si peccata quae luxuriae defleat, et tamen adhuc avaritiae aestubus anhelet? aut quid prodest si irae culpas iam lugeat, et tamen adhuc invidiae facibus tabescat? Sed minus est valde, quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminisse commisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipsi abscondere debeat etiam commissa.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(V. E. B. BEHMARDUS SEURUSI, VOL. II, SERM. 47.)

Ornitiam ex illius libertate gratiae, ex illius voluptate gloriae qua fruuntur paradiscolae, et quasi quodammodo participant in alta contemplatione subvoce, una voce unica scintilla, vel ista descendit in aridam mentem meam, ut Testam cogitem, gustem, diligam, toto corde. Inaccessibilis es, Domine, nobis assistentibus foris, felle carnis inebriatis; multitudine dulcedinis tuae quam reservasti dilectis filiis tuis nobis iter agentibus sufficit spiramentum, ut in odore curramus argentorum tuorum. Supergraditur enim suavitas ista delicia, quoniam odor tuus, Domine, concupiscentias parit aeternas. Hi sunt, de quibus Propheta Psal. xxxv: *Dominus, in laudibus tuis tuos videmus laetare.* Et Elias, Is. lx: *Ambrulabat gressus in homine tuo, et tu nominis tui exultabam tibi die; in hoc quos quum adnumeratus fuero, cum Habac. ut: in Domino gaudebo, et exultabo tu. Deo tibi meo, etc.*

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Luc. V, 1-11.

In illo tempore: Cum turbae irruerent in Iesum, ut audirent sermone Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth.

1. Et vidit duas naves sancti secus stagnum piscatorias autem desierant, et lavabant retia.

2. Ascendens autem in unam navim, quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere passillas. Et scilicet docebat de navicula turbas.

3. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et lassate retia vestra in capturam.

4. Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laboravi, nihil cepimus: in verbo autem tuo lassabo retia.

5. Et cum hoc fecissent, conclusit eos piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.

6. Et auferent retia, qui erant in alia nave, ut quidam, et adiuverunt eos. Et venerunt, et impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.

7. Quod cum videret Simon Petrus, proclit ad gressu Iesu, dicens: Esi a mis, quia homo peccator sum, Domine.

8. Super enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant.

9. Ita similiter autem Iacobus et Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.

10. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. 5.

ASCENDENS altum in unam navim, quae erat Simonis, rogavit ut inducerent a terra aliquantulum.

Ubi Dominus multis impertivit varia genera sanitatum, nec tempore, nec loco coepit ab studio sanandi turba coluberi. Vesper incubuit, sequebantur: stagnum occurrit, urgebant. Et ideo ascendit in Petri navim. Haec est illa navis quae adhuc secundum Matthaeum fluctuat (MATH. VIII, 24), secundum Lucam repletur piscibus; ut et principia Ecclesiae fluctuantis, et posteriora exuberantis agnoscat; pisces enim sunt, qui hanc enavigant vitam. Ibi adhuc discipulis Christus dormit, hic praecipit. Dormit enim trepidis, perfectis vigilat. Sed quemalmodum dormiat Christus, audisti dicentem in Propheta: *Ego dormivi, et cor meum vigilat* (CANT. V, 2).

Et sanctus Mattheus recte non praeremittendum putavit aeternae iudicium potestatis, ubi imperat ventis (MATH. VIII, 26). Non est enim humana doctrina, sicut audistis Iudaeos dicere, verbo imperat spiritibus (LUC. IV, 36): sed coelestis maiestatis insigne. Quod turbatum sedatur mare, et divinae vocis imperio obsequuntur elementa, atque insensibilia

sensum accipiunt obsequendi; divinae mysterium gratiae revelatur. Quod fluctus mitescunt saeculi, verbo immundus spiritus conquiescit; non alterum altero refellitur, sed utrumque celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentum in mysteriis.

Ergo quia sanctus Mattheus illa praereliberat, sanctus Lucas eam sibi navim, in qua Petrus piscaretur, elegit. Non turbatur ista quae Petrum habet, turbatur illa quae Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur haec navis in qua prudentia navigat, abest perfidia, fides spirat. Quemadmodum enim turbare poterat, cui praerat is, in quo Ecclesiae firmamentum est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: hic securitas, ubi perfecta dilectio.

Denique etsi aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: *Duc in altum*, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divinarum videre, scire Dei Filium, et professionem divinae generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenae rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro, sed auctoritatem generationis agnosco. Non interfusimus cum a Patre Dei Filius nasceretur: sed interfusimus cum a Patre Dei Filius diceretur. Si Deo non credimus, cui credimus? Omnia enim quae credimus, vel visu credimus, vel auditu: visus saepe fallitur, auditus in fide est.

An assereatis persona discutitur? Si viri boni dicerent, nefas putarem non credere: Deus asserit, probat Filius, refugiens sol fatetur, tremens terra testatur. In hoc altum disputationis Ecclesia a Petro ducitur, ut videat hinc resurgentem Dei Filium, inde Spiritum sanctum profluentem.

3814 Quae sunt autem apostolorum, quae laxari iubentur retia, nisi verborum complexiones, et quasi quidam orationis sinus, et disputationum recessus qui eos quos ceperint, non omittant? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quae non captos perimunt, sed servant, et profundo, ad lumen extrahunt: fluctuantes de infimis ad superna traducunt.

3815 Est et aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrus piscari Dominus iubet dicens: *Mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle* (MATT. XVII, 25). Magnum quidem est et spiritale documentum, quod Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem regis terreni putet esse solvendam. Si enim censum Dei Filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum? Et ille census solvit qui nihil possidebat: tu autem qui saeculi sequeris lucrum, cur saeculi obsequium non recognoscas? Cur te supra saeculum quadam animi arrogantia ferens, cum saeculo sis misera cupiditate subiectus?

3816 Penditur igitur didrachma, quod erat pretium nostrae redemptionis et corporis, in lege promissum, in Evangelio persolutum, non otiose in ore piscis inventum: *Ex ore enim tuo iustificaberis* (MATT. XII, 37). Etenim pretium immortalitatis est nobis nostra confessio; quia sicut scriptum est: *Ore confessio fit ad salutem* (ROM. X, 10).

3817 Et fortasse primus hic piscis primus

est martyr, in ore habens didrachma, hoc est, pretium census. Didrachma nostrum Christus est. Habebat igitur primus ille martyr, Stephanus, scilicet, in ore thesaurum, cum Christum in passione loqueretur. Sed revertamur ad propositum locum, et discamus apostolicam humilitatem.

3818 *Praeceptor, inquit, per totam noctem laborantes nihil cepimus: sed in verbo tuo laxabo retia.* Et ego, Domine, scio quia nox mihi est, quando non imperas. Nemo adhuc nomen suum dedit, adhuc noctem habeo. Misi iaculum vocis per epiphania, et adhuc nihil cepi. Misi per diem, expecto ut iubeas: in verbo tuo laxabo retia. O vana praesumptio, o humilitas fructuosa! Qui nihil antea ceperat, magnam in verbo Domini concludunt piscum multitudinem. Non hoc humanae facundiae opus, sed supernae vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum: fide sua plebs credit.

3819 Rumpuntur retia, nec labitur piscis. Vocantur ad adiumentum socii qui erant in alia navi. Quae est illa alia navis nisi forte Iudaea, ex qua Ioannes et Iacobus eliguntur? *Facto est (enim) Iudaea sanctificatio eius* (PSAL. CXII, 2). Hi igitur de Synagoga ad navem Petri, hoc est, ad Ecclesiam conveniunt, ut implerent ambas naviculas. Omnes enim in nomine Iesu genua flectunt, sive Iudaeus, sive Graecus: *Omnia et in omnibus Christus* (COLOSS. III, 11). Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naaves pene mergantur; oportet enim et haerese esse, et probentur boni.

3820 Possimus tamen et aliam Ecclesiam intelligere, navem alterius; ab una enim plures Ecclesiae derivantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam praedica suspecta est. Sed novit perfectus quemadmodum servare possit reconditos, qui scit quemadmodum capere possit di-

spersos. Quos in verbo capit, Verbo credit: negat suam praedam, negat suum munus.

3821 *Exi, inquit, a me, Domine; quia homo peccator sum.* Admirabatur enim dona divina: et quo plus meruerat, hoc praesumebat minus. Dic et tu: *Exi, a me, Domine; quia homo peccator sum*, ut respondeat tibi Dominus: Noli timere. Indulgenti Domino peccatum fateri. Noli timere etiam quae tua sunt Domino deferre, quia quae sua sunt nobis ille concessit. Nescit videre, nescit eripere, nescit auferre. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, ut vivificandi habeant potestatem.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BONAVENTURAE SERMONE, VOL. II, SERMO 49.)

3822 **Q**UANTO autem Nomen Iesu est gloria triumphantium: certum in prima imaginis reformatione consummata, ubi nullus oblivionis locus viventibus in aeternitate, nulla erroris subreptio fruentibus veritate, nulla cupidinis impulsio absorptis solvitur charitate: nam omnibus diligentibus Nomen Iesu: in intellectu erit visio clara supersplendidissima veritatis propter meritum spci, in voluntate erit dilectio, seu fructio suavissima bonitatis propter meritum dilectionis Nominis Iesu, sicut Propheta (PS. VI) ait: *Glorificabunt te in omnes qui diligunt Nomen tuum*; et sic propter Nomen Iesu tota anima vivet, tota dotata, atque beata erit, atque in tribus viribus Deo Trino et Uno tota erit configurata, tota unita, tota illuminata, tota quietata: quia in statu omnium bonorum aggregatione perfecto aeternaliter vivet.

3823 Evidens Propheta (PSAL. CXLI) ad Dominum Iesum ait: *Spiritus tuus bonus detulit me in terram electam, propter Nomen tuum*, etc. Hoc quidem gaudium plenum est, de quo (IOHANN. XVII) Dominus ait: *Uaque modo non petitis quidquam in Nominis meo*; et hoc, scilicet, quia virtus Nominis mei fuit vobis ignota: sed nunc, cognita eius virtute, *petite, et accipite*, et accipite; scilicet in virtute Nominis mei: sicut Chrysost. ait quod in hoc ostendit virtutem Nominis sui, quia, non visus, non rogatus, sed nominatus solum, apud Patrem facti mirabilia.

3824 Et sequitur: *Ut gaudium vestrum plenum sit*; quod erit gloria sempiterna: quod quidem propter

tria plenum gaudium nominatur: Primo quia: adimplebit totum animi appetitum, de quo Propheta (PS. XV) ait: *Adimplebit me iustitia cum cultu tuo*; quod potest exponi, sicut patebat sermone ultimo, cap. ultimo. Secundo quia consistit in visione, fruitione, et possessione plenissimi, et consummati Boni, quod est Deus Trinus et unus, sicut praedicatum est: et de hoc bene Exod. XXXIII dicitur: *Ego ostendam tibi omnia bona*. Tertio quia tale et tantum gaudium omnino inamissibile erit: inde (IOHANN. XVI) dicit discipulis suis: *Et gaudium vestrum nemo tollit a vobis*.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

SERMO LV. 1097.

3825 **D**icit ergo: *Relictis omnibus*; ubi notatur desertio impedimenti retrahentis. Apostoli namque tamquam veri legati, ut esset eorum legatio similis legationi Christi, ad amovendum quodlibet retrahens impedimentum reliquerunt omnia: primo tamquam *pondera praegravantia*, ut essent expeditiores ad currendum post Christum; secundo, tamquam *vincula detinentia*, ut essent securiores ad arguendum malum; tertio, tamquam *obstacula praepedientia*, ut essent efficaciores ad persuadendum bonum.

3826 Primo reliquerunt omnia tamquam *pondera gravantia*, ut expeditiores essent ad currendum post Christum, qui *exaltavit ut gigas ad currendam viam evangelicae perfectionis*, eo quod fuit sine omni pondere terrenitatis. Nam a principio suae nativitatis paupertatem in suo corpore consecravit, in mundo cum pauperrimis hominibus pauperrime conversatus et associatus, in fine vero nudus in cruce positus fuit et post resurrectionem, in specie peregrini apparuit. Qui ergo debet esse Christi legatus debet, sicut ipse ambulavit, et ipse ambulare; qui autem ambulat in cur-

ribus et in equis phaleratis, in pompis et divitiis, non est successor nec legatus Christi, quia non habet in sua vita paupertatis signa, quae sunt Christi Legationis approbativum sigillum. Hoc attendens, Petrus dixit ad Dominum Matthaei decimo nono: *Eccc, nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia et secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Petrus enim piscator erat et pauper, manu et arte cibum quaerebat, et tamen cum confidentia allegat multum, cum dicit: *Eccc, nos reliquimus omnia et secuti sumus te, et explorat praemium, cum dicit: quid ergo erit nobis praemii? Et hoc est, quia sicut dicit Gregorius, * tanta a sequentibus dimissa sunt, quanta a non sequentibus concupisci poterunt. Bene ergo fecisti, Petre et ceteri apostoli, omnia relinquendo, quia per hoc maximum consecuti estis praemium. Non enim pro certo aliter obtinuistis principatum fidei christianae, quia nunquam in vobis Dominus fundaturus erat Ecclesiam, nisi vos primo ad illud fundamentum reduxisset et in eo firmasset, neque ad sedes iudicariae potestatis sublimasset. Nam haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, Apostolos, haereticos et reges regni coelorum constituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Certe nec hoc mirum, si ita sublimavit, intronizavit et magnificavit eos altitudo paupertatis. Nam sicut videmus in istis materialibus, quod tanto ille ascensus est altior, quanto id quod ascendit fuerit levius et purius; sic et in spiritualibus tanto ascensus alticius altior, quanto quod ascendit a terrena cupi-*

ditate est purius et virtute gratiae plenius.

Secundo reliquerunt omnia tamquam *vincula delinquentia*, ut essent securiores ad arguendum malum. Apostoli namque nemini amore acquirendi vel timore amittendi, quasi quibusdam vinculis detenti, parebant neque veritatem tacebant, immo veritatis iaculis tam magnos quam pueros aequae feriebant. Metus enim terrae potestatis et quaestus mundanae cupiditatis generant in hominibus, qui nolunt relinquere ista terrena, ambiguum simulatoriae falsitatis. Malunt studere adulationi et cupiditati, quam asistere veritati. Et propter hoc Mathathias et eius filii, ne forte mandatis regis Antiochi, qui inducebat Iudaeos ad idololatram, consentirent, postquam eius nuntium constanter redarguerunt et etiam zelo Legis et veritatis interfecerunt, relinquentes omnia in civitate, ad securitatem paupertatis confugerunt; unde de his dicitur primi Machabaeorum secundo: *Exclamavit Mathathias voce magna in civitate, dicens: Omnis, qui zelum habet Legis, solum tenens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse et filii eius in montes, et reliquerunt quaecumque habebant in civitate.* Gloriosius reputabant isti beati viri occidi cum veritate, quam magnificari cum falsitate. O quam gloriosum est mori pro veritate, quae, etsi non convertat audientem, coronat tamen praedicantem! O Deus, utinam essent hodie multi Mathathiae, multi Ioannes Baptistae et multi Pauli Apostoli, qui non tacerent veritatem principibus et praecipue praelatis. Nullorum enim vita magis nocet quam principum et maxime praelatorum. Unde Gregorius in Pastoralibus: ** Nemo in Ecclesia magis nocet, quam qui perverse agens, nomen vel ordinem dignitatis sive sanctitatis tenet. Delinquentem namque hunc redarguere*

nullus praesumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur.

Tertio reliquerunt omnia tamquam *obstacula praepedientia*, ut essent efficaciores ad persuadendum bonum; unde Matthaei quarto: *Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictiis rebus, secuti sunt eum.* Ecce, quod Apostoli ad hoc, quod efficaciter piscarentur homines, reliquerunt omnia terrena, ne obstaculum sive impedimentum illis quos piscaturi erant, praerent. Nam, sicut melius persuadet vita quam lingua, et exempla quam verba; sic efficacius persuadet contentus mundi et mortificatio carnis et qui pauper est et carnem suam crucifigit cum vilis et concupiscentis, quam qui dives est et carnem suam nutrit et fovet in deliciis. Quis enim Apostolis de contentu mundi credidisset, si eos amatores mundanorum vidisset? Si enim Apostoli quaestores et congregatores divitiarum fuissent, totus mundus ab eis fugisset, vel saltem per eorum conversationem ab amore Dei elongatus fuisset. Nunc autem rete paupertatis attraxit ad amorem et laudem Dei, quando eorum exemplo, destructa mundi cupiditate, quae est radix omnium malorum, insertebatur cordibus fidelium Christi paupertas, quae est primaria fundamentum omnis boni. Non enim aliter fundaverunt Apostoli Ecclesiam nisi per spiritum paupertatis, quia non exercitu eorum et robore divitiarum mundum converterunt: immo pro auro et redditibus hodie salus animarum viluit. Sed ne forte commendatio paupertatis videatur resultare in condemnationem rerum temporalium Ecclesiae; ideo bonum est dicere, quod temporalia Ecclesiae bona sunt pro tempore toleranda et etiam quoquo modo affectanda propter multiplicem causam, videlicet

propter Sponsi honorem, sponsae decorum, viatorum sustentationem, pauperum provisionem, infirmorum consolationem et fidelium devotionem et etiam propter usum communitatis. Et cum propter istas causas tolerantur, non diminuant in praelatis perfectionem, sed si bene dispensent, meritum augent, et si male, occasionem damnationis praestant.

Varia de SS. Nomine Iesu.

[EX S. BERNARDINO SERENSI, VOL. II, SERM. 42.]

Ix hoc igitur Nomine erit gloria omnium Beatorum: unde (Apo. xiv) Ioann. ait: *Vidi, et ecce agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes. Nomen eius, et nomen Patris eius scriptum in frontibus eius.* Mons Sion altam eminentiam loci patriae indicat, quam Sion speculum interpretetur. Super hunc montem stat agnus Dei Filius Iesus Christus, qui super omnes, in quantum homo, eminet in gloriae visione: et de hoc omnes Beati participaverunt; unde subditur: *et cum illo centum quadraginta quatuor milia, scilicet, agni: nam subscripta nomina adiectiva, et numerata videntur trahere suam subiectiva a promissa agno; per hunc siquidem numerum, sicut alibi patet, omnes glorificandi signantur: nam per quaternarium virtus; per quadragenarium exercitium virtutum, per centenarium oblectatio virtutis quae per exercitium virtutum acquiritur, per millenarium scientia, seu sapientia quae virtutem perficit deovatur: quia per hoc a Deo tribuitur gloria sempiterna, de qua subditur: *Habentes Nomen eius:* per nomen famosa notitia designatur, quia respectu Dei non reputatur, nisi fuerit amativa: talis quidem est in Beatis.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. IV. POST PENT. SERMO 2.

Secuspo notatur in verbo proposito adposito complementi expectantis, cum dicit: *secuti sunt eum.* Secuti sunt Apostoli Christum tamquam finem et complementum omnis boni tripliciter: primo, *humiliter*, sine

superbia propter splendorem internae cognitionis; secundo, *concorditer*, sine invidia propter amorem supernae conversationis; tertio, *perseveranter*, cum constantia propter tolerantiam continuae afflictionis. Et sic Apostoli sequentes Christum per haec tria perfecte reducebantur ad beatam Trinitatem. Nam per splendorem claritatis internae diriguntur rationalem reducebantur ad sapientiam Filii; per amorem charitatis supernae, rectificantis concupiscibilem reducebantur ad benevolentiam Spiritus sancti; per vigorem virilis constantiae, stabilientis irascibilem reducebantur ad potentiam Patris aeterni. Et haec tria, scilicet, intelligentia divinorum, concordia proximorum et tolerantia adversorum, sunt necessaria cullibet ad salutem.

Primo secuti sunt Christum *humiliter*, sine *superbia* propter splendorem internae cognitionis. Nam splendorem intelligentiae humilitas aperit, superbia claudit, quae, cum inflat, obnubilat et privat a lumine veritatis. Et de hoc dicitur Ioannis octavo: *Ego sum lux mundi; qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Ego sum vera lux mundi*, quia non aliunde accipio, immo de fonte meae sapientiae quodlibet aliud lumen creatum scaturit; et ideo *qui sequitur me*, per humilem subiectionem, *non ambulat in tenebris*, erroris et ignorantiae; *sed habebit lumen vitae* et gratiae vivificantis affectivam et illustrantis intellectivam.

Secundo secuti sunt Christum *concorditer*, sine *invidia* propter amorem supernae conversationis; unde primae Petri secundo: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius; quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius*. O verbum dulcissimum, o verbum verissimum, et omni memoria et laude dignum! quod

niam *Christus passus est pro nobis*, purgandis ab omni iniquitate; *vobis relinquens exemplum*, charitatis et benevolentiae, *ut sequamini vestigia eius*, ad summam perfectionem deducenda. Si enim quaeratur: Quid movit Filium Dei ad patendum pro nobis? non invenitur alia causa quam eius benevolentia et charitas misericordissima; unde dicitur primae Ioannis tertio: *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit*. Sed quia istud exemplum tantae benevolentiae est imitatione dignum, ideo adiunxit: *et nos debemus pro fratribus animas ponere*. Quod bene adimpleverunt Apostoli, quando, postposita malitia invidiae, animas suas libenter pro salute omnium electorum posuerunt. Et propter hoc quilibet eorum potest dicere illud: *Vestigia eius secutus est pes meus, quam eius custodivi et non declinavi ex ea. Vestigia, inquam, eius*, charitatis et benevolentiae, *secutus est pes meus*, affectuose dilectionis, eo quod *gloria magna est sequi Dominum*, in charitate perfecta.

Tertio secuti sunt Christum *perseveranter*, cum constantia propter tolerantiam continuae macerationis; unde Lucae nono: *Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui vult venire post me, humilem et mortificatum, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, continuae macerationis, et sequatur me*, perseveranter usque ad aeterni patris ingressione. Et bene praemittitur in illa auctoritate humilitatis subiectio, quae intelligitur per abnegationem propriae voluntatis; (et sequitur) amaritudinem poenitentiae et mortificationis, quae intelligitur nomine crucis, eo quod carnis mortificatio aliquando perditur per superbiam, aliquando per gulam. Et propter hoc, si volumus perfecte tollere

crucem mortificationis, debemus esse humiles in corde et abstinentes in carne. Rogemus.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(DE S. BERNARDINO SENEZI, VOL. II, SERM. 40.)

3831 **S**EU aliter dici potest quod Nomen Iesu, id est, res Nominis Iesu est ipse Deus, in quo communicat Deo Patri, et Spiritui sancto in Divinitatis unitate, sicut Ioann. testatur 1. cap. dicens: *Et Deus erat Verbum*: quod enim Verbum est personali distinctione a Patre, Deus est communicatione unitatis naturae cum Patre. Proinde de personali distinctione in deitatis unitate merito subinfertur: *Et nomen Patris eius scriptum est in frontibus suis*; Pater sine dubio omnibus Gloriosus dat intelligere Filium, respectu cuius est Pater; qui ergo nomen Patris scriptum in frontibus, id est, in mentibus suis habent, nomen Filii ignorare non possunt.

3832 Unde Luc. xix. Filius ait: *Qui me recipit, scilicet, in gratia, aut in gloria, recipit altum qui misit*. Scriptura autem haec quae nomen et Patris, et Filii in Beatorum mentibus scriptum est, facta est digito Dei vivi, qui est Spiritus sanctus, quo etiam tabulae utriusque Testamenti conscriptae sunt, sicut patet Exod. xxxii. Per utrumque enim Testamentum pervenimus in gloria ad unum nomen cognitionis trium personarum in quibus consistit gloria Beatorum. Unde Bernard. in serm. viii. super Cantic. ait: *Qui sequuntur agnum debent habere nomen eius, et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis*; quod est de utraque notitia, scilicet, Patris et Filii gloriari.

FERIA QUARTA

HOMILIA 8. BONAVENTURAE EPISCOPI.

DOM. IV. POST PENT. SERMO 2.

3836 **D**uc in altum, et laxate retia vestra in captivam; Luciae quinto. In verbis his hortatur Salvator praelatos et praedicatores Evangelii ad duo, scilicet, ad studiosum celum animarum, ibi: *Duc in altum*; quasi (dicat): animas demersas emergere sit vestrum propositum: et ad effectivum lucrum earum demersarum in profundum quadri-

formiter, scilicet, vilitatis, caecitatis, calamitatis, mortalitatis, ibi: *et laxate retia vestra in captivam*; quasi (dicat): lucramini animas, quas diabolus conatur auferre.

Quantum ergo ad primum dicit: *Duc in altum*. Circa quod nota, quod debemus *ducere* animas quadrupliciter in altum, scilicet in altum *Majeslatis* praecelsae ad venerandum numina omnipotentiae; Ecclesiae septimo: *Et alta profunditas, quis inveniet eam?* quasi dicat: rarus, nisi devotus et humilis. *Claritatis* supernae ad speculandum lumina sapientiae; ad Romanos undecimo: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei; quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius!* *Suavitatis* aeternae ad degustandum charismata gratiae; Ecclesiastici quadagesimo tertio: *Altitudinis firmitermentum pulchritudo eius est, species coeli in visione gloriae. Aeternitatis gloriae ad desiderandum praemia vitae; Psalmus: Mirabilis in altis Dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis; domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.*

3839 Circa secundum nota, quod *laxare* debemus *retia in captivam* lucrando et capiendo animas quadriformiter, scilicet, *verbo eruditionis* salutiferae; Lucae quinto: *Ecce, ex hoc iam homines eris capiens. Exemplo conversationis* evangelicae, secundae ad Corinthios septimo: *Capite nos, Nomen lacrimis, neminem corrumpis, neminem circumvenimus. Suffragio orationis* devotae; Cantecorum secundo: *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis et facies tua decora. Capite nobis culpas, parvulas, quae demobstantur vineas; nam vinea nostra floruit. Beneficio supportationis* charitativae; secundae ad Corinthios duodecimo: *Cum essem astutus, dolo vos cepi, etc.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

[EX S. BERNARDINO SEMERI, VOL. II. SERM. 49.]

3840 **O** Nomen gloriosum! Nomen gratiosum! O Nomen amorum et virtuosum! per te crimina relaxantur, per te adversarii superantur, per te infirmi liberantur, per te patientes in adversitatibus roborantur et iudicantur: tu credentium honor, tu praedicantium ductor, tu operantium roborator, tu deficientium sustentator: igneo favore, et calore tuo desideria inardescunt, postulata suffragia impetrantur, inebriantur animae contemplantes, atque gloriosantur in coelesti gloria triumphantes: cum quibus, dilectissime Iesu, per hoc tuum sacratissimum Nomen contregare nos facias, qui cum Patre et Spiritu sancto in Trinitate, et unitate perfecta omnium Beatorum glorificator, et gloriosus triumphas et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

FERIA QUINTA

Homilia Venerabilis Bedae Praebyteri.

IN S. C. CAS. 5.

3841 **F**ACTUM est autem cum turbae irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Stagnum Genesareth, item dicunt esse quod mare Galilaeae, vel mare Tiberiadis. Sed mare Galilaeae ab adiacente provincia dictum, mare Tiberiadis a proxima civitate, quae olim Chennereth vocata, sed ab Herode Tetrarcha instaurata in honorem Tiberii Caesaris Tiberias est appellata. Porro Genesar a laici ipsius natura, qua crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur, Graeco vocabulo, quasi generans sibi auram dicitur. Neque enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentibus auris spirantibus agitatur, haustu dulcis, et ad potandum habilis. Sed Hebraeae linguae consuetudine, omnis aquarum congregatio sive dulcis sive salsa, mare nuncupatur. Qui lacus influente Iordane centum quadraginta

stadiis in longitudinem, et quadraginta extenditur in latitudinem. Quia ergo stagnum sive mare praesens saeculum designat, Dominus secus mare stat, postquam vitae labentis mortalitatem devincens, in ea quia passus est carne, stabilitatem perpetuae quietis adiit. Turbarum conventus ad eum, gentium in fide concurrentium typus est. De quibus Isaïas: *Et fluent, inquit, ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi, et dicent, Venite et ascendamus ad montem Domini.*

3842 *Et vidit duas naves stantes secus stagnum.* Duae naves secus stagnum positae, circumcisionem et praepitium figurant. Quas hene Iesus vidisse prohibetur, quia in utroque populo novit Dominus qui sunt eius. Eorumque cor a fluctibus saeculi huius, ad futurae vitae tranquillitatem quasi ad soliditatem littoris videndo, hoc est misericorditer vitando provehit.

3843 *Piscatores autem descenderunt et lavabant retia.* Piscatores sunt Ecclesiae doctores, qui nos rete fidei comprehensos, et de profundo ad lunam elatos, quasi pisces littori sic terrae viventium advehunt. Quasi enim quae retia piscantium sunt complexae, praedicantium dictiones, quae eos quos coeperint in fide, non amittant. Unde et retia, quasi retinentia sunt vocata. Sed haec retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus est habile doctrinae, sed nunc exerecenda lingua doctori, nunc summet cura gerenda.

3844 *Ascendens autem in unam navem quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum.* Et sedens, docebat de navicula turbas. Navis Simonis est Ecclesia primitiva, de qua Paulus ait: *Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcissionis, operatus est et mihi inter gentes.* Bene una dicta, quia, multitudinis credentium erat cor et anima una. De qua

docebat turbas, quia de auctoritate Ecclesiae docet usque hodie gentes.

3845 *Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam.* Quod primo rogavit Simonem navem a terra reducere pusillum, significat vel temperate utendum verbo ad turbas, ut nec terrena eis praecipiantur, nec sic a terrenis in profundum sacramentorum recodatur, ut ea penitus non intelligant, vel prius in proximis regionibus gentibus praedicandum, ut quod dicit item Petro: *Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam,* ad remotiores gentes quibus postea praedicatum est, pertineat.

3846 *Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus. In verbo autem tuo, laxabo retia. Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam.* Nisi Dominus cor illustraverit auditorum, doctor in nocte laborat. Nisi in verbo gratiae supernae laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra vocis suae praedicator iaculum mittit. Quia fides populorum non sapientia verbi compositi, sed divinae vocationis munere provenit.

3847 *Et cum hoc fecisset, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum.* Prae multitudinem piscium rete rumpebatur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam haeresibus scindant. Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis, quia suos, Dominus etiam inter persequentium scandala servat.

3848 *Et annuerunt sociis qui erant in alia nave, ut venirent et adiungerent eos.* Alia navis (ut praediximus) est Ecclesia de gentibus quae et ipsa non sufficiente una navicula piscibus impletur electis, quia novit Dominus qui sunt eius, et

apud ipsum certus est suorum numerus electorum. Quumque tot in Iudaea credituros non invenit, quot ad fidem vitamque praedestinos novit aeternam, quasi aliae navis receptacula piscibus quaerens suis, corda quoque gentium fidei gratia replet. Et bene rupto rete socia navis advocatur, quoniam ante Iudas proditor, ante Simon Magus pisces nequissimi capti sunt, ante Ananias et Sapphira fidei rete subdole tentabant ingredi, ante ut Ioannes testator, multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulant. Ac deinde Barnabas et Paulus ad gentium sunt apostolatum segregati.

3849 *Et venerunt et impleverunt ambas naviculas ita ut mergerentur.* Harum impletio navium, usque in finem saeculi crescit. Sed quod impletae merguntur, hoc est in submersione premuntur (non enim submersae, sed tamen sunt periclitatae), Apostolus exponit dicens: *In novissimis diebus erunt tempora periculosa, et erunt homines seipso amantiss, etc.* Nam mergi naves est, homines in saeculum, ex quo elati per fidem fuerant, morum pravitate relabi. Quales et ipse Petrus adhuc in infirmitate positus, hoc loco demonstrat. Unde sequitur:

3850 *Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens, Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.* Quia carnales quique in Ecclesia regimen spiritalium, in quibus maxime Christi persona eminet, a se quodammodo repellant, non enim hoc voce linguae dicunt bonis ministris Dei, ut eos a se repellant, sed voce morum et actuum suorum suadent a se recedi, ne per bonos regantur, et eo vehementius quo deferrunt eis honorem, attamen factis suis a se recedere admonent. Ut honorificentiam eorum significaverit Petrus, cadens ad pedes Domini. Mores autem in eo quod

ait: *Exi a me, Domine, quia peccator homo sum.* Quod tamen quia non fecit Dominus, non enim recessit ab eis, sed eos subductis navibus ad litus perduxit, significat in bonis et spiritalibus viris non esse oportere hanc voluntatem, ut peccatis turbarum commoti, quo quasi securus tranquilliusque vivant, munus Ecclesiasticum deserant.

395 Et aut ad Simonem Iesum: *Nolite timere.* Confortat Dominus timorem carnalium animosque fragillum consolando erigit, ne quis vel de suae conscientia culpae tremens, vel de aliorum innocentia stupens, sanctitatis iter formidet adgredi. Quod autem sequitur:

396 *Ex hac iam homines eris captivus.* Ad ipsum Petrum specialiter pertinet. Exponit enim ei Dominus, quid haec captura piscium significet. Quod videlicet ipse sicut nunc per retia pisces, sic aliquando per verba sit captivus homines. Totusque facti huius ordo, quid in Ecclesia cuius ipse tyrum tenet, quotidie geratur, ostendat. Quod vero subiungitur:

395 Et subductis ad terram navibus, relicis omnibus secuti sunt eum. Potest significare finem temporis, quo ab huiusmodi salo qui Christo inhaeserint, penitus recessuri sunt. Sciendum est autem hanc eandem non esse lectionem, qua Matthaeus et Marcus binos de naviculis piscatores, primo Petrum et Andream, deinde filios Zebedaei a Domino narrat esse vocatos. Non enim eos Lucas, nunca Domino vocatos, sed tantum Petro fuisse praedictum, quod homines esset captivus, insinuat. Quod non ita dictum est quasi iam pisces numquam esset capturus. Nam et post resurrectionem Domini legitur eos esse piscatos. Unde datur intelligi, eos ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret quod Matthaeus et Marcus narrat, quando eos binos vocavit. Tunc enim non sub-

ductis ad terram navibus tamquam cura redeundi, sed ita eum secuti sunt, tamquam vocantem ac iubentem et sequentem.

Varia de SS. nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. IV. SERM. 21.)

394 PRIMO quidem nomen Regis Iesu dulcissimum est propter spem veniae: quia Iesus rex Isaacum, id est, confidentiam et poenitentiam iungit. Quadruplex enim dulcedo propter spem veniae de nomine Regis Iesu ab anima sentitur. Prima est dulcedo remissionis; secunda est dulcedo renovatae; tertia est dulcedo consolatoria; quarta est dulcedo defensionis.

395 Prima autem dulcedo est remissionis. Magna quippe dulcedo est animae peccatrici in hoc sanctissimo nomine Iesu sentire tantum esse virtutum, ut in illo remittatur sibi omnia peccata sua. Audiamus hoc, attestante Iohanne Apost. qui I. ep. c. II. ait: *Scribi vobis filii, quoniam remittatur vobis peccata vestra propter nomen eius.* Sic ut enim graviter aegrotanti, et longo sitis ardore succenso, fons frigidus, salubris et gratus efficitur: sic mentibus iniquitate depressis nomen Iesu culpaee gravitatem et peccati moerorem expellit. Dicitur enim Act. xxii: *Baptizare et abluere peccata tua lavaculo nominis Iesu.*

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae a Villanova.

IN DOM. IV. POST PENT. CONCIO.

396 DUO dicimus de necessitate hominum Piscatorum. Duo de arte piscatoria. Mundus in sacra Scriptura comparatur mari in multis locis convenienti similitudine; habet enim conditiones maris, quia est tempestuosus, periculosus et saluus. Primo est inquietum, tempestuosum; si modico tempore est in tranquillitate, post modicum, modico vento turbatur et agitur. Non mirandum, si modo tot bella videmus. Legite historias, semper fuit sic ab initio. Agitur quatuor ventis, sicut ait Daniel: *Videbam in visione mea*

nocte, et ecce quatuor venti coeli pugnant in mari magno. Hi sunt qui concitant omnes tempestates eius: scilicet cupiditas, ambitio, concupiscentia, libido dominandi. Ex his omnia bella et dissensiones in orbe: nulla pax, nulla tranquillitas, nulla securitas. Si modico tempore est in pace, statim de sub pedibus oritur tempestas, tribulatio, persecutio, angustia. Non mirandum: talis est conditio huius mundi. Secundo est periculosum. Habet multas syrtes, scopulos, et freta, et naviculae fragiles facile infringuntur; verbi gratia in freto Legionensi, et in vadis arenosis ex viginti vix una salvatur. Est etiam saluus, quanto amplius ex eo bibitis, eo plus sititis. Non sedat, sed provocat sitim, videlicet eis, qui hoc experti sunt, et semper conantur ex eo satiari. Huius maris pisces sunt mundani, filii huius saeculi, quos Propheta vocat filios maris, dicens: *Dominus rugiet et formidabunt filii maris.* Psalmus: *Pisces maris, qui perambulant servitas maris,* qui vitam in saecularibus negotiis expendunt. Unde viri religiosi et spirituales non dicuntur pisces, sed aves; quia non in hoc pelago immerguntur, sed in altum volant. Unde legitur in *Genesi*, *Deus ex eodem elemento, aquae scilicet, formavit pisces et aves; sed pisces manserunt in sua origine, unde formati sunt: aves autem supra suam originem volaverunt.* Exponit hoc Hugo de S. Victore in *Libro de Sacramentis*. Omnes homines ex eadem origine prodeunt, omnes nascimur carnales, filii irac, malae inclinationis, infecti lepra originali: sed quidam manent in sua origine sequentes suas naturales inclinationes, et isti sunt pisces maris: quidam vero supra suam originem volant superantes et vincentes suas malas inclinationes, elevati in altum, fugientes elementum ex quo conditi sunt,

supra humanam facultatem viventes; ut spirituales et religiosi, qui saeculum fugerunt: et hi non sunt pisces maris, sed volucres caeli.

3857 Neque tamen omnes pisces mali sunt: sunt enim aliqui mundi, et aliqui immundi. Nam in statu saeculari sunt multi boni. Unde Dominus in Evangelio comparat *regnum colorum sagenae missae in mare, et ex omni genere piscium congreganti.* Nunc sagena Apostolica, id est fides, bonos et malos congregat; sed in die iudicii exhibent *Angeli, et separabunt malos de medio iustorum.* Aves vero non separabuntur, quia sursum volant, ut ait Apostolus: *Simul rapiuntur obviam Christo in aera.* Ad discernendum autem in praesenti bonos, datur praecipuum Levitici undecimo: *Omne quod habet pinnulas et squamas, tam in mari quam in fluminibus et stagnis, comeditis.* *Quidquid autem pinnulas et squamas non habet, eorum quae in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis execrandumque erit.* Sive ergo in saeculo, sive in monasterio, sive in statu praedicatorum, quae designantur per mare, stagnum et flumen, ut ait Bernardus, pisces qui habet squamas, mundus est et bonus; qui non habet, immundus et malus. Squamae in piscibus sunt quasi lorica, qua muniuntur contra mala, et designatur patientia, tolerantia, et fortitudo qua debet armatus esse piscis, bonus contra mundi infortunia, et peccata, ut tollet et resistat. Pinnulae autem sunt fides et oratio, quibus aliquo modo levetur a saeculo, qui licet non habeant alas devotionis et contemplationis ad totaliter volandum a saeculo, ut spirituales; habent tamen illas pinnulas, quibus ad modicum supra aquas exillant: ut relictis negotiis Deo vacent. Qui autem non habent, sed tota vita negotiis, et litibus saecularibus, et voluptatibus, et curis

immergantur, hi immundi sunt et abominabiles. Videat ergo nunc quisque qualis sit: si resistit peccatis, si non facile superatur a tentationibus, si patienter toleret infirmitates, et iniurias, et mala praesentis vitae; si, licet occupetur negotiis ad providendum domui suae necessariis, tamen aliquando in festis maxime elevatur a saeculo; si audit sermones, si legit, si orat. Et licet redeat ad mare, si non avis, saltem piscis mundus reputabitur, et colligetur in sagena bonorum in die iudicii, quando discernentur boni a malis.

Ecce mare, ecce pisces. In hoc mari magno a principio saeculi diabolus magnus piscator fuit. Ille enim in principio, obiecto poma quasi esca primis parentibus, eos piscatus est magno dolo. Infelices qui non crederent Deo monenti ne ederent: quia latebat hamus in esca. In quacumque hora comederitis morte moriemini. O crudelis hamus, mors! O quam male decepti sunt! Quis huius piscatoris astutias evadere poterit, si illi tam magni pisces et sapientes non evaserunt? O quanta calliditate utitur ad decipiendum nos! Quomodo tentat cuiusque gustum, ut videat quid ei delectet, et talem apponit escam: sicut piscatores tractarum, qui apponunt alias et alias pennas in tempore ad similandum papillones et erabrones; et observant donec piscis glutiat escam, et tunc arundinem attollunt filam. Alii divitias, alii honores, alii voluptates, et non statim trahunt, sed dimittunt longo tempore, donec crescat passio vehemens, donec incantantur; et tunc trahunt, et mittunt hominem in infernum. Tunc sentitur hamus, tunc sentiunt fraudem in morte, et cupiunt solvi. *Ibi dolores ut parturientis*, tunc remorsus: cupiunt solvi; sed raro tunc liberantur. Et quidem in vita dum gustatur esca bene

sentitur hamus sub esca, si mens non laeva fuisset; nam omnis voluptas saeculi amaritudinem habet, et inquietudinem, et remorsum quemdam. Unde prudentes pisces sentientes hoc, in tempore abiciunt pestilentem escam. Psalmus: *Conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina*. Sed stulti dissimulant, et glutunt, et comprehenduntur fortiter, et vix postea solvi possunt: unde qui bene prehensi sunt passione, neque exhortationibus, neque minis solvuntur, quoniam passio fortiter eos retinet tamquam hamo infixos. Clamat Propheta: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*, scilicet peccati. Ut videam fraudem huius piscatoris, ut videam vilitatem escae, et agnoscam hamum sub esca, et fugiam. O infelicissimos filios Adam! Quam vili esca capimini et inescamini, de sterquilino, et plumis falsis, turpi voluptate, et modico favore, vel interesse! Quid est totum quod apponitur, nisi fastidium, ventus, lutum? Aperite oculos, et videte, quam vilia sunt, et agnoscite hamum latentem, infortunia malorum. Irascimini contra Adam, quod tam levi cibo captus sit; et vos idem facietis? Quid est tota esca carnalis nisi vilissimus vermis? *Iob: Maledicta sit pars eius in terra: dulcedo illius vermes*. Et quid est tota esca superbi nisi ventus? Propheta: *Ephraim pascit ventum*. Et quid est tota esca avari, nisi pulvis? Stolidiores certe sumus piscibus: nam ipsi si semel liberantur ab hamo, fugiunt longe, et non lunt iterum glutire. Et nos miseri saepius liberati, iterum redimus stulti, et reinducimus in mala quae plangimus. Quanta stultitia, quanta vocordia! Et sic nos reputat diabolus quasi pisces stolidissimos: His artibus et fraudibus malus iste piscator totum fere mundum prehenderat et inescaverat: sicut deplo-

rat Propheta Habacuc dicens: *Totum in hamo sublevari, traxit in sagena sua, et congregavit in rete suam*. Et Ieremias: *Expandit rete pedibus meis, converterit me retrorsum*. Miseria generis humani!

Varia de SS. Nominis Iesu.

(IX A. LEONARDUS BENSSEL, VOL. IV, SERM. 21.)

Dico ergo anima peccatrix: Et ego, Domine Iesu, nomen tuum invoco, propter quod mihi peccatorum adit remissio. Oro, Domine Iesu, ut adimpleas dignis prophetiae praeconium; quia si hoc feceris propter nomen tuum, Domine, propitius eris peccato meo; multum est enim, et otium copiosum, Psal. xxv. Sic enim habemus in alia translatione conscriptum. Vere multum per omnem modum, cui et si non parere debeas ratione meriti mei, sed propitiare obsecro propter sanctitatem nominis tui. Et vere copiosum est peccatum meum, quod cursu temporis, defectu corporis, progressu aetatis non minuitur, sed augetur: et nisi tua subveniant bonitas, mea semper augetur iniquitas. Et iterum I. Iohann. ii, idem Apostolus ait: *Filii, hoc scribo vobis ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: et ipse est propitiatus pro peccatis nostris*.

O consistorium mirabili ordinatione sancitum: peccator poenitens plorat, plorans postulat, Filius impetrat, Pater condonat, et Spiritus sanctus mentem hauriat. Sed hoc pro certo noscitur, tunc de peccato veniam percepisse, quando post culpae detestationem et gemitus, cum tuum nequaquam sceleris vitiorum illecebris, et imaginatione perstrigis: unde quidem prudenter ait: Time demum nobis praeterita vitiorum contagia remissa credenda sunt, quoniam fuerit de corde nostro praesentium voluptatum desideria pariter passionisque depulsa.

SABBATO

Homilia S. Thomae a Villanova.

IN DOM. II. POST PENT. COEDEC.

Unde Dominus videns miseriam filiorum Adam, descendens de coelo, primo ipsum fraudulentum piscatorem mira arte suae potentiae piscatus est; obiciens ei illam suam

carnem purissimam; quam cum ipse miser deglutivit in morte, sensit hamum sub esca Divinitatis, et projectus est foras; sicut ipse ait: *Nunc iudicium est mundi; nunc Princeps huius mundi eicitur foras*. Unde Dominus ad Iob: *An extrahere poteris Leviathan hamo? Non Domine, non habeo ego tale brachium neque arundinem piscatoriam, nec tam fortem; ad hamum tuum pertinet hoc: non est potestas super terram, quae valeat ei comparari: ipse ergo solus piscavit eum*. Ad piscandum autem homines, quos ipse male prehenderat misit Discipulos suos in mundum, sicut ipse promiserat per Ieremiam Prophetam dicens: *Mittam eis piscatores multos et piscabuntur eos*. Ad hoc igitur egressus est hodie ad stagnum Genesareth ad quaerendos istos piscatores, et vocavit Petrum. At illi *relictis retibus secuti sunt eum*. O facilitas obedientiae! Ad unum verbum Domini omnia reliquerunt. Si quidem dedit voci suae, vocem virtutis. Considera nunc Dominum maiestatis praecedentem et tres illos piscatores dilaceratis ac lutosi femoralibus suis, sicut solent esse piscatores sequentes. O spectaculum dignum visu! O Rex maiestatis, numquam figis domicilium: et tales pincernas seligis in servitium! Et Domine, ad quid vis istos? Numquid habes aliquos equos conductitios, quos sequantur? Vel aliquod opus culinae in quo serviant? Attendite: ad quid vult. *Ad faciendam vinclicam in malis: increpationes in populo. Ad alligandos Reges eorum in compediis, et nobiles eorum in manibus ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum*. Isti Reges et Imperatores potentissimos labagunt Evangelicis praecipis. Isti populos, civitates et potentissima regna debellabant. Isti Philosophos et sapientes mundi sua sapientia superabant.

Coram istis eloquentissimi oratores obmutescent. Denique isti totum universum doctrina et suis eloquiis subiugabant et prosternent. O potentiam Dei admirandam, quae cum talibus hominibus totum mundum debellasti! Non elegisti Domine oratores, aut philosophos, aut scribas sapientes in lege. *Quae stultitia sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius.* Si enim sapientes aut potentes elegisset, forte dicerent, quod mundum Christus sapientia, potentia et scientia subiugasset. Ideo elegit piscatores, ut converteret oratores, et non e contrario. Elegit miseros pauperes ad convertendos potentissimos Reges, et non e contrario; ne diceret aliquis: *Mantis nostrae excelsa fecit haec omnia.* Sed iam videamus quomodo, qua arte, tantam multitudinem piscium Domino piscati sunt. Idem Psalmus hoc satis aperte docet dicens: *Exaltationes Dei in gulture eorum: et gladius aucepit in manibus eorum.* Praedicationis verbo et accepit gladio operis et miraculorum, totum mundum Domino prehenderunt. Non enim erat eorum doctrina sicut nostra tepida et sine vigore: sed viva et inflammata, penetrans corda. Hanc miraculorum virtutibus confirmabant; sicut ait Evangelista: *Praedicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* Et utrumque, tam doctrinam, quam miracula, vita coelestis glorificabat. Nam, ut ait Chrysostomus: Si essent morosi, ebriosi, ambiciosi, cupidi, elati, mundus eos magos et maleficos aestimasset, neque doctrinae, neque miraculis credidisset: sed vitae sanctitatis omnia solidabat. Videbant enim viros Angelicos

omnium virtutum exemplaria: et magis de illorum sanctitate, quam de miraculis stupebant. Unde Psalmus: *Conturbati sunt omnes qui videbant eos, et timuit omnis homo.* Et Isaias: *Omnes qui viderunt, dicent, isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*

Vae nobis, quam longe sumus ab eis, qui nunc vobis doctrinae ministerium exhibemus! Nec habemus hamum, neque escam; et ideo non apprehendimus pisces Domino. Sermo languens, vita torpens, nec exemplo allicimus, neque verbo apprehendimus. Non sumus iam piscatores sed venatores. Sic namque Dominus per Ieremiam olim promiserat dicens: *Mittam vobis piscatores, deinde mittam vobis venatores.* Unus piscator quodam reticulo multitudinem piscium congregat in sagena sua; sed venator cum multitudine canum et accipitrum, magno apparatu, et explodendo bombardam, vix unum capit milvum, aut herodionem unam. Sic evenit nobis: Petrus piscator uno sermone, unico tractu prehendit in principio tria millia hominum; et secundo sermone quinque millia; nos centum sermonibus vix unum convertimus ad Christum. Tanta sapientia, tanta doctrina, tanta eloquentia hodie in sermonibus, et utilitas modica, quia deest Spiritus doctrinam vivificans, exemplum doctrinam confirmans. Non piscamus, sed venamus. Sed ex vestra etiam parte hoc provenit. Nam quos tunc Apostoli prehenderant, pisces erant maris perambulantes sentias huius saeculi, caeci et ignorantes Deum, et duces caecorum in tenebris ambulantes, qui illuminati doctrina agnoscebant errorem suum, et facile convertebantur. At modo non estis pisces, sed aves, volatis enim in altum, et volentem capere difficile est. Quis in vobis est, qui nesciat fidem, quam vobis quotidie praedicamus? Si

dicimus adultero: O frater convertere, quia ibis in infernum: ridet, dicens: in hoc ablatctatus sum a matre mea. Si dicis usurario: Time, quia Deus vindicat: vide gloriam sempiternam quam perdis: iridet, dicens: cum hoc verbo mihi nati sunt dentes. Si dicimus uni ebrioso vel lusori: O miser, quid perdis? O miser, attende quia est infernus, quia est gloria, quia Deum habes infensum, quia vindicabit Deus: iam incaluerunt aures audire hoc. Non peccatis ex ignorantia, sed ex malitia. Omnia, quae dicere possumus, bene nostis. Qua ergo arte, quo sermone vosprehendimus, quia omnia nostis? Piscetur vos Deus, quia omnia potest. *Frustra, enim, iacitur rete ante oculos pennatorum.* Qualis autem fuerit piscator vel solus Andraeas, et quantum multitudinem Domino prehenderit, testis est Achaia Provincia, quam maxima ex parte convertit ad Dominum. Sed quanta perseverantia officium sibi a Domino iniunctum exercuerit, testis est finis, quem habuit. In cruce pendeat, et inde piscatur non desinebat. Quamdiu vita et vix duravit, a piscium captura non desistit. Biduo pendens in cruce docebat populum, et oblitus dolorum, salutem zelabat animarum. O egregium piscatorem! O mirabilem concionatorem! O qualis pulpitus eius! Quis tali praedicatori non crederet? Quem verba de cruce praedicata non emollirent? Attendite, fratres, quid patiar, videte, quid sustineo. Si non sunt vera, quae praedico, cur ista libens sustineo? etc.

Varia de SS. Nomine Iesu.

IN E. BERKARDUS AURELI, VOL. IV. SERM. II.

3863. SERTICANO est diledio renovacionis, quae remissionem sectatur. Nihil, nempe, vetustate sordentes peccatores fuerunt Corinthii, quibus I Cor. vii. proponerat Apostolus dicens: *Set abluti estis in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Macula quidem

deformavit animam vestram, sed abluti estis: libido contraxit immunditiam magnam, sed sanctificati estis: reatus obligavit ad poenam sempiternam, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi: quilibet extitit liber a malo, libi dicit, a reata liber.

Et vos, dilectissimi cives et amantissimi fratres, depositis mendaciis, periuriis, blasphemis, alii pompae et nefarius ludii, partialitatibus et luxurii, rapinis et usuris, et ceteris operibus malis, atque omnino mentibus renovatis, induimini Dominum nostrum Iesum Christum, et Christianam conversationem in vestris moribus ostendatis. Induimini, inquam, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut lana colorem, sicut aer lucem, sicut ferrum ignem: lana exterius penetratur: ferrum vero in ignis naturam interius et exteriori quodammodo transformatur.

Colorem Christi representare in conversatione incipiamus, lucem in fidei cognitione, ignem in dilectione. Sicut enim ferrum in ignem missum magis ignis efficitur quam lignum: sic viri ferventes charitate vel induti, discerim vel induti? charitas esse videtur potius, ut emphatice loquar, quam charitate succensit.

Sic renovatos vos opto in virtute Domini nostri Iesu Christi, dilectissimi fratres, quod omnes videam una dilectione coninctos, una charitate ligatos, et uno amore in virtute Domini nostri Iesu Christi unites, promittente Domino (MATT. XVIII): *Qui sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.*

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM: *Matth. 7, 20-21.*

3864. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum.

20. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

21. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, *raca*: reus erit concilio. Qui autem dixerit: *fatias*: reus erit gehennae ignis.

22. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te:

23. relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

Coram istis eloquentissimi oratores obmutescent. Denique isti totum universum doctrina et suis eloquiis subiugabunt et prosternent. O potentiam Dei admirandam, quae cum talibus hominibus totum mundum debellasti! Non elegisti Domine oratores, aut philosophos, aut scribas sapientes in lege. *Quae stultitia sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius.* Si enim sapientes aut potentes elegisset, forte dicerent, quod mundum Christus sapientia, potentia et scientia subiugasset. Ideo elegit piscatores, ut converteret oratores, et non e contrario. Elegit miseros pauperes ad convertendos potentissimos Reges, et non e contrario; ne diceret aliquis: *Mantis nostrae excelsa fecit haec omnia.* Sed iam videamus quomodo, qua arte, tantam multitudinem piscium Domino piscati sunt. Idem Psalmus hoc satis aperte docet dicens: *Exaltationes Dei in culture eorum: et gladius aucepit in manibus eorum.* Praedicationis verbo et accepit gladio operis et miraculorum, totum mundum Domino prehenderunt. Non enim erat eorum doctrina sicut nostra tepida et sine vigore: sed viva et inflammata, penetrans corda. Hanc miraculorum virtutibus confirmabant; sicut ait Evangelista: *Praedicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* Et utrumque, tam doctrinam, quam miracula, vita coelestis glorificabat. Nam, ut ait Chrysostomus: Si essent morosi, ebriosi, ambiciosi, cupidi, elati, mundus eos magos et maleficos aestimasset, neque doctrinae, neque miraculis credidisset: sed vitae sanctitatis omnia solidabat. Videbant enim viros Angelicos

omnium virtutum exemplaria: et magis de illorum sanctitate, quam de miraculis stupebant. Unde Psalmus: *Conturbati sunt omnes qui videbant eos, et timuit omnis homo.* Et Isaias: *Omnes qui viderunt, dicent, isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*

Vae nobis, quam longe sumus ab eis, qui nunc vobis doctrinae ministerium exhibemus! Nec habemus hamum, neque escam; et ideo non apprehendimus pisces Domino. Sermo languens, vita torpens, nec exemplo allicimus, neque verbo apprehendimus. Non sumus iam piscatores sed venatores. Sic namque Dominus per Ieremiam olim promiserat dicens: *Mittam vobis piscatores, deinde mittam vobis venatores.* Unus piscator quodam reticulo multitudinem piscium congregat in sagena sua; sed venator cum multitudine canum et accipitrum, magno apparatu, et explodendo bombardam, vix unum capit milvum, aut herodionem unam. Sic evenit nobis: Petrus piscator uno sermone, unico tractu prehendit in principio tria millia hominum; et secundo sermone quinque millia; nos centum sermonibus vix unum convertimus ad Christum. Tanta sapientia, tanta doctrina, tanta eloquentia hodie in sermonibus, et utilitas modica, quia deest Spiritus doctrinam vivificans, exemplum doctrinam confirmans. Non piscamus, sed venamus. Sed ex vestra etiam parte hoc provenit. Nam quos tunc Apostoli prehenderant, pisces erant maris perambulantes sentias huius saeculi, caeci et ignorantes Deum, et duces caecorum in tenebris ambulantes, qui illuminati doctrina agnoscebant errorem suum, et facile convertebantur. At modo non estis pisces, sed aves, volatis enim in altum, et volentem capere difficile est. Quis in vobis est, qui nesciat fidem, quam vobis quotidie praedicamus? Si

dicimus adultero: O frater convertere, quia ibis in infernum: ridet, dicens: in hoc ablectatus sum a matre mea. Si dicis usurario: Time, quia Deus vindicat: vide gloriam sempiternam quam perdis: iridet, dicens: cum hoc verbo mihi nati sunt dentes. Si dicimus uni ebrioso vel lusori: O miser, quid perdis? O miser, attende quia est infernus, quia est gloria, quia Deum habes infensum, quia vindicabit Deus: iam incaluerunt aures audire hoc. Non peccatis ex ignorantia, sed ex malitia. Omnia, quae dicere possumus, bene nostis. Qua ergo arte, quo sermone vosprehendimus, quia omnia nostis? Piscetur vos Deus, quia omnia potest. *Frustra, enim, iacitur rete ante oculos pennatorum.* Qualis autem fuerit piscator vel solus Andraeas, et quantum multitudinem Domino prehenderit, testis est Achaia Provincia, quam maxima ex parte convertit ad Dominum. Sed quanta perseverantia officium sibi a Domino iniunctum exercuerit, testis est finis, quem habuit. In cruce pendeat, et inde piscari non desinebat. Quamdiu vita et vix duravit, a piscium captura non desistit. Biduo pendens in cruce docebat populum, et oblitus dolorum, salutem zelabat animarum. O egregium piscatorem! O mirabilem concionatorem! O qualis pulpitus eius! Quis tali praedicatori non crederet? Quem verba de cruce praedicata non emollirent? Attendite, fratres, quid patiar, videte, quid sustineo. Si non sunt vera, quae praedico, cur ista libens sustineo? etc.

Varia de SS. Nomine Iesu.

IN E. BERNARDINI SERMONI, VOL. IV. SERM. II.

3863. SERTICANO est diledio renovacionis, quae remissionem sectatur. Nihil, nempe, vetustate sordentes peccatores fuerunt Corinthii, quibus I Cor. vii. proponerat Apostolus dicens: *Set abluti estis in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Macula quidem

deformavit animam vestram, sed abluti estis: libido contraxit immunditiam magnam, sed sanctificati estis: reatus obligavit ad poenam sempiternam, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi: quilibet extitit liber a malo, libi dicit, a reata liber.

Et vos, dilectissimi cives et amantissimi fratres, depositis mendaciis, periuriis, blasphemis, alii pompae et nefarius ludii, partialitibus et luxurii, rapinis et usuris, et ceteris operibus malis, atque omnino mentibus renovatis, induimini Dominum nostrum Iesum Christum, et Christianam conversationem in vestris moribus ostendatis. Induimini, inquam, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut lana colorem, sicut aer lucem, sicut ferrum ignem: lana exterius penetratur: ferrum vero in ignis naturam interius et exteriori quodammodo transformatur.

Colorem Christi repraesentare in conversatione incipiamus, lucem in fidei cognitione, ignem in dilectione. Sicut enim ferrum in ignem missum magis ignis efficitur quam lignum: sic viri ferventes charitate vel induti, discerim vel induti? charitas esse videtur potius, ut emphatice loquar, quam charitate succensit.

Sic renovatos vos opto in virtute Domini nostri Iesu Christi, dilectissimi fratres, quod omnes videam una dilectione coninctos, una charitate ligatos, et uno amore in virtute Domini nostri Iesu Christi unites, promittente Domino (MATT. XVIII): *Qui sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.*

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM: *Matth. 7, 20-21.*

3864. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum.

20. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

21. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, *raca*: reus erit concilio. Qui autem dixerit: *fatias*: reus erit gehennae ignis.

22. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te:

23. relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

Homilia S. Augustini Episcopi.
DE SERM. DOM. IN MONTE CAE. 9.

Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum: id est, nisi non solum illa minima Legis praecepta impleveritis quae inchoant hominem, sed etiam ista quae a me adduntur, qui non veni solvere Legem, sed implere, non intrabitis in regnum caelorum. Sed dicis mihi: Si de illis mandatis minimis cum superius loqueretur, dixit minimum vocari in regno caelorum quisquis unum eorum solverit, et secundum suam solutionem docuerit; magnum autem vocari quisquis ea fecerit, et sic docuerit, et ex eo iam in regno caelorum futurum esse quisquis ea fecerit, et sic docuerit? Quapropter sic est accipienda illa sententia, *Qui autem fecerit et docuerit sic, magnus vocabitur in regno caelorum*: id est, non secundum illa minima, sed secundum ea quae ego dicturus sum. Quae sunt autem ista? Ut abundet iustitia, inquit, vestra super Scribarum et Pharisaeorum, quia nisi abundaverit, non intrabitis in regnum caelorum. Ergo qui solverit illa minima, et sic docuerit, minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima, et sic docuerit, non iam magnus habendus est et idoneus regno caelorum; sed tamen non tam minimus quam ille qui solvit: ut autem sit magnus atque illi regno aptus, facere debet et docere, sicut Christus nunc docet, id est: ut abundet iustitia eius super Scribarum et Pharisaeorum. Iustitia Pharisaeorum est, ut non occidant; iustitia eorum qui intrantur sunt in regnum Dei, ut non irascantur sine causa: minimum est ergo non

occidere; et qui illud solverit, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem illud impleverit ut non occidat, non continuo magnus erit et idoneus regno caelorum, sed tamen ascendit aliquem gradum; perficitur autem, si nec irascatur sine causa: quod si perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet ut non irascamur, non solvit Legem ne occidamus, sed implet potius, ut et foris dum non occidimus, et in corde dum non irascimur, innocentiam custodiamus.

Audistis ergo, inquit, quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, iudicio reus erit. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennae ignis. Quid interest inter reum iudicio, et reum concilio, et reum gehennae ignis? Nam hoc postremum gravissimum sonat, et admonet quosdam gradus factos a levioribus ad graviora, donec ad gehennam ignis veniretur. Et ideo si levius est reum esse iudicio quam reum esse concilio; item levius est reum esse concilio, quam esse reum gehennae ignis; oportet levius esse intelligatur irasci sine causa fratri, quam dicere *Racha*, et rursus levius esse dicere *Racha*, quam dicere *Fatue*. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi gradatim inter peccata commemorarentur.

Unum autem hic verbum obscurum positum est, quia nec graecum nec latinum est *Racha*: cetera vero in sermone nostro usitata sunt. Nonnulli autem de graeco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici *Racha*, quoniam graece pannus dicitur: a quibus tamen cum quaeritur quid dicatur graece pannosus, non respondent *Racha*; deinde posset latinus

interpres ubi posuit *Racha*, pannosum ponere, nec uti verbo quod et in latina lingua nullum sit, et in graeca inusitatum. Probabilis est ergo quod audivi a quodam Hebraeo, cum id interrogassem: dixit enim esse vocem non significantem aliquid, sed indignantis animi motum exprimentem. Has interiectiones grammatici vocant particulas orationis significantes commoti animi affectum: velut cum dicitur a dolente, Heu; vel ab irascente, Hem. Quae voces quarumque linguarum sunt propriae, nec in aliam linguam facile transferuntur: quae causa utique coegit tam graecum interpretem quam latinum vocem ipsam ponere, cum quomodo eam interpretaretur non inveniret.

Gradus itaque sunt in istis peccatis, ut primo quisque irascatur, et eum motum retineat corde conceptum: iam si extorserit vocem indignantis ipsa commotio, non significantem aliquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testantem, qua feriat ille cui irascitur; plus est utique quam si surgens ira silentio premeretur: si vero non solum vox indignantis audiat, sed etiam verbum quo iam certam eius vituperationem in quem profertur, designet et notet, quis dubitet amplius hoc esse, quam si solus indignationis sonus ederetur? Itaque in primo unum est, id est, ira sola; in secundo duo, et ira, et vox quae iram significat; in tertio tria, et ira, et vox quae iram significat; et in voce ipsa, certae vituperationis expressio. Vide nunc etiam tres reatus, iudicii, concilii, gehennae ignis. Nam in iudicio adhuc defensionem datur locus: in concilio autem quamquam et iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur ad concilium pertinere sententiae prolatio; quando non iam cum ipso reo

agitur, utrum damnandus sit, sed inter se qui iudicant conferunt quod supplicio damnari oporteat quem constat esse damnandum: gehenna vero ignis, nec damnationem habet dubiam, sicut iudicium; nec damnati poenam, sicut concilium; in gehenna quippe ignis certa est et damnatio et poena damnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis et in reatu: sed quibus modis invisibiliter exhibeantur meritis animarum, quis potest dicere? Audiendum est itaque quantum intersit inter iustitiam Pharisaeorum, et istam maiorem quae in regnum caelorum introducit, quod cum sit gravis occidere quam verbo irrogare convicium, ibi occisio reum facit iudicio, hic haec ira facit reum iudicio, quod trium illorum peccatorum levissimum est: quia illic questionem homicidii inter homines agitant; hic autem omnia divino iudicio dimittuntur, ubi finis damnatorum est gehenna ignis. Quisquis autem dixerit quod graviore supplicio in maiore iustitia ponitur homicidium, si gehenna ignis panitur convicium, cogit intelligi esse differentias gehennarum.

Sane in tribus istis sententiis subauditio verborum intuenda est. Habet enim prima sententia omnia verba necessaria, ut nihil subaudiatur: *Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* In secunda vero cum ait, *Qui autem dixerit fratri suo, Racha*, subauditur, sine causa, et ita iungitur, *reus erit concilio.* Iam in tertia ubi ait, *Qui autem dixerit, Fatue*, duo subaudiuntur, et fratri suo, et sine causa. Hoc est unde defenditur, quod Apostolus Galatas vocat stultos (GALAT. III, 1), quos etiam fratres nominat: non enim id facit sine causa. Ideo autem hic frater subaudiendus est, quia de inimico postea dicitur quomodo etiam ipse tractandus sit maiore iustitia.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV, SERM. 21.)

3872 **T**ERTIA dulcedo est consolatio, ubi enim est peccati remissio et renovatio vite, necesse est ut spiritualis consolatio subsequatur. Tanta enim est consolatio anime, quae laetatur in Christo, ut paupertas pro divitiis, asperitas pro delicia, et villitas pro honoribus appetitur, cunctaque supplicia pro nomine eius illi dulcia fiunt; plus ei catena placeat quam regius honor aut corona; propter hoc enim dicitur Act. v. cap.: *Non apostolus quiescit pro a conspectu concilii, quoniam digni habuit suum pro nomine Iesu contumeliam pati.*

3873 Igitur si mentem tuam tristitia caligo demerit: si erga te imminet aut procella temporis; si perniciosis ingesserit se turbo ventorum; si mania terrificum animum et horribilium deponant: si quasi tatarum litura maris: navicula quoque fluctibus impetatur, Iesum invoca, qui in aëribus dormire putatur: Iesum, qui nec dormit, nec dormit, et plena fide dic ei: Exsurge, Domine Iesu, quare obdormis, Domine, vel es similis dormienti?

3874 Exurgens proculdubio Iesus vento comminabitur et dicit mari: Tace, et obquelesce: venti confugiunt et complanabuntur: tumidae undae fluctuum collis aequalitatis propriae terminos non excedent: procella converteretur in auram, et tempestas commutabitur in serenam.

3875 Sed si, qui ut dicitur Prov. 12: *Laetatur quum malefecerit, et exultat in rebus pessimis*, hae de nomine Iesu sentire non possunt. Ratio enim est, quia delectatio est coniunctio convergentis cum conveniente.

3876 Quia enim Iesus est pax, quae exasperat amara sensum, *Nus sapit supbia, qui semper in ira quareat*. Quia est intellectus summa, non sapit luxurioso, qui semper mente et sospite quaerit in luxuria delectari: et involvi, sicut sus Iota in volutabro luti. Quia est summa liberalitas, non sapit avaro, qui affectu temporalium Issatah cupidino flagrat. Quia est summe militis, non sapit turbulento et iracundo. Quia est summa facilitas et hilaritas sempiterna, non sapit acidoso et spiritu tristi (qui) desiccat omnium virtutum ossa. Quia vero est charitas consummata, non sapit invidioso. Quia quoque est temperantia summa, non sapit ingluviis dedito, cuius Deus ventur est; sapit enim animae mundae, animae sanctae, animae charitatis fervidae; quia talis cum Propheta Habacuc in cap. dicere potest: *Ego autem in Domino sperabo et exultabo in Deo Iesu meo.*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

(DOM. 2. POST PERT. SERMO 2.)

3877 **N**on abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum, Matthaei quinto.

3878 In hoc Evangelio intendit Dominus duo, scilicet, *revocare* ab amore vanitatis vel terrenitatis, et *informare* ad affectum pietatis et charitatis.

3879 Circa totum nota, quod ad hoc, quod iustitia Evangelii abundet in homine, (quator) requiruntur, scilicet, vera cordis simplicitas; Proverbiorum undecimo: *Iustitia simplicis dirigit viam eius, et in impetate sua corrumpit impius*. Corporis sincera puritas; Ezechielis decimo octavo: *Qui non accesserit ad mulierem menstruantem, hic iustus est*, etc. Sermone evangelica veritas; Psalmus: *Qui operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo*, etc. Operis affectuosa pietas; Proverbiorum quarto: *Iustorum semita quasi lux splendens*, etc. Erant autem iusti ambo ante Deum, etc.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV, SERM. 21.)

3880 **Q**UARTA est dulcedo defensionis; quia nomen Iesu ad tutelam non habere virtutem, sed divinam virtutem et fortitudinem exornantem per carnis fulsere. Non est virtus in carne fragillitudo facta, sed potius occultata. Ita abscondita est fortitudo eius, ut non tantum carnis esset Isachar, sed coeans. Alioquin ad eius imperium daemonia de obsessis corporibus non exivissent: nec superbia potestates, nisi supervenisset fortior, exclamasset Matth. vii: *Quid vobis et tibi, Iesu Fili Dei, cui visisti huc ante tempus torquere ossa.*

3881 Et ut maiorem hoc nomen ad tuam defensionem potestatem habere comprehendas, non voluntatis fuit illa confessio, scilicet, daemone, quae commemorat bonos; sed necessitatis extorsio, quae coarctat invitos. Veluti si fugitivi servi Domini sumi

post multum temporis videant, nil aliud nisi pro verberibus differendis exorant. Igitur si contempnimus acies, si consistant castra, si exurgat adversum te praedum, non formides periculum; nomen Iesu sonet in corde devoto, nomen invoca virtuosum; quia ut dicitur Exod. xv. cap.: *Omnipotens invenit eum curru Pharaonis et exercitum eius profecit in mari*, et sic liberatus est populus Dei.

3882 In huius quoque mysterium Iesus Nave successit Moysi fortis in bello iam nominis Iesu virtute non propria de hostibus triumphabat, ut scribitur Iosue x. Ad hoc exhortandum audi praedum dicem. concipientem spiritu II Tim. ii, dicentem: *Fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Iesu*. Quasi dicat: Arma tua ne relicias ex timore. Sequitur: *Laboro sicut miles Iesu Christi*, quia ut idem II Tim. ii capite ait: *Non convalescit, nisi qui legitime certaverit.*

3883 Si igitur vultus renovatis, et antea consolatione repleta alacris ad pugnam regrederis, invocato nomine Iesu fugiant partes adversae. Nequeunt damnata tartarae noctis phantasmata tanti nominis licent, tantaeque odoris fragrantiam spurcissimi spiritus illi, atque tantam potestatem Iesu Christi nominis scindere. Propterea x cap. Ierem. ad Dominum ait: *Magnus tu, et unigenitum nomen tuum in fortibus.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri

(IN MATTH. CAP. 5.)

3884 **S**EGILLAT ergo Pharisaeos, qui contemptis mandatis Dei, stantibus propriis traditiones, quod non eis prosit doctrina in populis si vel parvum, quod in lege praecceptum est, destruant. Possunt autem et aliter intelligere, quod magistri eruditio, etiam si parvo peccato obnoxius sit, deducatur eum de gradu maximo, nec prosit docere iustitiam, quam minima culpa destruit. Et beatitudo perfecta sit, quae sermone docueris, opere complectere.

3885 Quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. In quibusdam codicibus additur, *sine causa*; ceterum in veris definita sententia est, et ira penitus tollitur, dicente Scriptura: *Qui iras-*

citur fratri suo. Si enim iubemur verberanti alteram praebere maxillam, et inimicos nostros amare, et orare pro persequentibus (Luc. vi. 27-29), omnis irae occasio tollitur. Radendum est ergo, *sine causa*, quia ira viri iustitiam Dei non operatur. (IACOB. 1, 20). *Qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit concilio*. Hoc verbum proprie Hebraeorum est: RACA (רָקָא) enim dicitur *zavot*, id est, *motus* aut *vacuus*: quem nos possumus vulgatae iniuria, *absque cerebro*, nuncupare. Si pro otioso sermone reddidit sumus rationem (MATTH. XII, 36), quanto magis de contumelia! Sed et signanter additur: *Qui dixerit fratri suo raca*. Frater enim noster nullus est, nisi qui eundem nobiscum habet Patrem. Cum ergo similiter credat in Deum, et Christum Dei noverit sapientiam (I COR. 1, 24); quae ratione stultitiae elogiog denotari potest? *Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis*. *Apud zoro* ex superioribus subauditur: *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae*. Qui enim aequae in Deum, credenti dicit fatue, impius est in religione.

3886 *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offers munus tuum*. Non dixit, si tu habes aliquid adversum fratrem tuum, sed si frater tuus habet aliquid adversum te, ut durior reconciliationis tibi imponatur necessitas. Quamdiu illum placare non possumus, nescio an consequenter munera nostra offeramus Deo.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV, SERM. 21.)

3887 **S**ECUNDO principaliter nomen regis Iesu est gratiosum propter spem gratiae; quia dicitur Nazareus, id est, floridus. Sicut enim mare omnium aquarum

rum est principium origiunde, cuius affluentia procedens de plenitudine sua rigat abundantius universum, nullum in se sensibile detrimantur, sed semper efflores, semper renascit plenam: sic in uno Domino Iesu Christo accipere debes eius gratiae plenitudinem: scilicet effluere, non deficere, non vit distribui, non desituri, non ad defectus inopiam, sed ad profectus copiam exhausturi.

3888 Propterea Iohann. 1 cap. scriptum est: *De plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia.* Quadruplicis enim gratiae species animi experitur in nomine Iesu Christi. Prima est gratia illuminans: secunda est gratia inflammans: tertia est gratia roborans: quarta est gratia liberans.

TALERE FLAMMAM
FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN MATTH. CAP. 5.

3889 **D**ico enim vobis, quod nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, et reliqua. Id est, Nisi non solum illa minima legis praecepta impleveritis, quod est iustitia Pharisaeorum, ut non occidant, sed etiam ista quae a me adduntur, quod est iustitia eorum qui regnum Dei intraturi sunt, ut non irascantur, coeleste regnum intrare idonei non estis.

3890 *Audistis quia dictum antiquis est, non occides, etc. In quibusdam codicibus additur ira: Qui irascitur sine causa sed radendum est: qui ira viri iustitiam Dei non operatur.*

3891 *Qui autem dixerit raga, reus est concilio.* Raca est Hebraeum verbum, id est, inanitas aut vacuus: et interpretatur cenos, quem nos vulgata iniuria, absque cerebro possumus nuncupare: quo ergo elogio stultitiae denotari potest qui fideliter Deum credit, et Christum Dei sapientiam noverit?

3892 *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis.* Magni piaculi periculum est, quem Deus appellaverit salem, et

stultorum intelligentiam salientem contumella infatuati sensus lacessere, vel maledicto stultitiae exasperare. Istiusmodi ergo aeterni ignis pabulum erit. Gradus itaque sunt in istis peccatis a levioribus ad graviora, donec ad gehennam ignis veniatur. Nam in iudicio adhuc defensionis locus datur, dum adhuc motus comprimitur corde conceptus: in concilio autem cum iam vox indignantis erupit, non cum ipso reo agitur, utrum damnandus sit, sed inter iudicantes confertur, quo supplicio culpabilis damnatur. Gehenna vero ignis certa est damnatio, et poena damnati. Isti ergo gradus, quibus modis invisibiliter exhibeantur animarum meritis, quis dicere potest? Nomen gehennae traxisse putant a valle idolis consecrata, iuxta murum Ierusalem olim cadaveribus mortuorum repleta, quam et Iosue Rex contaminasse in Regum libro legitur.

3893 *Si ergo offeras munus tuum ad altare, et reliqua. Istud secundum litteram fieri potest, si praesens est frater, qui habeat aliquid adversum nos, id est, quem nos laesimus, nam nos adversus illum habemus, si nos ille laeserit, ubi opus non est a faciente iniuriam, veniam postulare: sed tantum ut dimittas, sicut tibi a Deo commissi cupis dimitti. Spiritually ergo cogimur intelligere fidem esse altare in templo Dei, quod nos sumus, super quod spiritaliter donum sive prophetia sive oratio, sive aliud aliquid quod Deo bene offeratur, aliter acceptum non erit, nisi fidei puritate fulciatur: et si in mentem venit, ut adversus fratrem aliquid habeamus, necesse est ut coram Deo chara cogitatione ad fratrem recurramus celerissimo dilectionis affectu, atque intentionem inde revocantes, coeptum munus perficiamus.*

Varia de SS. Nomine Iesu.

(IN E. BERNARDI SERMO, VOL. IV, SERM. 2).

3894 **A**d spem primae gratiae sublevarit nomen regis Iesus, quia dicitur gratia illuminans. Illuminatur enim intellectus ad devotam invocationem nominis Iesu Christi, quia ut scribitur Zach. 11 cap. 1. *Oratio Nomen eius, id est veluti sol irradians humanam mentem.* Sicut enim sol iste materialis diffundens radios suos ostendit ea, quae in mundo sunt, dum materialem exhibet claritatem; ita solare nomen Iesu mentes irradiat, ut videant ea, quae sunt in Deo secundum perspicuam veritatem.

3895 Non enim illuminat hoc nomen in superficie tantum phalaesque verborum et viridantium voluptate verumla foliorum: sed medullis sensuum, sed claritate rationum, sed veritate sententiarum. Unde in principio Apoc. 1 c. habetur: *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Dominus palam facere servis suis.* Apocalypsis enim revelatio interpretatur, quae per Iesum Christum facta est in morte Dauidi scisso velo.

FERIA QUINTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.
IN MATTH. HOMIL. 16.

3896 **D**ico enim vobis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum. Quod si circa veterem legem minaretur cur dixisset: *Nisi abundaverit?* Ali enim qui eadem ipsa, quae illi, faciebant, non poterant secundum iustitiae rationem abundare. Sed quid erat illud quod abundabat? Non irasci, mulierem non impudice respicere.

3897 Cur ergo minimas illas vocavit leges, etiamsi tantae tanque sublimes sint? Quia ipse legem inducturus erat. Sicut enim se humiliat, et modeste saepe de seipso loquitur: sic etiam circa legem suam agit; ut nos quoque hic doceat in omnibus modeste agere. Alioquin autem quia innovationis suspicio quaedam esse videretur, demissiore interim loquendi genere utitur. Cum vero audis mini-

um in regno coelorum, ne aliud suspiceris quam gehennam atque supplicium. Regnum enim solet appellare, non usumfructum modo, sed etiam resurrectionis tempus, et adventum illum terribilem. Nam quomodo rationi consentaneum esset, eum qui fratrem stultum vocat, et qui mandatum unum violat, in gehennam incidere; illum vero qui omnia praecepta solverit, et alios ad idipsum induxerit, in regno locari? Non igitur hoc dicit, sed illum eo tempore minimum futurum, id est, abiectum, ultimum. Ultimus autem tunc in gehennam incidet. Etenim utpote Deus multorum negligentiam praevidebat, et quosdam futuros esse qui illa per hyperbolen solum dicta esse putarent, et qui circa leges ratiocinarentur et dicerent: Si ergo quis fatuum vocaverit, punitur? si mulierem simpliciter respexerit, moechus efficitur? Ideo illam tollens scordiam, minas intentat maximas utrisque, et transgredientibus, et alios ad hoc inducentibus. Minas itaque cernentes, neque ipsi transgrediamur, neque haec servare volentes avertamus. *Qui autem fecerit et docuerit, inquit, magnus vocabitur.* Non enim nobis tantum, sed et aliis utiles esse debemus. Neque enim par merces est ei qui se ad recte faciendum comparat, et ei qui secum alium ad id adducit. Quemadmodum enim docere et non facere, condemnat docentem, nam ait: *Qui docet alium, lapsus non docet?* (Rom. 11, 21) sic facere, nec alios ad faciendum inducere, mercedem minuit. Oportet igitur in utroque supremum esse, et cum te priorem ad benefaciendum induxeris, ad aliorum curam transcendum. Ideo enim ipse operam ante doctrinam posuit, ostendens sic optime quonvis se ad docendum comparare, neque alio modo unquam. Auditorus esset enim, *Medice, cura te ipsum.*

(LUC. IV, 23). Qui enim cum scipsum docere non poterit, alios emendare conatur, a multis iridebitur; imo ne docere quidem ille poterit, ipsis operibus contraria testificantibus. Si vero in utroque perfectus fuerit, magnus vocabitur in regno caelorum. *Dico enim vobis, Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Hic iustitiam, omnem vocat virtutem; ut etiam de Iobno narrans dicebat: *Et erat homo irreprehensibilis, iustus (Iob. i, 1).* Secundum hanc iustificationem iustum illam Paulus vocabat, cui legem non positam esse dicebat: *Iusta enim lex non posita est* (I TIM. I, 9), inquit. Saepaque alibi hoc nomen pro generali virtute positum reperire est. Tu vero mihi perpende gratiae augmentum, quando discipulos adhuc rudes vult veteris legis doctoribus esse meliores. Scribas autem et Pharisaos hic non improbos commemorat, sed probos; nisi enim probi essent, nequaquam eos diceret habere iustitiam, neque iustitiam non existentem cum existente compararet. Perpende autem hoc loco quomodo esse veterem legem commendat, dum eam comparat cum nova: quod sane declarat illam huius esse cognatam et affinem; nam plus et minus eiusdem generis sunt. Non igitur veteri obtruncat, sed illam augeri vult et extendi: quae si a malo prodiret, non amplius quid in illa quaereret, neque illam perfectiorem reddidisset, sed exprolosisset. Et quomodo, inquit, si talis est, in regnum iam non inducit? Non inducit certe eos qui post Christi adventum vitam instituerunt, utpote qui maiorem consequuti virtutem, maiora debent adire certamina, nam alumnos suos omnes eo introducit. *Multi enim venient ab oriente et occidente, inquit, et recumbent in sinu Abrahae et Isaaci et Iacobi* (MAT.

TH. VIII, 11). Lazarus certe, qui magnis fruitur praemiis, in eius sinu versans apparet (LUC. XV). Et quotquot in veteri lege admodum refulsere, id per illam assequuti sunt. Christus vero, si lex illa mala et aliena fuisset, non illam omnem implevisset. Nam si id solum fecisset ut Iudaeos attraheret, non autem ut ostenderet eam cognatam esse et affinem novae legi, cur non etiam gentilium leges et mores implevisset, ut gentiles pertraheret?

Undique ergo palam est eam a Christo non induci, non quod mala sit, sed quod maiorum sit praeceptorum tempus. Etiam si vero imperfectior sit quam nova, id certe non probat ipsam esse malam; alioquin autem nova in eandem incidere conditionem. Si quidem huius scientia, si cum futurae vitae scientia comparatur, exigua et imperfecta est, atque illa veniente evacuat. Nam, *Cum venerit, inquit, quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est* (I COR. XIII, 10); quod per Novam Vetus perpessa est. Nec tamen propterea illam criminabimur, licet illa cesset, cum nos regno potiemur: *Tunc enim evacuabitur quod ex parte est*, inquit: illam tamen magnam dicimus. Cum itaque maiora sint praemia, ampliorque Spiritus virtus, iure maiora requiruntur dona. Non iam terra lacte et melle manans promittitur, non senectus vivida, non multitudo filiorum, non frumentum et vinum, non greges et armenta; sed coelum et coelestia bona, adoptio et fraternitas cum Unigenito, haereditatis consortium, gloriae et regni societas, innumeraque illa praemia. Quod autem maiori auxilio fruamur, audi Paulum dicentem: *Nihil ergo iam damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulavit, sed secundum spiritum. Lex enim spiritus vitae liberavit me a lege peccati et mortis* (ROM.

VIII, 1-2). Comminatus itaque transgressoribus, et magna pollicitus praemia re, etc agentibus, ut ostendit plus a nobis iure exigi, quam mensuras priores, deum leges statuere incipit, non simpliciter, sed facta cum antiquis legalibus comparatione; haec duo volens ostendere, se videlicet non priora impugnantem, sed cum illis admodum consonantem, has statuere leges, ac iure opportuneque haec nova veteribus adiungere. Quod ut clarius evadat, ipsa legislatoris verba audiamus. Quid igitur ait ille?

Varia de SS. Notatur Iesu.

(EX S. BERNARDINI SERMON. VOL. IV, SERM. 71.)

3999 **U**NDI Ioh. IX. Caeacus illuminatus mystice ait: *Ille homo, qui dicitur Iesus, tubum fecit, et tenuit oculos meos, et dixit mihi: unde ad natatoria Syria, et ibi et laevi et vidi;* visio enim pertinet ad cognitionem, unctio vero ad exultationem. Novimus enim dici, quoniam si quis oleum in ore tenuerit, et ad aquarum profundum descendens illud exsufflaverit, reddita aquae superficie clariorem et abscondita producit in lucem. In tenebris usque adhuc sumus: caligat oculus, cespitat gressus, atretat manus, nec recedit nullum: non nobis manifestatur occultum, non recipimus visum, nisi Iesus suae fulgentiae lumine radioso, vel radio luminoso nobis fiat in cordibus nomen suum.

3999 **L**umen est enim nomen Iesu, quod in aethere cordis nostri mystica reserat: sicut lumen solis materialia manifestat. Unde Bernard. Nonne huius nominis Iesu Deus vocavit nos: in admirabile lumen suum. Dictionum contextu mihi ministratur exterius per sermonem: sed nisi Iesum docentem interius habeamus, vocis occultam ignoro virtutem. Nam sicut scribit Ioh. I: *Ipsa est, qui illuminavit omnem hominem venientem in hunc mundum.*

FERIA SEXTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

(DE MATTHEO, HOMIL. 54.)

3999 **A**NTIQUUS quia dictum est antiquus, Non occides (EXOD. XX, 15) Atque is qui illa dedit, ipse est; sed interim impersonaliter haec ponit.

Si enim dixisset: Audistis me dixisse antiquus, non acceptus fuisset hic sermo, nec audientibus probatus; si vero dixisset: Audistis quia dictum est antiquus a Patre meo, deindeque intulisset, Ego autem dico, maior arrogantia visa fuisset. Quapropter hoc simpliciter posuit ad hoc unum spectans, ut ostenderet se iam opportuno tempore hoc dicere. Cum enim ait, *Quia dictum est antiquus*, multum intercessisse temporis declaravit, ex quo hoc praeceptum acceperat. Hoc vero fecit, ut auditorem pudesceat, ad sublimiora illa adire praecepta cunctantem; uti solet magister puero dicere negligenti: An nescis quantum temporis in syllabarum meditatione consumpseris? Hoc et ipse antiquorum nomine subindicans, evocat illos ad praecepta meliora, ac si diceret: A satis longo tempore haec meditamina: oportet demum ad sublimiora pergere. Bene autem agitur quod praeceptorum ordo non confundatur, sed a priore incipitur, a quo lex incipit: etenim illud ipsum concordiam ostendit. *Ego autem dico vobis, quoniam qui irascitur fratri suo temere, reus erit iudicio.* Vidisti perfectam potestatem? vidisti modum legislatorum competentem? Quis enim prophetarum sic unquam loquutus est? quis iustorum? quis patriarcharum? Nullus sane; sed, *Haec dicit Dominus.* Verum non ita Filius. Illi quippe Domini verba pronuntiant, hic Patris. Cum autem ea quae Patris, ea quae illius sunt dico, *Mea enim, inquit, tua sunt et tua mea sunt* (IOANN. XVII, 10). Illi conservis legem ferebant, hic servis suis. Interrogemus igitur eos qui veterem legem explodunt. Non irasci et non occidere contrariane sunt, annon potius hoc illius est perfectio et complementum? Palam est hoc illius esse complementum, ideoque maius. Nam qui in iram non concitatur,

multo magis a caede abstinere: et qui iram frenat, multo magis manibus retinebit. Radix enim caedis, ira. Qui ergo radicem excindit, multo magis ramos auferet: imo vero neque nasci sinet.

3902

Non igitur ad legis abrogationem, sed ad maiorem facilioremque eius custodiam, has afferbat leges. Quid enim volebat lex cum haec praeciperet? Annon ut nemo proximum suum occideret? Igitur impugnatorem legis homicidia oportuerat imperare: nam occidere et non occidere contraria sunt; si vero ne irasci quidem permittat, illud perfectius statuit quod lex volebat. Non enim perinde abstinere a caede, qui non occidere meditatur, atque ille qui iram sustulit, hic quippe longius abest a tali facinore. Ut autem illos alio modo confutemus, ea quae dicunt proferamus in medium. Quenam dicunt igitur? Deum qui mundum fecit, qui solem oriri facit super iniquos et bonos, qui pluit super iustos et iniustos (MATTH. V, 45) esse malum. Qui vero moderatores apud illos sunt hoc repudiant; dum autem dicunt illum esse iustum, bonam tamen esse negant. Alium vero quemdam, qui vere nullus est, et qui nihil creavit, Christo dant Patrem. Et illum quidem non bonum in rebus ad se pertinentibus manere, et sua conservare dicunt: bonum autem in aliena irrurere, eorumque, quorum ipse creator non est, repente velle servatorem esse. Vidistine diaboli filius, quomodo ex patris sui fontibus loquantur, quando creationem a Deo alienant, cum tamen Ioannes clamat: *In propria venit, et mundus per ipsum factus est?* (IOANN. I, 11). Deinde legem examinantes veterem, qua subetur oculum pro oculo, dentem pro dente evelli, statim irrumpunt et dicunt: Et quomodo possit is qui haec dicit, esse bonus? Quid igitur ad haec dicamus?

Hanc maximam esse benignitatis speciem. Non enim ut nos vicissim oculos eruamus hanc posuit legem; sed ut metu parvis infligendae poenae, abstinemus et tali erga alios facinore. Quemadmodum etiam Niniivitis excidium comminatus est, non ut illos perderet (nam si id voluisset, tacere oportuerat); sed ut metu meliores factos videns, iram sedaret: sic etiam iis, qui temere in aliorum oculos involant, supplicium adduxit; ut si ex bono proposito noluerint a tali crudelitate abstinere, metu tamen coercerentur ne oculos proximi laedant. Si porro illud crudelitas sit, crudele item erit, homicidiam cohibere, et moechum arcere. At stultorum haec verba sunt: et extremo furore captorum. Ego enim tantum abest ut dicam haec esse crudelitatem, ut his contraria secundum humanam rationum affirmem iniqua esse. Tu enim dicis ideo crudeliter esse, quod iusserit oculum pro oculo erueri; ego autem dico, si non hoc iussisset, tunc videretur multis is esse, quem tu ais. Supponamus enim totam legem abrogatam fuisse, neminemque timere supplicium in illa indictum: sed licere facinorosis omnibus cum libertate moribus uti suis: moechis nempe, homicidis, furibus, periuris, parricidis: nonne omnia sus deque verterentur, et innumeris facinoribus atque caedibus urbes, fora, domus, mare, terra et totus orbis replerentur? Hoc nemini non notum est. Si enim stantibus legibus et timore atque minis, vix malignae voluntates coercentur: si haec ablata fuisset cautio, quid impediret ne malitia dominaretur? quanta non pestis in humanam vitam grassaretur? Neque enim id solum crudele esset, si facinorosi quae vellent agere permitterentur; sed et aliud illo non minus perniciosum foret, si qui nihil laesisset, et sine causa male pas-

sus esset, sine auxilio maneret et negligenteretur. Dic enim mihi, si quis sceleratos viros undique colligans et gladiis muniens, iuberet urbem totam circumire et obvios quosque trucidare, an quid posset immanius excogitari? Contra vero si quis alius, armatos illos vinculis restrictos in carcerem cum vehementia traderet, illos autem qui mox interficiendi erant, ex iniquorum manibus arripere, num illo humanius quidpiam dici possit? Haec igitur ad legem transferenda exempla, nam qui iubet oculum pro oculo erueri, ceu vinculum quoddam firmum in facinorosorum animos coniecit, eoque similis est, qui gladiis armatos illos coereuit: qui vero nulli addiceret supplicio, hac licentia pene illum armare, illumque imitaretur, qui armato gladiis viros per totam urbem mitteret.

3903

Videte quomodo non crudelitate, sed benignitate magna plena sint praeccepta? Si vero propterea legislatorem molestam onerosumque vocas, quid molestius, quaeso, et quid onerosius sit, non occidere, an non irasci? Quis severior, qui homicidii poenas repetit, an qui iracundiae? qui moechum post peractam rem, supplicio subicit, an qui ipsius concupiscentiae iubet dare poenas et poenas immortales? Videte, in contrarium illis conversum esse sermonem. Nam veteris legis Deus, quem ipsi dicunt crudelem esse, mansuetus invenitur; novae autem legis Deus, quem esse bonum ipsi fatentur, molestus et onerosus secundum illorum stultitiam. Nos quippe unum eundemque dicimus utriusque Testamenti legislatorem, qui omnia ut decebat dispensavit, et temporum discrimini utriusque legis differentiam apavit. Igitur nec illa praeccepta crudelia, neque haec onerosa vel molesta, sed utraque ab una eademque provi-

dentia proficiuntur. Quod enim ipse veterem quoque legem dederit, audi Prophetam dicentem, imo (dicendum est) et illum et Prophetam: *Disponam vobis testamentum, non secundum testamentum quod disposui patribus vestris* (IER. XXXI, 31, 32). Quod si hoc non recipiat is qui Manichaeorum morbo laborat, audiat Paulum hoc ipsum rursus dicentem: *Abraham enim duos filios habuit; unum de ancilla, et unum de libero. Haec autem sunt duo testamenta* (GALAT. IV, 22, 24). Quemadmodum ergo illic diversae sunt mulieres, unam autem vir; sic et hoc loco duo Testamenta, unum legislator. Et ut discas, unam eandemque fuisse utrobique mansuetudinem: illic quidem dixit: *Oculum pro oculo*; hic autem: *Si quis te percusserit in maxillam dexteram, verte illi et alteram*. Quemadmodum enim illic timore supplicii laedentem retinet; hic quoque eodem modo. Et quomodo, inquires, cum iubeat illum et aliam praebere? Quid hoc tandem? Non enim ut metum solvat hoc praecipit, sed iubet praebere ipse modum se prorsus satiandi; neque dixit illum impune fore, verum tu ne punias; simul percussorem si persistat magis terrens, et percussum consolans. Verum haec, ut si quis in transcurso de omnibus praecceptis loquantur, a nobis dicta sunt. Iam ad propositum redire necesse est, necnon seriem prius dictorum repetere. *Qui irascitur fratri suo temere, reus est iudicio*, inquit. Non enim prorsus rem sustulit; primo, quia non potest homo animi affectibus prorsus liberari; sed illos retinere quidem possumus, absque illis omnino esse non possumus; deinde, quia ille animi motus utilis est, si illo sciamus oportune uti. Perpende enim quanta bona attulerit Pauli ira contra Corinthios. Nam et illos a magna peste liberavit; Galatarum item gentem la-

psam per hanc recuperavit, aliosque multos. Quod ergo tempus iras opportunum est? Quando non nos ipsos ulciscimur, sed alios petulantes reprimimus, desides convertimus. Quod tempus non opportunum? Quando nos ipsos ulciscentes id facimus. Quod Paulus prohibens dicebat: *Non vosmetipsos vindicantes, dilecti, sed date locum irae* (Rom. xii, 19). Quando de pecunias ligamus. Nam et hoc his verbis sustulit: *Quare non magis iniuriam accepisti? quare non magis fraudem patimini?* (I. Cor. vi, 7). Sicut enim haec ira supervacanea est, sic illa necessaria et utilis. Verum multi e contrario faciunt, effera, cum iniuria afficiuntur, resoluti et molles, cum faesum alium vident: quae ambo contraria sunt evangelicis legibus. Non ergo irasci iniquum est, sed inopportune irasci. Ideo Propheta dicebat: *Irascimini, et nolite peccare. Qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit concilio* (Psalm. IV, 3). Concilium hic, iudicium Hebraeorum vocat. Quod ideo nunc posuit, ne ubique videretur nova et peregrina dicere. Illud autem, *Raca*, non magnae contumeliae vox est, sed potius contemptus et negligenciae. Quemadmodum enim nos famulis aliisque infimi gradus imperantes dicimus: *Vade tu, die tu illi*: sic qui Syrorum lingua utuntur, voce *Raca* uti solent. Tu significantes. Sed benignus Deus vel minima evellit, iubens nos reverenter mutuo agere, et cum honore decenti, ut per haec etiam maiora tollerantur. *Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis*. Hoc praeceptum multis grave et onerosum visum est: si pro uno simplici verbo tantum debeamus supplicium luere. Quidam vero hoc ipsam hyperbolice dictum existimant. Sed vereor ne verbis hic nos decipientes, reipsa extremum subeamus supplicium.

Cur, quaeso, onerosum videtur esse praeceptum? An nescis pleraque supplicia et peccata a verbis initium ducere? Per verba enim blasphemiae et abnegatio Dei; per verba, haec convicia et contumeliae, periuria, falsa testimonia, ipsa homicidia. Ne igitur id attendas, quod unum sit verbum; sed an multum habeat periculi, hoc examina. An ignoras, inimicitarum tempore, cum ira suscipitur animus et inflammatur, rem minimam magnam videri, et modicum convicium molestum esse? Saepeque haec parva et homicidiorum causa fuere, et civitates integritas subverterunt. Sicut enim inter amicos etiam quae molesta sunt, laevia ducuntur: sic, inimicitia suborta, vel minima intolerabilia videntur. Etiam si simpliciter dicta sint, malo animo prolata existimantur. Ac quemadmodum in igne, si parva scintilla sit etiam innumera ligna adiaceant, non facile inflammantur; si vero iam in altum flamma consurgat, non ligna modo, sed etiam lapides etiamque incidentem materiam facile corrumpit; et per quae restingui solet, per haec violentius ardet: quidam enim dicunt non lignum modo, stuppam aliaque ignis alimenta, sed etiam immixtam aquam magis vim ignis excitare; sic et in ira accidit: quidquid dixeris, alimentum maligni incendii statim efficitur. Quae omnia Christus ante comprimens, cum qui temere irascitur iudicio condemnavit: *ideo dixit, Qui irascitur, reus erit iudicio*, dicentem vero, *raca*, reum esse ait concilio. Sed haec nondum magna sunt: in hoc enim saeculo puniuntur. Ideoque ei qui fatuum appellaverit, gehennae ignem adiecit; nunquam primum gehennae vocem protulit. Prius enim multa de regno loquutus, tunc eam memoravit; ostendens illud quidem benignitatis et voluntatis suae esse, hanc vero nostrae spooridae.

Ac vide quomodo paulatim procedat in supplicio, quasi sere sese apud te purgare, ostendens, se quidem nullas similes minas intentare velle, nos autem illum ad tales denuntiationes compellere. Animadvertite enim. Dixi, ne frustra irascaris, nam reus eris iudicio: primum illud contempsisti. Vide quid pepererit ira: ad contumeliam inferendam te statim pertraxit. *Raca* enim vocasti fratrem tuum; rursus aliam constitui poteram, nempe concilii. Si haec etiam despecta, ad aliud procedas gravius, non ultra te moderatis hisce poenis ulciscar, sed immortalis gehennae supplicio, ne demum ad caedem etiam prosilias. Nihil est enim, nihil est utique contumelia intolerabilis, nec quod magis possit humanum mordere animum. Quod si dictum illud contumeliosius et acrius fuerit, tum duplex fit incendium. Ne igitur leve existimes esse aliquem vocare fatuum. Quando enim illo, quo a brutis differimus, et quo maxime homines sumus, mente scilicet atque prudentia fratrem spoliis, omni illum nobilitate privasti. Ne itaque verbis solum attendamus, sed res ipsas, et affectum considerantes, cogitemus quantum hoc verbum plagam inferat, et in quantum malum perveniat. Ideo Paulus non moechos tantum et molles, verum etiam maledicos a regno exclusit (I. Cor. vi, 10): et iure quidem. Nam contumeliosus charitatis bonum pessumdat, ac secerit proximum involvit malis, perpetuas fovet inimicitias, Christi membra disceperit, pacem illam Deo optabilem quotidie pellit, latam diabolo per contumelias parans viam, illiunque efficiens fortiozem. Ideo Christus nervos illius potentiae exscindens, hanc legem induxit. Magna quippe est illi charitatis cura. Haec quippe est omnium mater bonorum, certa discipulorum nota, quae omnia nostra continet.

Iure ergo radices et fontes inimicitiae quae illam pessumdat cum vehementia multa Christus amputat et tollit. Ne igitur haec per hyperbolice dicta putes, sed cogitans quanta bona parere possint, harum mansuetudinem legum mirare. Nihil enim ita curat Deus, ut nos multis vinculis colligari. Ideo et per se ipsum et per discipulos suos, tam in Novo quam in Veteri Testamento, multo hoc praeceptum sermone commendat, et vehemens vindex est eorum qui haec despiciunt. Etenim nihil ita malitiam omnem inducit et fundat, ut charitatis remotio. Ideo dicebat: *Cum abundaverit iniquitas, refrigescet charitas multorum* (Matth. xxiv, 12). Sic Cain fratre sua factus est, sic Esau, sic fratres Iosephi; sic innumera exorta sunt mala, avulsa charitate. Ideo ille ea, quae ipsam pessum dare possunt, cum magna accusatione removet.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINI SERMONE, VOL. IV, SERMO II.)

Est quid mirum, si doceat liber vitae, si revelat magister discipulis arca sapientiae? In quo secundum Apostolum ad Colos. ii, *sciat omnes thesauri absconditi sapientiae et scientiae Dei*. In hac stipulente libro illi patres antiqui per meditationem et contemplationem sic studebant, quod divini mysteris eruditio litteris, mortuis et palpantibus non egebant. Tu vero quanto magis a terra subtraheris, et ad alta extolleris, dum ad Iesum convertis, intuitum mentis recipis lumen verum. Nam ut dicitur Matth. xxvii, *Apostoli ad montem supercilium iam assumpti, et in mentis specula iam constituti, levantes oculos novum viderunt, nisi solum Iesum*. Propter hoc erat olim in gloria populus Iudeorum; quia *Notus in Iudaea Deus, in Ierusal magnum agnominatus eius* (Psalm. lxxv). Nunc vero quia perdidimus Iesum, caecitas pervertit in eis, nunc intantur solam faciei Moysis claritatem; solam habent superstitionis superficium, non sapientiae veritatem: aridi (sicut videntur) lumen veritatis, solum imbuti littera quae occidit.

SABBATO

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.
IN MATTH. HOM. 85.

3907

NEQVE in supradictis gradum stitit, sed alia plura adhibet, quæ ostendit quantum eius habeat rationem. Nam cum per concilium, per iudicium et per gehennam ignis comminatus esset, alia adiecit præcedentibus consona, nempe: *Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum.* O bonitatem, o benignitatem, quæ omnem sermonem superat! Honorem suum despicit pro charitate erga proximum; ostendens, se prius comminatum esse, non ex inimicitia quadam, vel ex cupiditate inferendi supplicii, sed ex amore ferventi. Quid enim hæc verbis mansuetius fingi possit? Interrumpatur, inquit, cultus meus, ut charitas tua maneat. Nam vere sacrificium est reconciliatio cum fratre. Ideo non dixit, Postquam obtuleris, vel, Antequam offeras; sed ipso munere præsentis, et iam sacrificio incipiente mittit eum, ut se cum fratre reconcillet, nec propre confecto sacrificio, nec antequam munus attulerit, sed illo in medio lactente iubet illic accedere. Cur ergo sic iubet id agere, et quæ de causa? Hæc ambo, ut nihil quidem videtur, subindicans, et agens: ut nunc quidem, ut iam dixi, ut ostendat se charitatem magni facere, et illam esse putare maximum omnium sacrificium, sequæ sine charitate sacrificium non admittit; secundum autem, ut reconciliationis inevitabilem necessitatem afferat. Nam qui iussus est non prius offerre, quam reconciliaretur, etiamsi non ex amore proximi, saltem ne sa-

cificium imperfectum maneat, properabit ad offensum fratrem, ut inimicitiam solvat. Ideoque omnia emphaticis expressit verbis, terrens illum excitansque. Cum dixisset enim, *Relinque munus tuum*, non ibi substituit, sed subiunxit, *Ante altare*, et postquam ex loco in horrorem quendam coniecit, *Et vade*. Nec tantum dixit, *Vade*, sed adiunxit, *prius, et tunc veniens offer munus tuum*; per hæc omnia declarans, hanc mensam non admittit eos qui inimicitias mutuo exercent. Audiant initiati, qui cum inimicitias accedunt: audiant et qui nondum sunt initiati: nam ad hos quoque sermo quodammodo pertinet. Offerunt enim et ipsi donum et sacrificium, orationem dico et elemosynam. Quod enim hæc sacrificium sint, audi Prophetam dicentem: *Sacrificium laudis honorificabit me* (PSAL. XLIX, 23); et rursum, *Inmola Deo sacrificium laudis* (Ibid. 14); et, *Elevatio manuum iustorum sacrificium vespertinum* (PSAL. CXL, 2). Itaque si orationem cum tali affectu proferas, melius est relinquere orationem, et ad te cum fratre reconciliandum proferre, tuncque orationem offerre. Propter hoc enim omnia facta sunt; propter hoc Deus homo factus est, et omnia illa est operatus, ut nos congregaret. Hic igitur lædentem ad læsum misit; in oratione vero læsum ducit ad lædentem, et reconciliat. Illic enim ait: *Dimitte hominibus debita* (MATTH. VI, 14); hic vero: *Si habet aliquid contra te, vade ad eum. Imo vero hic nihil videtur læsum mittere; quapropter non dicit, Reconcilia te ipsum fratri tuo, sed, Reconciliare: et videtur quidem hoc de lædente dici; sed totum ex persona læsi dicitur. Si enim illi reconciliatus fueris, inquit, per tuam erga eum charitatem, me etiam habebis propitium, et cum multa fiducia poteris sacrificium offerre. Si vero adhuc indigna-*

ris, considera me libenter contemni me iubere, ut vos amici evadatis. Et hæc tibi sit in ira consolatio. Non dixit, Cum graviter offensus es, tum reconciliare; sed, Etiamsi leve quidpiam contra te habuerit. Neque adiecit, Sive iuste, sive iniuste; sed simpliciter, Si habuerit aliquid adversum te. Etiamsi enim iuste, neque sic deest inimicitiam diutius fovere; quandoquidem et Christus iuste nobis irascebatur, attamen seipsum pro nobis dedit occidendum, non imputans nobis illa peccata.

3908 Ideo Paulus alio modo nos ad reconciliationem agens, dicebat: *Sol non occidit super iracundiam vestram* (EPIST. IV, 26). Quemadmodum enim hic a sacrificio Christus, ita illic Paulus a die ad ipsum hortatur. Timet quippe nocem, ne forte solum excipiens sauciatum, maius ulcus efficiat. In die namque multi sunt qui avellunt et distrahunt; in nocte vero, cum solus sit, et hæc animo verset, intumescunt fluctus et maior fit tempestas. Ideo hæc præventens Paulus, reconciliatum vult neci tradere, ut nullam ex quiete possit diabolus ansam arripere ad iræ fornacem accendendam, et vehementiorem efficiendam. Sic etiam Christus non permittit vel tantillum differre, ne completo sacrificio, negligentior ille foret, exque die in diem differret. Novit enim hanc animi morbum multa egere celeritate; atque ut sapiens medicus non modo quæ præservent a morbis adhibere occupat, sed etiam quæ mederi possint ostendit: sic et ille agit. Nam cum prohibet ne quis fituus appelletur, id prævium remedium est ad inimicitiam vitandam; cum vero præcipit reconciliationem, id morbos, qui post inimicitiam suboriri solent, præcidit. Vide autem quam vehementer utrumque ponatur, Illic enim gehennam comminatus est; hic vero do-

num non recipit ante reconciliationem, vehementem iracundiam esse monstrans, ac per hæc omnia et radicem et fructum avellens. Et primo quidem ait: *Ne irascaris*; postea vero, *Ne conviciaris*. Nam hæc ambo sese mutuo fovent et augent: ab inimicitia convicium, a convicio inimicitia. Ideoque nunc radici, nunc fructui remedium admovent, ut impediatur ne malum oriatur: si vero germinaverit et fructum ferat pessimum illum undique comburit.

Verba de SS. Nominis Iesu.

(EX A. BERNARDINO MENENDI, VOL. IV, SERM. 51)

3909 **S**CRIFICIUM gradum sperare debet anima in nomine regis Iesu, quæ nominator inflammans: secundum enim Bernard. per nomen Domini venit ad rem nominis, quia per cognitionem sui nominis, venit ad dilectionem et fruitionem sui nominis. Hinc Proph. ait: (PSAL. LIII). *Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est*. Super quo ait Augustinus: Nomen Domini bonum est, quia ipsum bonum est, quo boni sumus, ut ipsum diligamus, et totum cor ponamus ad eum laudandum et amandum.

3910 Hic etiam Cant. 1 cap. scriptum est: *Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Quod exponens Origen. ait: Pium est, quod ad effusionem olei sequitur loci impingutio, in quo facta est olei effusio. Sic necessarium est, ut coribus in quibus fuerit nomen Domini frequentatum, pinguis deo sit subsequatur, quæ adolescentulæ, id est, novæ animæ in postnitentia labore ad curandum post dilectum ardentissime exierit in amore.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Marc. VIII, 1-9.

1. Ille temporis: Cum turba multa esset cum Iesu, et nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait IESUS.

2. Misereor super turbam: quia ecce iam triiduo sustinent me, nec habent quod manducent:

3. et si dimisero eos iugiter in domum suam, deficiunt in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

SABBATO

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.
IN MATTH. HOM. 85.

3907

NEQVE in supradictis gradum stitit, sed alia plura adhibet, quæ ostendit quantum eius habeat rationem. Nam cum per concilium, per iudicium et per gehennam ignis comminatus esset, alia adiecit præcedentibus consona, nempe: *Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum.* O bonitatem, o benignitatem, quæ omnem sermonem superat! Honorem suum despicit pro charitate erga proximum; ostendens, se prius comminatum esse, non ex inimicitia quadam, vel ex cupiditate inferendi supplicii, sed ex amore ferventi. Quid enim hæc verbis mansuetius fingi possit? Interrumpatur, inquit, cultus meus, ut charitas tua maneat. Nam vere sacrificium est reconciliatio cum fratre. Ideo non dixit, Postquam obtuleris, vel, Antequam offeras; sed ipso munere præsentis, et iam sacrificio incipiente mittit eum, ut se cum fratre reconcillet, nec propre confecto sacrificio, nec antequam munus attulerit, sed illo in medio lactente iubet illic accedere. Cur ergo sic iubet id agere, et quæ de causa? Hæc ambo, ut nihil quidem videtur, subindicans, et agens: ut nunc quidem, ut iam dixi, ut ostendat se charitatem magni facere, et illam esse putare maximum omnium sacrificium, sequæ sine charitate sacrificium non admittit; secundum autem, ut reconciliationis inevitabilem necessitatem afferat. Nam qui iussus est non prius offerre, quam reconciliaretur, etiamsi non ex amore proximi, saltem ne sa-

cificium imperfectum maneat, properabit ad offensum fratrem, ut inimicitiam solvat. Ideoque omnia emphaticis expressit verbis, terrens illum excitansque. Cum dixisset enim, *Relinque munus tuum*, non ibi substituit, sed subiunxit, *Ante altare*, et postquam ex loco in horrorem quendam coniecit, *Et vade*. Nec tantum dixit, *Vade*, sed adiunxit, *prius, et tunc veniens offer munus tuum*; per hæc omnia declarans, hanc mensam non admittit eos qui inimicitias mutuo exercent. Audiant initiati, qui cum inimicitias accedunt: audiant et qui nondum sunt initiati: nam ad hos quoque sermo quodammodo pertinet. Offerunt enim et ipsi donum et sacrificium, orationem dico et eleemosynam. Quod enim hæc sacrificium sint, audi Prophetam dicentem: *Sacrificium laudis honorificabit me* (PSAL. XLIX, 23); et rursum, *Inmola Deo sacrificium laudis* (Ibid. 14); et, *Elevatio manuum iustorum sacrificium vespertinum* (PSAL. CXL, 2). Itaque si orationem cum tali affectu proferas, melius est relinquere orationem, et ad te cum fratre reconciliandum proferre, tuncque orationem offerre. Propter hoc enim omnia facta sunt; propter hoc Deus homo factus est, et omnia illa est operatus, ut nos congregaret. Hic igitur lædentem ad læsum misit; in oratione vero læsum ducit ad lædentem, et reconciliat. Illic enim ait: *Dimitte hominibus debita* (MATTH. VI, 14); hic vero: *Si habet aliquid contra te, vade ad eum. Imo vero hic nihil videtur læsum mittere; quapropter non dicit, Reconcilia te ipsum fratri tuo, sed, Reconciliare: et videtur quidem hoc de lædente dici; sed totum ex persona læsi dicitur. Si enim illi reconciliatus fueris, inquit, per tuam erga eum charitatem, me etiam habebis propitium, et cum multa fiducia poteris sacrificium offerre. Si vero adhuc indigna-*

ris, considera me libenter contemni me iubere, ut vos amici evadatis. Et hæc tibi sit in ira consolatio. Non dixit, Cum graviter offensus es, tum reconciliare; sed, Etiamsi leve quidpiam contra te habuerit. Neque adiecit, Sive iuste, sive iniuste; sed simpliciter, Si habuerit aliquid adversum te. Etiamsi enim iuste, neque sic deest inimicitiam diutius fovere; quandoquidem et Christus iuste nobis irascebatur, attamen seipsum pro nobis dedit occidendum, non imputans nobis illa peccata.

3908

Ideo Paulus alio modo nos ad reconciliationem agens, dicebat: *Sol non occidit super iracundiam vestram* (EPIST. IV, 26). Quemadmodum enim hic a sacrificio Christus, ita illic Paulus a die ad ipsum hortatur. Timet quippe nocem, ne forte solum excipiens sauciatum, maius ulcus efficiat. In die namque multi sunt qui avellunt et distrahunt; in nocte vero, cum solus sit, et hæc animo verset, intumescunt fluctus et maior fit tempestas. Ideo hæc præventens Paulus, reconciliatum vult neci tradere, ut nullam ex quiete possit diabolus ansam arripere ad iræ fornacem accendendam, et vehementiorem efficiendam. Sic etiam Christus non permittit vel tantillum differre, ne completo sacrificio, negligentior ille foret, exque die in diem differret. Novit enim hanc animi morbum multa egere celeritate; atque ut sapiens medicus non modo quæ præservent a morbis adhibere occupat, sed etiam quæ mederi possint ostendit: sic et ille agit. Nam cum prohibet ne quis fituus appelletur, id prævium remedium est ad inimicitiam vitandam; cum vero præcipit reconciliationem, id morbos, qui post inimicitiam suboriri solent, præcidit. Vide autem quam vehementer utrumque ponatur, Illic enim gehennam comminatus est; hic vero do-

num non recipit ante reconciliationem, vehementem iracundiam esse monstrans, ac per hæc omnia et radicem et fructum avellens. Et primo quidem ait: *Ne irascaris*; postea vero, *Ne conviciaris*. Nam hæc ambo sese mutuo fovent et augent: ab inimicitia convicium, a convicio inimicitia. Ideoque nunc radici, nunc fructui remedium admovent, ut impediatur ne malum oriatur: si vero germinaverit et fructum ferat pessimum illum undique comburit.

Verba de SS. Nominis Iesu.

(EX A. BERNARDINO SENECA, VOL. IV, SERM. 51)

SCRIFICIUM gratiam sperare debet anima in nomine regis Iesu, quæ nominator inflammans: secundum enim Bernard. per nomen Domini venit ad rem nominis, quia per cognitionem sui nominis, venit ad dilectionem et fruitionem sui nominis. Hinc Proph. ait: (PSAL. LIII). *Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est*. Super quo ait Augustinus: Nomen Domini bonum est, quia ipsum bonum est, quo boni sumus, ut ipsum diligamus, et totum cor ponamus ad eum laudandum et amandum.

3909

Hic etiam Cant. 1 cap. scriptum est: *Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Quod exponens Origen. ait: Plenum est, quod ad effusionem olei sequitur loci impinguitio, in quo facta est olei effusio. Sic necessarium est, ut coribus in quibus fuerit nomen Domini frequentatum, pinguis deoito subsequatur, quæ adolescentulæ, id est, novæ animæ in postnitentia labore ad curandum post dilectum ardentissime exeret in amore.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Marc. VIII, 1-9.

In illo tempore: Cum turba multa esset cum Iesu, et nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis.

1. Misereor super turbam: quia ecce iam triiduo sustinent me, nec habent quod manducent:

2. et si dimisero eos iugiter in domum suam, deficiunt in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

®

4. et responderunt ei discipuli sui: Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

5. Et interrogavit eos: Quis panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

6. Et praecepit turbae discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dedit discipulis suis, ut apponerent, et apposuerunt turbae.

7. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi.

8. Et manducaverunt, et saturati sunt, et sustulerunt quod supererat de fragmentis, septem sportas.

9. Præter autem qui manducaverant, quatuor quatuor nullas: et dimisit eos.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. IX.

3914 **P**OSTEA QUAM illa quae Ecclesiae typum accepit, la fluxu curata est sanguinis, posteaquam a apostoli ad evangelizandum regnum Dei sunt destinati, gratiae coelestis impartitur alimentum. Sed quibus impartitur, advertite. Non otiosis, non in civitate quasi in Synagoga, vel saeculari dignitate residentibus, sed inter deserta quaerentibus Christum; qui enim non fastidiunt, ipsi excipiuntur a Christo, et cum ipsis loquitur Dei Verbum, non de saecularibus, sed de regno Dei. Et si qui corporalia gerunt ulcera passionis, his medicina suam libenter indulget.

3919 Consequens igitur erat, ut quos a vulneribus dolore sanaverat, eos alimonia spiritualibus a ieiunio liberaret. Itaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus. Et illi qui vocantur ad coenam, prius vocando sanantur. Si claudus fuit, gradiendi facultatem ut veniret, accepit. Si lumine oculorum privatus erat, domum utique Domini, nisi refusa luce, intrare non potuit.

3913 Ubique igitur mysterii ordo servatur; ut prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mensae coelestis exuberet: quamquam nondum validioribus haec turba reficiatur alimentis, neque Christi corpore et sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascantur. *Lacte, inquit, vos potavi,*

non esca; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis (I COR. III, 2). In modum lactis quinque sunt panes. Esca autem solidior corpus est Christi, potus vehementior sanguis est Domini. Non statim a primo epulamur omnia, neque potamus omnia. *Hoc primum, inquit, bibe.* Est ergo primum, est etiam secundum quod bibas. Est et primum quod manduces, est etiam secundum, est tertium. Primum quinque panes sunt, secundum septem, tertium ipsum corpus est Christi.

3914 Nequaquam igitur talem Dominum deseramus, qui pro uniuscuiusque viribus impartire nobis alimenta dignatur; ne aut infirmum validioribus cibis opprimat, aut validum exilia alimenta non satient: *Qui enim infirmus est, olera manducet* (ROM. XIV, 2). Et ille qui iam videtur laqueos infirmitatis evadere, de quinque istis manducet panibus et duobus piscibus. Certè si petere cibum validiorem veretur, ipse relictis suis omnibus, festinet ad Dei verbum. Dum audire incipit, incipit esurire. Incipiunt apostoli esurientem videre. Et si illi adhuc non intelligunt quid esuriant, intellexit Christus. Scit quod non saecularem cibum esuriant, sed cibum Christi. *Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via* (MATTH. XV, 32). Bonus Dominus studia exigit, vires ministrat.

3915 Utinam, Domine Iesu, velis mecum istos ieiunos non dimittere, sed impartitis abs te epulis reficias eos; ut possint tuis alimonia fortiores infirmitatem ieiunii non timere. *Dicas utinam etiam de nobis: Nolo eos ieiunos dimittere!* Et causam mihi dicito, quare eos nolis ieiunos dimittere: imo iam dixisti, quia si quem dimiseris ieiunum, deficit in via, hoc est, deficit vel in istius cursu vitae, vel antequam ad caput perveniat vitae, antequam perveniat ad Patrem, et intelligat quod ex Patre Christus est, in-

telligat quod Christus e coelo, et intelligat quod Christus qui descendit, ipse est. et qui ascendit: ne forte cum accepit quod natus ex Virgine est, incipiat non Dei virtutem, sed hominis aestimare. Ergo ne deficiant, inquit:

3916 *Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces: nisi nos amamus, et emanus in omnem hanc turbam escas.* Nondum intellexerant apostoli cibum populi credentis non esse venalem. Noverat Christus, noverat ipse nos potius esse redimendos: suas vero epulas gratuitas donat. Nondum ergo habebant discipuli cibum qui redimere nos posset. Habebant tamen iam cibum qui satiare nos posset: habebant cibum qui confirmare nos posset: *Panis enim confirmat cor hominis* (PSAL. CIII, 15). Miseretur ergo Dominus, ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit, non per Dominum Iesum, sed per se deficit: nec habes quod ascribas Domino, qui vincit cum iudicatur: quid enim dicas ei qui in te contulit omnia firmamenta virtutis? Nonne ipse te genuit? nonne ipse te pavit? Cibum eius virtus est, cibum eius fortitudo est. Sed si tu negligentia tua virtutem quam acceperas perdidisti, non alimentorum coelestium, sed tuae mentis tibi praesidia defuerunt. Denique Dominus sicuti super iustos et iniustos pluit, ita etiam iniustos pascit et iustos.

3917 Nonne in escae virtute cum iam deficeret in via sanctus Elias, quadraginta ambulavit diebus, et illam escam angelus dedit? (III REG. XIX, 8). Si autem te paverit Iesus, et acceptam escam servaveris, ambulabis non quadraginta diebus et quadraginta noctibus, sed (audite dicere, Scripturae fretus exemplis) quadraginta annis: et egredieris ab Aegyptiis finibus, donec pervenias in terram multam, in terra fluentem lac et mel,

quam iuravit Dominus datum se patribus nostris. Huius terrae tibi virtus requirenda est, quam possidet mitis. Non istam terram dico quae arida est, sed illam quae Christi confirmatur alimentis, quae sub imperio constituta regis aeterni sanctorum incolatibus frequentatur.

3918 Dividit ergo escas Dominus Iesus. Et ille quidem vult dare omnibus, negat nemini, dispensator enim est omnium: sed cum ille panes frangat et det discipulis, si tu manus non extendas tuas, ut accipias tibi escas, delicias in via, nec poteris in eum culpam tuam referre, qui miseretur et dividit: sed his dividit, qui cum eo etiam in deserto permanent, qui primo et secundo et tertio die non cedunt. Sic enim habes alibi: *Miserere huius turbae; quia tribum est iam quod perseverant mecum* (MATTH. XV, 32). Quanta dignatio, quanta ab eo hominibus inspiratur humanitas! Non vult ieiunos dimittere; non vult, ne deficiant in via.

3919 Noli ergo deficere a disciplina Domini, neque fatigeris cum ab eo increparis. Non fatigeris nunc, ne postea fatigeris. Quid enim respondebis ei? aut quomodo te excusabis, si escae virtutem quam ministrat, amiseris? Non potes dicere quia escam non dedit, quia dat omnibus. Non potes dicere quia noluit te bonum facere, ante quem posuit bonum et malum; ut non ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Multum enim refert inter eum qui necessitate invitatus aliquid agit, et inter eum qui ex voluntate quod bonum est eligit. Si enim invitatus hoc ago, dispensatio mihi credita est: si volens, mercedem habeo. Consideremus ergo quia stabimus ante tribunal Christi, et si opus nostrum arserit, non habebimus quod excusare possimus. Dicit etenim quod iam per Prophetam locutus est: *Populus meus, quid feci tibi... aut in quo molestus*

fui tibi? responde mihi (MICH. VI, 3). Dicit et ei qui in via defecerit: Qua ratione defecisti in via? Nonne panes fregi? nonne benedixi? nonne iussi dari? Sed cur tu accipere noluisti?

3920 Quanti etiam praesentium deficient in via, et post hos sermones, qui licet nostri sint, tamen quia nemo dicit Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto (I Cor. XII, 3), panes aestimandi sunt: quanti, inquam, deficient, et in vias gentium transversis itineribus fornicantes abibunt! atque usinam unus, et non plurimi! Sed non Iesus auctor defecit, etiamsi quis defecerit: omnibus enim distribuit qui sequuntur, sive quinque millia, sive quatuor millia sint.

3921 Non otiosus numerus, non otiosus ordo, non otiose reliquiae manducantium. Cur enim plures, id est, quinque millia quinque panibus, hoc est numero minori satiantur, pauciores vero, qui sunt quatuor millia septem panibus, hoc est numero maiore pascuntur? Si enim facili tantum sequamur miraculum, videtur esse divinius quod de minore modo pluribus abundavit. Cur ergo quod minus est ei quod est amplius, quasi praestaret, adiectum est? Prius enim quinque millia quinque panibus (MATTH. XV, 19-21), postea vero quatuor millia septem panibus legimus satiata (MATTH. XV, 36-38). Quaeramus ergo mysterium, quod miraculo praestet.

3922 Itaque videtur illa quinque millia quasi quinque corporis sensus adhuc corporalibus proxima alimenta accepisse de Christo: quatuor vero millia, etsi adhuc in corpore sint, et in hoc mundo qui ex quatuor constat elementis, non otiose tamen referuntur mystice escam accepisse quietis; iam enim aequantur mundo, supra mundum futuri. Nam etsi in hoc mundo sunt, intra mundum tamen non sunt, quibus mystice quietis

impartitur alimentum; sex enim diebus mundus est factus, septimo requietum est die, et Dominus sanctificavit eum. Ultra mundum ergo quietis, ultra mundum etiam fructus quietis. Denique *Beati pacifici; ipsi enim filii Dei vocabuntur* (MATTH. V, 9). Nam cum Deus supra mundum sit, nemo utique potest Deum videre, nisi mundum prius spiritali transcendat obtutu. Septima itaque benedictio pacatorum: septem etiam illis quatuor millibus fragmentorum sportae supersunt (MATTH. XV, 37). Non medicris hic panis est Sabbatorum, panis sanctificatus, panis quietis. Et fortasse si primum quinque panes sensibilibus manducaveris, audebo et dicam, Post quinque panes et septem tertio iam in terra non manducabis panem; sed supra terram manducabis octo panes, sicut qui sunt in caelestibus. Sicut enim septem panes panes quietis, ita octo panes panes sunt resurrectionis. Ergo isti qui septem aluntur panibus (riduo persisterunt (Ibid. 32), et fortasse integram resurrectionis futurae fidem et constantiam consecuti. Denique sanctorum vox est: *Tribus diebus ambulabimus*, ut epulemur Domino Deo nostro (EXOD. V, 3). Sed illa suo loco.

De quinque ergo panibus sanctus Iohannes docuit me quod nesciebam, quod non docuerat sanctus Mattheus, non docuerat sanctus Lucas (singulis enim diversa impartita est gratia); docuit, inquam, me quinque istos panes hordeaceos fuisse (IOH. VI, 9); et ideo non inepte diximus escam istam esse habitum corporalibus. Cur enim primo hordeaceos? Quia primo lacte, deinde esca est nutriendus qui accedit ad fidem; nondum enim poteramus, et fortasse plerique nec adhuc possumus. Nam cum sint inter nos contentiones et discussiones, nonne carnales sumus, et secundum hominem ambulamus? Suis quaeque apta-

ta sunt alimenta virtutibus; et inde prius hordeum, deinde triticum nobis ad alimoniam datur; fortiori vero sicut Eliae, de interioribus frumenti panis farinaceus ministratur (III REG. XVII, 13), quem non queant depascere peccatores.

3924 Nec solum panis est et numeri, sed etiam necubitionis est differentia: illi enim supra seum discumbunt, isti supra terram recumbunt; supra seum quinque millia, supra terram quatuor millia. Plus est terram premere, quam supra seum iacere; illi enim quibus adhuc sensus sunt corporales, mollioribus delectantur, et ideo supra seum recumbunt; *Omnis enim caro seum* (Is. XL, 6); isti vero supra terram, quae triticum et vinum gignit et olivam, cibum gratiae consequuntur. Illi discumbunt, isti recumbunt; maior enim est quaedam requies recumbentis. Ibi duo pisces, hic sine numero; unde plerique septiformis Spiritus gratiam in panibus definitam, in piscibus quoque duplicis Testamenti figuram intelligendam putaverunt.

3925 Non piget ergo aestimare quod quatuor millia ex quatuor mundi collecta partibus, in quibus Ecclesia figuratur, maioris gratiae cibum sumant, iuxta quod scriptum est: *Quia venient ab Oriente et Occidente et Septentrione et Austro, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum* (MATTH. VIII, 11). Unde hic gratiae Patri aguntur a Christo; non enim frustra illic benedictio tantam, hic etiam gratiarum est actio. Pro Ecclesia quippe sua Dominus Patri gratias agere consuevit; quia quae abscondit sapientibus, ea parvulis revelavit. Benedictio igitur super nos, qui inferiores sumus; gratiarum actio super eos qui de infirmitatibus corporum suorum sacratis passionibus triumpharunt. Iam illud in superioribus praebivimus, quia cum quinquageni discumbere iuberentur, licet

sacratio numero definito, tamen videtur hic fundatoris Ecclesiae populus, qui sine numeri definitione recumbit.

Mysticum quoque est quod et manducans populus satiatur, et ministrant apostoli; nam et in satietate, repulsae in perpetuum famis iudicium designatur, quia non esuriet qui acceperit cibum Christi: et in apostolorum ministerio futura divisio Domini corporis sanguinisque praemittitur. Iam illud divinum, quemadmodum quinque panes quinque millibus populi redundaverunt; non enim exiguo, sed multiplicato cibo populum liquet esse satiaturum.

3927 Videres incomprehensibili quodam rigatu inter dividendum manus, quas non fregerat, fructificare particulas, et intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta subreperere. Qui haec legit, quemadmodum iuges aquarum miretur meatus, et liquidis fontibus stupeat continuos fluere successus, quando etiam panis exundat, et naturae solidioris rigatus exuberat? Haec igitur facta sunt, ut illa quoque quae non cernimus, cerneremus. His evidenter illorum quoque designavit auctorem, et totius naturae creatorem materialis existere, quae non (ut philosophi volunt) reperta, sed facta, gignendis omnibus rebus successus defluos subministrat.

3928 Hoc quidem mirum, quidquid de fluminibus haurias, signo expendii non notari; quidquid de fontibus auferas, usurario quodam reparari meatu. Sed et fluminibus si nihil decedere, nihil tamen videtur accedere: et fontibus ut cummlata fluentia cernuntur, ita dum minuuntur fluentia, produntur. At vero hic panis quem frangit Iesus, mystice quidem Dei verbum est, et sermo de Christo, qui dum dividitur, augetur; de paucis enim sermonibus omnibus populis redundantem alimoniam ministravit. Dedit

sermone nobis velut panes, qui in nostro dum libantur ore, geminantur. Visibiliter quoque panis iste incredibili ratione dum frangitur, dum dividitur, dum editur, sine ulla dispendii comprehensione cumulat.

3929 Nec dubites vel quod in manibus ministrantium, vel in ore edentium crescat; quando ubique nostri operis testimonium ad firmamentum credulitatis asciscitur. Sic in nuptiis ex fontibus vina, ministris operantibus, colorantur, et ipsi qui impleverant hydras aqua, vinum quod non detulerant, hauriebant (IOANN. II, 6-9). Comprende, si potes, tanta rerum miracula. Hic edentibus populis crescent suis fragmenta dispendii, et de quinque panibus maiores reliquiae quam summa est, colliguntur; illic in alienam speciem vertuntur elementa, nec suos patitur natura defectus, nec suos agnoscit ortus, usu tamen proprio recognoscit. Quin etiam melior est mutati vini natura quam nati; quia in arbitrio Creatoris est, et quos usus velit assignare naturis, et quas naturas impartire gignendis. Vide quantis operibus opus astruat: dum aquam minister infundit, odor/transusus inebriat, color mutatus informat, fidem quoque sapor haustus accumulatur.

3930 Conferant gentiles, si placet, cum Christi beneficiis deorum suorum non facta, sed ficta. Ferunt certe eorum fabulae fuisse regem quemdam qui quiddam tangebatur, aurum fiebat. Sed etiam convivia ipsa feralia; nam et ipsa mantilla digitis apprehensa riguerunt; et cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta, sed vulnera: et in gutture potus haerebat, nec penetrare facilius, nec redire. Digna beneficia votis, digna tanto munera peccatore, digna liberalitas conferente! Talia sunt idolorum beneficia, ut cum videntur prodesse, plus noceant:

at vero Christi munera parva videntur, et maxima sunt. Denique non uni colata, sed populis; nam et cibus edentium in ore crescebat, et videbatur esse corporalis alimoniae, sed sumebatur salutis aeternae.

Cur autem quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? quia quatuor millia ista triduo cum Christo fuerunt, et ideo amplius coelestis pabuli receperunt.

Nec otiose quae turbae supersunt, a discipulis colliguntur; quia ea quae diuina sunt, apud electos facilius possis quam apud populos reperire. Utinam mihi contingat audire: Collige quae supersunt! Si audiero et fecero, habeo multa quae turbae, habeo multa quae pueri et mulieres edere nequiverunt. Beatus ille qui potest colligere quae etiam doctis supersunt.

Videamus quomodo colligat. Dixit Lex: *Non moechaberis* (EXOD. XX, 14). Fregit hunc panem Christus, divisit hoc verbum, non aliunde adiciens, sed de suo partiens: *Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est tam* (MATTH. V, 28). Habes fragmentum de suo. Addidit: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum* (Ibid. 29). Habes aliud: *Et si dextera tua scandalizat te, abscide eam* (Ibid. 30); et, *Qui dimissam a viro ducit, moechatur* (LUC. XVI, 18). Vides ex uno quam multa fragmenta. Moyses dicit quod *Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera* (GALAT. IV, 22). Paulus dixit: *Haec sunt duo Testamenta* (Ibid. 24). Divisit hoc verbum et invenit mysterium. Beatus ergo qui colligit, quae dividit Christus.

3931 Qua ratione autem topinos duodecim Christus implevit, nisi ut illud populi Iudaici solveret: *Quia manus eius in cophino servierunt* (PSAL. LXXX, 7); hoc est, populus qui ante lutum in co-

phinos colligebat, hic iam per crucem Christi vitae coelestis operatur alimoniae; et eo fidei cibum congerit, ubi erat ante eorum gentilis perfidia. Nec paucorum hoc munus, sed omnium est. Nam per duodecim cophinos tamquam tribuum singularum fidei firmamentum redundat: *Panis (enim) confirmat cor hominis* (PSAL. CIII, 16).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX P. BERNARDINO SERRANO, VOL. IV, SECT. 2.)

3925 **T**ERTIAM quoque gratiam in nomine Iesu anima sperare debet, quae roboratio appellatur; roboratio enim spiritus in virtute Iulius nominis ad omnia aspera perseveranda. In cuius mysterium Act. XXI: *Propheta Agabus tulit zonam Pauli, et alligavit eam sibi manus et pedes, dixit: Virum, cuius zona haec est, sic alligabunt in Ierusalem Iudaei et Iudei in manus gentium. Tunc respondit Paulus et dixit: Ego non solum alligari, sed etiam mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu, ecce cohortis humanae centurio.*

3926 **D**ux Christianae militiae non fractus periculo, non speratus praefecto, virtute dimicans, non furor cedit gladiis, sed magis hostibus dat pavorem. Sic despicit universa supplicia, sicut solet herba pistrifacra contemni; et sicut adamus terri despicit sectionem; minus et verbera tyrannorum ludum existimat puerorum: quoniam praesentium erat ei, diavoli et esse cum Christo, et in carne pertransire certamen.

3927 **S**tans igitur miles, invictus deposito animae et corporis torpore, fragilitatem nostram consolidat et provocat pro nomine Iesu ad viriliter dimicandum, ut membra quae sunt voluptatum otio permollita, patientiae exercitio roborentur, et sui doloris provocentur exemplo de victoria iam securi. Hinc ad Rom. VII ait: *Certus sum enim, quod neque iurare, neque visis, neque Angelis, neque principibus, neque virtutes, neque instantis, neque futuri, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.*

3928 **H**ic est equus, qui terram ungula foedit, exultans audacter, in occursum pergit armatis, contemptis pavorem, non metuit vulnera, non discrimina, neque sanguinem, neque mortem: alacri ac securi corde pericula subito armatas nomine Iesu Christi.

3929 Simili ardore nominis Iesu Christi flagrabat in

coede ille pusillus grex daemodarius Ecclesiae primitivae. Uade virtute illius tot frogit, et vici genera bestiarum, quot iugo nominis Iesu Christi subdidit differentias nationum. Vere bellatores in-chili, quia flecti non poterant, sed occidi perhibentes testimonium Iesu Christi, cum Propheta dicentes: *In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis* (PSAL. XLIII).

FERIA SECUNDA

Homilia Venerabilis Beatae Presbyteri.

IN MARC. CAP. 8.

3940 **E**st in hac lectione consideranda est in uno eodemque Redemptore nostro distincta operatio divinitatis et humanitatis; atque error Eutyctetis, qui unam tantum in Christo operationem dogmatizare praesumit, procul a Christianis finibus expellendus. Quis enim non videat hoc quod super turbam miseretur Dominus, ne vel inedia vel viae longioris labore deficiat, affectum esse, et compassionem humanae fragilitatis? Quod vero de septem panibus et pisciculis paucis, quatuor hominum milia saturavit, divinae opus esse virtutis? Mystice autem hoc miraculo designatur, quod viam saeculi praesentis aliter incolentes transire nequimus, nisi nos gratia Redemptoris nostri alimento verbi sui reficiat. Hoc vero typice inter hanc refectionem, et illam quinque panum ac duorum piscium distat, quod ibi littera veteris instrumenti spiritali gratia plena esse signata est, hic autem novi veritas hac gratia testamenti fidelibus ministranda monstrata est. Sane utraque refectione in monte celebrata est, ut aliorum Evangelistarum narratio declarat: quia utriusque Scripturae testamenti recte intellecta altitudinem nobis coelestium et praeceptorum mandat et praemiorum: utraque altitudinem Christi, qui est mons domus Do-

mini in vertice montium consona voce praedicat. Qui enim aedificatam super se civitatem sive domum Domini, id est, Ecclesiam in altum bonorum extollit operum, et cunctis manifestam gentibus exhibet, ipse hanc ab infinis delectationibus abstractam pane coeli reficit, atque ad appetitum supernae suavitatis dato pignore cibi spiritualis accendit.

³⁹⁴¹ *Miserere, inquit, super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiunt in via. Quare triduo turbae Dominum sustinuerit, Matthaeus exponit plenus qui ait: Et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum multos, caecos, claudos, dolentes, et alios multos, et proceperunt eos ad pedes eius, et curavit eos. Turba ergo triduo Dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet, cum electi, quique fide sanctae Trinitatis lucidi Domino pro suis suorunq; peccatis, animae videlicet languoribus, perseveranti instantia supplicant. Item turba triduo Dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata, quae perpetravit per poenitentiam declinans, ad Dominum se in opere, in locutione, atque in cogitatione convertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam Dominus non vult, ne deficiant in via: quia videlicet conversi peccatores in praesenti vitae via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrinae sanctae pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere, pascendi sunt sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia quae processit ex ore veritatis, quae dicitur:*

³⁹⁴² *Quidam enim ex eis de longe venerunt. Est enim qui nihil fraudis et nihil carnalis corruptionis expertus ad omnipotentis Dei servitium festinavit. Iste de*

longinquo non venit, quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitiis inquinatus, solum autem coniugium expertus, ad ministerium spiritale conversus est. Neque iste venit e longinquo, quia usus coniunctione concessa per illicita non erravit. Alii vero post carnis flagitia, alii post falsa testimonia, alii post facta furta, alii post illatas iniurias et violentias, alii post perpetrata homicidia, ad poenitentiam redeunt, atque ad omnipotentis Dei servitium convertuntur. Hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Quanto enim quisque plus in pravo opere erravit, tanto ab omnipotente Domino longius recessit. Dentur ergo alimenta eis, etiam qui de longinquo veniunt, quia conversis peccatoribus doctrinae sanctae cibi praebendi sunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. Item Iudaei quicumque in Christo crediderunt, de prope ad illum venerunt, quia legis et prophetarum erant litteris edocti de illo. Credentes vero ex gentibus de longe utique venerunt ad Christum, quia nullis paginarum sanctarum monumentis de eius erant fide praemoniti.

Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Bene septem panes in mysterio novi Testamenti ponuntur, in quo septiformis gratia Spiritus sancti plenius fidelibus cunctis et credenda revelatur, et credita datur. Neque, hordeacei fuisse produntur, sicut illi quinque, de quibus quinque sunt hominum millia saturata, ne iterum sicut in lege vitale animae alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur. Hordei etenim medulla tenacissima palea tegitur.

Et praecepit turbae discumbere super terram. Supra in refectioe quinque panum turba super fenum viride discumbat, nunc tibi septem panibus reficien-

da est, supra terram discumbere praecipitur, quia per Scripturam legis carnis desideria calcare et comprimere iubemur. *Omnis enim caro fenum, et omnis gloria eius tanquam flos feni.* In novo autem Testamento ipsam quoque terram ac facultates temporales delinquere praecipimur. Vel certe quia mons in quo turba Dominici panibus reficiebatur, altitudinem (ut supra diximus) Redemptoris nostri significat: ibi super fenum, hic super terram reficitur. Ibi enim coelestudo Christi propter carnales homines et Ierusalem terrenam, carnali spe et desiderio tegitur: hic autem remota omni cupiditate carnali convivis novi Testamenti, spei permanentis firmamentum tanquam ipsius montis soliditas nullo feno interposito, continebat.

³⁹⁴⁵ *Et accipiens septem panes gratias agens fregit, et dabat discipulis suis ut apponerent, et apposuerunt turbae. Dominus accipiens panes dabat discipulis, ut ipsi acceptos turbae apponerent, quia spiritualis dona scientiae tribuens Apostolis, per eorum ministerium voluit Ecclesiae suae, per orbem vitae cibaria distribui. Quod autem fregit panes quos discipulis daret, apertionem designat sacramentorum, quibus ad perpetuam salutem nutriendus erat mundus. Cum enim ait ipse Dominus: *Et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare:* quid nisi panem vitae nobis per se aperientem demonstravit, ad cuius interiora cernenda per nos ipsos penetrare nequivimus? Cui contra Propheta miserabilem quorundam famem deplorans aiebat: *Parvuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis.* Quod est aliis verbis dicere: Indocti quaesierunt pabulum verbi Dei, quo ad virtutem bonae operationis convalescerent refici, nec erat, magistris deficientibus, qui eis Scripturarum*

arcana patefaceret, eosque ad viam veritatis institueret. Acceptis autem ad frangendum panibus Dominus gratias agit, ut et ipse quantum de salute generis humani congaudeat ostendat, et nos ad agendas semper Deo gratias informet, cum vel terreno pane carne, vel animam coelesti superna gratia largiente reficimus.

Et habebant pisciculos, et, ipsos benedixit et iussit apponi. Si in panibus scriptem Scriptura novi Testamenti designatur, in cuius lectione per gratiam sancti Spiritus internas mentium epulas invenimus, quid in pisciculis quos benedicens pariter Dominus turbae iussit apponi, nisi sanctos accipimus illius temporis quo eadem et condita Scriptura vel quorum ipsa Scriptura fidem, vitam et passiones continet? Qui de turbulentis huius saeculi fluctibus erepti ac divina benedictione consecrati, refectioem nobis internam, ne in huius mundi transientis excursu deficiamus, exemplo suae vel vitae praebere vel mortis.

Et manducaverunt et saturati sunt. ³⁹⁴⁷ Manducant de panibus Domini ac piscibus et saturantur, qui audientes verba Dei et exempla intuentes, ad profectum vitae correctionis per haec excitari atque assurgere festinant. Quibus apte congruit illud Psalmistae: *Edent pauperes et saturabuntur, et hincabunt Dominum qui requirent eum. Viset cor eorum in saeculum saeculi.* Quod est aperte dicere: audient humiles verbum Dei et facient et ad laudem non suam, sed superni largitoris cuncta quae bene gerant referent. Unde merito ad vitam interioris hominis aeternam, utpote pane vitae saturati pervenient. Cui contra tardis auditoribus per Prophetam exprobratur: *Manducastis et non estis saturati.* Manducant namque et non saturantur qui panem verbi Dei audiendo degustant, sed non faciendo

quae audiunt, nihil ex his internae dulcedinis quo cor ipsorum confirmetur in ventre memoriae recipiunt.

3918 *Et sustulerunt quod supererat de fragmentis septem sportas.* Quod turbis saturatis superat, Apostoli suscollunt, et septem sportas implent, quia sunt altiora perfectionis praecipua, vel potius exhortamenta et consilia, quae generalis fidelium multitudo nequit servando et implendo attingere. Quorum executio illos proprie respicit, qui maiore sancti Spiritus gratia pleni generalium populi Dei conversionem mentis atque operis sublimitate transcendunt. Qualibus dicitur: *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia quae habes*, etc. Unde bene sportae, quibus Dominicorum sunt condita fragmenta ciborum, propter septiformem Spiritus gratiam, septem fuisse memorantur. Nam quia sportae iunco et palmarum foliis solent contigi, merito in sanctorum significatione ponuntur, iunco quippe super aquas nasci consuevit, palma vero victtricem ornat manum. Et iuncois vasis recte comparantur electi, cum radicem cordis ne forte ab amore aeternitatis areseat, in ipso vitae fonte collocant. Assimilantur et eis quae de palmarum sunt foliis contexta, cum in defectivam aeternae retributionis memoriam puro in corde retinent. Et bene turba quamvis reliquias Domini prandii non caperet, manducasse tamen et saturata esse narratur. Quia sunt nonnulli qui etsi omnia sua relinquere nequeunt, neque explere, hoc quod de virginibus dicitur: *Qui potest capere capiat*, ceteraque huiusmodi tamen esurientes et sitientes iustitiam saturantur, cum audiendo mandata legis Dei, ad vitam perveniunt aeternam.

3949 *Erant autem qui manducaverunt quasi quatuor millia, et dimisit eos.* Bene quatuor millia, ut ipse etiam numero doceret Evangelicis se pastos esse cibariis.

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV, REG. 2.)

3950 **Q**UARTA autem gratia speranda in nomine dulcis Iesu, liberata dicta est. Scimus enim, quod impossibile est mentem diversis cogitationibus non propulsari: sed in nobis est pro parte maxima cogitationum diversitatem sub disciplinae regula reformare. Si enim memoriter nomen Iesu tenuerimus in mente: iam poenae spirituales efficit, tam faciliter noxia non evagabimur cogitatione; semper enim de tanti suavitate nominis aliquid memoriae commendatum, quod ruminatum ingit per sal avidius appetitum.

3951 Et licet ipsum nomen Iesu sub effectibus carnis imprimere memoriae valcamus, scio quod multum expedit et sicut ipsum imprimere sub triumphali titulo et beneficio passionis: ut iuxta Apostolum ab Hebr. xii: *Aspiramus in auctoritate fidei et constantiorum tenent, qui propositio suis gaudio in simul crucis omni confusione contempta.*

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

(SERM. VI. POST PENT. SERM. 2.)

3952 **A**CCIPIT Iesus septem panes, gratias agens, fregit, et dedit discipulis suis, ut apponerent, et apposerunt turbae. Et habebant pisciculos paucos, et ipsos benedixit et iussit apponi, Marci octavo.

3953 *Septem hi panes morales sunt, quos quidem Christus fregit suo exemplo prius et postea documento, et tradidit doctoribus seu praedicatoribus Evangelii, ut mundo apponerent ad salutem et eorum pascere omnem animam.*

3954 *Primus panis est intentio coelestis; Ecclesiasticae nono: *Vade et comede in lactitia panem tuum*, etc. Secundus est conscientia munda; primi Regum vigesimo primo: *Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum*, etc. Tertius est intelligentia sapida; Deuteronomio octavo: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei*. Quartus est vita bona; Psalmus:*

*Panis, id est vitu sancta, cor hominis confirmat et facit securum. Quintus est fama odorifera; Isaiae quinquagesimo octavo: *Frangite esurienti panem tuum*. Sextus est lingua evangelica; Isaiae trigesimo tertio: *Panis ei datus est, aquae eius fideles sunt*. Septimus est vitae aeternae memoria frequentata; Sapientiae decimo sexto: *Paratum panem de coelo praestitisti eis sine labore*.*

3955 *Panci autem pisciculi, condientes et saporantes hos praemissos evangelicos panes, sunt: continuus oculus ad exempla Verbi incarnati, ardens desiderium paradisi, gemens suspirium circa crucem Christi, firmum propositum in gratia perseverandi.*

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV, REG. 2.)

3956 **L**IQUA saltem diei hora recognovimus Dominice Passionis insignia, ad fructum suaver in conscientia, reconducentium fideliter in memoria, prosequendum firmiter actionis industria. Proterus tanta pietatis exhibitae satis est impium oblivisci, quom peregrinantis atque recedentis amici praesentiam sub memoria cuiusdam signi tenamus.

3957 Ad hoc ergo nomen cordi efficacius imprimendum, ait Apostolus ad Colossens iii: *Omne quodcumque feceritis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite*. Ex hoc enim mens imbuta atque habitata sancto nomine Iesu Christi, in omni subitaneo casu atque instanti periculo eructabit: verbum bonum, atque invocabit nomen Domini nostri Iesu Christi; ipso Domino teste, qui Matth. xxii ait: *Domus homo de bono thesuro cordis sui profert bona*.

FERIA QUARTA

Homilia S. Augustini Episcopi.

(SERM. 95.)

3958 **S**CRIPTURAS sanctas exponentes vobis, quasi panes frangimus vobis. Vos esurientes accipite, et saginam laudis corde eructate: et qui estis dives in epulis, nolite macri

esse in operibus et factis bonis. Quod ego erogo vobis, non est meum. Quod manducatis, manduco: unde vivitis, vivo. Commune habemus in coelo cellarium: inde enim venit verbum Dei.

3959 *Septem panes significant septiformem operationem Spiritus sancti: quatuor millia hominum, Ecclesiam sub quatuor Evangelii constitutam: septem sportae fragmentorum, perfectionem Ecclesiae. Hoc enim numero saepissime perfectio figuratur. Unde est enim quod dictum est, *Septies in die laudabo te* (PSAL. cxviii, 164). Numquid errat homo, qui toties laudaverit Dominum? Quid est ergo, *Septies laudabo*; nisi, Numquam a laude cessabo? Totum enim tempus significat qui dicit, *septies*. Unde septem dierum volumine saecula provolvuntur. Quid est ergo, *Septies in die laudabo te*, nisi quod alio loco dicitur, *Semper laus eius in ore meo*? (PSAL. xxxiii, 2). Propter ipsam perfectionem ad septem Ecclesias scribit Iohannes. Apocalypsis liber est sancti Iohannis evangelistae: scribit ad septem Ecclesias (APOC. i, 4). Veraces estote, sportas agnoscite. Non enim fragmenta illa perierunt: sed quia et vos ad Ecclesiam pertinete, vobis utique profecerunt. Quod vobis ista expono, Christo ministro: vos cum tranquille auditis, discumbitis. Ego corpore sedeo, corde consisto, et sollicitus ministro vobis; ne forte aliquem vestrum offendat vasculum, non cibum. Epulas Dei nostis, saepe audistis, mentes quaerunt, non ventres.*

3960 *Certe saginata sunt quatuor millia hominum de septem panibus: quid mirabilius? Et tamen parum erat, nisi etiam sportae septem de fragmentis residuis implerentur. O magna mysteria! operabantur, et opera loquebantur. Facta illa si intelligas verba sunt. Et vos ad quatuor millia pertinete, quia sub Evangelio*

quaternario vivitis. Ad numerum non pertinuerunt pueri et mulieres. Sic enim dictum est: *Erant autem qui manducaverunt quatuor millia hominum, exceptis pueris et mulieribus* (MATH. XV, 38). Quasi sine numero essent insensati et effeminati. Tamen manducant et ipsi. Manducant: forte pueri crescunt, et non erunt pueri; forte effeminati corriguntur, et castificantur. Manducant: erogamus, impendimus. Qui sint autem isti, Deus inspicit convivium suum, et si se non correverint, non novit invitare, novit et separare. VERITATIS

Nostis, charissimi: recollite evangelicam parabolam; quia intravit Dominus inspicere recumbentes in quodam convivio suo. Paterfamilias qui invitaverat, sicut scriptum est, *invavit ibi hominem non vestitum vestem nuptialem* (Ibid. XXII, 11). Ad nuptias enim invitaverat sponsus ille speciosus forma prae filiis hominum. Sponsus ille foedus factus propter sponsam foedam, ut eam faceret pulchram. Unde foedus factus est pulcher? Si non probo, blasphemio. Dat mihi puritudo eius testimonium Propheta, dicens: *Speciosus forma prae filiis hominum* (PSAL. XLIV, 3). Dat mihi deformitatis eius testimonium alius Propheta, dicens: *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem; sed vultus eius abiectus, deformis positio eius* (Is. LIII, 2). O Propheta qui dixisti, *Speciosus forma prae filiis hominum*, contradicisti tibi: alius Propheta procedit contra te, et dicit, *Mentiris: Vidimus eum*. Quid est quod dicit, *Speciosus forma prae filiis hominum? Vidimus eum non habentem speciem neque decorem*. Ergo isti prophetae duo in angulo pacis discordant? De Christo ambo dixerunt, de lapide angulari ambo dixerunt. In angulo concordant parietes. Si non concordaverunt, non est aedificium, sed ruina. Concor-

dant Prophetae, non eos dimittamus in rixa. Imo nos eorum pacem cognoscamus: nam illi litigare non norunt. O Propheta qui dixisti, *Speciosus forma prae filiis hominum*, ubi vidisti? Responde, responde, ubi vidisti? *Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo*. Ibi vidi. An tu dubitas eum qui aequalis est Deo, speciosum esse prae filiis hominum? Respondisti: respondeat ille qui dixit, *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem*. Dixisti: dic ubi vidisti. A verbis ipsius sumit exordium: ubi ille finivit, ibi iste incipit. Ubi ille finit? *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo*. Ecce ubi vidit speciosum forma prae filiis hominum: dic tu, ubi vidisti quia non habebat speciem neque decorem. *Sed semetipsum exornavit, formam servit accipiens; in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo*. De deformitate ipsius adhuc dicit: *Humiliavit se ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phil. II, 6-8). Ecce ubi vidi. Concordant ergo ambo pacifici, et pacati sunt ambo. Quid est speciosus Deo? Quid deformius Crucifixo?

Iste ergo sponsus speciosus forma prae filiis hominum, deformis factus ut pulchram faceret sponsam, cui dicitur, *O decora inter mulieres!* (CANT. I, 7) de qua dicitur, *Quae est ista quae ascendit dealbata* (Ibid. II, 6), illuminata, non colore mendacii fuscata? Invenit ergo iste qui vocavit ad nuptias, hominem non habentem vestem nuptialem, et ait illi, *Amice, quid hic intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit*. Non enim invenit quod responderet. Et ait paterfamilias qui intraverat: *Ligato illi manus et pedes, et projicite illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium*. De tam parva culpa tam magna

poena? Magna enim. Parva dicitur culpa non habere vestem nuptialem: parva, sed non intelligentibus. Quando ille sic succenseret, quando ille sic iudicaret, ut propter vestem nuptialem quam non habebat, mitteret eum ligatis manibus et pedibus in tenebras exteriores, ubi esset fletus et stridor dentium, nisi culpa esset valde gravis vestem non habere nuptialem? Dico: quia per me invitati estis, et si vos ille invitavit, per nos invitavit. In convivio estis omnes, habetote vestem nuptialem. Expono quae est, ut omnes habeatis, et si aliquis me non audit qui non habet, antequam veniat paterfamilias et convivas suos inspiciat, mutetur in melius, accipiat vestem nuptialem, securus discumbat.

Non enim vere, charissimi, ille qui in deo projectus est unum hominem significat: absit. Multi sunt. Et ipse Dominus qui hanc parabolam proposuit, Sponsus ipse convivii convocator et convivarum vivificator, ipse nobis exposuit, quia homo ille non unum hominem significat, sed multos, ibi, in ipso loco, in eadem parabola. Non eo longe, ibi expono, ibi frango et manducandum appono. Ait enim, cum inde missus esset ille non habens vestem nuptialem in tenebras exteriores: ait ergo, et secutus adiunxit, *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi* (MATH. XXII, 11-14). Unum hiis projecti, et dicitis, *Multi enim sunt vocati, pauci electi*. Sine dubio electi non sunt projecti: et ipsi erant pauci qui discumbentes remanserant; et multi erant in illo uno, quia ille unus unum corpus malorum est, qui non habet vestem nuptialem.

Quid est vestis nuptialis? Quaeramus illam in Litteris sanctis. Quid est vestis nuptialis? Sine dubio aliquid est quod mali et boni commune non habent: hoc inveniamus, et invenimus vestem nu-

ptialem. In donis Dei quid est quod commune non habent boni et mali? Quod homines sumus et pecora non sumus, Dei donum est: sed commune hoc cum bonis et malis. Quod nobis lux de caelo oritur, de nube pluviae descendunt, fontes manant, agri fructificant, dona sunt, sed bonis malisque communia. Intremus ad nuptias; foris alios relinquamus, qui non venerunt vocati. Ipsos convivas, id est, Christianos consideremus. Baptismus donum Dei est, habent illum boni et mali. Altaris Sacramenta simul accipiunt boni et mali. Propheta vit Saul iniquus, et viro sancto atque iustissimo infestus; dum eum persecueretur prophetavit (I REG. XIX). Numquid dicuntur credere soli boni? *Et daemones credunt, et contremiscunt* (IAC. II, 19). Quid facio? Excussi omnia, et ad vestem illam nondum perveni. Involucrum meum explicavi, omnia vel pene omnia consideravi, ad vestem illam nondum perveni. Quodam loco Paulus apoteles attulit mihi magnum involucrum magnarum rerum; exposuit ante me, et dixi ei, Ostende mihi si forte hic illam vestem nuptialem reperisti. Coepit excutere singula, et dicere: *Si linguis hominum loquar et Angelorum, si habeam omnem scientiam, et prophetiam, et omnem fidem, ita ut montes transferam; si distribuero omnia mea pauperibus, et tradam corpus meum ut ardeam, Magnae vestes; nondum tamen est illa nuptialis. Iam profer nobis nuptialem vestem. Quid nos, Apostole, suspendis? Prophetia forte Dei donum est, quod non habent boni et mali. Si charitatem, inquit, non habeam, nihil sum, nihil mihi prodest* (I COR. XIII, 1-3). Ecce vestis nuptialis: induite vos, o convivae, ut securi discumbatis. Nolite dicere: Ad istam vestem habendam pauperes sumus. Vestite, et vestimini. Hiems est: vestite nu-

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. VL. POST. PENT. SERMO 3.

dos: nudus est Christus; et quicumque non habetis vestem nuptialem, dabit illam. Ad illum currite, ipsum rogate: novit sanctificare fideles suos, novit vestire nudos suos. Ut possitis vestem habere nuptialem non timere tenebras exteriores, vincula membrorum et manuum et pedum; non deficiant opera. Si deficiunt, ligatis manibus quid facturus est? ligatis pedibus quo fugiturus est? Illam teneatis vestem nuptialem, induimini ipsam, et securi discumbite, quando venit inspicere. Dies iudicii aderit: magnum spatium modo largitur, qui nudus erat aliquando vestiatur.

Varia de SS. Nomine Iesu.

EX S. BERNARDINO SERMO, XL. IV. DEEN. 23.

3265 Sicut experientia docente videmus, quod qui nomen diaboli aut blasphemias ex consuetudine frequentat in ore, occurrente peccatis aut periculoso caso ipsorum evocant ex consuetudine, dicente Domino ubi supra: *Multa locosa de malo phosano coram aut profert mala; quin ex abundantia cordis os loquitur*, ut idem Matth. 23 cap. testatur. Ex habita ergo abundantia illius nominis Domini Iesu, mors in repentino periculo invocans nomen eius, in adiutorium sentit sibi Iesum esse praesentem, Scriptura testante, quae Exod. 23 cap. ait: *In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei, veniam aut illi*.

3276 Hinc in persona Iulianus Propheta Psal. cxiv ait: *Tribulationem et dolorem invenit, et nomen Domini invocavit*. Et in persona Domini Ihesu inquit, Psal. 2132: *Invoca me in die tribulationis: evam et et honorificabis me*. Et ut verba Cassiodori senis et monachi venerabilis inscripimus, Ille Prophetae versus Psal. cxv: *Dirigenti, Dominus, vincula manuum in sacrificio hostium laudis, et nomen Domini invocabo*, lanium virtutis creditur habere, et nonnullis dicatur posse nominibus peccata dimittere, si eum quis in fine vitae suae interna confessione devoto corde congeminet.

3271 DOMINUS noster Iesus Christus, cuius viscera plena sunt pietate et misericordia, videns hodierna die, turbam pro eius amore longanimiter pati penuriam, dignatus et eam gratis tam cibo corporali quam spirituali satiare. Sed quia nulli condescendit divina misericordia, nisi prius patiat amaritudinem penuriae et poenitentiae et in ea habeat longanimitatem perseverantiae, ideo in verbo proposito ad nostram instructionem haec tria insinuantur. Nam in verbo proposito primo notatur *necessitas indigentiae* provocantis; secundo, *benignitas compatientiae* subvenientis; tertio, *longanimitas perseverantiae* impetrantis. Unde benignum Deum humana indigentia ad compatendum provocat perseverantia ad subveniendum impetrat et divina compatentia defectum relevat. Primo ergo *necessitas indigentiae* provocantis notatur, cum dicit: *Cum turba multa esset cum Iesu, ut haberent quod manducarent*. Secundo notatur *benignitas compatientiae* subvenientis, cum dicit: *convocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam*. Tertio notatur *longanimitas perseverantiae* impetrantis, cum subinfert: *quia, ecce, iam triduo sustentet me*.

3272 Primo notatur in verbo proposito *turbam maximam indigentiam*, cum dicit: *Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent*. Habebat namque ista turba indigentiam triplicem manducationis, ratione cuius exterior et interior homo opprimebatur. Nam primo indigebat manducatione *corporalis sustentationis*, defectu cuius habebat debilitatem impotentiae; secundo indigebat manducatione *salutaris eruditionis*, defectu cui-

ius habebat caecitatem ignorantiae; tertio indigebat manducatione *sacramentalis refectionis*, defectu cuius habebat tepiditatem ignaviae.

3273 Primo indigebat ista turba manducatione *corporalis sustentationis*, defectu cuius habebat debilitatem impotentiae; unde dicitur Exodi decimo sexto: *Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super oculos carminum et comedebamus panem in saturitate; cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fanae?* Quia nullus, quantum est de solito cursu naturae, potest diu in hac via subsistere, nisi sustentetur cibo corporali; ideo filii Israel, non attendentes Dei potestatem et benignitatem, sed potius eorum fragilitatem, alimonis carentes, de vita corporali desperabant, quorum vota misericors Deus exaudiens, licet non essent digni ratione eorum diffidentiae, misit eis ebaria in abundantia, quibus eorum corpora sustentarentur. Eodem modo benignus Deus hodie satiavit turbam illam debilem et famelicam, *ut in via deficerent*; unde dicitur in hodierno Evangelio: *Manducaverunt et saturati sunt*.

3274 Secundo indigebat ista turba manducatione *salutaris eruditionis*, defectu cuius habebat caecitatem ignorantiae; et de hoc dicit Christus discipulis suis Lucae nono: *Vos date illis manducare*. Ad Apostolos et doctores sive praedicatores dicit Christus, ut ignorantes et esurientes cibo coelesti reficerent *panem vitae et intellectus, et potant aqua sapientiae salutaris*, accendendo eorum appetitum ad suavitatem cibi spiritualis provocarent, quia peccatores et homines idiotae conversi in praesenti via vitae non reficiuntur in sua conscientia, si sine doctrinae pabulo dimittantur; unde Matthaei quarto: *Non in solo pane vivit*

homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

3275 Tertio indigebat ista turba manducatione *sacramentalis refectionis*, cuius defectu habebat tepiditatem ignaviae et accidia; unde Iohannis sexto: *Amen, amen, dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam*. Ecce, quod tantae necessitatis est illa manducatio, quod, nisi per eam quilibet tanquam membrum compagineetur corpori Christi mystico, id est Ecclesiae, nequaquam potest recipere influentiam vitae a capite, scilicet Christo; unde sequitur: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet, et ego in illo*.

3276 Secundo in verbo proposito notatur *benignitas compatientiae* subvenientis, cum subdit: *miseretur super turbam*. Dominus noster propter nimiam benignitatem benevolentiae quam habebat erga humanum genus, primo *miseretur super turbam* habentem *debilitatem impotentiae*, eam sustentando cibo corporali; secundo *miseretur super turbam* habentem caecitatem ignorantiae, eam illuminando documento salutari; tertio *miseretur super turbam* habentem tepiditatem ignaviae, eam inflammando oblectamento sacramentali.

3277 Primo *miseretur* Dominus *super turbam* habentem *debilitatem impotentiae*, eam sustentando cibo corporali; unde in Psalmo: *Quomodo miseretur pater filiorum, misericors est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum*. Sicut pater miseretur filiorum suorum, ipsos reficiendo cibo corporali, ne succumbant ad moriendum; ita Dominus noster hodierna die miseretur est illius turbae famelicae eam pascendo et satiando corporaliter de *septem pa-*

nibus et paucis pisciculis, ne in via deficerent; quod est attribuendum divinae potentiae, non debilitati humanae; *quoniam ipse cognovit, signentium nostri corporis non posse naturaliter diu subsistere, nisi continuis alimoniis sustentetur.*

3974 Secundo *miseretur Dominus super turbam* habentem *caecitatem ignorantiae*, eam illuminando documento salutari; unde Ecclesiastici decimo octavo: *Qui misericordiam habet docet et erudit quasi pastor gregem suum. Misericordiam excipiens doctrinam miserationis; et qui festinat in iudiciis eius, Dominus noster Iesus Christus habet misericordiam, ipse enim est pater misericordiae;* et ideo propter benignitatem misericordiae et compatentiae, quam habet ad hominem, *docet et erudit quasi pastor gregem suum*, verbo doctrinae. Multum enim per omnia sollicitus erat et studiosus pascere gregem humanum *pane vitae et intellectus*. Unde quotidie non cessabat, sicut dicit beatus Matthaeus, *circuire omnes civitates et castella, praedicans Evangelium regni*, eo quod maior est refectio mentis quam ventris.

3975 Tertio *miseretur super turbam* habentem *tepidalement ignaviae*, eam inflammando oblectamento sacramentali; unde in Psalmo: *Misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Misericors et misericors Dominus escam, proprii corporis sub specie panis, dedit fidelibus timentibus se, timore filialis reverentiae; panem, dico, in se habentem omne delectamentum et omnis saporis suavitate, cuius gustu anima tanto ardore accenditur, ut, destructa omni tepiditate et destructa omni carnalitate, soli istu cibo per amorem unatur et in eum convertitur; et tunc gustat, quoniam suavis est Dominus, experitur, quomodo spiritus eius super mel dulcis, et comprehendit*

sensibiliter, quam magna multitudo dulcedinis absconditur in isto Sacramento amoris.

Varia de SS. Nominis Iesu.
(EX B. BERNARDINO BOCONI, VOL. IV. SER. II.)

3976 TERTIO principaliter nomen Regis Iesu est gloriosum propter ipsam spem gloriae, quia ponitur Ibi Iesus, qui sicut praedictum est, Salvator vel salus interpretatur; quia ut dicitur Act. IV: *Non est in alio nomine salus*. Propterea iuxta illud Apoc. Petr. I. 4: *Glorificetur nomen Domini nostri Iesu Christi*; quoniam enim ostendunt nomen Regis Iesu mirabiliter gloriosum. Primo, quia est nomen desiderabile; secundo, quia est nomen delectabile; tertio, quia est nomen admirabile; quarto, quia est nomen venerabile.

FERIA SEXTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. VI. POST. PENT. SERMO I.

3977 TERTIO in verbo proposito notatur *longanimitas perseverantiae* impetrantis, cum subinfert: *quia, ecce, iam triduo sustinent me*. Illi impetrant beneficium a Deo, qui longanimiter et perseveranter sustinent eum isto triduo, scilicet dolore amarum contritionis in corde, *moerore* apertae confessionis in ore et labore condignae satisfactionis in opere. Et ista distinctio potest haberi ex Glossa, quae dicit: *« Sic turba Dominum triduo sustinet, dum multitudo fidelium, peccata sua per poenitentiam declinans, ad Dominum se in locutione et opere et cogitatione convertit ».*

3978 Primo peccatores sustinent Dominum dolore amarum contritionis in corde; unde Ecclesiastici secundo: *Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe; et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habet*. Cum enim cogitat homo, quod propter suum peccatum *rursum Filium Dei in se ipso crucifixi*, tanto dolore et ama-

ritudine debet compungi interius et tanta abiectione humilitatis debet se despiciere et vilipendere, ut multoties, prostratus super terram vel nudam humum, prompat in lacrymas exterius ad similitudinem mulieris deplorantis mortem unigeniti, quia *cor contritum*, quod scilicet Deum sustinet in dolore contritionis, et *humilitatum*, in humilitate voluntariae abiectionis, sine murmure impatientiae, *Deus non despiciet*. Unde Bernardus super Cantica: *« Quomodo non vere humiliabitur anima mea peccatrix in hac vera cognitione sui, cum se percepit oneratam peccatis, proclivam ad vitia, invalidam ad virtutes? Nonne magis convertetur in aerumna sua, dum configitur spina? Convertetur, inquam, ad lacrymas, convertetur ad planctus et gemitus, convertetur ad Dominum et in humilitate clamabit: Sana animam meam, quia peccavi tibi ».*

3979 Secundo debemus sustinere Dominum *moerore apertae confessionis* in ore; unde in Psalmo: *Dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus Salvator meus, et te sustinui, tota die. Rememiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt; delicta inventus meae et ignorantias meas ne memineris. Domine, dirige me in veritate tua, et non declines cor meum in verba multae ad excusandas excusationes in peccatis; et doce me, pure et perfecte confiteri mea peccata; quia tu es Deus Salvator meus, tribuendo veniam omnium delictorum; quia te sustinui tota die, id est saepe cum moerore et planctu confitendo mea peccata; ideo rememiscere miserationum et misericordiarum tuarum, et ignorantias meas ne memineris. Unde multum debet quilibet attendere, quod confiteatur perfecte omnia peccata sua, quia, si unum reticeatur, nunquam consequetur veniam aliorum. Non enim po-*

test idem homo esse iustus et peccator, bonus et malus, servus Dei et servus diaboli, quia *nemo potest duobus dominis servire*, contraria iubentibus. Unde sicut navis existens in aquis plena foraminibus, si omnia foramina obturarentur praeter unum, nihilominus per istud unum submergeretur in profundum maris; sic peccator, si omnia peccata confiteatur et unum reticeatur, per illud solum damnatur.

3980 Tertio debemus sustinere Dominum *labore condignae satisfactionis*; unde Ecclesiastici secundo: *Fili, accedens ad servitium Dei, sit in iustitia et timore et praeparat animam tuam ad tentationem; deprime cor tuum et sustine. Fili, accedens ad servitium Dei, per aggressionem poenitentiae; sit in iustitia, ut, quanto graviora damna culpae tibi intulisti per culpam, tanto maiora lamenta poenitentiae tibi interas per poenitentiam, ut, ubi abundavit delictum, per excessum culpae, ibi superabundet donum gratiae per dignos fructus poenitentiae; et in timore, filialis reverentiae, quia qui sine timore est non poterit iustificari. Et praeparat animam tuam, ad tentationem diaboli, ne ei acquiescat per consensum; libenter enim diabolus immittit tentationem in eos qui exierunt de Aegypto peccatorum, reducendo ad memoriam mundana delectamenta, ut eos faciat descendere de monte poenitentiae. Deprime cor tuum, a timore inanis gloriae vel excellentiae, ne superbia tua seducaris et existimas, te aliquid esse, cum nihil sis; et sustine Dominum, labore condignae satisfactionis, quia talis *« poenitentia est res optima, quae defectus omnes reducit ad perfectum »*, secundum quod dicit Augustinus. Rogemus ergo Dominum, etc.*

Varia de SS. Nomine Iesu.

(S. BERNARDI SERMO, VOL. IV. SERMO 2.)

3961 **P**rimo enim nomen Iesu est desiderabile. Nisi enim desiderium in anima provocaret, Is. c. xxvi non affirmaret dicens: *Domine, nomen tuum, et memoriam tuam in desiderio anime mee. Et iterum scriptum est: Anima mea desideravit te in nocte, scilicet in secreto cubili, et in quiete mentali. Et iterum in persona talis ferventis anime Propheta ait, Psal. xlii: Quomodo cubili desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut enim ubi est Deus, ibi est vita: quando visum et apparitio sub specie dei? (Genus, nempe, inaccessibili desiderio si obsequat, serpentes naribus attrahit, et veneniosam fontem aquarum calcitrare petit, et aqua dulcissima et purissima salubris scriptura venena depuit.*

3962 Quid mirum, si nos qui setiferi serpentis venena haemus, qui vitis quotidie inflammamur, qui saltem peccati fomite confunde ad illicita inclinamus, ad Iesum, qui ut dicitur Rom. iv, fatigatus ex itinere cum muliere Samaritana loquens super fontem sedet, corda inaccessibili desiderio curamus et venimus.

3963 Vere enim est fons vivus, fons aquarum viventium, fons cuius non deficiunt gratiarum aquae Iesus Christus Dominus Deus noster, semper figuris, semper glebis: fons unde largissimas sunt aquae gratiarum atque fluentis, et cordis nostri ariditatem reficiunt, sicut Is. xlii Cap. scriptum est: *Haurietis aquas in gemitu de fontibus Iesu: vel sicut alia littera habet, Salvatoris.*

3964 De tuo siquidem nomine, dulcissimo Iesu Christe, ubertate semper irriga fons aquae copiosissimae, salutares, quae non solum istum temperant peccatum, sed magis provocant desiderium, et aestuare faciunt ad fructum dilecti, donec inveniant quod requirunt.

SABBATO

Homilia S. Bernardi Abbatis.

DOM. VII. POST. PENT. SERMO 2.

3965 **M**iseror super turbam; quia iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent (MARC. VIII. 2). Evangelium, fratres, ob hoc scriptum est ut legatur, nec ob aliud legitur quam ut rationabilem consolationem vel desolationem exinde capiamus. Est enim sae-

cularibus consolatio vana de terrenarum affluentia rerum, vana nihilominus de earum penuria desolatio. At Evangelium, speculum veritatis, nemini blanditur, nihil seducit. Talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit: ut nec ibi timore trepidet ubi non est timor, nec laetetur cum male fecerit. Sed quid dicit Scriptura? *Si quis auditor est verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo. Consideravit enim se et abiit, et statim oblitus est quibus fuerit* (LUC. I. 23, 24). Nos autem, fratres, non sic, obsecro, non sic: sed consideremus nosmetipsos in ipsa quam audivimus sacri Evangelii lectione, ut proficiamus ex ea et corrigamus secundum eam, si qua in nobis deprehendamus corrigenda. Propter hoc enim optat Propheta dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes Domini: *Tunc, inquit, non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis* (PSAL. CXVIII. 6). Et ego quidem non confundor, sed glorior pro vobis, fratres mei, quoniam, Salvatorem in deserto secuti, securi existis ad eum extra castra: sed vereor ne quis forte in tridua expectatione pusillanimitas inveniatur, et in Aegyptum sacculi huius nequam vel corde, vel etiam et corpore revertatur. Merito proinde clamant divina Scriptura, et dicit: *Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum* (PSAL. XXVI. 14). Sed quomodo necesse est sustinere? Proorsus donec miseretur tui. Quaeris quando? *Miseror, inquit, super turbam; quia iam triduo sustinent me.*

3966 Viam enim trium dierum eas necesse est in deserto, si gratum Deo tuo offerre volueris sacrificium; et triduo sustineas Salvatorem, si miraculi panibus desideras satiari. Prima est dies Timoris; dies, inquam, declarans et illuminans tenebras tuas, interiores, scilicet, et hor-

rendum gehennae supplicium demonstrans, in quo sunt tenebrae exteriores. Huiusmodi siquidem cogitatio, sicut ipsi nostis, nostrae solet exercere primordia conversionis. Secunda est Pietatis dies, qua respiramus in luce miserationum Dei. Tertia dies est Rationis, in qua veritas innotescit, ut tamquam ex debito quodam naturae sine aliqua contradictione Creatori subiecta sit creatura, servus serviat Redemptori. Exhinc iubetur iam discumbere, ut charitas ordinetur in nobis; exhinc aperit Dominus manum suam et implet omne animal benedictione. Verum, quoniam apostolis dicitur, *Facite homines discumbere*; quorum nos (sicut ad confusionem nostram) habetis vicarios qualescumque, discumbere vos admonemus, fratres charissimi, ut reflecti pane benedictionis subsistere possitis in via, ne forte misera necessitate compulsi descendatis et vos in Aegyptum, et incipiant vobis illudere qui necdum vobiscum in deserto secuti sunt Salvatorem. Miseri sane et ipsi, qui non exiere cum exeuntibus: sed plane miserabiliores omnibus hominibus, qui profecti quidem cum aliis, sed non cum aliis sunt reflecti.

3967 Porro si fuerit qui, discumbentibus aliis, post dumeta seu diversoria quaevis absconditi latuere, homines eiusmodi ieiunos vacuosque remansisse quis nesciat? Sic et eos nihilominus qui, levitate et curiositate ducti, circumquaque vagantes, minime resederunt; aut si qui resederunt quidem, sed non in ordine, nec in numero ceterorum. Hortamur proinde charitatem vestram et pastorali sollicitudine admonemus ne quis ex vobis inveniatur angulos amare, sectari latebras, quaerere diverticula: quoniam *qui male agit, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius* (IOANN. III. 20). Sed nec inveniatur in vobis

qui circumferantur omni vento doctrinae, instabiles et inquieti, nihil in se soliditatis, nihil gravitatis habentes, tamquam pulvis quem proficit ventus a facie terrae. Nam de his quid dicam quorum manus contra omnes, et manus omnium contra ipsos? Hi sunt qui separant semetipsos, animales, spiritum non habentes: quoniam *Nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu* (I COR. XII. 3). Nequissima plane et perniciosissima pestis: quoniam universos unius obstinatio turbat, et fit omnibus discordiae fomes, materia scandalorum. Denique Prophetam audi, qui, de vinea Domini loquens, *Singularis, inquit, servus depasus est eam* (PSAL. LXXIX. 14). Pro huiusmodi rogo et obsecro vos, fratres mei, fugite simulationem omnem et angulis propriae voluntatis, fugite inquietudinem et spiritum levitatis, fugite obstinationem et nequissimum vitium singularitatis: nisi forte (quod absit) fraudare vultis animas vestras panis edulio benedicti.

3968 Iam vero, ne longius protraham vos, septem panes quibus reficiamini isti sunt. Primus panis, verbum Dei; in quo vita hominis est, sicut et ipse testatur. Secundus panis, obedientia est; quoniam *meus cubus est, inquit, ut faciam voluntatem eius, qui misit me* (IOANN. IV. 34). Tertius panis, meditatio sancta, de qua scriptum est: *Cogitatio sancta conservabit te* (PSAL. XII). et aequae alto in loco nominari videtur panis vitae et intellectus. Quartus panis, orantium lacrymarum. Quintus vero, poenitentiae labor est. Nec miraberis quod laborem aut lacrymas panem dixerim, nisi forte excidit tibi quod in Propheta legisti: *Cibabis nos pane lacrymarum* (PSAL. LXXIX. 6), et item in alio Psalmo: *Labores, inquit, manuum tuarum quia manducabis, beatus es et bene tibi erit.* (PSAL. CXXVII. 2). Sextus

panis est iucunda unanimitas socialis; panis, inquam, ex diversis granis confectus, fermentatusque gratia Dei. Porro septimus panis est Eucharistia: quoniam panis, inquit, quem ego do, caro mea est pro mundi vita. (IOANS. VI, 52).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMONI VII, 15, SERM. 7.)

Secundo vero nomen Iesu est delectabile. Quis enim ignorat, quos si desiderium in Iesu nomine implerit, delectat animam? Propter ea Prop. Psal. CCCXXV. ait: *Posuisti iocunditatem tuam, quoniam uocem tuam est enim suauitas nominis Iesu Christi, quia per interitum gustus experientiam salutis cordis afficitur, quod oris habitus non profertur. Unde Apoc. in cap. Angelo tertiae Ecclesiam scriptum est: *Veni tibi dabo nomen absconditum: et dabo tibi calculum condiditum: et in calculo uocem nominis scribitum, quod nemo scit, nisi qui accipit.**

Manna quidem absconditum est Iesus, qui poenitentes et agonizantes in solitudine mundi, et in certamine carnis praebitoria quantum et dispositoria suauitate reficit et oblectat. Quod quidem absconditum ideo dictum est, quia dulcedina illius plenitudinem, quae solos beatos remunerat, in hoc exilio nullus expectat. Sed quod modo nobis est absconditum, fiet completa victoria manifestum.

Datur quoque calculus candidus per Iesum: lapis probatus, quem carbunculum uocant, inter ceterum in tenebris constitutus, sicut carbo electissimus. Et in calculo nomen bonum scribitur, quoniam nomen Iesu notitia et dulcedo interiora penetraans labiis cordis infunditur. Quod quidem per solam experientiam gustus spiritualis agnoscitur, quia virtutem huius nominis nemo scit, nisi qui accipit. Unde IX. XII. cap. scriptum est: *Vos habite tibi nomen uocatum, quod os Domini nuntiabit.*

Sed aduertendum est, quod hanc suauitatem in duobus expressit, scilicet, in dulcedo cibi olim patribus dati et in calcule calculi, quoniam totum animam replet, et interna laetitia ac spirituum huius suauitatem influentia quantum ad affectum, et diuinarum theoriarum refugientia quantum ad intellectum.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANGUI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM. Matth. VII, 15-21.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Attenti dote a falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

15. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in lignem mittetur.

20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit uoluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

Homilia S. Hilarii Episcopi. Habentur interea in Breu. Rom.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri. In MATTH. CAP. 7.

ATENDITE a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Et de omnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. Sed specialiter de haereticis intelligendum est, qui uidentur continentia, castitate, ieiunio, quasi quadam pietatis se veste circumdare, intrinsecus uero habentes animum uenenum, simpliciorum fratrum corda decipiunt. Ex fructibus ergo animae, quibus innocentiam ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur.

Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in lignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quaecumque ab haereticis, qui

duas inter se contrarias dicunt esse naturas, si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam potest, quomodo Moyses arbor bona peccaverit ad Aquam Contradictionis (DEUT. XXXII, 31); et David, Uria interfecto, cum Bethisabee concubuerit (II REG. XI, 27); Petrus quoque in Passione Domini negarit, dicens: *Nescio hominem* (MATTH. XXVI, 72): aut qua consequentia Iethro secum Moysi arbor mala, qui utique in Deum Israel non credebat, dederit consilium Moysi bonum (EXOD. LXXVII, 24); et Achior ad Holophernem aliquid utile sit locutus (IUDITH V, 5 seqq.); et comicus dixerit (quod bene dictum Apostolus comprobauit): *Corrumplunt mores bonos confabulationes pessimae* (I COR. XV, 33). Et cum non inuenierit quid respondant; nos inferemus, et Iudam (IOANS. XIII, 2), arborem quondam bonam, fecisse fructus malos postquam prodidit Salvatorem: et Saulum (PHILIP. II, 6) arborem malam eo tempore quo persequeretur Ecclesiam Christi, fecisse postea fructus bonos, quando in uas electionis de persecutore translatus est (ACT. IX, 13). Tandem ergo bona arbor fructus non facit malos, quando in bonitatis studio perseverat: et mala arbor tandem manet in fructibus peccatorum, quando ad poenitentiam non convertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id esse quod necedum coeperit.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit uoluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Sicut supra dixerat, eos qui haberent uestem vitae bonae, non recipiendos propter dogmatum nequitiam; ita nunc e contrario asserit, ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter uiuunt,

et doctrinae integritatem malis operibus destruant. Utrumque enim Dei seruis necessarium est, ut et opus sermone, et sermo operibus comprobetur. Huic sententiae potest illud uideri contrarium: *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto* (I COR. XII, 3). Sed moris est Scripturarum dicta pro factis accipere, ut statim in consequentibus approbatur, refutari eos qui iactant sine operibus habere scientiam Domini, et audiunt a Salvatore: *Discedite a me, operari in iniquitate, nescio uos* (LUC. XIII, 27). Et Apostolus in hunc sensum loquitur: *Confitebitur se nosse Deum: factis autem negant* (TIT. I, 16).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. IV, SERM. 2.)

Hoc autem fit, quando mens in sublimi contemplationis apice constituta, transcendens humanam et Angelicam Hierarchiam, ad diuinas theorias ascendit: ubi supersplendentibus unita radiis, rationes rerum considerans illuminatur. Imperscrutabili abyso sapientiae Dei: et tandem pro nimio charitatis excessu, uelut alter Moyses in montis vertice, cum Deo in nubila caligine diuini luminis absorbetur.

Ibi est suauitas in affectu, quae ministrat deuotionis pinguedinem: ibi gratia cognitionis innotescit, quae ministrat pabulum, et alimentum refectionis aeternae sicut Psal. LXXXVII scriptum est: *Domine, in lumine cultus tui ambulabunt, et in uimibus tuis exultabunt tota die. Ait enim: Domine, in lumine tuo: ecce cognito; ambulabunt, ecce consolatio. Aequalitas enim et conformitas designat, quae est in spirituali consolatione. Et in uocibus tuis, ecce deuotionis expressio.*

Exultabunt tota die: ecce suauis relectio. Sui bonum omnium, secundum Apostol. ad Rom. cap. VII: *Canas est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Quam igitur ad uocem Iesu feruenter afflicti, eius dulcedine abluenter reflectis, et praesentem futuram gloriam fructum iam dulciter experitis; quoniam, ut ait Psal. V: *Gloriabitur in te, scilicet, per participationem gloriae, omnes, qui diligunt nomen tuum.*

panis est iucunda unanimitas socialis; panis, inquam, ex diversis granis confectus, fermentatusque gratia Dei. Porro septimus panis est Eucharistia: quoniam panis, inquit, quem ego do, caro mea est pro mundi vita. (IOANS. VI, 52).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMONI VII, 15, SERM. 7.)

Secundo vero nomen Iesu est delectabile. Quis enim ignorat, quod si desiderium in Iesu nomine impleretur, delectat animam? Propter ea Prop. Psal. CCCXXV. ait: *Postulavit iocundum, eius, inquit, nomen, et in Iesu est enim suavitas nominis Iesu Christi, quia per interiori gustus experientiam palatum cordis afficitur, quod oris habitus non profertur. Unde Apoc. in cap. Angelo tertiae Ecclesiam scriptum est: *Vultus tuus dabo nomen absconditum: et dabo tibi calculum condiditum: et in calculo scriptum nomen scribitur, quod nemo scit, nisi qui accipit.**

Manna quidem absconditum est Iesus, qui poenitentes et agonizantes in solitudine mundi, et in certamine carnis praebitoria quantum et dispositoria suavitate reficit et oblectat. Quod quidem absconditum ideo dictum est, quia dulcedina illius plenitudinem, quae solos beatos remunerat, in hoc exilio nullus expectat. Sed quod modo nobis est absconditum, fiet completa victoria manifestum.

Datur quoque calculus candidus per Iesum: lapis probatus, quem carbunculum vocant, inter cetera in thesauris constitutus, sicut carbo electissimus. Et in calculo nomen Iesu scribitur, quoniam nomen Iesu notitia et dulcedo interiori penetrans labiis cordis infunditur. Quod quidem per solam experientiam gustus spiritualis agnoscitur; quia virtutem huius nominis nemo scit, nisi qui accipit. Unde IX. XII. cap. scriptum est: *Vos habetis tibi nomen secretum, quod os Domini nuntiavit.*

Sed advertendum est, quod hanc suavitatem in duobus expressit, scilicet, in dulcedine cibi olim patribus dati et in calcule calculi, quoniam totum animam reficit, et interna laetitia ac spiritualium suavitatum influentia quantum ad affectum, et divinarum theoriarum refugentia quantum ad intellectum.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANGUI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM. *Matth. VII, 15-21.*

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Attenti dote a falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

15. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.

19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in lignem mittetur.

20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

Homilia S. Hilarii Episcopi. *Habentur interea in Breve. Rom.*

Homilia S. Hieronymi Presbyteri. *in MATTH. CAP. 7.*

ATTENDITE a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Et de omnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. Sed specialiter de haereticis intelligendum est, qui videntur continentia, castitate, ieiunio, quasi quadam pietatis se veste circumdare, intrinsecus vero habentes animum venenum, simpliciorum fratrum corda decipiunt. Ex fructibus ergo animae, quibus innocentiam ad ruinam trahunt, lupi rapaces comparantur.

Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in lignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quaecumque ab haereticis, qui

duas inter se contrarias dicunt esse naturas, si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam potest, quomodo Moyses arbor bona peccaverit ad Aquam Contradictionis (DEUT. XXXII, 31); et David, Uria interfecto, cum Bethisabee concubuerit (II REG. XI, 27); Petrus quoque in Passione Domini negavit, dicens: *Nescio hominem* (MATTH. XXVI, 72): aut qua consequentia Iethro docuit Moysi arbor mala, qui utique in Deum Israel non credebat, dederit consilium Moysi bonum (EXOD. LXXVII, 24); et Achior ad Holophernem aliquid utile sit locutus (IUDITH V, 5 seqq.); et comicus dixerit (quod bene dictum Apostolus comprobavit): *Corrumplunt mores bonos confabulationes pessimae* (I COR. XV, 33). Et cum non invenerint qui respondeant; nos inferemus, et Iudam (IOANS. XIII, 2), arborem quondam bonam, fecisse fructus malos postquam prodidit Salvatorem: et Saulum (PHILIP. II, 6) arborem malam eo tempore quo persequeretur Ecclesiam Christi, fecisse postea fructus bonos, quando in vas electionis de persecutore translatus est (ACT. IX, 13). Tandem ergo bona arbor fructus non facit malos, quando in bonitatis studio perseverat: et mala arbor tandem manet in fructibus peccatorum, quando ad poenitentiam non convertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id esse quod necedum coeperit.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Sicut supra dixerat, eos qui haberent vestem vitae bonae, non recipiendos propter dogmatum nequitiam; ita nunc e contrario asserit, ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter vivunt,

et doctrinae integritatem malis operibus destruant. Utrumque enim Dei servis necessarium est, ut et opus sermone, et sermo operibus comprobetur. Huic sententiae potest illud videri contrarium: *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto* (I COR. XII, 3). Sed moris est Scripturarum dicta pro factis accipere, ut statim in consequentibus approbatur, refutari eos qui iactant sine operibus habere scientiam Domini, et audiunt a Salvatore: *Discedite a me, operarii iniquitatis, nescio vos* (LUC. XIII, 27). Et Apostolus in hunc sensum loquitur: *Confitebitur se nosse Deum: factis autem negant* (TIT. I, 16).

Varia de SS. Nominis Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERMONI, VOL. IV, SERM. 2.)

Hoc autem fit, quando mens in sublimi contemplationis apice constituta, transcendens humanam et Angelicam Hierarchiam, ad divinas thesauras ascendit: ubi supersplendentibus unita radiis, rationes rerum considerans illuminatur. Imperceptibili abyssu sapientiae Dei: et tandem pro nimio charitatis excessu, velut alter Moyses in montis vertice, cum Deo in nubila caligine divina luminis absorbetur.

Ibi est suavitas in affectu, quae ministrat devotionis pinguedinem: ibi gratia cognitionis interioris, quae ministrat pabulum, et alimentum refectionis aeternae sicut Psal. LXXXVII scriptum est: *Domine, in lumine cultus tui ambulabunt, et in uniuersis viis exultabunt tota die. Ait enim: Domine, in lumine tuo: ecce cognitio; ambulabunt, ecce consolatio. Aequalitas enim et conformitas designat, quae est in spirituali consolatione. Et in uniuersis viis, ecce devotionis expressio.*

Exultabunt tota die: ecce suavis relectio. Sicut bonum omnium, secundum Apostol. ad Rom. cap. VII: *Canat est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*. Quam igitur ad nomen Iesu ferventer affertur, eius dulcedine abflueret reflectis, et praesentem futuram gloriam fructum iam dulciter experitis; quoniam, ut ait Psal. V: *Gloriabitur in te, scilicet, per participationem gloriae, omnes, qui diligunt nomen tuum.*

FERIA SECUNDA.

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN HATHE, CAP. 2.

3999 **D**OLET cautelas, a quibus cavendum sit. Describuntur autem a professione, quia prophetae.

4000 Sed potest quaeri, de quibus prophetis, quia lex et prophetae usque ad Joannem: unde in tempore illo non erant prophetae de Christo, quia in ipso finiuntur. Ideo dicendum quod prophetae sunt doctores in Ecclesia et praelati.

4001 Scilicet quid est quod dicitur: *Falsi? Falsi dicuntur qui non mittuntur. De talibus dicitur Ier. xxii, 21: Non mittebam eos, et ipsi currebant.* Item falsi dicuntur qui mendacium dicunt; unde Ier. ii, 8: *Prophetae eius prophetaerunt in Babilonia.* Sic etiam multi fuerunt pseudoprophetae in populo: sicut et in nobis erunt magistri mendaces.

4002 *Attendite, id est diligenter cavete, quia occulti sunt, et a laqueis occultis cavendum est. Unde malignitas eorum intrinsecus latet.* Dicit ergo, *Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, etc.* Oves sunt fideles: *Non autem populus eius, et oves pascuae eius, Ps. xcix, 3.* Vestimenta autem eorum sunt ieiunium, elemosynae, quibus se tegunt; II ad Tim. iii, 5: *Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Sed sciendum, quod si lupi se tegant pelibus ovium, non tamen propriis hoc ovis perdit pellem suam: sic licet illi mali bonis operibus tegantur, tamen multum boni proficiunt. *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hoc principaliter exponitur de haereticis, ex consequenti de malis praelatis. Unde habetur super illud Ioann. x, 11: *Ego sum pastor bonus:* Dicitur quod quidam est pastor, qui gubernat, et regit; quidam lupus, qui perniciem intendit; quidam mercenarius, qui commodum proprium

quaerit. Unde pastor est amandus, lupus fugiendus, mercenarius tolerandus. Quod ergo dicitur, *quod intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, intelligitur de his qui habent intentionem pervertendi plebem, et lupi sunt dicendi. Item mercenarii, scilicet mali christiani, qui dispergunt malo exemplo, qui vitam habent malam; quantum ad affectum, habent modum lupi; Act. xx, 29: *Quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in eos, non parentes gregi, etc.* Et dicit, *Intrinsecus*, quia malam habent intentionem occidendi plebem. *A fructibus eorum cognoscetis eos, etc.* *A fructibus*, id est operationibus.

Sed videtur contra, quia habent 4003 vestes ovium; et vestes sunt opera. Ergo ab eis cognoscuntur. Chrysostomus: *Fructus est confessio fidei.* Unde si confitetur fidem, non est haereticus. Ad Ephes. v, 9: *Fructus enim lucis est in omni bonitate, et iustitia, et veritate, etc.* Si autem exponatur de simulatoribus, tunc sic exponitur, quod per vestes exteriora opera. Unde ad Gal. v, 22: *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium et pax, etc.*

Sed quaeres: Qualiter possunt cognosci? Dicendum quod potest vix aliquis 4004 hypocrita esse ita compositus, quin appareat aliquid malitiae vel verbo, vel facto; Prov. xxvii, 19: *Quando in aequis respiciunt vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt proclatibus.* Et Seneca: *Nemo potest diu fictam ferre personam.* In duobus autem maxime manifestantur. In his quae subito agenda occurrunt, quia in his quae de liberatione quis facit, cavet sibi. Item in tribulationibus; Eccl. vi, 8: *Est amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.* Item manifestantur quando non possunt consequi quod volunt, vel cum iam consc-

cuti sunt. Unde principatus virum ostendit.

4005 *Namquid colligunt de spinis uvas? Per uvas, ex quibus fit vinum, intelligitur spiritalis laetitia: quia vinum laetificat cor hominis, Psal. ciii, 15.* Per ficus dulcedo ecclesiasticae pacis, quae est charitas. Haec non possunt nasci de tribulis, idest peccatoribus, quia *spinas et tribulos germinabit tibi, Gen. iii, 18.* Et hoc probat per exemplum: *Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.* Ex hoc Manichaei assumpserunt duas naturas, scilicet bonam et malam. Sed hoc non est verum: quia videmus de mala creatione bonum fructum, et e converso. Unde ad hoc debes intelligere quod arbor est principium fructus. Sed principium est duplex. Principium naturae, et principium moris. Principium naturae est anima: et quidquid inde procedit naturaliter, totum bonum est. Principium autem moris est voluntas; ideo si voluntas fuerit bona, et opus bonum, cum habeat voluntatem bonam cum intentione bona; quia si vellet furari pro elemosyna danda, etsi voluntas bona est, non tamen intentio est recta. Sed quid fiet de arbore mala? *Omnis arbor, quae fructum non facit, excidetur:* quia si non facit, vel si omittit facere cum possit, excidetur; unde Ioann. xv, 6: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, et ardescet, et ardet.* Unde Luc. xiii, 7 dicitur de ficulnea, quam scilicet praecepit Dominus succidi et tolli: *Tollatur impius ne violenter gloriam Dei.* Concludit: *Ergo a fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, etc.* Posita doctrina, ostendit quod oporteat eam observare, quia nihil aliud sufficit ad salutem. Et circa mandata sive doctrinam Dei quatuor sunt

necessaria, sive laudabilia; ut ore confiteamur, confirmetur miraculis, et audiatur verbum Dei, et exequatur opere. De primo ad Rom. x, 10: *Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem.* De secundo, Marci ult, 20: *Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.* Item ut audiatur; Ioannis viii, 47: *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Item quarto requiritur quod faciat; Iac. i, 22: *Estote factores verbi, et non auditores tantum.* Unde vult ostendere quod tria sine quatuor non proficiunt; unde dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, etc.*

Sed videtur hoc esse contrarium A. 4006 postolo dicenti: *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* Sed qui habet Spiritum sanctum, intrat in regnum coelorum.

Solvit Augustinus, quod dicere dicitur 4007 multipliciter: communiter, et stricte, et proprie. Et stricte non est aliud nisi manifestare affectum et voluntatem; et sic dicitur ab Apostolo (Ioc. cit.): *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, etc.* Et hoc nihil aliud est quam credere Dominum, et obedire. Item communiter, idest ore qualitercumque nuntiare; de quo habetur Ierem. xxvi, 13: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longo est a me.* Vel sic. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, etc.* Ingeminat verbum hoc, *Domine, Domine*, ad significandum, quod duplex est confessio, scilicet vocis et laudis, quarum neutra sufficit. Ideo Is. xxvi, 13: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longo est a me.* Quis ergo intrabit? Non qui dicit *Domine, Domine*, sed qui fecerit voluntatem Patris mei, etc. Ioann. iii, 13: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, etc.* Unde nemo potest ascendere, nisi descendat ut Christus, de quo dicitur Ioann. vi, 38: *Descendi de*

coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Unde oportet facere voluntatem Dei; 1 Thess. IV, 3: *Haec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra.* Unde dicebat David Ps. CXXII, 10: *Duce me facere voluntatem tuam.* Et etiam sicut Dominus docuit orare, *Fiat voluntas tua.* Sed notandum, quod per hoc quod dicit, *Regnum,* tangitur remuneratio aeterna; unde dicit, *Intrabit illud enim regnum in bonis spiritualibus est, non in bonis exterioribus; ideo dicit, Intrabit.* Ideo Cant. i, 4: *Introduxit me rex in cellaria sua.* Item dicit, *Caelorum,* quia licet aliquis hic divitias habeat, vel honores, hoc totum est propter illud. Unde in sublimibus erit remuneratio.

Verba de SS. Namine Iesu.

EX S. BERNARDINO SERENI, SOL. IV. SERM. 21.

1005 TERTIO autem est nomina Iesu admirabile. Quod maxime ex delectatione dependet. Notanter autem Is. cap. 12 dicit: *Nomen eius admirabile.* Iesus enim admirabilis vocatus est, ubi *Verbum caro factum est.* Teja namque trahunt animum in excelsum, quoniam faciunt simul ista: Deus et homo; mater et virgo; fides et cor humanum, ut quantumcumque profundas purissimam oculorum arion, si non habueris per gratiam organi similitudinem, videre non poteris excessivam disproportionabilis luminis claritatem.

1009 Si enim in ortu solis, quoniam effulget super hemisphaerium nostrum claritatem radiorum eius nequis aspicere, sed exoritur lumine orientis quomodo solis iustitiae splendorem, videlicet, nominis Iesu per universa climata mundi cunctantibus, quis poterit comprehendere? Propter ea (Cap. XXXII) in his quae scribitur collectantur Iacob dicit Angelus magis consilii Iovis Christus: *Cur quartis nominem, quod est admirabile?*

1020 Suscepit coelum, tremant Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, ratio non agnoscit incarnationis mysterium, et nominis Iesu incomprehensibile sacramentum, quod patet in terra, gloria in caelis, saltem penitus vitam mortuis in acstimabili pietate dispensat.

FERIA TERTIA

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

IN MATH. 10. 21.

ATTENDITE a falsis prophetis. Venient enim ad vos in vestimentis ovium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ecce cum canibus et porcis aliud insidiarum genus, multo periculosius illo. Illi enim sunt manifesti, et palam aggrediuntur; hi vero occulti. Ideo ab illis quidem abstinere iussit, ab his vero diligentissime cavere, ac si difficile sit ad primum illos congressum explorare: ideoque dixit, *Attendite,* ut ad illos internoscendos redderet diligentiores. Deinde ne audientes, in arcta et angusta multisque contraria via incendendum esse, a porcis et canibus cavendum, insuperque a maligniori genere, nempe luporum; ne tristium rerum multitudinem concidant, in contrariam multis incessuram, praetereaque his de rebus solliciti futuri, quaedam tempore patrum suorum gesta memoravit, pseudopphetas in medium adducens; praece namque talia contigerant. *Nobile ergo terri* (Luc. XXI, 9), inquit, nihil enim novum, nihil inauditum accidet. Veritati namque fallaciam semper substituit diabolus. Pseudopphetas autem hic non haereticos mihi subindicare videtur, sed eos qui cum corrupti moribus et vita sint, virtutis larvam circumferunt, quos seductores vocare multi solent. Quamobrem subiunxit dicens, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Nam apud haereticos quidem honesta vita saepe reperitur; apud hos autem, quos dixi, numquam. Quid igitur, iniquis, si mores fingant honestos? Sed facile capiuntur. Talis quippe est huius viae natura, qua incedere iuvisi, laboriosa nempe et dura. Hypocrita vero laborem ferre nolit, sed simulare tantum: ideoque facile deprehenditur.

Quia enim dixit: *Pauci sunt qui inveniunt eam,* secernit eos ab illis, qui cum non invenerint, invenisse tamen se simulant, iubens non ad illos qui larvam circumferunt, respicere, sed ad illos qui vere et ex animo in illa incedunt. Et qua de causa, iniquis, non illos notos fecit, sed nos in explorandi curam coniecit: Ut vigilemus, et solliciti semper simus, dum cavemus non modo ab inimicis illis qui palam tales sunt, sed ab iis etiam qui sese occultant: quos subindicans Paulus dicebat: *Et per dulces sermones seducunt corda innocentium* (ROM. XVI, 18). Ne itaque turbemur, cum multos huiusmodi etiam nunc videmus. Nam et illud supra Christus praedixit.

1012 Et perpende eius mansuetudinem. Non enim dixit, Punite illos, sed, Cavete ne ab illis laedamini, ne incauti in illos incidatis. Deinde, ne dicas, non posse huiusmodi homines internosci, ab hominum exemplo rursus ratiocinium adhibet dicens: *Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit; mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere.* Quod autem dicit huiusmodi est: Nihil habent mite vel dulce; pellem solum ovis gestant, ideo facile internoscuntur. Et ne vel minimum dubites, naturalibus necessitatibus comparat ea quae aliter fieri non possunt. Quod etiam Paulus dicebat: *Sapientia enim carnis, mors est; legi enim Dei non subicitur: neque enim potest* (ROM. VII, 6, 7). Quod autem illud secundo ponat, non est superflua repetitio verborum. Ne quis enim diceret, Arbor mala fructus quidem fert malos, sed fert etiam bonos; et cum duplices ferat, difficile est illos internoscere. At res, inquit, non ita se habet: malos tantum affert, bonos numquam; ut et e con-

trario. Quid igitur? Annon est vir bonus, qui malus efficitur? Ac vicissim dicendum e contrario: multis huiusmodi exemplis plenum est hominum genus. Sed Christus non illud dicit, nempe non posse malum hominem mutari, neque bonum cadere; verum donec in nequitia perseverat, bonum non afferet fructum. Mutari enim potest, et ex improbo bonus effici; sed in nequitia manens, fructum non afferet bonum. Quomodo ergo David, bonus cum esset, fructum malum tulit? Non manens bonus, sed mutatus: qui si perpetuo mansisset qualis erat, numquam talem fructum tulisset. Nam si in virtutis gradu mansisset, non ausus esset talia perpetrare. Haec autem dicebat, ut temere obloquentium et criminantium ora frenaret. Quia enim plurimi bonos ex improbis aestimant, ut illis omnem excusationem adimeret, hoc dixit. Neque enim dicere possis, Circumventus sum atque deceptus: nam accuratam tibi dedi ex operibus notitiam, iubens per ipsos actus procedere, neque omnia temere turbare. Deinde quia non eos ulcisci iussit, sed cavere ab illis ut eos qui ab illis laederentur consoletur, simulque ut laedentes deterreat et in meliora convertat, poenam ab se ipsis infligendam statuit et firmavit, dicens: *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.* Deinde sermonem aliquantum temperans, intulit: *Ignis ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ne autem comminationem maxime videretur inducere, quasi per admonitionem et consilium videtur illorum animum movere. Hic vero mihi Iudaeos subindicare videtur, qui tales proferebant fructus. Ideoque Ioannis dicta memoravit, per eadem ipsa nomina supplicium illis describens. Nam et ille haec dicebat, securim, arborem excidendam et ignem in-

extinguibile illis commemorans (MATH. III, 10). Videturque una tantum poena esse, nempe combustio; si vero quis haec accurate exploret, duplex hic supplicium est. Nam qui comburitur, a regno exdit omnino; haec vero poena maior est. Novi certe multos ex gehennae tantum nomine horrere; ego tamen multo graviores esse poenam illico a gloria illa excidere, quam gehennam sustinere. Si vero id non possit sermone monstrari, nihil mirum. Neque enim novimus bonorum illorum beatitudinem, ut perditae ipsius miseriam aestimemus: si quidem Paulus, qui haec probe noverat, sciebat excidere e gratia Christi rem esse omnium gravissimam (GAL. V, 4). Et hoc nos quoque sciemus, cum in rei experimentum incidimus.

Varia de SS. Nomine Iesu.

DE S. PROTERIO REVERSI, VII. 17. SERM. 7.

4013 **V**ERBA igitur nomina mirabilia, quod verbis mirificatur, et signis, quod sub modo latere non potest sed supersubstitit, licet recentibus Iudaeis, quia verba magna celebrant Apostoli testimonium Iesu Christi Domini nostri; et gratia magna erat in omnibus illis (ACT. IV). Gratia magis, quae universam infunderet creaturam, omnes ostenderet medicina, dicente Domino Matth. ait: Signum veni eos, qui in me crediderunt, haec sequitur: In nomine meo demones eiciunt, linguae serpentes tollunt; et si mortiferum quid haberint, non eis nocent: super aegros manus imponunt, et bene habent.

4014 Longum quippe esset prosequi mirabilia et miracula, quae in hoc nomine facta sunt, etiam temporibus nostris, quotiesque sunt. Memoriam fallunt sermones excolunt, et in miranda mirabilibus tanti nominis omnis lingua vel Angelica vel humana reperitur penitus inaequalis. Unde Propheta (PSAL. VIII) volens, nec valens explicare mirabilia eius, quasi subsistens in illo nomine pedaneque retrahens ait: Domine Domine noster, quoniam admirabile est nomen tuum in universa terra. Nam in terra viventium mirabilis huius bonitas iustitia, ut iuxta Apost. ad Philipp. II: In nomine Iesu omnia consueverunt, coelestium, terrestrium, et infernorum: Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in Gloria Dei Patris.

FERIA QUARTA

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

DE MARTYR. HOM. 24.

4015 **C**UR non dixit, Sed qui facit voluntatem meam? Quia hoc interim poterat libentius accipere. Illud enim perpensa illorum infirmitate tunc magnum admodum erat. Alioquin vero per illud hoc ipsum etiam subdixit. Ad haec autem illud insuper dicendum, non esse aliam Filii, aliam Patris voluntatem. Hic vero mihi maxime videtur Iudaeos perstringere, qui in dogmatibus summam rerum ponebant, nec de vita probe agenda curabant. Ideo illos Paulus coarguit dicens: *Rece tu Iudaeus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem (ROM. II, 17 18). Verum nihil tibi ex illa accedit, quando vitae et operum exemplum non adest. Ille autem non hic substitit, sed quod multo maius erat dixit.*

Varia de SS. Nomine Iesu.

DE S. BEBERKIDIO SERMONI, VOL. IV. SERM. 21.

4016 **Q**UARTO est nomen Iesu venerabile: et merito propter omnia supradicta. Vere enim venerabilis reverentia, et veneratio veneranda, sive reverentia, ut dignitas tanti nominis honoratur in terra, quod phalanges hierarchicae venerantur in caelis. Propterea Origenes ait: Nomen Iesu, nomen est gloriosum omni cultu dignissimum. Tam singularis reverentiae est nomen Iesu, quod ab eius venerabili laude nullis excipitur status, nullus excluditur locus, nullum praescribitur tempus, nullum redovendum est opus. Primum cum nullus excipitur status. Unde Propheta ait, PSAL. CXLVIII. Reges terrae, et omnes populi, principes, et iudices terrae: iuvenes et virgines, senes cum iunioribus laudant nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super caelum et terram.

4018 Reges terrae se regentes, et voluptatibus corporum imperantes dicuntur, et populi, quicumque sunt in unum ad honorandum nomen Domini Iesu Christi in veritate fidei congregati: Principes et

4017 **I**udices, Angeli cives sunt, principantes per potentiam, iudicantes per sapientiam: Iuvenes, sunt in charitate ferventes: Virgines castitate fulgentes: Seniores, a voluptate deficientes, et libidine refrigentes: Iuniores, sunt balbutientes. Laudant, inquit, nomen Domini, ut nullus status, non dignitas, non sexus, non aetas ab eius laude intelligatur excelsi. Quia exaltatum est nomen eius solius: iuxta illud Apostoli ad Philipp. II: Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

4020 Confessio eius super caelum et terram: haec autem confessio laudem illam designat, quae tanto nomini perhibetur in terris, quae celebratur in caelis: tamen non immerito super utramque consistit; quia nec coelestia, nec terrestria possunt illi laudibus aequalia reperiri.

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DE S. PROTERIO REVERSI, VII. 17. SERM. 7.

4020 **Q**UI facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum, Matthaei septimo.

4021 In verbis his nota duo, quae hominem salvant, scilicet conformitas affectus et effectus ad Dominum, et felicitas ingressus in paradysum.

4022 Circa totum nota, quod, ut possit sciri, qualis debet esse voluntas hominis conformati Deo, oportet scire, quale sit regnum caelorum, quod debetur facienti voluntatem Dei.

4023 Est autem illud regnum gloriosum propter praecellentiam dignitatis; Psalmus: *Gloriam regni tui dicent. Speciosum propter refulgentiam claritatis; Sapientiae quinto: Accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Domini. Deliciosum propter affluentiam iucunditatis sive suavitatis: Lucae vigesimo secundo: Ego dispono vobis, sicut disposui mihi Patrem meum, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, etc. Opulenta propter redundantiam ubertatis;*

Matthaei quinto: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

4024 Voluntas argo hominis ad hoc instar illius regni sic Deo conformis requiritur, quod sit gloriosa, id est nobilis, per solius beatitudinis aeternitatis desiderium; secundi Machabaeorum primo: *Det vobis cor omnibus, ut colatis eum et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti. Speciosa, id est magna, per solius pulchritudinis internae studium: primi Paralipomenon vigesimo secundo: Fili mi, voluntatis meae fuit, ut aedificarem domum nomini Domini Dei mei. Deliciosa, id est affectuosa et amoenae, per solius divinae suavitatis participationem: primi Paralipomenon ultimo: Dominus Deus noster, omnis haec copia, quam paravimus, ut aedificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, et tua sunt omnia; ad Romanos decimo: Voluntas cordis mei et observatio ad Deum fit pro illis in salutem. Opulenta, id est dono gratiae repleta, per multiformis virtutis thesaurum; ad Philippenses secundo: Deus est, qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.*

Varia de SS. Nomine Iesu.

DE S. BONAVENTURAE EPISCOPI, VII. 17. SERM. 7.

4025 **S**ECUNDO ab eius laude nullus excluditur locus. Unde Is. XXV cap. scriptum est: *In doctrinis glorificabitur Deus, et in iudicio maris nomen Dei Israel.* Ubi est enim locus, ubi non sit diffusum nomen dulcis Iesu? et verificetur, quod scriptum est, Cantus: *cap. Quoniam affertur, nomen hominis. Propterea Apostolus praeco gloriosi nominis Iesu, adfundebat hoc venerabile nomen, ubi non fuerat nominatum, ne fundamentum construeret super aedificium alienum, iuxta quod Dominus Act. IX, dixit de Paulo ad Ananiam: *Vas electionis est multi sae, ut portet, nomen meum coram gentibus et Regibus, et Iisrael.**

4026 Ind. est, quod vel tibi, Domine Iesu, possumus cum Propheta testimonium perhibere dicentes: *Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in firmis terrae (PSAL. CXXII). Sicut enim in toto orbe terrarum toti nominis reverentia dilatatur, sic in*

Ecclesia, quae per totum mundum distenditur ipsi devoto laudi offertur et ministratur.

At si forte calumnias, hoc non fuisse impletum, quia necdum pio nomini Iesu fidei cultu subiectum videas genus humanum? saltem confitearis eoleidum, iuxta Prophetiae sententiam dicens, Psal. **LXXXV.** Omnes gentes quicumque fecisti, venient, et adorabunt eorum te, Domine, et glorificabunt nomen tuum. Et ne locum aliquem credas exclusum, audi eundem Prophetam dicentem Psal. **CXLII.** A solis ortu usque ad occiduum laudabile nomen Domini.

FERIA SEXTA
IN DOMINICA
VERITATIS

HOMILIA S. BONAVENTURAE EPISCOPI.
SERM. VII. POST PENTECOSTAM.

Non potest arbor bona malos fructus ferre, Matthaei septimo. In verbis istis describit Salvator hominem configuratum sibi per conformitatem voluntatis et vitae a tribus, scilicet a securitate animi, ibi: *Non potest; a stabilitate voti, ibi: arbor bona; ab utilitate facti, ibi: fructus malos facere;* quasi dicat: immo, semper bonos.

Circa totum nota, quod bonus homo metaphorice dicitur esse vere bona arbor, si ad modum arboris radicatus in fide, elevatus in spe, expansus in charitate, floridus in desideriorum aviditate, habet ad modum arboris firmam, proceram, umbrosam, floridae fructum operationis in alimentum, secundum illud Levitici vigesimo sexto: *Et pomis arbores replebuntur. Et comeditis panem vestrum in saturitate.* Habet, inquam, et reddit fructum: sanum per bonam intentionem; ad Romanos sexto: *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.* Sapidum per devotionem internam; Ecclesiastici trigesimo nono: *Obaudite me, dicitur fructus, et quasi rosa plantata super rivum aquarum fructificat. Floridum per conversationem honestam; Ecclesiastici vigesimo quarto: Flores*

mei, fructus honoris et honestatis. Inducidivum per continuationem firmam; Ieremiae decimo septimo: Nec aliquando desinet facere fructum.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV. SERM. 2.)

Tertio ab eius laude nullam praescribitur tempus; nam sicut nec locum circumscribitur, ita nec tempora hinc definitur. Propterea sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum, ut in hoc saeculo praedictur nomen, quod in aeternitate uberius laudatur. Et sicut ipsi aeternus est, quem omnes in unum creaturam laudant et commendant, ita et laus eius nomen perseverat sicut Psal. **CXLII** inquit: *Sit nomen Domini benedictum in saecula; ante saecula perveniet nomen eius.*

Quid enim est ante saecula, nisi ante omnem mutabilem creaturam? Nam sicut scriptum est, Ioan. **I.** In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Verbum caro factum est. Et iterum Luc. **II.** Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo per quem in utero conceperat. Est igitur nomen, quod permanet in aeternum.

SABBATO

HOMILIA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI.
IN MATTHEI. CAP. 7.

Attendite a falsis Prophetis, utque, Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Specialiter de haereticis dicitur, qui videntur continentia, castitate, ieiunio se circumdare quasi quadam veste pietatis, sed ex intentione venenati animi, et insidiis rapacibus comparantur lupis. Aliter, cautius considerate eos, qui per Christianum nomen vos seducere nituntur, dulcibus sermonibus scandalum inserentes, sed quomodo isti sunt noscendi ostendit.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Hoc est, ad vultum nolite attendere, sed ad opera. Etenim si non verbis, moribus blasphemant.

Namquid colligunt de spinis uvas, aut

de tribulis uvas. Nullus sapientum ab haereticis vel infidelibus flagrantiam sanctitatis, aut dulcedinem poterit invenire veritatis. Aliter spinas reor et tribulos posse significare saeculi curas, et vitiorum compunctiones: ut, *Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi:* ficus vero et uva dulcedinem novae conversationis, quam Dominus esurit in nobis, et fervorem dilectionis, quae laetificat cor hominis.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit, et reliqua.

Per arborem intelligimus seu bonam seu malam voluntatem, fructus autem opera, quae nec bonae voluntatis, mala: nec malae esse possunt voluntatis bona, quae fit etiam bona, dum convertitur ad summum et incommutabile bonum: et impletur bono, ut faciat fructum bonum, ac per hoc est, quod dicitur auctor omnium bonorum, hoc est, et naturae bonae et voluntatis.

Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Quia unusquisque versus per validam iudicii sententiam in gehennae ignem mittetur, qui hoc boni operis fructum fecisse non invenitur.

Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, et reliqua.

Utrumque enim servis Dei necessarium est, ut et opus sermone, et sermo operibus comprobetur.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. IV. SERM. 2.)

Quarto ab eius laude nullum renovandum est opus: unde Apoc. ad Col. **III.** ait: *Omnia quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite.* Optimus enim ordo est, ut totius vel verbi, vel operis in nomine Domini Iesu nobis origo et initium sumatur; et in Iesu consummatio referatur; nam et

per Dominum nostrum Iesum Christum orationes Ecclesiae terminantur.

Quare si dormitum accedis, si inde resurgis, si cibum vel potum sumere incipis, aut desinis, si scribis, vel legis, seu aliquid aliud operaris, nomen Iesu: seu Iesu Christi reverentialiter interponas, exemplo Pauli, qui hoc servabat; unde Aet. **XVIII** cap. scriptum est: *Disputabat autem Paulus in Syngoga per omnem sabbatum interponens nomen Domini Iesu:* aequalitque Iudaeis et Graecis hoc nomen in usa.

O igitur nomen Iesu exaltatum super omne nomen, o triumphale nomen, o gaudium Angelorum, o laetitia iustorum, o pavor inferorum, in te omnis spes veniae, in te omnis spes gratiae in te omnis spes gloriae: o nomen dulcissimum, in peccatoribus veniam prestat, in mores renovas, tu mentes divina dulcedine repleas, tu phantasmatum pellicis: o nomen gratiosum, per te alia mysteria revelantur, per te ad divinum amorem animae inflammantur, roborantur in pugna, et a cunctis periculis liberantur.

O nomen gloriosum, nomen desiderabile, nomen delectabile, nomen admirabile, nomen venerabile. Tu dulcissimum nomen regis Iesu, sic paulatinum ad coeli fastigium per gratiarum charismata mentes fidelium sursum rapis, ut omnes, qui ad devotionem huius nominis intrant, virtute eius gloriam inveniant et salutem, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto gloriosus regnat in saecula saeculorum. Amen.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN

LECTIO S. EVANGELII SECUNDUM IERON.

LUC. **XVI.** 10.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabola hanc: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: et hic diligenter est apud illum quasi disposisset bona ipsius.

1. Et vocavit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? reddere rationem villicationis tuae: nam enim non poteris villicare.

2. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferet a me villicationem? fodere non volo, mendicare erubescio.

3. Sero quid faciam, ut, cum amotus fuero a villicatione, recipiam me in domos suas.

4. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

5. At ille dixit: Centum cotros olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: et sede cito, scribe quinquaginta.

6. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum cotros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta.

Ecclesia, quae per totum mundum distenditur ipsi devoto laudi offertur et ministratur.

At si forte calumnias, hoc non fuisse impletum, quia necdum pio nomini Iesu fidei cultu subiectum videas genus humanum? saltem confitearis eoldem, iuxta Prophetiae sententiam dicentis, Psal. **LXXXV.** Omnes gentes quicumque fecisti, venient, et adorabunt eorum te, Domine, et glorificabunt nomen tuum. Et ne locum aliquem credas exclusum, audi eundem Prophetam dicentem Psal. **CXXI.** A solis ortu usque ad occum laudabile nomen Domini.

FERIA SEXTA
IN DOMINICA
VERITATIS

HOMILIA S. BONAVENTURAE EPISCOPI.
SERM. VII. POST PENTECOSTAM.

Non potest arbor bona malos fructus ferre, Matthaei septimo. In verbis istis describit Salvator hominem configuratum sibi per conformitatem voluntatis et vitae a tribus, scilicet a securitate animi, ibi: Non potest; a stabilitate voti, ibi: arbor bona; ab utilitate facti, ibi: fructus malos facere; quasi dicat: immo, semper bonos.

Circa totum nota, quod bonus homo metaphorice dicitur esse vere bona arbor, si ad modum arboris radicatus in fide, elevatus in spe, expansus in charitate, floridus in desideriorum aviditate, habet ad modum arboris firmam, proceram, umbrosam, floridae fructum operationis in alimentum, secundum illud Levitici vigesimo sexto: Et pomis arbores replebuntur. Et comeditis panem vestrum in saturitate. Habet, inquam, et reddit fructum: sanum per bonam intentionem; ad Romanos sexto: Habebis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. Sapidum per devotionem internam: Ecclesiastici trigesimo nono: Obaudivit me, dicitur fructus, et quasi rosa plantata super rivum aquarum fructificavit. Floridum per conversationem honestam; Ecclesiastici vigesimo quarto: Flores

mei, fructus honoris et honestatis. Inducendum per continuationem firmam; Ieremiae decimo septimo: Nec aliquando desinet facere fructum.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENSI, VOL. IV. SERM. 2.)

Tertio ab eius laude nullam praescribitur tempus; nam sicut nec locum circumscribitur, ita nec tempora hinc definitur. Propterea sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum, ut in hoc saeculo praedicetur nomen, quod in aeternitate uberius laudatur. Et sicut ipsi aeternus est, quem omnes in unum creaturam laudant et commendant, ita et laus eius nomen perseverat sicut Psal. **CXXI** inquit: Sit nomen Domini benedictum in saecula: unde saltem perveniet nomen eius.

Quid enim est ante solem, nisi ante omnem mutabilem creaturam? Nam sicut scriptum est, Ioan. **I.** In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Verbum caro factum est. Et iterum Luc. **II.** Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo per quem in utero conceperat. Est igitur nomen, quod permanet in aeternum.

SABBATO

HOMILIA Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN MATTHEI. CAP. 7.

Attendite a falsis Prophetis, utque, Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Specialiter de haereticis dicitur, qui videntur continentia, castitate, ieiunio se circumdare quasi quadam veste pietatis, sed ex intentione venenati animi, et insidiis rapacibus comparantur lupis. Aliter, cautius considerate eos, qui per Christianum nomen vos seducere nituntur, dulcibus sermonibus scandalum inserentes, sed quomodo isti sunt noscendi ostendit.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Hoc est, ad vultum nolite attendere, sed ad opera. Etenim si non verbis, moribus blasphemant.

Namquid colligunt de spinis uvas, aut

de tribulis uvas. Nullus sapientum ab haereticis vel infidelibus flagrantiam sanctitatis, aut dulcedinem poterit invenire veritatis. Aliter spinas reor et tribulos posse significare saeculi curas, et vitiorum compunctiones: ut, Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi: ficus vero et uva dulcedinem novae conversationis, quam Dominus esurit in nobis, et fervorem dilectionis, quae laetificat cor hominis.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit, et reliqua.

Per arborem intelligimus seu bonam seu malam voluntatem, fructus autem opera, quae nec bonae voluntatis, mala: nec malae esse possunt voluntatis bona, quae fit etiam bona, dum convertitur ad summum et incommutabile bonum: et impletur bono, ut faciat fructum bonum, ac per hoc est, quod dicitur auctor omnium bonorum, hoc est, et naturae bonae et voluntatis.

Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Quia unusquisque versus per validam iudicii sententiam in gehennae ignem mittetur, qui hoc boni operis fructum fecisse non invenitur.

Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, et reliqua.

Utrumque enim servis Dei necessarium est, ut et opus sermone, et sermo operibus comprobetur.

Varia de SS. Nomine Iesu.

(EX S. BERNARDINO SERENSI, VOL. IV. SERM. 2.)

Quarto ab eius laude nullum renotandum est opus: unde Apoc. ad Col. **III.** ait: Omnia quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Optimus enim ordo est, ut totius vel verbi, vel operis in nomine Domini Iesu nobis origo et initium sumatur; et in Iesu consummatio referatur; nam et

per Dominum nostrum Iesum Christum orationes Ecclesiae terminantur.

Quare si dormitum accedis, si inde resurgis, si cibum vel potum sumere incipis, aut desinis, si scribis, vel legis, seu aliquid aliud operaris, nomen Iesu: seu Iesu Christi reverentialiter interponas, exemplo Pauli, qui hoc servabat; unde Act. **XVIII** cap. scriptum est: Disputabat autem Paulus in Syngoga per omnem sabbatum interponens nomen Domini Iesu: amabatque Iudaeis et Graecis hoc nomen in usa.

O igitur nomen Iesu exaltatum super omne nomen, o triumphale nomen, o gaudium Angelorum, o laetitia iustorum, o pavor inferorum, in te omnis spes veniae, in te omnis spes gratiae in te omnis spes gloriae: o nomen dulcissimum, in peccatoribus veniam prestat, in mores renovas, tu mentes divina dulcedine repleas, tu phantasmatum pellicis: o nomen gratiosum, per te alia mysteria revelantur, per te ad divinum amorem animae inflammantur, roborantur in pugna, et a cunctis periculis liberantur.

O nomen gloriosum, nomen desiderabile, nomen delectabile, nomen admirabile, nomen venerabile. Tu dulcissimum nomen regis Iesu, sic paulatinum ad coeli fastigium per gratiarum charismata mentes fidelium sursum rapis, ut omnes, qui ad devotionem huius nominis intrant, virtute eius gloriam inveniant et salutem, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto gloriosus regnat in saecula saeculorum. Amen.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN

LECTIO S. EVANGELII SECUNDUM IERON.

LUC. XVIII. 10.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabola hanc: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: et hic diligenter est apud illum quasi disposset bona ipsius.

Et vocavit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae: nam enim non poteris villicare.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferet a me villicationem? fodere non video, mendicare erubescio.

Scio quid faciam, ut, cum amotus fuero a villicatione, recipiam me in domos suas.

Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

Ait ille dixit: Centum denarios. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: et sede cito, scribe quinquaginta.

Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum denarios. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta.

8. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

EPISTOLA CXXI. CAP. VI.

4047 **S**i ergo dispensator iniqui mammonae, Domini voce laudatur, quod de re iniqua sibi iustitiam praeparavit: et passus dispendia Dominus, laudat dispensatoris prudentiam, quod adversus Dominum quidem fraudulentem, sed pro se prudentem egerit: quanto magis Christus qui nullum damnium sustinere potest, et pronus est ad clementiam, laudabit discipulos suos, si in eos qui credituri sibi sunt, misericordes fuerint? Demique post parabolam intulit: *Et ego vobis dico, facite vobis amicos de iniquo mammona.* Mammona autem, non Hebraeorum, sed Syrorum lingua, divitiarum nuncupatur, quod de iniquitate collectae sint. Si ergo iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiam: quanto magis sermo divinus, in quo nulla est iniquitas, qui et Apostolis creditus est, si bene fuerit dispensatus, dispensatores suos levabit in coelum? Quamobrem sequitur: *Qui fidelis est in minimo, hoc est in carnalibus, et in multis fidelis erit, hoc est in spiritualibus.* Qui autem in parvo iniquus est, ut non det fratribus ad utendum, quod a Deo pro omnibus est creatum; iste et in spirituali pecunia dividenda iniquus erit; ut non pro necessitate, sed pro personarum doctrinam Domini dividat. Si autem, inquit, carnales divitias quae labuntur, non bene dispensatis, veras aeternasque divitias doctrinae Dei, quis credet vobis? Et si in his quae aliena sunt (alienum autem est a nobis omne quod saeculi est) infideles fuistis, ea quae vestra sunt, et proprie deputata homini, quis vobis

credere poterit? Unde corripit avaritiam et dicit eum qui amat pecuniam, Deum amare non posse. Igitur et Apostolis, si velint amare Deum, pecunias esse contemnendas: Unde Scribae et Pharisaei qui erant avari, adversum se dictam intelligentes parabolam, subsannabant eum: carnalia, ut certa et praesentia, spiritualibus ac futuris, et quasi incertis praeponebant, Theophilus, Antiochena Ecclesiae septimus post Petrum Apostolum Episcopus, qui quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta dimisit, haec super hac parabola in suis Commentariis est locutus. Dives qui habebat villicum, sive dispensatorem, Deus omnipotens est, quo nihil est ditius. Huius dispensator est Paulus, qui ad pedes Gamalieleis sacras Litteras didicit (Act. xxii, 3), et Legem Dei suscepit dispensandam. Qui cum coepisset credentes in Christo persequi, ligare, occidere, et omnem Domini sui dissipare substantiam, correptus a Domino est: *Saude, Saul, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare* (Act. xxii, 4, 5). Dixitque in corde suo: Quid faciam? quia qui magister sui, et villicus, cogor esse discipulus et operarius. *Fodere non valeo.* Omnia enim mandata Legis, quae terrae incubabant, cerno destructa: et Legem atque Prophetas usque ad Ioannem Baptistam esse finitos. *Mendicare erubescio*, ut qui doctor fueram Iudaeorum, cogar a gentibus et a discipulo Anania, salutis ac fidei mendicare doctrinam, Faciam igitur quod mihi utile esse intelligo: ut postquam proiectus fuero de villicatione mea, recipiant me Christiani in domos suas. Coepitque eos qui prius versabantur in Lege, et sic in Christum crederant, ut arbitrarentur se in Lege iustificandos, docere Legem abolitam, Prophetias

praeterisse; et quae antea pro lucro fuerant, reputari in stercora (Philipp. iii, 8). Vocavit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum, qui debebat centum batos olei, eos videlicet qui fuerant ex gentibus congregati, et magna indigebant misericordia Dei; et de centenarii numero (qui plenus est atque perfectus) fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie poenitentium est, iuxta iubileum, et illam in Evangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum autem vocavit populum Iudaeorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, et debebat ei centenarium numerum, et coegit, ut de centum, octoginta faceret, id est crederet in Domini resurrectione, quae octavae diei numero continetur, et de octo completur decadibus: ut de sabbato Legis transiret ad primam sabbati. Ob hanc causam a Domino praedicatur, quod bene fecerit; et pro salute sua in Evangelii clementiam de Legis austeritate mutatus sit. Quod si quaesieris, quare vocetur *villicus iniquitatis*, in Lege, quae Dei est; iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene dividebat; credens in Patrem, sed Filium persequens; habens Deum omnipotentem, sed Spiritum sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus Apostolus in transgressione Legis filius quondam lucis, qui in Legis observatione versati, Christum qui Dei patris verum lumen est, perdidit. Ambrosius Mediolanensis Episcopus quid de hoc loco senserit, in Commentariis eius legere poteris. Origenis et Didymi in hanc parabolam, explanationem invenire non potui; et utrum abolita sit temporum vetustate, an ipsi non scripserint, incertum habeo. Mihi iuxta priorem interpretationem hoc videtur, quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos

facere, non quoslibet pauperes; sed eos qui nos possint recipere in domos suas, et in aeterna tabernacula: ut cum eis parva praebuerimus, recipiamus ab illis magna, et dantes aliena, nostra suscipiamus, et seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem: *Qui enim parce seminaverit, parce et metet.*

Varia de quatuor hominibus novissimis.

LIB. S. BERNARDINI SERENSI, VOL. III, NUM. 74.

4048 **R**ECUMBERE in novissimo loco (Luc. 13). Verbum est Sanctorum ad veram humilitatem nos inducentium, quae est via, sine qua nemo venit ad regnum, sicut dicit beatus Gregorius. Debeamus igitur recumbere in novissimo loco per humilitatem; quia *humilibus Deus dat gratiam suam*, ut habetur Ioann. 1.

4049 Notandum est autem, quod quadruplex est novissimum. Primum mortis in quo debemus recumbere ipsam quotidie meditando, de quo Eccles. v. *Cor durum et impositum malum habebat in novissimo.* Secundum iudicii in quo recumbere debemus, ipsam multum timendo, Iob. xix: *In novissimo dia de terra surrecturus sum.* Tertium inferni ipsam expavescendo, Proverb. xv: *Semita vitae super eruditionem, ut declinet in infernum novissimum.* Quartum novissimum est paradisi, ipsam ardenter desiderando.

4050 Dico, quod primum novissimum dicitur esse mortis, in quo debemus recumbere ipsam ingiter meditando, et hoc propter septem beneficia, quae inde nobis proveniunt. Primum quia facit peccatum fugere: secundo mundum contemnere: tertio carnis desideria domare: quarto caute ambulare: quinto bonis operibus insistere: sexto nos timorem facit habere: septimo gratiam Dei facit nos possidere.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. XVI.

4051 **F**ACITE vobis amicos de iniquo mammona. Ut largiendo pauperibus, angelorum nobis ceterorumque sanctorum gratiam comparemus. Nec reprehenditur villicus, in quo discimus non ipsi esse domini, sed potius aliena-

rum villici facultatum. Et ideo licet peccaverit, tamen quia sibi in posterum ex indulgentia domini quaesivit auxilia, praedicatur. Pulchre autem iniquum mammona dixit: quia variis divitiarum illecebris nostros avaritia tentabat affectus, ut velimus servire divitiis.

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX V. BERNARDI SERMONI, VOL. III. LIBR. 74.)

4052 **P**rimum beneficium quod mors facit, est, quod facit peccatum fugere. *Eccles. viii: Memore misericordiam tuam, et laetatum non peccabis, si est, peccatum dignum aeterna morte non facies, ut dicit Glossa.*

4053 Secundum est, quod facit mundum contemnere. Bernardus: Qui sunt, et qui fuerunt homines qui novissima sua non meditati sunt: sicut enim tu es, fuerunt, comederunt, et hiberunt, et in bonis dies dixerunt, et in puncto in infernum descenderunt, et caro eorum plena vermium. Et inde quod profuit maris gloria, laetitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsae divitiae, magna familia, et magna concupiscentia? ubi rigus? ubi locus? ubi arrogantia? de tanta laetitia, quanta tristitia post tantam voluptatem, tam grandis miseria: unde de modica laetitia occiderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam, in magna tormenta. Unde concludit quidquid illis accidit, quia homo es, tibi accidere potest.

4054 Tertium beneficium est, quia facit carnis desideria domare. Gregorius: Valde sollicitus est in bono opere qui semper cogitat de extremo fine, et inde nil tantum valet ad domanda carnis desideria, quam cogitare qualis finis.

4055 Quartum beneficium est, quia facit caute ambulare. Deuter. iv: *Custodi tempestivum, et avaritiam tuam sollicito, et incemento, quoniam mors non tardabit.*

4056 Quintum facit in bonis operibus sistere, quia monens Dominus dicit (Iosue. viii): *Operamini homini; et summum bonum est assistat mortis meditato.*

4057 Sextum facit timorem habere. Bernardus: Quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna ignis excogitari potest?

4058 Septimum facit gratiam Dei considerare. I Reg. ii: *Factus est spiritus Dei super Saulum in Ramoth; quod interpretatur memoria: Recumbite igitur in novissimo loco, scilicet, mortem meditando. Sed notandum, quod memoria mortis multis est amara, ut patet Eccles. xii: O mors, quam amara*

est memoria tua, scilicet, homini iniusto, et pacem habenti in divitiis suis quibusdam tamen est dulcis: o mors bonum iudicium tuum homini indolenti. Sed de his duobus in serm. Dominus iustificat et vivificat, in sexta et septima considerationibus magis luculenta habetur doctrina.

FERIA TERTIA

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 113.

4059 **H**ic trop admonemur, admonere debemus. Recens evangelica lectio admonuit facere amicos de mammona iniquitatis, ut eos qui faciunt, recipiant et ipsi in tabernacula aeterna. Qui sunt qui habent tabernacula aeterna, nisi sancti Dei? Et qui sunt qui ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula aeterna, nisi qui eorum indigentiae serviunt, et quod eis opus est, hilariter ministrant? Recordemur ergo, in novissimo iudicio Dominum esse dicturum eis qui stabunt ad dexteram eius, *Esurivi, et dedistis mihi manducare: et cetera quae nostis. Et cum illi quaerent quando ei obsequia ista praebuerunt, respondit: Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Isti minimi sunt qui recipiunt in tabernacula aeterna. Hoc dixit dextris, quia fecerunt: hoc dixit sinistris, quia facere noluerunt. Sed dextri qui fecerunt, quid acceperunt, vel potius quid acceperunt sunt? Venite, inquit, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare. Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. (MATTH. XXV. 40, 45). Minimi ergo qui sunt Christi? Illi sunt qui omnia sua dimiserunt, et sequi sunt eum, et quidquid habuerunt, pauperibus distribuerunt; ut Deo sine saeculari compede expediti servirent, et ab one-*

ribus mundi liberatos, velut pennatos sursum humeros tollerent. Hi sunt minimi. Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non superbi. Appende minimos istos, et grave pondus invenies.

4060 Sed quid est, quod ait eos esse amicos de mammona iniquitatis? Quid est mammona iniquitatis? Primum quid est mammona? Verbum est enim quod latinum non est, Hebraeum verbum est, cognatum linguae Punicae. Ista enim linguae sibi significationis quadam vicinitate sociantur. Quod Punici dicunt mammon, latine lucrum vocatur. Quod Hebraei dicunt mammona, latine divitiae vocantur. Ut ergo latine totum dicamus, hoc ait Dominus noster Iesus Christus, *Facite vobis amicos de divitiis iniquitatis.* Hoc quidam male intelligendo rapiunt res alienas, et aliquid inde pauperibus largiuntur, et putant se facere quod praeceptum est. Dicunt enim: Rapere res alienas, mammona est iniquitatis; erogare inde aliquid, maxime egenis sanctis, hoc est facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste corrigendus est, imo de tabulis cordis vestri omnino delendus est. Nolo sic intelligatis. De iustus laboribus facite eleemosynas: ex eo quod recte habetis date. Non enim corrupturi estis iudicem Christum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Si enim depraderis alicum invalidum, tu validior et potentior, et veniet tecum ad iudicem hominem quemlibet in hac terra, habentem iudicandi aliquam potestatem, velletque tecum causam dicere, si tu de praeda et spoliatione illa inopis dares aliquid iudici, ut pro te iudicaret, index ille vel tibi placeret? Nempe pro te iudicavit, et tamen tanta vis est iustitiae, et tibi displicat. Noli tibi talem pingere Deum, noli collocare in templo cordis tui tale idolum. Non est talis Deus

tuus, qualis non debes esse nec tu. Si tu non sis iudex, sed iuste iudices; etiam si melior est te Deus tuus: non est inferior; iustior est, fons iustitiae est. Quidquid boni fecisti, inde sumpsisti; et quidquid boni eructuasti, inde bibisti. Laudas vas, quia habet inde aliquid, et vituperas fontem? Nolite velle eleemosynas facere de fenore et usuris. Fidelibus dico, eis quibus Christi Corpus erogamus dico, Timete, corrigite vos: ne dicam postea, Tu facis et tu facis. Et puto, quia si fecero, non mihi debetis irasci, sed vobis, ut corrigamini. Ad hoc enim valet quod dictum est in Psalmo: *Irascimini, et nolite peccare* (PSAL. IV. 5). Volo vos irasci, sed ut non peccetis. Ut autem non peccetis, quibus habetis irasci, nisi vobis? Quid est enim homo poenitens, nisi homo irascens sibi? Ut accipiat veniam, de se ipso exigit poenam; et recte dicit Deo, *Averte oculos tuos a peccatis meis, quoniam peccatum meum ego agnosco* (PSAL. L. 11, 5). Si tu agnoscis, et ille ignoscit. Qui faciebatis, nolite facere: non licet.

4061 Sed iam si fecistis, et pecunias tales habetis, et inde sacellos implestis, inde thesaurizabatis: de malo est quod habetis, iam nolite malum addere, et facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Numquid Zacchaeus de bono habebat? Legite et videte. Maior erat publicanorum, id est, cui vectigalia publica conferebantur: inde habebat divitias. Multos presserat, multos abstulerat, multa con-gesserat. Intraivit domum eius Christus, et venit salus super domum eius: sic enim ait ipse Dominus, *Hodie salus domui huic facta est.* Sed ipsam salutem videte. Primo desiderabat Dominum videre, quia statura parvus erat: sed turba impediens ascendit in arborem sycomori, et vidit transcuntem. Ille autem aspexit eum, et ait: *Zacchaeus, descende;*

apud te oportet me manere. Tu pendes, sed non te suspendo, hoc est, non te differo. Volebas videre transeuntem, hodie me apud te invenies habitantem. Ingressus est ad eum Dominus: repletus ille gaudio ait, *Dimidium rerum mearum do pauperibus*. Ecce quomodo currit, qui currit facere amicos de mammona iniquitatis. Et ne reus aliunde teneretur: *Si cui aliquid tui*, ait, *quadruplum reddam* (LUC. XIX, 2, 9). Infixit sibi condemnationem, ne incurreret damnationem. Ergo qui habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu qui bonum facis de malo: et cum coeperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, et tu remanes malus?

Varia de quatuor hominis novissimis.

(DE S. BERNARDINO SERMO, VOL. III, SERM. 24.)

4062 **S**equitur secundum novissimum aeterni iudicii, in quo debemus recumbere ipsi semper bimedio, et hoc propter septem. Primo propter omnium Sanctorum tantorem, et sollicitam meditationem: secundo propter operum nostrorum demeritationem: tertio propter damnationum preparatoriam ad audiendam sententiam assensionem: quarto propter coelestium, et omnium Sanctorum turbationem: quinto propter Deum, et omnium creaturarum contra peccatorem accusationem: sexto propter Dei in vultu benignissimo furoris ostensionem: septimo propter sententiae irrevocabilis pronationem.

4063 Primo dico, quod novissimum aeterni iudicii est timendum propter omnium Sanctorum timorem, et meditationem sollicitam. Omnes enim perfecti, et Sancti de ipso timore in eandem modo dicunt, *Le XII: Ubinate, quia prope est dies Domini eruditi, et indignationis plenus, et irae et furoris ad puniendum terram in solitudinem, et peccatores eius intrantes de ea; quia nunquidque strepitus ad proximos suam, facies combustae erunt eorum*. Et idem: *Dies illa est villosa, ut sumat vincetium, supple de inimicis suis*. *Soph. II: Vox Dei Domini amara, et tribulationum sui forte, dies illa dies irae, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nubulae et tenebrarum, dies tubae et clamoris, et*

4064 *Iob xxxi: Quid faciam quoniam surrexerit ad indicium Deus, quasi sicut, timenda est dies illa.*

Secundum timendum est novissimum iudicium aeternum propter omnium operum noxarum demeritationem. *Eccles. XI: In fine hominis dimittat operam eius*. Et *Is. xxviii: Revelabitur ignorantia homini, et videbitur opprobrium bono*. Et *Matthias X: Nihil est operum, quod non reveletur.*

FERIA QUARTA

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO CXX.

4065 **E**st quidem et alius intellectus, nec ipsum tacebo. Mammona iniquitatis, divitiae sunt saeculi omnes, unde cumque sit. Undecumque enim congregentur, mammona iniquitatis est, id est, divitiae sunt iniquitatis. Quid est, divitiae sunt iniquitatis? Pecunia est, quam nomine divitarum appellat iniquitas. Si enim veras divitias quaeris, aliae sunt. Talibus Iob nudus abundabat, quando in Deum cor plenum habebat, et laudes Deo perditis omnibus rebus tanquam gemmas pretiosissimas proferebat (Iob 1, 21). De quo thesauro, si nihil habebat? Ipsae sunt verae divitiae. Istae autem ab iniquitate appellantur divitiae. Habes illas, non reprehendo: haereditas venit, pater tuus dives fuit, et dimisit tibi. Honestè acquisisti: de iustis laboribus plenam domum habes, non reprehendo. Tamen etiam sic noli illas dicere divitias. Nam si dicis illas divitias, amabis illas: et si amaveris illas, peribis cum illis. Perde, ne pereas: dona, ut acquiras: semina, ut metas. Has divitias noli appellare: quia verae non sunt. Paupertate plenae sunt, et semper obnoxiae casibus. Quales divitiae sunt, propter quas latronem times, propter quas times servum tuum, ne te occiso auferat, et fugiat? Si verae divitiae essent, securitatem tibi darent.

4066 Ergo illae sunt verae divitiae, quas cum habuerimus, perdere non possumus. Et ne forte propter illas furem timeas, ibi erunt ubi nullus auferat. Audi Dominum tuum: *Thesaurizate vobis thesauros in caelo, qui fur non accedit* (MATTH. VI, 20). Tunc erunt divitiae, quando eas migraveris. Quamdiu in terra sunt, divitiae non sunt. Sed divitias vocat illas mundus, iniquitas vocat Deus: ideo mammona iniquitatis, quia divitias illas vocat iniquitas. Audi Psalmum: *Domine, libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; et dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii sicut novellae constabunt a inventu sua. Filiae eorum compositae, circumornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Boves eorum crassi, oves eorum secundae, multiplicatae in timentibus suis. Non est ruina maceriae, neque transitus, neque clamor in plateis eorum*. Vidisti Psalmum, qualem felicitatem descripsit: sed audi quid sit, quos proposuit liliis iniquitatis. *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis*. Ipsos proposuit, et dixit felicitatem eorum tantum super terram. Et quid adiunxit? *Beatum dixerunt populum cui haec sunt*. Sed qui dixerunt? Filii alieni, alienigenae, et non pertinentes ad semen Abrahæ: ipsi dixerunt *populum cui haec sunt*. Qui dixerunt? *Quorum os locutum est vanitatem*. Ergo vanum est, dicere beatos esse eos quibus haec sunt. Et tamen dicitur ab eis quorum os locutum est vanitatem. Ab ipsis dicuntur istae divitiae, quae vocantur mammona iniquitatis.

4067 Tu autem quid dicis? Quia illi filii alieni, quia illi quorum os locutum est vanitatem, dixerunt beatum esse populum cui haec sunt; tu quid dicis? Falsae sunt istae divitiae, da mihi veras.

Reprehendis ista, ostende quod laudas. Vis ut contemnam hoc, ostende quod praeferam. Dicit ipse Psalmus. Qui enim dixit, *Beatum dixerunt populum cui haec sunt*; tale nobis dat responsum, quasi diceremus illi, id est, ipsi Psalmo, Ecce hoc nobis tulisti, et nihil nobis dedisti: ecce ista, ecce ista contemnimus, unde vivimus? unde beati erimus? Quia qui locuti sunt, ipsi de se ipsi recipient: Homines enim divitias habentes beatos esse dixerunt. Tu quid dicis?

4068 Respondet quasi sic interrogatus, et dicit, Illi dicunt divites beatos: ego dico, *Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius* (PSAL. CXLIII, 11-15). Audisti veras divitias, fac amicos de mammona iniquitatis, et eris beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius. Aliquando transimus viam, et videmus amoenissimos et uberes fundos, et dicimus, Cuius est ille fundus? Asserit illius: et nos dicimus, Beatus homo: vanitatem loquimur. Beatus cuius est illa domus, beatus cuius est ille fundus, beatus cuius est illud pecus, beatus cuius est ille servus, beatus cuius est illa familia. Tolle vanitatem, si vis audire veritatem. *Beatus est, cuius est Dominus Deus ipsius*. Non enim cuius est fundus iste, beatus est: sed cuius est ille Deus. Sed ut apertissime beatitudinem rerum annunties, dicis quod beatum te fecit fundus tuus. Quare? Quia inde vivis. Nam quando laudas pro magno fundum tuum, hoc dicis: *Ipsæ me pascit, inde vivo*. Attende unde vivas. Ille est unde vivis, cui dicis: *Apud te est fons vitae* (PSAL. CXXX, 10). *Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius*. O Domine Deus meus, o Domine Deus noster, ut veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro, neque de argento, nec de fundis: nolumus de terrenis istis, et vanissimis, et caducæ vitæ transitoriis. Non loqui-

tur os nostrum vanitatem. Fac nos beatos de te, quia non perdemus te. Cum tenerimus te, nec te perdemus, nec nos peribimus. Fac nos beatos de te, quia *Beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius*. Nec irascitur si dixerimus de Deo, Fundus noster. Legimus enim quoniam *Dominus pars hereditatis meae* (Psal. xv, 5). Magna res, fratres, et hereditas ipsius sumus, et hereditas nostra est: quia et colimus eum, et colit nos. Nulla est iniuria illi quia colit nos. Quia si nos colimus illum, ut Deum nostrum, ille colit nos, ut agrum suum. Et ut sciat quia colit nos, audite eum quem misit nobis: *Ego sum, inquit, vitis, vos estis palmites, Pater meus agricola est* (Ioan. xv, 1, 5). Ergo colit nos. Sed si fructum reddamus, parat horem. Si autem sub tanto cultore steriles esse voluerimus, et pro frumento spinas protulerimus: nolo dicere quod sequitur, ad gaudium finiamus. Conversi ad Dominum, etc.

Varia de quaestione hominis novissimis.
LEX 9, BENEDICTINO BENESI, VOL. III, SERMO 14.

4050 TERTIO timendum est propter damnationem preparatorem ad audiendum sententiam possessionem. Math. xxi cap. Inmittit Filius hominis Angelos, id est, daemones, et colligent de vinea omnia scandala: supple in condemnatione saeculi. Et Eccl. ult.: *Liberos me a rugientibus preparatis ad eam*. Et Greg.: Illam diem, fratres, charissimi, ante oculos mentis ponite, et quicquid grave cernitur in eius comparatione levigatur.

4050 Quarto est timendum propter virtutum celestium, et omnium Sanctorum turbationem. Math. xxiii: *Virtutes colorum commovebuntur*, scilicet, propter passionem humanae naturae. Et Job xxvii: *Columnae caeli contremiscunt, et pavent ad volutum eius*. Ier.: *Quid faciet deserti virgula, ubi timore percussit cedrus paradisi?* Chrysost.: *Si rex terrenus progressus contra aliquem ad expugnandum, manlabat in populo dignitates, quibus omnes movebantur exercitus exulare tota civitas timet, et contremiscit*: quanto magis rege celesti surgente

⁴ Propositio obcura.

iudicare vivos et mortuos, caeli et Angeli movebantur, terribiles ministri terribilem Deum praecedentes, et pro candelabris fulgura praecedent, pro tubis horrenda tonitrua, nec resistendi alicubi, nec fugiendi facultas, nec possidentiae locus, nec satisfactionis tempus aderit, ex angustia mentium rerum nil remanet nisi fletus! tutum illud tempus erit iustitiae, et vindictae: natura iudicii nec recipit, nec quaerit munera. Haec ille. Immo si omnes Sancti, et Angeli boni rogarent tunc pro uno damnato, non obtinerent, iuxta illud Prov. vi: *Zelus et furor non pareat in die vindictae*.

FERIA QUINTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN LUC. CAP. 26.

4971 **U**tilis villicus hoc quem Dominus eiciebat de villicatu, et laudavit eum quod in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut Domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleemosynas faciamus, aut eos a quibus recipi volumus in tabernacula aeterna, tamquam debitores Dei et Domini nostri fas est intelligi, cum iusti et sancti significantur hoc loco, qui eos introducunt in tabernacula aeterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicaverint. De quibus etiam dicit, quod *si quis alieni eorum calicem aquae frigidae dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam*. Sed etiam et contrario dicuntur istae similitudines, ut intelligamus si laudari potuit ille a Domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placeant Domino Deo, qui secundum eius praeceptum illa opera faciunt. Sicut etiam de iudice iniquitatis qui interpellabatur a vidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. Villicus sane vocabulo discimus eos, qui pecunias habent non iam Dominos suae, sed aeternae potius rei di-

spensatores esse putandos. Qui si iuxta huius servi exemplum scdulo finitiae villicationis, ac rationis reddendae tempus praeveriderint, facile terrenorum omnium delectatione simul et dilectione nudati, plus sibi de amicis conquiritis in futuro, quam divitiis in praesenti colligendis prospicere curabunt. Qui multa secum anxius pertractando, quid faciam? inquit: *Fodere non valeo, mendicare erubescio*. Ablata quippe villicatione fodere non valeamus, quia finita haec vita, in qua tantum licet operari, nequaquam ultra bonae conversationis fructum, ligone devotae compunctionis licet inquirere. Mendicare, confusionis est. Illo scilicet pessimo genere mendicandi, quo virgines illae fatuae mendicasse referuntur, quae ingruente tempore nuptiarum oleo virtutum deficiente, sapientibus dixerunt: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur*. Et de quo Salomon ait: *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo aestate, et non dabitur ei*.

4972 Convocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: *Quantum debes Domino meo? At ille dixit: Centum cadus olei. Dixitque illi Accipe cautionem tuam, et sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. At illi: Accipe literas tuas, et scribe octoginta. Cadus Graeca amphora est, continens urnas tres. Corus vero modios triginta complectitur. Quod autem de centum cadis olei quinquaginta scribi fecit a debitore, et de centum coris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, nisi ut ea quae similiter in sacerdotes atque in Christum Ecclesia abundet iustitia eius super Scribarum et Pharisaeorum, ut cum illi decimas darent, isti dimidias dent, sicut non de fructibus, sed de i-*

psis bonis suis fecit Zachaeus. Aut certe duplicet decimas, ut duas decimas dando, superet impendia Iudaeorum. Nisi forte quis simpliciter accipientium putet, quod omnis qui indigentiam cuiuslibet pauperis sanctorum, vel ex dimidia, vel certe ex quinta parte, quantum viginti, vel quinquaginta ad centum sunt, adlevaverit, certa suae misericordiae sit mercede donandus.

4973 *Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Quia filii huius saeculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt*. Audiant sapientes huius saeculi, ut stultam sapientiam deserere et sapientem Dei stultitiam discere queant, quanti eorum sapientiam divina acuitas aestimaverit, quos non vere prudentes, sed in generatione sua prudentes esse commemorat. Iuxta hoc quod alibi dicitur: *Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes*. Nempe et amatores aeternae vitae, filios lucis appellando, non aliud eos qui sapientes sunt ut faciunt mala, bene autem facere nescierant, quam filios arguit esse tenebrarum. Filii autem lucis, et filii huius saeculi vocantur, quomodo filii regni et filii perditionis. Cuius enim quisque agit opera, eius cognominatur et filius.

4974 *Et ego vobis dico: Facile vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula*. Mammonam iniquitatis ob hoc appellat istam pecuniam quam possidemus ad tempus, quia mammona divitiae interpretantur. Nec sunt istae divitiae nisi iniqui, qui in eis constituunt spem atque copiam beatitudinis suae. A iustis vero cum haec possidentur, est quidam ista pecunia, sed non sunt illis divitiae, nisi coelestes et spirituales. Quibus indigentiam suam spiritaliter supplet, exclusa egestate miseris, beatitudinis co-

pia ditabuntur. Si autem hi qui praebent eleemosynam de iniquo mamnone, faciunt sibi amicos a quibus in aeterna tabernacula recipiantur, quanto magis hi qui spiritalis largiuntur epulas, qui dant conservis cibaria in tempore suo, certissima debent spe summae retributionis erigi?

Varia de quatuor hominis novissimis.

EX S. BERNARDINO SENSU, VOL. III. SERM. 141.

4075 **Q**uarto timendum est propter Deum, et omnium creaturarum contra peccatores accusationem. Primus erit Creator quem offendimus; secundus creatura, qui ab eis fuerunt; tertius Scriptura, quam transgressi fuerunt; quartus conscientia quam poluerunt; quintus culpa quam perpulerunt; sextus daemones quibus servierunt; septimus infernus quem non timerunt.

4076 Dico quod primus accusator erit Creator, quem offenderunt. Ierem. xx: Ego sum iudex et testis. Secundus creatura, Sap. v: Annuntii creaturarum ad ultionem insipientium. Tertius Scriptura, Ierem. vi: Et qui accusat vos Moyses in quo sperastis. Et Ier. Moysi sive Scriptura, quod Christo. Quartus conscientia, Rom. ii: Testimonium perhibente illi conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accessantibus, et defensionibus se tunc quando iudicabit Dominus decalga omnium. Tertius in quo arguitur, et multitudine huiusmodi accusabunt animas, multitudine testimoniorum ipsa adversus nos inveniunt, quantumcumque ad damnationem possint sufficere. Pro sexto occurrunt daemones, et clamabant alter ad alteram, Bernardus: Daemones terribili vultu, et horribili aspectu terrebant animas, et laetanti furore eas persequuntur, ut comprehendant tan horribiliter volentes retinere, et possidere ubi sit qui eripiat. Ego septimo miseri, et desperati dicant illa xxviii: Periculosius fortius est cum morte, et cum inferno scilicet peccato. Sic igitur aperient septem accensores peccata in novissimo iudicio.

FERIA SEXTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

SERMO VIII. POST PENT. SERMO I.

4077 **V**ocavit illum et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae, Lucae decimo sexto.

4078 Dominus noster, iustus iudex vivorum et mortuorum, in punitione cuiuslibet peccatoris, qui nomine illius villici potest designari, eo quod peccator est dissipator bonorum Dei, more cuiuslibet iusti iudicis tria proponit in verbo proposito. Primo praemittit citationem; deinde insinuat incitationem; postremo exigit satisfactionem. Primo in verbo proposito notatur citationis praemissio, cum dicit: Vocavit illum et ait illi; secundo, incitationis insinuatio, cum subdit: Quid hoc audio de te? tertio, satisfactionis postulatio, cum subinfert: Redde rationem villicationis tuae.

4079 Dicit ergo: Vocavit illum et ait illi, ubi praemittit citationem. Citat sive vocat nos Deus, ut ad suam curiam coelestis patriae ire debeamus, tripliciter: primo, verbo sanctae praedicationis, rationalem informantis; secundo, beneficio continuae administrationis, concupisibilem allicientis; tertio flagello correptionis poenitentiae irascibilem deterrentis, ut sic, qui insensibiles sunt et nolentur ridi per documenta nec allici per beneficia, sicut sensibiles deterreantur per flagella.

4080 Primo vocat sive citat nos Deus verbo evangelicae praedicationis, ut illuminet; unde Matthaei vigesimo secundo: Ite ad civitates viarum, et quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Per istas nuptias secundum Glossam significatur sacramentum incarnationis, per quod Deus Pater Filio suo Ecclesiam tamquam sponsam copulavit; ad quas nos vocat, dum

530 praedicatorum mittit, dicens: Ite, tamquam evangelici praedicatorum, ad civitates viarum, ubi sunt errores gentium, et defectus actionum, secundum quod dicit Glossa: et quoscunque inveneritis, id est cuiuscunque conditionis, quia nulla est exceptio personarum apud Deum, sed in omni gente et in omni populo et in omni conditione beneplacitum est illi; vocate, tuba evangelicae praedicationis, ad nuptias, id est ad mysterium fidei.

4081 Secundo vocat nos Deus beneficio continuae administrationis, ut alliciat; unde Iob decimo quarto: Vocabis me, et ego respondebo tibi; operi manuum tuarum porriges dexteram; operi manuum tuarum porriges dexteram. Vocat Deus, cum muneribus praeventit, cum collatis beneficiis quasi emissis vocibus ad se ducere studet. Respondet ei homo, quando digna opera iuxta percepta munera reddere festinat, eo quod misericors Deus operi manuum suarum, id est homini formato manu suae potentiae, porrigit dexteram, suorum beneficiorum. Nam coelum fecit ad dandam ei lucem in die, ut tibi operaretur; tenebras in nocte, ut quiesceret; et utilem vicissitudinem temporum. Aeternam fecit, ut praerberet ei utilem calorem et omne genus avium ad suum servitium ministraret. Aquam fecit, ut potum sibi tribueret et sordes sibi purgaret, aeternam irrigaret et diversitatem piscium ad suum esum nutiret. Terram fecit, ut eum portaret, pane confortaret et vino lactificaret.

Totus mundus servit homini, quia factus est pro homine, ut ipse serviat ei qui fecit mundum et hominem. Ergo (si) sentis beneficium continuae administrationis, redde debitum bonae operationis, alioquin de ingratitude iuste poteris argui.

4082 Tertio vocat flagello poenitentiae, correptionis, ut deterreat; unde Lucae decimo quarto: Exi in vias et sepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illo-

rum, qui vocati sunt, gustabit coenam meam. Exi in vias, ubi sunt diaboli tentamenta, secundum Glossam; et sepes, ubi sunt inutilia iumenta vitiorum; et compelle intrare, infirmitatibus et calamitatibus praesentis vitae. Et hoc est quod dicit Glossa: Qui enim huius mundi adversitatibus fracti ad amorem Dei redeunt atque a praesentis vitae desideriis corriguntur, quid isti, nisi compelluntur ut intrent? Ut impleatur domus mea, coelestis patriae. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit coenam meam; Glossa: Quidam vocantur et continentur, quia domum intellectus accipiunt, sed opere non implent; Et talibus, qui insensibiles sunt ad documenta et beneficia, bonum est, ut frangantur infirmitatibus, adversitatibus et huiusmodi, ut quos praesens vita, sive Aegyptus secundum Gregorium, oppressit blandiens adiuvet premens, et dum Deus vocat, in cruciatu impellit, quia, dum affligit, expedit. Nam dum violentiam ingerit, festinare ad superna compellit. Unde dum populus Israeliticus a Moysse vocabatur, a Pharaone affligebatur, ut alter vocando traheret, alius saciendo impelleret. Felix, inquam, falsis necessitas, quae ad meliora compellit, secundum beatum Augustinum.

Varia de quatuor hominis novissimis.

EX S. BERNARDINO SENSU, VOL. III. SERM. 141.

4083 **S**ed notandum, quod Creator accusat impios de septem in die iudicii.

4084 Et primo de tempore quod instructore perdidit Bernardus. Omne tempus tibi impensum requiritur a te, quare fuerit expensum, sicut iulus de corpore non perit, quod ad agendum poenitentiam, ad acquirendum gratiam, ad promerendum gloriam miseratis conditionis tibi dedit.

4085 Secundo de Sacramento Ecclesiae, quae vilerunt Ezech. xxii: Polluerunt sanctuarium, et inter sanctum et profanum non habuerunt distinctionem, et inter pollutum et mundum non interllexerunt.

4086 Tertio de festis quae non colerunt, sed potius iniquaverunt. Ezech. xxii: *Sabbata mea auertunt oculos suos, conuincuntur in medio eorum, principes eius in medio illius quasi lupi rapaces praedam ad effundendum sanguinem, et perdentes animas.*

4087 Quarto de praecipitiis quae non seruantur. Ezech. xx: *In praecipitiis meis sine ambulatione et iudicia mea proterunt, et Sabbata mea violauerunt vehementer.*

4088 Quinto de exemplis vitae Sactorum, quae non timeant. Zachar. ii: *Leuius oculis vestris, et uidi, et ecce hic Christus, et in manu eius funiculus mensurarum. Funiculus hic de iis, qui malis uita ductur ad candorem, per quem designatur vita Sactorum, qua per tribulationes multas, per flagella, per contumelias, et carnis afflictiones ad coelestis gloriae pervenerunt candorem.*

4089 Sexto de peccato suae passionis, quam non cognoverunt: Ideo in praeparando dicit eis Ezech. xii: *Multa labore uoluntis est, et non exiit de ea anima rubigo eius, nec per ignem, quasi dicit, multum laborando uolui in passione mea, et tamen ad me non aspererunt, et passionem meam non cognoverunt, sicut peccata sua per eam illustrandi revelauerunt. Ideo loquens Domino Patri, dicit Ioseph. xxi: *Filius altissimi tuus, ex es.**

4090 Septimo de precantibus vitae aeternae, quae non crederunt. Is: *Namquid non audisti praemia, scilicet vitae, quae promissa sunt in diuinis Scripturis, scilicet Prov. viii: *Menum sunt decitiae, et gloria.* Et I Cor. ii: *Oculis non uidi, nec auris uidi, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentiibus se.* De istis septem accusabit Creator impiis in die iudicii.*

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. VIII. POST. PERT. 1148. 1.

4091 **S**ecundo in verbo proposito notatur inuentionis inuentionis, cum subdit: *Quid hoc audio de te?* quasi dicat: valde grauer inuentionis est mihi. Nam audio de te primo arrogantiam detestabilis inobedientiae, contemptis celsitudinem immensae potentiae; secundo, malevolentiam impietatis et inuidiae effluentis sanguinem humanae na-

turae; tertio, demulcentiam carnalis lasciuiae, subvertentis imaginem diuiniae essentiae.

Primo igitur audio de te arrogantiam detestabilis inobedientiae, contemptis celsitudinem immensae potentiae; unde in Psalmo: *Auerterunt se et non seruaerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. In iram conuenerunt eum in collibus suis et in sculpilibus, suis ad aculationem eum provocauerunt. Audiuit Deus et spreuit et ad nihilum redegit ualde Israel.* Ecce, quod isti maligni et inobedientes ad nihilum reducti sunt, in conspectu Dei; *timentes autem Dominum* et obediens eius praecipitiis tanquam amicos glorificat et exaltat ad magnificentiam amicitiae, et amoris in praesenti quantum ad dona gratiae, in futuro quantum ad dona gloriae. Unde homo, nisi obediat Deo humiliter, numquam dignus est ab eo honorari, immo pro nihilo tanquam stercus reputari. O amabilis virtus amandae obedientiae, quae humiles ad tantam nominis excellentiam sustollit, ut potius Dei amici quam famuli denominentur! Et o detestabile vitium arrogantiae et inobedientiae, quae de angelo fecit diabolum, de innocente peccatorem.

Secundo audio de te malevolentiam impietatis et inuidiae effluentis sanguinem humanae naturae; unde Matthaei vigesimo secundo: *Reliqui uero tenuerunt seruos eius et contumelios affectos occiderunt.* Rex autem, cum audisset, iratus est, et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos et ciuitatem illorum succendit. Reliqui non tantum contempserunt venire ad fidem, immo tenuerunt seruos Dei, Apostolos, et contumelios affectos occiderunt. Rex autem, cum audisset, uocem sanguinis ad se clamantis de terra; iratus est, id est, secundum Glossam, "cum tranquillitate iudicans", in ultionem exarsit;

et missis exercitibus suis, "Romanis sub Tito et Vespasiano", sicut dicit Glossa, *perdidit homicidas illos et ciuitatem illorum, scilicet "Ierusalem", succendit;* "cum Ierusalem modo sit constructa extra portam, ubi Dominus crucifixus fuit, apparet, illam Ierusalem ex toto fuisse incensam et destructam", secundum quod dicit Glossa super illud Lucae decimo nono: *Non relinquent in te lapidem super lapidem;* vel *missis exercitibus suis,* "id est Angelis", secundum Glossam, "per quos iudicium exercebit; perdidit homicidas, id est sanctos persecuentes, et ciuitatem succendit, id est carnem, in qua habitauerunt, cum anima in gehenna cremabit."

4092 Tertio audio de te demulcentiam carnalis lasciuiae, subvertentis imaginem diuiniae essentiae; unde in Psalmo: *Tentauerunt Deum in cordibus suis, ut periret escas animabus suis;* et sequitur: *Ideo audiuit Dominus et distulit;* et ignis accensus est in Iacob, et ira ascendit in Israel. Iudaei carnales et gulosi statim, ad passi sunt famem, appetierunt esse in terra Aegypti super ollas carnum; nec adhuc sufficit eis peccare peccato gulae concupiscentis carnalia delectamenta Aegypti, immo apposuerunt adhuc peccare ei peccato diffidentiae et blasphemiae, male loquentes de Deo, quod non posset eis parare mensam in deserto. Ideo audiuit Dominus hanc uocem, et displicuit, sed tanquam misericors distulit, disponens omnia in uultu, quousque escat essent in ore ipsorum, ut experientur, nihil esse impossibile apud Deum; et postea tanquam iustus puniuit eos, cum ira Dei descendit super eos. Unde Glossa: *Vere gulosi, quorum Deus center est, tanto impetu ad cibum bestialiter feruntur, ut nihil cogitent de Deo, sed tantummodo, quomodo possent suum ventrem colere et adimplere; quorum glo-*

ria in confusione est propter rationis subuersionem.

Tertio in verbo proposito notatur satisfactionis postulatio, cum subinfert: *Redde rationem uillicationis tuae.* Postulat Deus satisfactionem, ut quilibet reddat rationem principaliter de tribus: primo, de immundis cogitationibus cordis; secundo, de uanis et duris sermonibus oris; tertio, de malis et pravis maleficiis operis.

Primo homo tenetur reddere rationem de immundis et peruersis cogitationibus cordis; unde ad Romanos decimo quarto: *Omnes stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam nulli flectitur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.* Quis enim non timebit stare ante tribunal istius Iudicis, qui scrutatur cogitationes, ponderat affectiones, examinat intentiones et quaerit rationem de peruersis cogitationibus, immundis affectionibus et malis intentionibus, eo quod nulla ipsum latet cogitatio? Certe tanto latere erit impossibile, apparere intolerabile. Charissimi, si nolumus timere stare ante tribunal tanti Iudicis, habeamus cor nostrum mundum et purum, et sit absque tumore superbiae, absque liuore inuidiae, absque ardore auaritia, absque torpore accidiae et, ut breuiter dicam, absque omni uoluntate peccandi.

Secundo reddere debet homo rationem de otiosis et criminosis uerbis oris; unde Matthaei duodecimo: *De omni uerbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis. Illud est uerbum otiosum secundum Glossam, quod sine utilitate loquentis dicitur aut audientis, ut de frivolis et fabulis. Unde si de uerbo otioso reddet rationem, quanto magis de

verbis criminosis! Certe, *ex verbis* " bonis ", homo iustificabitur, et *ex verbis* " malis " homo condemnabitur, " quia mors et vita in manu lingue ", secundum Glossam. Si nolumus condemnari ex verbis nostris in die iudicii, habeamus in ore nostro verba dulcia, non dura; humilia, non superba; aedificatoria, non criminosa et detractoria.

4058 Tertio *debet* homo reddere rationem de pravis maleficis operis; unde in Symbolo: " Omnes resurgere habent cum corporibus suis et redditori sunt de factis propriis rationem "; et in verbo proposito: *Vocavit illum et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. " Vocat illum*, quando timorem in cutis aeternae damnationis ", secundum Glossam; et *ait illi*, dicente conscientia: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae*, id est, secundum Glossam, " cogita, dum vivis, qualiter debeas operari, ut evadas poenas aeternas ". *Iam enim* " tempore mortis, non poteris villicare, id est operari ad satisfaciendum. Rogemus, etc.

Varia de quatuor hominis novitiis.

(EX S. BERNARDO SERMO, VOL. III, SERMO 14.)

4099 SECUNDO dixi, quod accusabit eos creatura, qui ea abusi fuerant, et non simpliciter creatura, sed omnes creaturae accusabunt, et expugnabunt peccatores in die illa, creaturae dico inferiores.

4100 PRIMO coelum in peccatorum revelatione, Iob. 35: *Revelavit coeli iniquitatem eius*, et loquitur de peccatoribus.

4101 SECUNDO Sol et Luna, et Stellae in sui luminis absconione, (EZEC. XXXII). Dicit Dominus: *Operiam coelum, et nigrescere faciam stellae eius, solum nubis tegam, et luna non dabit honorem suum.*

4102 TERTIO aer, Ezec. xvi: *Evanesce facies spirituum temptatum, in suffragibus meis, et insidias invidiosas, et dabo lapides proegredientes desuper irruentes, et ventum procellae dissipantem.*

4103 QUARTO terra in motus agitatione, Apoc. xvi: *Terrae motus factus est magnus, quatuor non fuit, ex quo gentes vae coeperunt.*

Quinto aqua in sua absconione, seu siccatione. (Iob. vii: *Post dies autem aliquis siccatus est iuvrens.*)

4105 SEXTO ligna, et lapides in aedificatoria compositione. (Ahae. ii: *Lapis de pariete clamabit, et lignum quod in tueretur aedificatorum est, respondebunt; vos qui aedificastis civitatem in sanguinibus et praeparastis urbem in iniquitate.*)

4106 SEPTIMO aurum, et argentum, et divitiae inanis congregatae. (Iob. vi: *Divitiae vestrae praefactae sunt, aurum et argentum utrogisavit.*)

4107 OCTAVO volucres coeli, et pisces maris in delectatione comestione. Ita quod quaecumque fuerant eis in delectationem, convertentur eis in tormentum. (Sap. xvi: *Omnia creatura tibi facturi discernit. Sic legitur apparet, quod timendum est novissimum iudicium propter creatorum omnium contra peccatores accusationem.*)

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Luc. XIX, 41-47.

41 In illo tempore, cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns civitatem flevit super illam, dicens: 42. Si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43. Quia venient dies in te: et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te: et coangustabunt te undique:

44. et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.

45. Et ingressus in templum, coepit eicere vendentes in illo, et ementes,

46. dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

47. Et erat docens quotidie in templo.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXIX. IN EVANGELIO. *Habitu et populum in basilica beati Iosephi, quae dicitur Constantiana.*

4108 **L**ECTIONEM brevem sancti Evangelii, brevi, si possum, volo sermone percurrere: ut illis in ea proluxor detur intentio, qui seunt ex paucis multa cogitare. Quod flente Domino illa Ierosolymorum subversio describatur, quae a Vespasiano et Tito Romanis principibus facta est, nullus qui

historiam eversionis eiusdem legit, ignorat. Romani enim principes denuntiantur, cum dicitur: *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo: et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt.* Hoc quoque quod additur: *Non relinquent in te lapidem super lapidem*, etiam ipsa iam eiusdem civitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Ierusalem, ut dicitur, funditus est eversa. Cui ex qua culpa eversionis suae poena fuerit illata, subiungitur: *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.* Creator quippe omnium per incarnationis suae mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordatio non est. Unde etiam per prophetiam in increpatione cordis humani aves coeli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: *Milvus in coelo cognovit tempus suum; turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium Domini* (Ier. vii, 7). Sed quaerendum prius est quid sit quod dicitur: *Vilens civitatem flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses et tu.* Flevit etenim prius Redemptor ruinam perfidae civitatis, quam ipsa sibi civitas non cognoscebat esse venturam. Cui a flente Domino recte dicitur: *Quia si cognovisses, et tu.* subaudi, fleres, quae modo quia nescis quod imminet, exsultas. Unde et subditur: *Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi.* Cum enim carnis se voluptatibus daret, et ventura mala non prospiceret, in die sua quae ad pacem esse ei poterant habebat. Cur vero bona praesentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Si enim cordis eius oculis mala quae imminerent abscondita non essent,

laeta in praesentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam poena quae de Romanis, sicut praedixi, principibus imminet, adiuncta est.

4109 Qua descripta, quid Dominus fecerit, subditur: *quia, ingressus templum, coepit eicere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* (IOANN. XI, 38). Qui enim narravit mala ventura, et protinus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes eicere, profecto innouat quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens, sed vendentes et ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit, unde radix prodiit perditionis. Sicut autem evangelista alio teste didicimus, in templo columbae vendebantur. Et quid per columbas, nisi sancti Spiritus domum accipitur? Sed vendentes et ementes e templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos qui donum Spiritus emere nituntur, damnat. De quo templo mox subditur: *Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus laesionem exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere noverant, ut aut non donantes munera studebant corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Quia vero Redemptor noster praedicationis verba nec indignis et ingratibus subtrahit, postquam disciplinae vigorem eiecendo perversos tenuit, donum mox gratiae ostendit. Nam subditur: *Et erat docens quotidie in templo.* Haec iuxta historiam breviter tractando transcurramus. Sed quia eversa iam Ierusalem non esset,

verbis criminosis! Certe, *ex verbis* " bonis ", homo iustificabitur, et *ex verbis* " malis " homo condemnabitur, " quia mors et vita in manu lingue ", secundum Glossam. Si nolimus condemnari ex verbis nostris in die iudicii, habeamus in ore nostro verba dulcia, non dura; humilia, non superba; aedificatoria, non criminosa et detractoria.

4058 Tertio *debet* homo reddere rationem de pravis maleficis operis; unde in Symbolo: " Omnes resurgere habent cum corporibus suis et redditori sunt de factis propriis rationem "; et in verbo proposito: *Vocavit illum et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. " Vocat illum*, quando timorem in cutit aeternae damnationis ", secundum Glossam; et *ait illi*, dicente conscientia: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae*, id est, secundum Glossam, " cogita, dum vivis, qualiter debeas operari, ut evadas poenas aeternas ". *Iam enim* " tempore mortis, non poteris villicare, id est operari ad satisfaciendum. Rogemus, etc.

Varia de quatuor hominibus novissimis.

(EX S. BERNARDO SERMONE, VOL. III, SERM. 14.)

4099 SECUNDO dixi, quod accusabit eos creatura, qui ea abusi fuerant, et non simpliciter creatura, sed omnes creaturae accusabunt, et expugnabunt peccatores in die illa, creaturae dico inferiores.

4100 PRIMO coelum in peccatorum revelatione, Iob. xx: *Revelavit coeli iniquitatem eius, et legitur de peccatoribus.*

4101 SECUNDO Sol et Luna, et Stellae in sui luminis absconione. (EZEC. xxxiii.) Dicit Dominus: *Operiam coelum, et nigrescere faciam stellae eius, solum nubis legem, et luna non dabit honorem suum.*

4102 TERTIO aer, Ezec. xvi: *Erumpere facies spiritum tempestatis, in turbationibus meis, et intuleris invidiam, et dabo lapides proegredientes desuper irruentes, et ventum procellae dissipantem.*

4103 QUARTO terra in motus agitatione, Apoc. xvi: *Terrae motus factus est magnus, quatuor non fuit, ex quo gentes vix coeperunt.*

Quinto aqua in sua absconione, seu siccatione. (Iob. vii: *Post dies autem aliquis siccatus est iuvrens.*)

4105 SEXTO ligna, et lapides in aedificatoria compositione. (Ahae. ii: *Lapis de pariete clamabit, et lignum quod in tueretur aedificatorum est, respondebunt: vos qui aedificastis civitatem in sanguinebus et praeparastis urbem in iniquitate.*)

4106 SEPTIMO aurum, et argentum, et divitiae inaffluenter congregatae. (Iob. vi: *Divitiae vestras post factae sunt, aurum et argentum utroque perierunt.*)

4107 OCTAVO volucres coeli, et pisces maris in delicatissima comestione. Ita quod quaecumque fuerant eis in delectamentum, convertentur eis in tormentum. (Sap. xvi: *Omnia creatura tibi facturi discernit. Sic legitur apparet, quod timendum est novissimum iudicium propter creatorum omnium contra peccatores accusationem.*)

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Luc. XIX, 41-47.

41 In illo tempore, cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns civitatem flevit super illam, dicens: 42. Si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43. Quia venient dies in te: et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te: et coangustabunt te undique:

44. et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.

45. Et ingressus in templum, coepit eicere vendentes in illo, et ementes, 46. dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

47. Et erat docens quotidie in templo.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXIX. IN EVANGELIO. *Habitu et populum in basilica beati Iosephi, quae dicitur Constantiana.*

4108 **L**ECTIONEM brevem sancti Evangelii, brevi, si possum, volo sermone percurrere: ut illis in ea proluxor detur intentio, qui seunt ex paucis multa cogitare. Quod flente Domino illa Ierosolymorum subversio describatur, quae a Vespasiano et Tito Romanis principibus facta est, nullus qui

historiam eversionis eiusdem legit, ignorat. Romani enim principes denuntiantur, cum dicitur: *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo: et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt.* Hoc quoque quod additur: *Non relinquent in te lapidem super lapidem*, etiam ipsa iam eiusdem civitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Ierusalem, ut dicitur, funditus est eversa. Cui ex qua culpa eversionis suae poena fuerit illata, subiungitur: *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.* Creator quippe omnium per incarnationis suae mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordatio non est. Unde etiam per prophetiam in increpatione cordis humani aves coeli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: *Milvus in coelo cognovit tempus suum; turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium Domini* (Ier. vii, 7). Sed quaerendum prius est quid sit quod dicitur: *Vilens civitatem flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses et tu.* Flevit etenim prius Redemptor ruinam perfidae civitatis, quam ipsa sibi civitas non cognoscebat esse venturam. Cui a flente Domino recte dicitur: *Quia si cognovisses, et tu.* subaudi, fleres, quae modo quia nescis quod imminet, exsultas. Unde et subditur: *Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi.* Cum enim carnis se voluptatibus daret, et ventura mala non prospiceret, in die sua quae ad pacem esse ei poterant habebat. Cur vero bona praesentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Si enim cordis eius oculis mala quae imminerent abscondita non essent,

laeta in praesentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam poena quae de Romanis, sicut praedixi, principibus imminet, adiuncta est.

4109 Qua descripta, quid Dominus fecerit, subditur: *quia, ingressus templum, coepit eicere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* (IOANN. XI, 38). Qui enim narravit mala ventura, et protinus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes eicere, profecto innouat quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens, sed vendentes et ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit, unde radix prodiit perditionis. Sicut autem evangelista alio teste didicimus, in templo columbae vendebantur. Et quid per columbas, nisi sancti Spiritus domum accipitur? Sed vendentes et ementes e templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos qui donum Spiritus emere nituntur, damnat. De quo templo mox subditur: *Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus laesionem exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere noverant, ut aut non donantes munera studebant corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Quia vero Redemptor noster praedicationis verba nec indignis et ingratibus subtrahit, postquam disciplinae vigorem eiecendo perversos tenuit, donum mox gratiae ostendit. Nam subditur: *Et erat docens quotidie in templo.* Haec iuxta historiam breviter tractando transcurramus. Sed quia eversam iam Ierusalem no-

vimus, atque eversione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones a templo, atque ipsum iam templum dirutum scimus: debemus ex rebus exterioribus introrsus aliquam similitudinem trahere, atque ex cævis ædificiis parietum morum ruinam timere. *Videns enim civitatem, stetit super illam, dicens: Quia si cognovisses, et tu. Hoc semel egit, cum perituram civitatem esse nuntiavit. Hoc quotidie Redemptor noster per electos suos agere, nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangentur, quia, iuxta Salomonis verba: *Lætantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis* (Prov. n, 14). Qui si damnationem suam quæ eis imminet agnovissent, semetipsos cum lacrymis electorum plangerent. Bene autem peritæ animæ sententia quæ subditur, convenit: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*. Suam hic diem habet anima perversa, quæ transitorio gaudet in tempore. Cui ea quæ adsunt, ad pacem sunt; quia dum ex rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resolvitur, dum nulla venturæ poenæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ grave damnationis suæ scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi iusti lætabantur; et cuncta quæ modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur, quia rixari secum incipiet, cur damnationem quam patitur non expavit, cur a prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Unde ei dicitur: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*. Perversa quippe anima rebus presentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia prævidere futura refugit,*

quæ præsentem lætationem perturbant; dumque in presentis vitæ oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Unde beschriptum est: *In die bonorum ne immemor sis malorum* (Eccl. xi, 17). Et inde per Paulum dicitur: *Qui gaudent, tantum quam non gaudentes sint* (I Cor. vi, 30), quia et si quæ est presentis temporis, ita est agenda lætitia, ut nunquam amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria: quatenus dum mens pavida extremæ ultionis timore transigitur, quantum nunc præsens lætitia, tantum post ira subsequens temperetur. Hinc namque scriptum est: *Beatus homo, qui semper est pavidus: qui vero mentis est durus, corrumpit in mahum* (Prov. xxviii, 14). Sequentis enim ira iudicii tanto tunc districtior portabitur, quanto nunc et inter culpas minime timetur.

Sequitur: *Quia veniet dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo*. Qui unquam sunt humanæ animæ maiores inimici, quam maligni spiritus, qui hæc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptoris delectationibus fovent? Quam vallo circumdant, quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hæc ad societatem suæ damnationis trahentes coarctant, ut in ipsa iam extremitate vitæ deprehensa, et a quibus hostibus circumclusa sit videat, et tamen evadendi aditum invenire non possit, quia operari tam bona non licet quæ, cum licuit agere, contempsit. De quibus adhuc apte quod sequitur, intelligi valet: *Circumdabunt te, et coarctabunt te iudique*. Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates repliant, ut quæ prius se per multa dilatavit in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in

retributione. Sequitur: *Et ad terram prosteruent te, et filios tuos qui in te sunt*. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consteruitur, cum caro quam vitam suam credidit redire ad pulverem urgetur. Tunc in mortem filii illius cadunt, cum cogitationes illicitæ, quæ modo ex illa prodeunt, in extrema vitæ ultione dissipantur, sicut scriptum est: *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* (PSAL. cxlv, 4). Quæ scilicet duræ cogitationes intelligi etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: *Et non relinquent in te lapidem super lapidem*. Perversa etenim mens cum perversæ cogitationi adhuc perversiorem adiecit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam animam ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur.

Quæ cur hoc patiat, adlungitur: *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ*. Pravam quamque animam omnipotens Deus multis modis visitare consuevit. Nam assidue hæc visitat præcepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo: ut et vera, quæ nesciebat audiat, et tamen adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta, malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suæ tempus minime cognoscit, illis in extremo vitæ inimicis traditur, cum quibus in æterno iudicio damnationis perpetuæ societate colligatur, sicut scriptum est: *Cum vadis cum adversario tuo ad principium in via, da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, et iudex trahat te exactori, et exactor mittat te in carcerem* (LUC. xii, 58). Adversarius quippe noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in presenti vita. A quo ipse liberatur, qui præceptis

eius humiliter subditur. Alioquin adversarius iudici, et iudex tradet exactori, quia ex sermone Domini contempto reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quem index exactori tradit, quia hunc maligno spiritui ad ultionem trahere permittit, ut compulsam animam ipse ad poenam de corpore exigat, quæ ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittit in carcerem, quia per malignum spiritum in inferno retrahitur, quousque dies iudicii veniat, ex quo iam in inferni ignibus simul et ipse crucietur.

Expleta ergo perditione civitatis, quam nos ad pereuntis animæ similitudinem traximus, protinus subditur: *Et ingressus templum coepit dicere vendentes et ementes de illo*. Sicut templum Dei in civitate est, ita et in plebe fidei vita religiosorum. Et sæpe nonnulli religionis habitum sumunt, et dum sacrorum ordinum locum percipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrenæ negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iustitiam enim vendere est hæc præmiis acceptione servare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persolvere proximo quod iustum est nolunt, dumque rem iure debitam facere contemnant, dato patronis præmio emunt peccatum. Quibus bene dicitur: *Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum*; quia dum nonnumquam perversi homines locum religionis tenent, sibi malitiæ suæ gladiis occidunt, ubi vivificare proximos orationis suæ intercessione deberunt.

Templum quoque et domus Dei ipsa mens atque conscientia fidelium. Quæ si quando in læsione proximi perversas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, et simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos

qui in nullo rei sunt laesionis gladios defigunt. Mens enim fidelium iam non domus orationis, sed spelunca latronum est, quando, relicta innocentia et simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, unde valeat proximo nocere. Sed quia contra perversa haec omnia verbis Redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instrumur, nunc usque hoc agitur, quod factum fuisse perhibetur, cum dicitur: *Et erit docens quotidie in templo.* Cum enim mentem fidelium ad cavenda mala subtiliter erudit, quotidie Veritas in templo docet. Sed sciendum nobis est, quia veritatis verbis veraciter erudimur, si extrema mala nostra formidolose et indesinenter aspiciamus, iuxta hoc quod per quemdam sapientem dicitur: *In omnibus operibus tuis memorare misericordiam tuam, et in aeternum non peccabis* (ECCLE. VII. 40). Pensare quippe quotidie debemus, quod ex eiusdem voce nostri Redemptoris audivimus: *Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Dum enim districtus iudex sustinet, et adhuc manum non exerit in percussorem, dum a retributione ultionis ultimae esse quaedam temporis securitas videtur, debemus pensare malum quod sequitur, pensantes gemere, gementes vitare: et quae commissimus peccata indesinenter aspiciere, aspicientes flere, et fletus abstergere. Nulla nos prosperitatis transitoriae laetitia dissolvat, nec mentis nostrae oculos ea quae sunt transitoria obstruant, nec caecos ad ignem ducant. Si enim districte pensetur, cuius sit ponderis improprium, ex ore veritatis agnoscitur, cum negligentem et futura non prospicientem dicitur: *Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*

⁴¹⁵ Nam cogitandum valde est, quantum nobis erit terribilis hora nostrae resolu-

tionis, qui pavor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quae obfivio transactae felicitatis, quae formido et consideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de praesentibus ad delectationem debet, quando, cunctis simul transeuntibus, non valet transire quod imminet? quando et hoc funditus finitur quod diligitur, et illud incipitur, ubi dolor numquam finitur? Tunc maligni spiritus in egrediente anima sua opera requirunt; tunc mala quae suaserunt replicant, ut sociam ad tormenta trahant. Sed cur hoc de perversa solummodo anima dicimus, cum ad electos quoque egredientes veniant, et suam in illis, si praevaleant, aliquid requirant? Unus autem in hominibus existit, qui ante passionem suam libera voce dicit: *Iam non multa loquar vobiscum; venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam* (IOANN. XIV. 30). Quia enim hunc mortalem hominem vidit, suum in illo mundi princeps aliquid invenire se posse credit. Sed sine ullo peccato a mundi corruptione exiit, qui sine peccato in mundum venit. Hoc de se contra mundi principem nec Petrus dicere praesumpsit, qui audire meruit: *Quaecumque ligaveris super terram, ligato erunt et in caelis; et quodcumque solveris super terram, solutum erit et in caelis.* (MATTH. XVI. 19). Hoc nec Paulus dicere praesumpsit, qui priusquam mortis debitum solveret, ad caeli tercia secreta pervenit. Hoc nec Ioannes dicere ausus est, qui pro amore praecipuo in Redemptoris sui pectore in coena recubuit. Nam cum Propheta dicit: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea* (PSAL. I. 7), sine culpa in mundo esse non potuit, qui in mundum cum culpa venit. Hinc namque idem Propheta ait: *Nam iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (PSAL. CXLII. 2). Hinc Sa-

lomon ait: *Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, et non peccet* (ECCLE. VII. 21). Hinc Ioannes dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (I. IOANN. I. 8). Hinc Iacobus ait: *In multis enim offendimus omnes* (IAC. III. 2). Constat enim, quia omnes qui de carnis delectatione concepti sunt, in eorum procul dubio vel actione, vel locutione, vel cogitatione aliquid suum princeps huius mundi habuit. Sed idcirco illos vel post rapere, vel prius tenere non potuit, quia eos ille a debitis suis eripuit, qui pro nobis sine debito mortis debitum solvit, ut nos ideo sub iure hostis nostri debita nostra non teneant, quia pro nobis Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus gratuito reddidit quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos a debita animae morte liberavit. Ait ergo: *Veni enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam* (IOANN. XIV. 30). Unde errandum nobis est, et cum magnis quotidie fletibus cogitandum, quam rabidus, quam terribilis sua in nobis opera requirens in die nostri exitus princeps huius mundi veniat, si etiam ad Deum carne morientem venit, et in illo aliquid quaesivit, in quo invenire nihil potuit.

⁴¹⁶ Quid itaque nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti adversario et multa sua in nobis invententi dicemus, nisi solum quod nobis est certum refugium et solida spes, quia unum cum illo facti sumus, in quo princeps huius mundi et suum aliquid requisivit, et invenire minime potuit? quoniam solus est inter mortuos liber (PSAL. LXXXVII. 5). Et a peccati iam servitio veraci libertate solvimur, quia ei qui vere liber est unimur. Constat enim, nec negare possumus, sed veraciter fatemur, quia princeps huius mundi habet in nobis

multa; sed tamen mortis nostrae tempore iam nos rapere non valet, quia eius membra effecti sumus, in quo non habet quidquam. Sed quid prodest quod eidem Redemptori nostro per fidem iungimur, si ab eo moribus disiungamur? Ipse etenim dicit: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum* (MATTH. VII. 21). Recta ergo opera rectae fidei iungenda sunt. Mala quae fecimus, per quotidiana lamenta diluamus, transactas nostras nequitias surgentia ab amore Dei et proximi recta opera superent, nulla quae possumus fratribus impendere bona recusemus. Neque enim aliter Redemptoris nostri membra efficiamur, nisi inhaerendo Deo et compatiendo proximo.

⁴¹⁷ Sed quia ad amorem Dei et proximi plerumque corda audientium plus exempla quam verba excitant, charitati vestrae indicare studeo, quod is qui praesto est filius meus Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terram Lycaoniae solet narrare miraculum. Ait enim quod in ea quidam Martyrius nomine, vitae valde venerabilis monachus fuit, qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritualis pater praererat. Pergens itaque leprosum quemdam, quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra foedaverat, invenit in via, volentem ad suum hospitium redire, sed prae lassitudine non valentem. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitium, quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem Dei eiusdem leprosi lassitudinem misertus, pallium quo vestiebatur, in terram protinus projecit et expandit, ac desuper leprosum posuit, eumque suo pallio undique constrictum super humerum levavit, secumque revertens detulit. Cumque iam monasterii foribus propiaret, spiritualis pa-

ter eiusdem monasterii magnis vocibus clamare coepit: Currite, ianuam monasterii citius aperite, quia frater Martyrius venit Dominum portans. Statim vero ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit, is qui leprosus esse putabatur, de collo eius exsilens, et in ea specie apparens, qua recognoscet ab hominibus solet Redemptor humani generis, Deus et homo Christus Iesus, ad coelum Martyrio aspiciente rediit, eique ascendens dixit: Martyri, tu me non erubuiti super terram, ego te non erubescam super coelos. Qui sanctus vir hoc fit est monasterium ingressus, et pater monasterii dixit: Frater Martyri, ubi est quem portabas? Cui ille respondit, dicens: Ego si scivissem quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cum eum portasset, pondus eius minime sensit. Nec mirum, quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Quia in re pensandum est nobis, quantum fraternae compassio valeat, quantum nos omnipotenti Deo misericordiae viscera coniungant. Inde enim ei qui est super omnia, propinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipsos deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit, nisi qui tenditur; in rebus vero spiritualibus certum est, quia quanto plus per compassionem attrahimur, tanto altius verius appropinquamus. Ecce autem Redemptori generis humani ad aedificationem nostram minime sufficit, quod in extremo iudicio dicitur se esse perhibuit: *Quantum fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis* (MATTH. XXV, 40); nisi et ante iudicium hoc in se ostenderet quod dixisset, ut videlicet demonstraret, quia quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, et haec specialiter impendit, cuius haec amore exhiberit. Et tanto plus quisque maiorem

mercedem recipit, quanto nec eum despicit, qui amplius despiciendus videtur. Quid enim in humana carne sublimius carne Christi, quae est super angelos exaltata? Et quid in humana carne abiectius carne leprosi, quae tumescentibus vulneribus scinditur, et exhalantibus fetoribus impletur? Sed ecce in specie leprosi apparuit: et is quis est reverendus super omnia, videri despectus infra omnia dedignatus non est. Cur hoc, nisi ut sensu nos tardiore admoneret, quatenus quisquis ei qui in coelo est festinat assistere, humiliari in terra et compati etiam abiectis et despicabilibus fratribus non recuset? Loqui charitati vestrae sub brevitate decreveram; sed quia non est in homine via eius, decurrens sermo retiacri non potest, quem disponit ipse de quo loquimur; qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de quatuor hominibus novissimis.

(IX. A. BERNARDINO SERIBSE, VOL. III, SERM. 24.)

Sexto est timendum propter Dei in vultu benignissimo futuris ostensionem: *Is. xxx: Ardens est furor eius, et gravis od portandum, labia eius impleta sunt indignatione, et lingua eius quasi ignis devorans: Spiritus eius quasi torrens inundans ad percutiendum gentes. Et Amos 11: Leo rugit, quis non timebit? Ideo nos dicamus cum Psal. dista vi et xxxvii: Domine, ne in furore tuo, etc.*

Septimo timendum est propter sententiam irreversibilis prolationem, et haec dicitur esse dubia, qui postquam de actibus etiam interrogati, pro quod dicitur *Ecl. ix: Omnia in futurum circumvolvuntur*, incerta, et postea quod interrogati nescimus utrum dicatur nobis: *Venite benedicti*; vel: *Ite maledicti* (MATTH. XXV, et sic apparet secundum novissimum quod est, et in iudicio multum timendum.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. IX. POST PENT. SERMO 4.

DOMUS MEA DOMUS ORATIONIS VOCABITUR, Lucae decimo nono.

In verbo proposito describit Dominus locum suae habitationis per actum orationis; unde nota in verbo proposito duo; primo enim praemittitur divinae habitationis locus ut notificatus, cum dicitur: *Domus mea*; secundo subditur orationis actus ut notificatus, cum dicitur: *domus orationis vocabitur*. In quo miro modo commendatur divina habitatio et nostra oratio; tanta enim est excellentia domus Dei, ut in ea non acceptet Deus actum alterius generis quam orationis, et rursum tantae excellentiae est oratio, ut ei praecipue et praecise preparata sit divina habitatio. Si ergo recta est praedicta domus divinae habitationis notificatio, nullus domum Dei fideliter habitat nec finaliter perseverat, qui orationi non intendit; et omnis, qui intendit orationi instanter et finaliter, in domo Dei manet, ut decet. Talis autem solus idoneus est ad salutem; totius ergo nostrae salutis effectus est sanctae orationis dignus et conveniens usus. Ad hoc autem, quod oratio Deo sit placita et accepta, tria sunt necessaria, scilicet, quod orationem praere debet preparatio, comitari attentio, subsequi vera exultatio; et ita respondet tribus actibus orationis, qui sunt purgatio, illuminatio et perfectio.

Primo ergo oportet, quod praecedat purgativa preparatio propter actus excellentiam; et ideo Ecclesiastici decimo octavo: *Ante orationem praepara animam tuam et noli esse quasi homo, qui tentat Deum*. Purganda vero est anima a tribus, ex quorum fonte manat omnis foeditatio ipsius, scilicet ab elatione praesum-

ptiosa per mansuetudinem subiectionis, a delectatione voluptuosa per amaritudinem compunctionis, ab actione tumultuosa per solitudinem religionis. Tria vero praemissa respondent tribus prioribus radicibus, ut patet aspicienti.

Primo ergo purganda est anima ab elatione praesumptuosa, ut sit ad orationem idonea; propter quod Proverbiorum vigesimo octavo: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis*. Et ratio huius est, quia, qui divinam legem non audit et Deum contemnit, Deus ipsum non exaudit, quia qualem se offert homo Deo, talem se exhibet Deus homini. Unde oratio superbiens non est exaudibilis, sed magis execrabilis. Ab hoc ergo debet purgari qui vult exaudiri. Hoc autem fit per mansuetudinem subiectionis; propter quod Iudith nono: *Humiliam et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio*; unde Ecclesiastici trigesimo quinto: *Oratio humiliantis se nobis penetrabit*, quia ad divinum conspectum ascendit; et ideo in Psalmo: *Respexit in orationem humilium et non speravit precem eorum*. Exemplum de publicano, Lucae decimo octavo. Secundo purganda est a delectatione voluptuosa per amaritudinem compunctionis; Isaiae primo: *Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam; inanis enim vestrae sanguine plenae sunt*. Quia enim carnalis homo et voluptuosus, quasi humi prostratus, carnalis et ponderosa verba interius format, quod quaerit non impetrat, quia orationes eius per manus Angelorum non feruntur ad divinum audientiam; propter hoc oportet purgari volentem exaudiri, quod quidem fit per amaritudinem compunctionis: primi Regum primo: *Cui esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, fletus largiter*; in quo fletu se ipsam purgavit et quasi in quodam fonte lavit; unde ex ore ip-

suis munda oratio ad coelum usque conscendit, unde exaudita fuit; quod figuratur Iudith duodecimo: *Et exibat noctibus in callem Bethuliae et baptizabat se in fonte aquae. Et ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.* In quo figuratur, quod prius lavanda est conscientia per singulas noctes, quam ad orationem ascendamus. Exemplum de Esther orante, decimo quarto.

4124

Tertio purganda est ab actione tumultuosa per solitudinem religionis, ut orationi vacetur; Threnorum tertio: *Opposuit nubem tibi, ne transcat oratio;* quod quidem fit, quando tantum permittimus coelum cordis nostri mibilos phantasiis et occupationibus involvi, ut non possit intueri radius verae lucis. Quamdiu vero mens nostra in huiusmodi phantasmibus et occupationibus nullis versatur, elongatur a veritate et spiritualitate; et ideo recte orare non potest, quia, sicut dicitur Iohannis quarto, *spiritus est Deus, et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare.* Debet igitur mens nostra ab huiusmodi purgari; quod quidem fit per solitudinem religionis, recedendo scilicet a turba sensuum et sensibilium et imaginabilium. Quod bene figuratum est Matthaei decimo quarto, ubi dicitur, quod Salvator, *dimissa turba, ascendit in montem solus orare.* Haec autem solitudo religionis magis attenditur per spiritualem recessum in interiora conscientiae quam per corporalem separationem a consorcio turbae. Unde Matthaei sexto: *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora. Patrem tuum in abscondito; ostio scilicet sensuum exteriorum. Ibi est hominis cor.* Sed pauci sunt qui intrent, quia hoc est donum divinae gratiae et nostrae diligentiae; unde secundi Regum septimo dixit Da-

vid: *Invenit servus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac.* Exemplum de Sara, Tobiae tertio.

Varia de quatuor hominibus novissimis.
(EX S. HIERONIMO SERMONE, VOL. III, SERM. 11.)

TERTIUM novissimum dicitur esse infernus de quo debemus recumbere ipsium expavescendo, seu ipsa supplicia saepe meditando, Iob xi: *Fadum ad terram leucosam, et aperiam marmis caliginem.* Glossa eandem, ut evadant, vadant mento, ne vadant in corpore.

Et notandum, quod istud novissimum timendum est, et praecipue propter septem. Primo propter perpetuam a Sanctorum consorcio separationem; secundo propter divinae gloriae privationem; tertio propter tenues carceris horrendam habitationem; quarto propter damnationis terrificam applicationem; quinto propter poenarum corporis indelicatas cruciaciones; sexto propter miseram animae poenarum continuationem; septimo propter in his omnibus aeternam damnationem.

PERIA TERTIA

Hermilia S. Bonaventurae Episcopi.

MOSES III. POST PENT. SERMO V.

Haec triplici purgatione praemissa, quasi quodam praeparatorio, adiungi debet oratio, quam comitari debet attentio, quae debet tribus conditionibus informari. Primo enim debet oratio attendita esse attentione *praevidi* per vigilantiam in intellectu; Matthaei vigesimo sexto: *Vigilate et orate ut non intretis in temptationem.* Hoc etiam praecipit Dominus Marci decimo quarto et Lucae vigesimo primo et princeps Apostolorum, primae Petri quarto: *Vigilate in orationibus.*

Hoc autem praecipitur a Domino sive propter *hostes fraudulentes*; propter quod dicitur primae Petri ultimo: *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester,* etc. Sive propter nostri desiderii *vehementiam*; propter quod dicitur in

Psalmo: *Domine Deus salutis meae, in die clamavi et nocte coram te;* et ibidem: *Intret in conspectu tuo oratio mea,* etc. Sive propter *Sponsi festinantiam*, qui cito transit et hora indeterminata venit; propter quod Lucae duodecimo: *Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes.* Sive propter *nostram indigentiam*; propter quod Ecclesiastici trigesimo nono: *Iustus cor suum tradet ad vigilandum dibaculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione et pro delictis suis deprecabitur.* Hoc docuit Christus Lucae sexto.

Secundo debet esse *mutua* per benevolentiam in affectu; Iacobi ultimo: *Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini. Pro invicem dicit, ut oratio se extendat per benevolentiam non solum ad amicos, sed etiam ad extraneos et inimicos, secundum quod dicitur Matthaei quinto: Orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* Gregorius: *Pro semetipso poenitens tantocitus exaudiri meretur, quanto devote pro aliis intercedit.* Hieronymus: *Oratio est brevis et subtilis avicula, quae pennis fidei et virtutis transcendit choros Cherubim et Seraphim et assistit in consistorio summi Regis egregia peoratrix pro se et unoquoque.* Et propterea primae Petri tertio: *Omnes unanimes in oratione estote, ut nullum excludatis.* Hoc autem exemplo docuit Christus, quando pro persequentibus exoravit.

Tertio debet esse *continua* propter perseverantiam in actu; Ecclesiastici decimo octavo: *Non impediaris orare semper et ne vereris usque ad mortem iustificari.* Unde si aliquos actus velit Dominus ad tempus fieri, ab oratione vult nunquam cessari; propter quod Lucae decimo octavo: *Oportet semper orare et non de-*

ficere; et primae ad Thessalonicenses quinto: *Sine intermissione orate.* Gregorius: *Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet.* Ratio autem huius est, quia boni operis initium, medium et complementum sunt per divinae gratiae donum; quod autem consequi non potest, nisi qui perseveranter pulsat ad ostium, secundum illud Lucae undecimo: *Si ille perseveraverit pulsans, dabit illi quotquot habet necessario.*

Hanc orationem ad suam perfectionem debet subsequi *exultatio*, scilicet *gratia* per memoriam beneficii; ad Colossenses quarto: *Orationi insiate vigilantes in ea in gratiarum actione;* haec enim exultatio habetur per *praesentium gaudii*; Lucae primo: *Exaudita est deprecatio tua, et erit gaudium tibi et exultatio.* Postremo *viva* per *confusionem refugii*; Psalmus: *Apud me oratio Deo vitae meae, dicam Deo: Susceptor meus es; et rursus: Sicut adipe et pinguedine replentur anima mea, et labiis exultationis laudabit os meum; usque: me suscepit dextera tua.* Rogemus, etc.

Varia de quatuor hominibus novissimis.
(EX S. HIERONIMO SERMONE, VOL. III, SERM. 11.)

PRIMO novissimum inferni timendum est propter *sanctorum consorcium*. Bernardus: *Quis pulvis tunc qualis meret, qualis luctus, quae tristitia, quam separabuntur impii a consorcio omnium Sanctorum? Et dicitur eis: Ite maledicti,* etc. (MAT. XXV). Et idem, quod erit, quam se viderit illa misera communitas omnium consolationum nudam, et in illas tenebras exteriores includi, et ab illa sanctorum perpetua comunione excludi.

Secundo timendum est propter *divinae gloriae privationem*. Chrysostomus: *Multi horrent gehennam graviores, puta gloriae privationem: unde simile potuit equis gehennas, nihil certe dicit quod: sed obtenta illa gloria excedere.*

Tertio timendum est propter *tenues carceris horrendam habitationem*. Iob xi: *Ubi umbra mortis et nullus ordo: sed sumptuosus, etc. Ite.* Tanta

erit in inferno vis doloris, quod mens ad aliud dirigi non poterit; ubi erit fletus, et stridor dentium.

4133 Quarto timendum propter terribilem daemoneum apparitionem. Is. xlii: *Unusquisque ad proximum suum stupet, facies combustae vultus eorum*, et de daemoneibus dicitur: facies hominum sicut nigredo ollae. Augustinus: In inferno erit horribilis visio daemoneum et draconum, et miserabilis clamor dentium, et ululatum damnatorum.

4136 Quinto timendum propter poenarum ex parte castrosum cruciatum, ubi notandum, quod damnati novem poenis affliguntur in inferno respondentibus novem ordinibus Angelorum: quia tot sunt opera meritoria in praesenti vita sociali, requirere eas in sermone. *Psalm. machab. etc.*

FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

DE LXXX. CAP. 19.

4137 **H**ic ut appropinquanti, videns civitatem, flevit super illam dicens: *Quia si cognovisses et tu*. Quod flente Domino illa Ierosolymorum subversio describitur, quae a Vespasiano et Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam eversionis eiusdem legit, ignorat. Sed quaerendum prius est, quid sit quod dicitur: *Videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses et tu*. Flevit etenim pius Redemptor ruinam perfidae civitatis, quam civitas non cognoscebat esse venturam. Cui a flente Domino recte dicitur: *Quia si cognovisses et tu*, subaudis fleveras, quae modo quia necis quod imminet, exsultas. Unde et subditur:

4138 *Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi*. Cum enim carnis voluptatibus se daret, ventura mala non prospiceret in die sua, quae ad pacem ei esse poterant, habebat. Cur vero bona praesentia ad pacem habuerit, manifestatur, cum subditur:

4139 *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*. Si enim cordis eius oculis mala,

quae imminerent, abscondita non essent, laeta in praesentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam poena quae de Romanis, sicut praedixi, principibus imminabat, adiuncta est, cum dicitur:

4140 *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui valles, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternerunt te, et filios tuos, qui in te sunt*. Hoc quoque quod additur: *Et non relinquunt in te lapidem super lapidem*, etiam ipsa iam eiusdem civitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam Dominus crucifixus fuerat, prior illa Ierosolyma funditus est eversa. Cui, ex qua culpa eversionis suae poena fuerit illata, subiungitur:

4141 *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae*. Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde etiam per Prophetam increpatione cordis humani aves caeli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: *Milvus in caelo cognovit tempus suum, turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium Domini*.

4142 *Et ingressus in templum, coepit eiacere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est*. Qui enarravit mala ventura, et protinus templum ingressus est, ut de illo vendentes et ementes eiceret, profecto innotuit quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens, sed vendentes et ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit, unde radix prodit perditionis.

4143 *Vos autem fecistis illam speluncam latronum*. Qui ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus laesiones exquirent,

dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo adistere noverant, ut aut non dantes munera studerent, corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter, necare. Quia vero Redemptor noster praedicationis verba, nec indignis et ingratis subtrahit, postquam disciplinae vigorem eliciendo perversos tenuit, domum mox gratiae ostendit.

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX E. BERNARDINO SEVENSIS, VOL. III, SERM. 146.)

4144 **S**exto timendum propter miserarum animae poenarum continuationem; ubi etiam notandum est, quod novem poenae continue succedunt miseris damnatis in inferno, ubi etiam notanda sunt novem.

4145 Primo labor sine requie: secundo dolor sine mitigatione: tertio peccatorum cruciatoria recordatio: quarto totius rationis obscuratio: quinto scitorum deserens oblitio: sexto taedium vivendi: septimo timor peiora patendi: octavo opprobrium, et aeterna diffisio (sive aeternum pudor): nono furor et invidiae depravatio.

4146 Prima poena damnatis in inferno data erit labor sine requie, *Psalm. xviii: Laborabit in nequam, et vivet solus in furno*. Sed si quaeque: unde vivet dico quod mora dispulset eos, sicut dicitur in *Psalm. eodem*.

4147 Secunda poena erit dolor sine mitigatione, *Iob. xx: Omnis dolor erit in eum*, Gregor: Quod hic poena praeva concupiscentiae damnatur, illic quod poena ultionis divinae cremabit.

4148 Tertia poena erit peccatorum cruciatoria recordatio. *Is. xxviii: Revelabitur ignominia tua et videtur opprobrium tuum*, et *Sap. iv: Venient in cogitationem peccatorum suorum limidi*.

4149 Quarta poena erit totius rationis obscuratio, *Iob. xviii: Lux obtinebrogat in sobornatio illius et lucerna quae speres, extinguitur*.

4150 Quinta poena erit scitorum, id est, de illis, de quibus scientiam habuerunt oblitio, *Iob. xx: Divitibus quae decoravit, evanescit, et de ventre illius erasabit eis Deus*: quia scientiam dampnatorum voluit in isto iudicio de eorum memoria extirpare.

4151 Sexta poena erit taedium vivendi, taedebit eos vivere, *Apoc. ix: Et desiderabunt millesies mori, et fugit mors ab eis*.

4152 Septima poena erit timor peiora patendi, *Iob. xxx: Fugit unus ferreo, et irruit in arcum ac-*

erem. Gregor: Timor natus poena, et ideo infelix tanta patietur, quanta pati timebit, et inde qui supplicia positi dolorem sentiant, et in dolorem angustia pulsati, super pavore solentur.

4153 Octava poena erit opprobrium, et etiam derisio: deridebant eos daemones, et ad se invicem damnati. *Sap. iv: In contumelia, et inter mortuos in perpetuum.*

4154 Nona poena erit furor mentis, et invidiae depravatio, quod promittens Dominus, *Deuter. xxviii, ait: Proculat te amentia et coecitate, ac furors mentis, ut pulpes in meridi, sicut pulpes volat caecus in tenebris*. Sic igitur apparet, quod timendum est novissimum inferni propter miserarum poenarum aeternae continuationem.

4155 Septimo timendum est propter aeternam in omnibus his etiam damnationem. *Math. v: Adversarius tradet te iudici, iudex ministro, minister mitet te in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, dicit Dominus, id est, nunquam, ut dicit Glossa: ergo timendum est illud novissimum inferni, quod dicitur carcer tenebrosus, foetidus, horribilis, dilatatus, et profundus, recumbit igitur in tali novissima, cum continue meditando.*

FERIA QUINTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN LXXX. CAP. 19.

4156 **H**ic iuxta historiam breviter tractando transcurramus, nunc eadem morali intellectu discutenda repetamus. *Videns civitatem, flevit super illam dicens: Quia si cognovisses et tu*. Hoc semel egit, cum perituram civitatem esse nuntiavit. Hoc quotidie Redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangit enim eos, qui nesciunt, cur plangantur, quia iuxta Salomonis verba, *Laetantur eum malefecerint, et exsultant in rebus pessimis*. Qui si damnationem suam, quae eis imminet, agnovissent, semetipsos cum lacrymis delictorum plangerent. *Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi*. Suam hic diem habet ani-

ma perversa, quae transitorio gaudet in tempore. Cui ea quae adsunt, ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus laetatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluntate resolvitur, dum nulla venturae poenae formidine terretur, pacem habet in die sua, quae grave damnationis suae scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi iusti laetabuntur. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Perversa anima, rebus praesentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia praevidere futuris refugit, quae praesentem laetitia perturbationem. Dumque in praesentis vitae oblectatione se deserit, quid aliud, quam clausis oculis ad ignem vadit? *Quia venit dies in te, et circumdabunt te inimici tui.* *Callo.* Qui unquam sunt humanae animae maiores inimici, quam maligni spiritus? qui hanc a corpore excipientem obsident, quam in carnis amore positam, deceptoris delectationibus fovent. Quam vallo circumdant, quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus, quas perpetravit, hanc ad societatem suae damnationis trahentes coarctant. *Et circumdabunt te et coangustabunt te undique.* Maligni spiritus undique animam coangustant, quando ei non solum operis, verumetiam locutionis, atque insuper cogitationis iniquitates replicant, ut quae prius se per multa dilatavit in seclere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione.

Et ad terram considerent te et filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram conderitur, cum caro quam vitam suam credidit, redire ad pulverem urgetur. Tunc in morte filii illius cadunt, cum cogitationes illicitae quae modo ex illa prodeunt, in extrema vitae ultione dissipantur, sicut scriptum est: *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Quae scilicet durae cogitationes

intelligi etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur:

Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Perversa etenim mens cum perversae cogitationi adhuc perversiorem adicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima deducitur, omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur.

Et quod non cognoveris tempus visitationis tuae. Perversam quoque animam omnipotens Deus modis multis visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat praecepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo, ut et vera quae nesciebat audiat, et tamen adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta rodet, aut beneficiis devicta malum quod fecit, erubescat. Sed quia visitationis suae tempus minime cognoscit, illis in extremo vitae inimicis traditur, cum quibus in aeterno iudicio, damnationis suae societate colligatur.

Et ingressus in templum coepit vendere vendentes in illo et ementes. Sicut templum Dei in civitate est, ita in plebe fidei vita religiosorum. Et saepe nonnulli religionis habitum sumunt, sed dum saeculorum ordinum locum percipiunt, sanctae religionis officium in commercium terrenae negotiationis tribuunt. Vendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad praemium largiuntur. Iustitiam enim vendere est, hanc pro praemii acceptione servare. Ementes vero in templo sunt qui dum hanc persolvere proximo quod iustum est nolunt, dumque rem iure debitam facere contempnunt, dato patronis praemio, emunt peccatum. Quibus bene dicitur: *Domus mea, domus orationis est. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Quia dum nonnumquam perversi homines locum religionis tenent,

ibi malitiae suae gladiis occidunt, ubi vivificare proximos orationis suae intercessione debuerunt. Templum quoque et domus Dei, est ipsa mens atque conscientia fidelium, quae si quando in laesione proximi perversas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, et simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, laesionis gladios defigunt. Mens enim fidelium non iam domus orationis, sed spelunca latronis est, quando relicta innocentia et simplicitate sanctitatis, illud cogantur agere unde valeat proximis nocere. Sed quia contra perversa haec omnia verbis Redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur, nunc usque hoc agitur quod factum fuisse perhibetur, cum dicitur:

Et erat docens quotidie in templo. Cum enim mentem fidelium ad cavenda mala subtiliter erudit, quotidie veritas in templo docet.

Varia de quatuor hominis novissimis

EX S. BERNARDINO SERMO, VOL. III. SERMO. VII.

QUARTUM novissimum dicitur esse paradisus. *Prov. ult. Radix, scilicet, iustus in die novissimo, id est, in paradiso, dicit Glossa: In isto igitur novissimo recumbere debemus, ardentem eius considerando dignitates propter septem beneficia, quae habemus ibi. Primo est nostrae glorificationis dignitas: secundo omnium bonorum fertilitas: tertio loci quem inhabitas, amenitas: quarto plenae pacis securitas: quinto omnium Beatorum iunctura societas: sexto summae Trinitatis visionis sublimitas: septimo divinae fruitionis perpetuitas.*

Dico primo, quod primum beneficium paradisi est dignitas nostrae glorificationis, et hic erit in duplici stola, scilicet in dotibus corporis, et animae, *Is. lxxi: In terra sua duplicem possidebunt, id est, duplitem stolum, seu dolum.* Et Apocal. vi: *Et datus sunt illis stola, et electi singulis stolas albas.*

Primo videmus de stolis corporis. Nam corpus nostrum, et dotes, seu beneficia, ac gloriae immortalitatis habebit in paradiso. Prima est pulchritudo sive formositas: secunda agilitas: tertia fortitudo: quarta libertas: quinta voluptas: sexta sanitas: septima diuturnitas.

FERIA SEXTA

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. 19

SEDENUS templum suum non mercatoris vult esse diversorium, sed domicilium sanctitatis; nec vendibili religionis officio, sed obsequio gratuito usum ministerii sacerdotalis informat. Considera igitur quid tibi ad exemplum vendendi Dominica gesta praescribant.

Et vendebat omnes vendentes et ementes in templo: et mensas nummulariorum evertit, et cathedras vendentium columbas. (MATTH. XXI, 12). Generaliter itaque supra docuit saeculares a Dei templo abesse debere contractus: specialiter autem nummularios pepulit. Qui sunt nummularii, nisi qui de pecunia Domini lucrum quaerunt, nec bona malaque discernunt? Pecunia enim Domini Scriptura divina est; nam et denarios servis distribuit profecturus, et talenta divisit (MATTH. XXV, 14), et pro sanitate hominis vulnerati duo aera stabulario dereliquit (LUC. X, 35); duobus enim Testamentis vulnera nostra curantur. Sed tu quasi bonus nummularius eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum reconde, purgatum Spiritu septiformi (PSAL. XI, 7): nec auditeram imaginem regis (quia et Satanas figurat se in angelum lucis) impia commutatione suscipias; nec immutatam principis tui figuram Arianæ fraude perfidiae, thesauro tuo misceas: nec pecuniae sono aures tentes fidelium; ut religiosarum audientiam Scripturarum tinnitus aeris excludat, vel religiosi affectibus habendi cupiditas inseratur. Non ergo omnes excludantur nummularii, sunt enim et boni. Denique, *Pecuniam meam, inquit, dedidisti nummulariis, et ego veniens cum usuris recepissim eam*

(MATTH. XXV, 27). Quod si nummus est Scripturarum.

1167 Cathedras autem vendentium columbas cur evertit, secundum litteram non intelligit; neque enim nundinatores avium vindicare sibi poterant honorati alicuius in nudinis solli dignitatem. Nam quae prerogativa dignitatis est in columbis? Admonet tamen Domini forma baptismatis, quando descendit Spiritus sanctus in columba (LUC. III, 22), typo electorum de templo huiusmodi mercatorum in Ecclesia Dei consortium eos habere non posse, qui sancti Spiritus gratiam nundinantur. *Gratis enim, inquit, accepistis, gratis date* (MATTH. X, 8). Denique Simoni, qui sanctificandi minus pretio in se putavit posse conferri, respondit Petrus: *Peccator, inquit, tua tecum siliv interitum, quoniam gratiam Dei putas te pecunia consequi posse: non est tibi pars, neque sors in hac fide* (ACT. VIII, 20, 21).

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. III, SERM. 14.)

1168 **D**ico quod corpus nostrum in paradiso habebit pulchritudinem sive firmitatem: placeret enim tibi esse in firmosus, sicut Abrahā? de quo dicitur (II REG. XIV): *Parvo sicut Abrahā sicut non erat in pulchritudine omni Israhel, et decorus unius a vestigio patris nupae ad verbum non erat in eo ultra insula: vel sicut Mardocheus, de quo dicitur Ester VII: Mardocheus de palatio, et de conspectu regis, egredietur fulgebant vestibus regis, huiusmodi de coronam auream in capite portans, et amictus pulchro serico, atque purpura: amictusque civitas exultans, et laetitia est, supple videndo eum.*

1169 Sed istorum formositas erit ibi deformitas in comparatione electorum: unde Sap. III: *Fulgebant iusti sicut sol in conspectu Dei*. Ex MATTH. XIII: *Sol tunc fulgebunt septuaginta, sicut lux septem diurnis*. Isidorus: *Sol praecipuum sui laboris accipiet, et inestimabili claritate vestietur in similitudinem claritatis corporis Christi, quod nobis promittitur*. Philipp. III: *Expectamus Salvatorem, qui reformabit corpus nostrum conformatum corpori claritatis suae.*

Unde Ansel.: *O quam, inquit, magnifica pulchritudo erit quando Sanctorum millia nonoticoque aromae assumiata claritate corporis Iesu Christi, cum ipso apparebunt.* 4170

SABBATO

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

IN LUC. CAP. 19.

1171 **V**ENDITORES quoque ovium et boum (IOANN. II, 15) eos puto, qui de labore alieno vel simplicitate, foedi auctionatores quasdam nudinas aucupantur: aut quia oves efficiuntur et boves, columbae iubentur auferri, populus videtur Iudaeus excludi; Ephraem enim sicut columba (OS. VII, 11), quod eorum Dominus et successiones oderit et labores. Aes effunditur, ut gratia colligatur: mensa nummulariorum evertitur, ut Domini subrogetur: ara deiicitur, ut erigantur altaria.

Atque hoc non aliqua succinctus manu divitisque faciebat, sed flagello de restibus caedebat turbas (IOANN. II, 15), et nullus resistere audebat. Et nunc virga usitur, nunc flagello: *Virga enim reata est, virga regni tui* (PSAL. XLV, 7); virga, ut corrigat, flagello, ut suadeat. Directa illie: hic moralis quasi inflexa praeceptio, qua peccatoris conscientia velut lento verberere flagellatur; alii sunt enim terrores prophetici, aliae apostolicae suasiones: in utroque tamen unius verbi est disciplina. Et ideo flagellum de restibus fecit, quia *Funes ceciderunt*, inquit, *michi in praecularis: etenim haereditas mea praecularis est michi* (PSAL. XV, 6); funes enim dicuntur, quibus agrimensores metandorum limites partiuntur agrorum. Et ideo tamquam bonus agrimensur Synagogae terminos distinguebat, et Ecclesiae sacrilegos de templo iubebat exire. Novus enim venerat feracium

metatorum animarum, qui agrorum genera, non spatia metantur.

1172 Pulchre tamen non extentis funibus modus aliquis possessionis includitur, nec quasi definitae rei limites fidei terminantur, sed flagello in immensum libero fines Ecclesiae porrigitur: eliminantur Iudaei, non praescripto aliquo exsilio, sed intermino, ut nusquam Synagogae locus in orbe remaneret.

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. III, SERM. 14.)

1173 **S**ecundo habebit corpus nostrum agilitatem sive velocitatem. Sufficeret tibi, ut velox esses sicut Azazel, de quo dicitur (II REG. II): *Parvo Azazel carior velocissimus fuit, quasi unus de capreis, quae morantur in silvis, scilicet, illius velocitas erit tibi tarditas respectu electorum*. Electi enim ita veloces erunt, ut quam cito radius visus oculi clare violentis aperta palpebra in coelum dirigitur, et in se mox reflectitur: ita electi veloces erunt. Et sicut Angeli in coelo supple quantum ad velocitatem, Dan. XIV. Aequales sicut Angeli Dei, in caelis figura dicitur Dan. ult. quod Angelus tulit Habacuc uno pilo de Iudaea in Babyloem, ubi erat Daniel; et mox restituit in locum suum. August. Unumque volet spiritus, protinus adest corpus.

1175 Tertio dico, quod corpus nostrum in paradiso fortitudinem miram habebit: sufficeret tibi fortitudo Samsonis? de quo dicitur Iud. XX quod accipiens maxillam asini interfecit mille viros. Et ibidem dicitur, quod domiens in Gaza usque ad medium noctis, inde convergens apprehendit ambas portas fores impostasque humeri suis portavit usque ad verticem montis. Et plura quae ibi apparent. Sed fortitudo illius erit invalidatio in conspectu electorum; nam si munitus, et hominem tantum terrae electi pede vertere vellent, poterunt tam faciliter facere, quam videre.

1176 Unde Ansel. dicit, quod diabulus ex fortitudine suae naturae movet, atque excitat ventos, et tempestatem, et interdum terrae motum facit, propter quod in Evangel. I. REG. XI: *Fortis armatus vocatur*. Si igitur Iesus fortitudinem suis inimicis dedit: non est dubium, quod multo meliorem fortitudinem electis dabit; Psal. CXLV: *Volutatum timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos, etc.*

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SEQUENTIUM LUCAM.

LUC. XVIII, 9-14.

1177 **I**n illo tempore: Dixit Iesus ad discipulos, qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolas istam:

10. Duo homines ascendenter in templum ut orarent: unus Pharisaeus, et alter publicanus.

11. Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus gratus ego tibi quia, non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: vetus etiam hic publicanus.

12. Ielano bis in sabbato: declinas de omnium quae possideo.

13. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad coelum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

14. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 143, CAP. 3.

1178 **S**ED quia fides non est superborum, sed humilium, *Dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur, et spernabant ceteros, similitudinem hanc: Duo homines ascenderunt in templum orare, unus pharisaeus, et alter publicanus. Pharisaeus dicebat: Gratias tibi, Deus, quia non sum sicut ceteri homines. Diceret saltem, Sicut multi homines. Quid est, sicut ceteri homines, nisi omnes praeter ipsum? Ego inquit, iustus sum, ceteri peccatores. Non sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri. Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut, inquit, publicanus iste. Ego, inquit, solus sum de ceteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas, quibus iniquus non sum. Ielano bis in sabbato, declinas de omnium quaecumque possideo. Quid rogaverit Deum, quare in verbis eius, nihil invenies. Ascendit orare: noluit Deum rogare, sed se laudare. Parum est, non Deum rogare, sed se laudare; insuper et roganti insultare. Publicanus autem de longinquo stabat: et Deo tamen ipse propinquabat. Cordis conscientia*

(MATTH. XXV, 27). Quod si nummus est Scripturarum.

1167 Cathedras autem vendentium columbas cur evertit, secundum litteram non intelligit; neque enim nudinatōres avium vindicare sibi poterant honoratū alicuius in nudinis solī dignitatem. Nam quae prerogativa dignitas est in columbis? Admonet tamen Domini forma baptismatis, quando descendit Spiritus sanctus in columba (LUC. III, 22), typo electorum de templo huiusmodi mercatorum in Ecclesia Dei consortium eos habere non posse, qui sancti Spiritus gratiam nudinantur. *Gratis enim, inquit, accepistis, gratis date* (MATTH. X, 8). Denique Simoni, qui sanctificandi minus pretio in se putavit posse conferri, respondit Petrus: *Peccator, inquit, tua tecum siliv interitum, quoniam gratiam Dei putas te pecunia consequi posse: non est tibi pars, neque sors in hac fide* (ACT. VIII, 20, 21).

Varia de quatuor hominis novissimis.
(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. III, SERM. 24.)

1168 **D**ico quod corpus nostrum in paradiso habebit pulchritudinem sive firmitatem: placeret ut tibi esse in firmosus, sicut Abrahā? de quo dicitur (II REG. XIV): *Parvo sicut Abrahā sicut non erat in pulchritudine omni Israhel, et decorus unius a vestigio patris nupae ad verbum non erat in eo ultra insula: vel sicut Mardocheus, de quo dicitur Ester VII: Mardocheus de palatio, et de conspectu regis, egredietur fulgebant vestibus regis, hyacinthinis de coronam auream in capite, portans, et amictus pallio serico, atque purpura: amictusque civitas exultavit, et laetavit est, supple videndo eum.*

1169 Sed istorum formositas erit ibi deformitas in comparatione electorum: unde Sap. III: *Fulgebant iusti sicut sol in conspectu Dei*. Ex MATTH. XIII: *Sol tunc fulgebunt septuaginta, sicut lux septem diurnis*. Isidor. I: *Sol primum sui laboris accipiet, et inaccessibili claritate vestietur in similitudinem claritatis corporis Christi, quod nobis promittitur*. Philipp. III: *Expectamus Salvatorem, qui reformabit corpus nostrum conformatum corpori claritatis suae.*

Unde Ansel.: *O quam, inquit, magnifica pulchritudo erit quando Sanctorum millia nonneque arenae assimolata claritate corporis Iesu Christi, cum ipso apparebunt.* 4170

SABBATO

Homilia S. Ambrosii Episcopi.
IN LUC. CAP. 19.

1171 **V**ENDITORES quoque ovium et boum (IOANN. II, 15) eos puto, qui de labore alieno vel simplicitate, foedi auctionatores quasdam nudinas aucupantur: aut quia oves efficiuntur et boves, columbae iubentur auferri, populus videtur Iudaeus excludi; Ephraem enim sicut columba (OS. VII, 11), quod eorum Dominus et successiones oderit et labores. Aes effunditur, ut gratia colligatur: mensa nummulariorum evertitur, ut Domini subrogetur: ara deiicitur, ut erigantur altaria.

1172 Atque hoc non aliqua succinctus manu divitisque faciebat, sed flagello de restibus caedebat turbas (IOANN. II, 15), et nullus resistere audebat. Et nunc virga usitur, nunc flagello: *Virga enim relicta est, virga regni tui* (PSAL. XLV, 7); virga, ut corrigat, flagello, ut suadeat. Directa illie: hic moralis quasi inflexa praeceptio, qua peccatoris conscientia velut lento verberere flagellatur; alii sunt enim terrores prophetici, aliae apostolicae suasiones: in utroque tamen unius verbi est disciplina. Et ideo flagellum de restibus fecit, quia *Funes ceciderunt*, inquit, *michi in praecularis: etenim haereditas mea praecularis est michi* (PSAL. XV, 6); funes enim dicuntur, quibus agrimensores metandorum limites partiuntur agrorum. Et ideo tamquam bonus agrimensor Synagogae terminos distinguebat, et Ecclesiae sacrilegos de templo iubebat exire. Novus enim venerat feracium

metatorum animarum, qui agrorum genera, non spatia metantur.

1173 Pulchre tamen non extentis funibus modus aliquis possessionis includitur, nec quasi definitae rei limites fidei terminantur, sed flagello in immensum libero fines Ecclesiae porrigitur: eliminantur Iudaei, non praescripto aliquo exsilio, sed intermino, ut nusquam Synagogae locus in orbe remaneret.

Varia de quatuor hominis novissimis.
(EX S. BERNARDINO SERENI, VOL. III, SERM. 24.)

1174 **S**ecundo habebit corpus nostrum agilitatem sive velocitatem. Sufficeret tibi, ut velox esses sicut Azazel, de quo dicitur (II REG. II): *Parvo Azazel carior velocissimus fuit, quasi unus de capreis, quae morantur in silvis, scilicet, illius velocitas erit tibi tarditas respectu electorum*. Electi enim ita veloces erunt, ut quam cito radius visus oculi clare visentis aperta palpebra in coelum dirigitur, et in se mox reflectitur: ita electi veloces erunt. Et sicut Angeli in coelo supple quantum ad velocitatem, Dan. XIV. Aequales sicut Angeli Dei, in caelis figura dicitur Dan. ult. quod Angelus tulit Habacuc uno pilo de Iudaea in Babyloem, ubi erat Daniel; et mox restituit in locum suum. August. Unumque volet spiritus, protinus adest corpus.

1175 Tertio dico, quod corpus nostrum in paradiso fortitudinem miram habebit: sufficeret tibi fortitudo Samsonis? de quo dicitur Iud. XX quod accipiens martillam asini interfecit mille viros. Et item dicitur, quod domiens in Gaza usque ad medium noctis, inde convergens apprehendit ambas portas fores impostasque humeris suis portavit usque ad verticem montis. Et plura quae ibi apparent. Sed fortitudo illius erit invalidatio in conspectu electorum; nam si munitus, et hominem tantum terrae electi pede vertere vellent, poterunt tam faciliter facere, quam videre.

1176 Unde Ansel. dicit, quod diabulus ex fortitudine suae naturae movet, atque excitat ventos, et tempestatem, et interdum terrae motum facit, propter quod in Evangel. I. REG. XI: *Fortis armatus vocatur*. Si igitur Iesus fortitudinem suis inimicis dedit: non est dubium, quod multo meliorem fortitudinem electis dabit; Psal. CXLV: *Volutatum timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos, etc.*

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SEQUENTIUM LUCAM.
Luc. XVIII, 9-14.

1177 **I**n illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolam istam:

10. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Pharisaeus, et alter publicanus.

11. Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus gratus ego tibi quia, non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: vetus etiam hic publicanus.

12. Ielano bis in sabbato: declinas de omnium quae possideo.

13. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad coelum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

14. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.

Homilia S. Augustini Episcopi.
SERMO 143, CAP. 2.

1178 **S**ED quia fides non est superborum, sed humilium, *Dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur, et spernabant ceteros, similitudinem hanc: Duo homines ascenderunt in templum orare, unus pharisaeus, et alter publicanus. Pharisaeus dicebat: Gratias tibi, Deus, quia non sum sicut ceteri homines. Diceret saltem, Sicut multi homines. Quid est, sicut ceteri homines, nisi omnes praeter ipsum? Ego inquit, iustus sum, ceteri peccatores. Non sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri. Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut, inquit, publicanus iste. Ego, inquit, solus sum de ceteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas, quibus iniquus non sum. Ielano bis in sabbato, declinas de omnium quaecumque possideo. Quid rogaverit Deum, quare in verbis eius, nihil invenies. Ascendit orare: noluit Deum rogare, sed se laudare. Parum est, non Deum rogare, sed se laudare; insuper et roganti insultare. Publicanus autem de longinquo stabat: et Deo tamen ipse propinquabat. Cordis conscientia*

removebat, pietas applicabat. *Publicanus* autem de longinquo stabat: sed Dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus enim Dominus, et humilia respicit. Excelsos autem, qualis erat ille pharisaeus, a longe cognoscit. Excelsa quidem a longe cognoscit (PSAL. CXXVII, 6), sed non ignoscit. Adhuc audi humilitatem Publicani. Parum est, quia de longinquo stabat: *ut oculos suos ad coelum levabat?* Ut aspiceretur, non aspicebat. Respicere sursum non audebat: premebat conscientia, spes sublevari. Adhuc audi: *Percutebat pectus suam*. Poenās de se ipso exigebat: propterea Dominus confitemi percebat. *Percutebat pectus suam, dicens: Domine, propitius esto mihi peccatori.* Ecce qui rogat. Quid miraris, si Deus ignoscit, quando ipse se agnoscit? De Pharisaeo et Publicano accepisti controversiam; audi sententiam: audisti superbum accusatorem, audisti reum humilem; audi nunc iudicem. *Amen dico vobis*. Veritas dicit, Deus dicit, iudex dicit: *Amen dico vobis, descendit iustificatus de templo publicanus ille, magis quam ille pharisaeus.* Dic, Domine, causam. Ecce video Publicanum iustificatum magis de templo descendere quam Pharisaeum. Quaero quare. Quaevis quare? Audi quare. *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.* Audisti sententiam, cave causam malam: aliquid dico. Audisti sententiam, cave superbiā.

4178 Vident nunc, audiant ista nescio qui impie garrientes, et de suis viribus praesumptive audiant qui dicunt, *Deus me hominem fecit; iustum ipse me facio.* Peior et detestabilior Pharisaeo! Pharisaeus ille superbe quidem iustum se dicebat, sed tamen inde ille Deo gratias agebat. Iustum se dicebat; sed tamen Deo gratias agebat. *Gratias, tibi, Deus, quia non sum sicut ceteri homi-*

nes. Gratias tibi, Deus; gratias Deo agit, quia non est sicut ceteri homines; et tamen tamquam superbus et inflatus reprehenditur; non quia Deo gratias agebat, sed quia velut nihil sibi addi cupiebat. Gratias tibi, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti. Ergo tu iustus; ergo nihil rogas; ergo iam plenus es; ergo non est tentatio vita humana super terram (Ios VII, 1); ergo iam plenus es; ergo iam abundas; ergo iam non est quare dicas, *Dimitte nobis debita nostra* (MATTH. VI, 12). Quid est ergo qui impie oppugnat gratiam, si reprehenditur qui superbe agit gratias?

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX A. SERMONIBUS GENERALI. VOL. III. SERM. 141.)

4179 **Q**uarto habebit corpus nostrum in paradiso libertatem: essetne tibi salte esse liber, sicut Caesar Augustus cui totus servitit mundi? sicut narrat Historiae, ut Luc. 11: *Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universis orbis, et multa alia, etc.* Et tamen passus fuit multa incommoda, quae Sancti Dei pati non poterunt; nulla enim creatura retinere, vel impedire poterit electos; quia omnia obstantia libere praesentabunt, sicut sepulchrum non potuit retinere corpus Dominum quia resurrexit, et laevis clavis ad Aliphanos intravit. Ansel. Tanta erit Sanctorum libertas, quanta fuit habeat voluntas.

4180 Quante habebit corpus nostrum in paradiso voluptatem, putasno placeret tibi ita delitose vivere, sicut Salomon, de quo dicitur (III RIG. X) quod omnia vasa in quibus potabat, erant aurea, et omnia suppellectilia domus salus libani de auro politissimo, propter quod ipse poterat dicere sicut Eccl. 11: *Conversus mihi aurum argentum, et substantias regum, et pecuniarum;* sed illius deliciae erant tunc miseriae respectu electorum.

4181 Unde Ansel. Etiam sanctorum delectatio sic sentitur, quemadmodum si aliquis esset in igne, et ignis per totum corpus sentiretur: sic per omnia corporis membra voluptas paradisi sentitur, quae totum corpus esset gula. Et idem: Si mali mala in omnibus partibus corporis, quod bene agere noluissent, multo magis huiusmodi electi bona habebant in omnibus membris suis, quia bonum fecerant.

FERIA SECUNDA

Homilia Venerabilis Beatae Presbyteri.

DE LUC., CAP. 18.

4182 **D**icitur autem et ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, et aspernabantur ceteros, parabolam istam. Quia parabolam Dominus, quia semper orare et non deficere docebat, ita conclusit, ut diceret veniente iudice, difficile fidem in terra reperendam, nequis sibi forte de supervacua fide, cogitatione, vel etiam confessione blandiretur, mox altera iuncta parabola diligentius ostendit a Deo, fidei non verba examinanda, sed opera. Inter quae nimirum opera maxime regnat humilitas. Unde et supra, cum fidem grano sinapis minuto quidem, sed ex contritione flagranti compararet, quasi exponendo subiunxit: *Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicit, servi mitiles sumus.* Cui contra superbi, cum nequaquam omnia, sed modicum quid eorum, quae praecepta sunt, faciant, non solum mox de sua iustitia praesumunt, sed et infirmos quosque despiciunt, atque ideo quasi fide vacui, cum oraverint, non exaudiuntur.

4183 *Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent. Unus Pharisaeus et alter Publicanus.* Publicanus humiliter orans, ad illa praefatae viduae, hoc est, Ecclesiae membra pertinet, de quibus supra dicitur: *Deus autem non faciet iudicium electorum suorum, clamantium ad se?* Pharisaeus autem merita factans ad ea, de quibus terribilis in conclusione sententia subditur: *Verumtamen filius hominis veniens, pulas invenit fidem in terra?*

4184 *Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Qua-*

tuor sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cum bonum aut a semetipsis habere se aestimant, aut si sibi datum desper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere, quod non habent, aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Qua Pharisaeus istae iactantiae peste laborasse deprehenditur, qui idcirco de templo absque iustificatione descendit, quia bonorum operum merita sibi, quasi singulariter tribuens, oranti publicano se praetulit.

4185 *Levino bis in sabbato, decimas de omnino quae possideo.* Ezechiel Propheta de ostensis sibi coeli animalibus scribit, Et totum corpus plenum oculis, in circuitu ipsorum quatuor. Corpora quippe animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspicienda est, bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens. Sed nos saepe, dum aliis rebus intendimus, fit ut illa negligamus. Et ubi negligimus, ibi proculdubio oculos non habemus. Nam ecce Pharisaeus ad exhibendam abstinentiam, ad impediendam misericordiam, ad referendas Deo gratias oculos habuerat, sed ad humilitatis custodiam non habebat. Et quid prodest, quod contra hostium insidias praecae tota civitas caute custoditur, si unum foramen apertum relinquatur, unde ab hostibus intretur.

4186 *Et publicanus a longe stans, volebat nec oculos ad coelum levare, sed percutiebat pectus suam, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Quantam veniae fiduciam digne poenitentibus praebet, quod publicanus, qui reatum suae nequitiae perfecte cognovit, flevit, confessus est, et si iniustus ad templum venit, iustificatus, a templo re-

diit. Typice autem Phariseus Iudaeorum est populus, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. Publicanus vero gentilis est, qui longe a Deo positus confitetur peccata sua. Quorum unus superbiendo recessit humiliatus, alter lamentando adpropinquare meruit exaltatus.

1187 *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Et de utroque populo praefato, et de omni superbo vel humili recte potest intelligi, sicut et illud, quod alibi legimus: Ante ruinam exaltatur cor, et ante gloriam humiliatur. Quapropter et de verbis elati Pharisei, quibus humiliari meruit, possumus ex diverso formam humilitatis, qua sublimemur, adsumere: ut sicut ille consideratis et peiorum vitis, et suis virtutibus est elatus ad ruinam, ita nos non nostra solum pigritia, sed et meliorum virtutibus inspectis, humiliemur ad gloriam, quatenus unusquisque nostrum haec apud se supplex ac submissus obsecret, Deus omnipotens miserere supplici tuo, quia non sum sicut innumeris servi tui, contemptu saeculi sublimis, iustitiae merito gloriosi, castitatis laude angelici, velut etiam multi illorum qui post flagitia publica poenitendo tibi meruerant esse devoti. Qui etiam, si quid boni tua gratia largiente fecero, quo fine hoc faciam, quare a te distributione pensetur, ignoro.*

Varia de quatuor hominis novissimis.
(EX S. BERNARDINO SERMONI VOL. III. SERMO 24.)

1188 *Ubi notandum quod Deus mirabili voluptate quinque sensus nostros corporales delectat. Primum visum, quia perfectio et aperit oculos regem caeli videbant caeli in flore suo, et gloriam Angelorum, et omnium Sanctorum, et Iustitiarum suarum, qui eas oculos affligerunt in mundo in inferno poenitentiam videbant, de quo summo gaudebant oculi videndum, et aures diligenter auscullabant; omnia*

enim membra lateribus, et exterius cogitatione, et aperte videbant singulorum omnia.

Secundo auditum [decolorati], quia incessanter auditus resonabit harmonia coelorum, cui coetus omnes Angelorum, et dulcissima organa omnium Sanctorum resonabunt.

Tertio effectum mirabilem delectationem habendo, quia suavissimum odorem [sentient Beati]. Unde in figura dicitur, Isaac dixisse de hac vestimento fragrantia, Gen. xxvii: *Eccc odori filii mei sicut odor agri pleni.*

Quarto gustum, quum epulabuntur, et exsultabunt in conspectu Dei, semper inebriabuntur ab ubertate domus tuae (Psal. xxxv); unde Bernardus: In torrente voluptatis nihil ultra apparet cumulata societas, tanta erit foelicitas, et voluptas.

Quinto tactum, quia omnia aspera, et dura abiciant et omnia blanda, et suavia ardeabunt. Augustinus: Transit dolor, et poena cum fine; venit gaudium, et laetitia sine fine. De omnibus istis sensibus in similes dicit Augustinus: In paradiso erit pulcherrimum inestimabile, obiecta aurium harmonia Angelorum resonans auctum fragor, omnium aromatum fumigans odorem, dulcedo incomparabilis effluens gustu, suavitas ineffabilis subiecta tactui. Significatur patet quantum corpus nostrum in paradiso habet voluptatem.

FERIA TERTIA

Homilia S. Bernardi Abbatis.
(IN CASTRIS SERMO 34.)

1193 *Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi et non humiliatio. Quanti humiliantur qui humiles non sunt! Alii cum rancore humiliantur, alii patienter, alii et libenter. Primi rei sunt; sequentes innoxii; ultimi iusti. Quamquam et innocentia portio iustitiae est, sed consummatio eius apud humilem; qui autem dicere potest, Bonum mihi quia humiliasti me, is vere humilis est. Non potest hoc dicere qui invidiosus tolerat; minus, qui murmurat. Neutri horum promittimus gratiam quod humiliatur: etsi sane longe sit duo a se differant et alter quidem in patientia sua possideat animam suam, alter in suo murmure pereat. Sed enim etsi unus*

iram, neuter tamen gratiam promeretur; quoniam non humiliatis, sed humiliter Deus dat gratiam. Est autem humilis qui humiliationem convertit in humilitatem et ipse est qui dicit Deo: *Bonum mihi quod humiliasti me* (Psal. cxviii, 71). Nemini prorsus, quod patienter fert, bonum est, sed plane molestum. Scimus autem quod hilarem dorem diligit Deus. Unde et, cum ieiunamus, iubemur caput nostrum ungere oleo et faciem lavare, ut nostrum scilicet opus bonum spirituali quodam gaudio conditur, et holocaustum nostrum pingue fiat. Etenim sola gratiam, quam praefert, meretur laeta et absoluta humilitas. Quae enim coacta fuerit vel extorta, qualis utique est in viro patiente illo qui possidet animam suam; haec, inquam, humilitas, etsi vitam obtinet propter patientiam, propter tristitiam tamen gratiam non habet. Non enim congruit ei, qui eiusmodi est, illud Scripturae, *Glorietur humilis in exaltatione sua* (Iac. 1, 9); quoniam non sponte humiliatur, neque libenter.

1194 *Vis autem videre humilem recte gloriantem et vere dignum gloria? Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi* (II Cor. xn, 9). Non dicit patienter se ferre infirmitates suas, sed et gloriari et libenter gloriari in illis, probans etiam sibi bonum esse quod humiliatur; nec sufficere omnino ut possideat animam suam tamquam patienter humiliatus, nisi et gratiam accipiat tamquam sponte humiliatus. Generale vero hinc audi regulam: *Omnis qui se humiliat, ait, exaltabitur* (Luc. xiv, 11). Significat profecto non omnem exaltandam esse humilitatem, sed tam tantum quae de voluntate venit, non ex tristitia, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium omnis qui exaltatur humiliandus erit; sed tan-

tum qui se exaltat humiliabitur, nimium ob voluntariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui sponte se humiliat, exaltabitur, utique ob meritum voluntatis. Esto enim quod humilitatis materia per alium ministratur, verbi gratia, probra, damna, supplicia: non tamen ideo recte ab alio quam a semetipso humiliatus ille dicitur qui illa omnia tacita et laeta conscientia, causa Dei, subeunda decreverit.

Varia de quatuor hominis novissimis.

(EX S. BERNARDINO SERMONI VOL. III. SERMO 24.)

1195 *Sexto dico, habebunt sanitatem. Essetis sanis tibi, ut ita sanus esses, sicut Moyses, de quo dicitur Deuter. ult. quod non obdormerunt eius oculos, et dentes eius non sunt tibi? Sed eius sanitas tunc erit infirmitas respectu electorum; nam salus illorum a Domino erit; quia tentare, interrompere, vel frangere minime poterit, quum non sit quod nocet eis sicut de radio solis, quia omnis doloris materiam ab eis removebitur, sicut dicitur Apoc. xxi: *Quod absterget Deus omnem lacrum, alias lacrymarum, ab oculis Sanctorum, et iam non erit amplius, neque clamor, neque luctus, neque ullus dolor, quoniam priora transierunt.**

1196 *Ansel. Electis Dei nulla laesio supervenire poterit, nec ferrum, nec ignis, nec aqua eis nocet; nulla erit egestas, imbecillitas, seu infirmitas.*

1197 *Septimo habebit corpus nostrum longevitatem, seu diuturnitatem. Sufficerent longevitas Mathusalem? de quo dicitur Gen. v. Quod fore usque ad mille annos pervenit; et tamen illius vitae longevitas erit tunc mortis propinquitas respectu electorum. Qualem potas habebunt Sancti diuturnitatem, qui in fine vitae habebunt haereditatem? Unde (Sic. v) dicitur quod in illa, quia iusti in perfectum vivunt, perpetua est et immortalis.*

FERIA QUARTA

Homilia S. Bernardi Abbatis.

DE DIVERSIS SERMO 30.

4195 **S**i consideremus diligenter, fratres, gradus hominum quatuor invenimus: dico autem summam felicitatem in coelo, ad quam aspiramus; mediam felicitatem in paradiso, unde cecidimus; itemque mediam infelicitatem in hoc mundo, pro qua gemimus; et in inferno extremam infelicitatem, quam merito formidamus. Brevis tamen dicere possum vitam et umbram vitae; umbram mortis et mortem. Itaque, nec in summo, nec in imo positi, timemus descendere, ascendere cupimus, eo magis anxii quo videtur viciniore infinis quam supremis; et ecce dicitur nobis: *Omnis qui se exaltat humiliabitur; et qui se humiliat exaltabitur* (LUC. XVII, 14). Quidnam sibi vult cancellata haec connexio exaltationis et humiliationis? Itane parum est, Domine, quod in veritate tua humiliasti nos, qui adhuc exigis ut apponat homo humiliare seipsum? Et quidem restat adhuc quo possimus humiliari: sed qui illo ceciderit, iam non addicit ut resurgat; et qui humiliatus fuerit usque illuc, frustra speret exaltationem, siquidem humiliasti nos in loco afflictionis et cooperuit nos umbra mortis. Usque adeo vita nostra inferno appropinquavit: quo nos humiliabimus ultra? Quae utilitas in sanguine nostro si descenderimus in corruptionem? Sane nihil aliud infra nos est quam irreparabilis illa corruptio. Post umbram mortis non restat nisi mors, post locum afflictionis solus superest locus mortis.

4199 *Qui se, inquit, humiliat, exaltabitur.* Si dixisset: Qui humiliatus fuerit, exaltabitur; exultassem utique, tamquam certissime humiliatus et vehementer. Nunc vero cum dicat, *Qui se humiliat exalta-*

bitur, angustiae mihi sunt undique; nec ignoro quid eligam, sed quid agam. Exaltari cupio, quia summo opere id necessarium: siquidem neque hic manentem habeo civitatem; nec bonum esset hic manere, etiamsi liceret. Porro inferius adhuc ire, perire est. Iam enim locum tenco inferiorem et qui solum habet infra se infimum, hoc est infernum. Si me illic humiliavero, non est spes exaltationis; si me non humiliavero, identidem desperatio est exaltationis: quia *qui se humiliaverit, exaltabitur*, et is tantum. Si hoc egero, mors mihi est: si autem non egero; ab exaltatione repulsum, nec sic effugiam manus mortis. Sed si hoc difficile paret, saltem quod praemissum est consideremus.

Varia de quatuor hominis novissimis.

LEX S. BERNARDINI SERENSI, VOL. III, SERMO 74.

4200 **T**erzium igitur septem dotibus decorabitur corpus innotum in paradiso: anima autem alius septem effulgebit. Prima erit sapientia; secunda amicitia; tertia concordia; quarta potentia; quinta honor; sexta securitas; septima gaudium.

4201 **D**ico primo, quod sapientia effulgebit illi REG. 199. *Dedit Dominus sapientiam Salomoni, et prudentiam iuniorum*, sed istorum sapientia incomparabilis erit sapientiae electorum; quia tanta sapientia effulgebunt, quod omnium sapientiam de ipso fonte sapientiae laucient: omnique praesentia, et futura perfecte scient, et omnium hominum genera, sive in inferno, sive in coelo, et somnia et opera, tam bona, quam mala, et quae ab eis gesta sunt, perfecte cognoscent, et videbunt. Anselm: Aliquid non erit, quod sanctorum nostrae subtrahatur sibi, omnium linguarum, omnium quae sunt habebunt scientiam, et sapientiam: superabit igitur ista sapientiam Salomonis et David.

4202 **S**ecundo anima in paradiso effulgebit mirabili amicitia. Amicitia enim David, et Iomthae nihil ibi reputabitur, de quibus dicitur I. REG. XXIV, quod: *Animo Iomthae cognoscitur est animae David, et dilexit eum quasi unicum suum.* Unde amicitia sanctorum in patria figurata fuit III REG. VII, ubi dicitur quod arca, quae erat in templo Dei et alia omnia caelestia tabulis vestiebantur, ut habent sicut habent cor unum, et animam unam. Unde dicitur

FERIA QUINTA

Homilia S. Bernardi Abbatis.

DE DIVERSIS SERMO 30.

4203 **D**icitur qui se exaltat, ait; humiliabitur. Quem enim Veritas humiliat, ipse quomodo se exaltat? Neque hic dicimus quo, sed quomodo: quia non locus videtur desse, sed virtus. Non, inquam, deest homini quo exaltare se possit, sed deest omnino qui possit. Est quidem voluntas multa, sed nulla facultas. Nempe, velint, nolint homines, committis totius Adae, totius humani generis vox est: *In veritate tua humiliasti me* (PSAL. CXVIII, 75). Quisquis autem in veritate humiliatur, veraciter humiliatur, nec nisi fallaciter exaltatur. Quid est autem fallaciter exaltari, nisi vere non exaltari? Gratias ei, quia non dixit: *Omnis qui se exaltaverit, exaltabitur.* Quomodo enim conaremur in vanum exaltari, si id arbitramur; quando ne ipsa quidem nunc desperatio proficiendi appetitum colubet exaltandi? Et forte hoc est quod ait, *Qui se exaltat, humiliabitur*: nec perinet ad effectum, qui nullus est; sed ad affectum, qui stultus est.

4204 **Q**uantos enim videmus humiliatos, sed non humiles; percussos, sed non dolentes; curatos a Domino, sed nec ipsa curatione sanatos! Hi sunt qui sub sensibus esse delicias computant, dissimulantes peccata quae acitiant, lubricum in quo titubant, tenebras quibus caligant, laqueos inter quos ambulat, locum afflictionis quem inhabitant, corpus

mortis quod gestant, iugum grave quod tolerant, graviolem conscientiam quam occultant, gravissimam sententiam quam expectant. Talis ille erat cui Ioannes in Apocalypsi scribere iubebatur: *Dicis, Quia dives sum et nullius egeo; et nescis quia tu es pauper et miser et miserabilis et coecus et nudus* (APOC. III, 17). Nec mirum si sit vana et mendax exaltatio filiorum hominum, siquidem vani sunt et mendaces. Humiliat eos veritas, exaltat vanitas; et dilexerunt magis tenebras quam lucem, amplectentes exaltationem se vanitatem et quacientes mendacium: porro contra veritatem quae se humiliat, votis et studiis quibus possunt, dissimulationibus et conatibus frivolis recalcitrantes.

4205 **F**ecimusne aliquid? Puto quia invenimus etiam quomodo humiliet homo seipsum. Dico autem ut adhaereat humilianti se veritati, nec dissimulet, sed cooperetur ei devoto pietatis affectu. Proinde cavebo deinceps quam sollicite potero duritiam cordis: sentiam et plangam dolorem meum, ne, si forte insensibile fuerit, sit etiam insanabile vulnus meum. Ero igitur vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in consortio eorum de quibus Veritas ait: *Percussi eos, et non doluerunt*; et iterum: *Cervavimus Babylonem, et non est sanata* (IER. V, 3; et LI, 9). Gravis curatio humiliatio haec, sed gravior morbus superbia est: quae utinam sic curetur ut sanetur hac cura. Consentiam itaque adversario meo, acquiescam iudici meo, cedam denique urgenti aculeo, ne bis pungar. Tale enim reor esse quod Dominus ait: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.* Ac si dicat: Quisquis contra stimulum recalcitraverit, duplo pungetur: parceret autem ei qui consenserit et dederit locum irae.

Varia de quatuor hominis novitatis.
DE S. BEATISSIMO ALEXANDRO, VOL. III, SERM. 141.

4206 **T**ertio anima mirabili concordia effulgebat. Concordia enim sanctorum maior erit, quam concordia oculorum duorum corporis humani, quar quidem tanta est, quod ex quo unus respexit, mox alter se vertit, et cum alio simul respicit; quia quidquid unus sanctorum vellet, et Deus voluerit. Anselmus: Talis erit concordia in illa patria Beatorum, ut nulla disceptantis macula ullatenus inveniantur; quia ibi Deus in omnibus erit semper.

4207 Quarto anima mirabili potentia in paradiso fidebat, et maiori quam Magnus Alexander, de quo Iustitiae dicitur, quod potentia sua subvertit Asiam Africanam, et Cappadociam, et coelum vitrum fieri fecit; quia potentia sanctorum animarum tunc erit ita efficax, ut vellet: iuxta illud Iohannis: *1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri; sunt enim sancti filii Dei, et luciferae, propter quod illi appellantur in Psal. lxxxii: Ego dixi, ut sis coeli omnia. Verum quia omnia quae fecit, in pondere, et mensura fecit, et nihil superfluum reliquit: si sancti aliud coelum facerent, esset superfluum; tamen in oriente tanta erit potestas ipsorum beatorum, quanta suis voluntatibus voluerit uti, quia voluntatem inventum se facit, etc. IOHANNES 9.*

FERIA SEXTA

Hominis S. Bonaventurae Episcopi.
POST. S. PENT. 1231. SERM. 11.

4208 **U**t se humiliat exaltabitur, Lucae decimo octavo.

4209 In hoc verbo, quod est infallibilis regula divinae iustitiae, continetur summa totius salutis humanae, quae consistit in humilitate meriti et sublimitate praemii. Unde in eo primo praemittitur humilitas sive opportunitas meriti per modum antecedentis; secundo adiungitur sublimitas praemii per modum consequentis. Primum est quantum ad statum vitae sub ratione cognoscens; secundum, quantum ad statum patriae sub ratione allicientis. Et primo praemittitur humilitas meriti per modum antecedentis, cum dicitur: *Qui se humiliat*

liat, scilicet in statu vitae; secundo adiungitur sublimitas praemii per modum consequentis, cum subditur: exaltabitur, scilicet in statu patriae.

Dicit ergo: *Qui se humiliat*, ubi notatur humilitas meriti. Ut autem verbis Evangelii nos conformemus, possumus dicere, quod ille est vere poenitens et habet meritariam humilitatem, qui exemplo illius publicani habet humilitatem operis, oris et cordis. Unde ille qui ratione suae perfectae humilitatis descendit iustificatus in domum, conscientiae, primo habuit humilitatem subiectionis et reverentiae in opere ex consideratione altissimae Maiestatis; et ideo dicitur: *Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad coelum levare*; Glossa: *"A longe: Sicut humilis non audet appropinquare, ut ad eum Deus appropinquet; non aspicit, ut aspiciatur."* Secundo habuit humilitatem contritionis et poenitentiae in corde ex recordatione commissae iniquitatis, unde *percutiebat pectus suum*; Glossa: *"Percutit conscientiam, sed spem sublevat; percutit pectus, poenas de se exigit."* Tertio habuit humilitatem recognitionis culpa in ore ex timore aeternae calamitatis sive severitatis; unde dicebat: *Deus, propitius esto mihi peccatori*, cui ratione culpa debetur poena sempiterna; ubi Glossa: *"Confitetur, ut Deus ignoscat; ignoscit Deus quod ille agnoscat."* Et sic movebat eum ad humilitatem divinae Maiestatis fastidium, quod est venerandum; commissae iniquitatis opprobrium, quod est erubescendum; extremae severitatis iudicium, quod est metuendum; et sic perfectum habuit motivum ad humilitatem, scilicet quod erat supra ipsum Deus, qui praesidebat; quod erat infra ipsum dedecus, quod displicebat; quod erat contra ipsum iudicium, quod imminabat.

Sed ut recto ordine procedamus, pos-

est mei causa, non inducam nulum in diebus eius.

Tertio iste publicanus habuit humilitatem subiectionis et reverentiae in opere ex consideratione altissimae Maiestatis. Unde non accessit impudenter, sed stans a longe reverenter, nolebat oculorum supercilium in altum elationis elevare, sed in imum deiectionis deprimere, ut per hoc posset Deum honorare, secundum quod dicitur Ecclesiastici tertio: *Magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur*. Magna res, quod excelsus Deus humilia subiacentiae in publicano approbat et alta superbiae in Pharisaeo reprobat, qui non Deum orabat, imo de propriis meritis se laudabat et alii insultabat. Nam descendit iustificatus publicanus a Pharisaeo in domum conscientiae propriae. Et hoc est secundum regulam divinae iustitiae, quae est: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*. Certe numquam ille Pharisaeus publicano insultasset, si attendisset quod dicit Glossa Augustini super illud ad Philippenses secundo: *Superiores sibi invicem arbitrantes*: *"Non hoc ita debemus existimare, ut non existimemus, sed nos existimare, fingamus; sed vere existimemus, aliquid occultum esse posse in alio, quo nobis superior sit, etiamsi bonum nostrum, quo illo videmur superiores, non sit occultum."* Sed dicit forsitan aliquis: *Timeo, me humiliari plus, quam veritas habeat, ne forte ratione humilitationis incurram mendacium simulationis, etc.* Respondit beatus Bernardus sermone trigesimo septimo super Cantica: *"Iustus tutiusque ad profecto iuxta ipsius Veritatis consilium novissimum locum eligere, de quo postmodum cum honore superius educamur, quam praesumere altiore, non est cedere mox oportet cum rubore, Non est periculum, quantumcumque te humilias,*

sumus dicere, quod ille publicanus, generis formam veri poenitens, primo habuit humilitatem contritionis et poenitentiae in corde ex recordatione commissae iniquitatis; unde convenit ei quod dicitur Proverbiorum duodecimo: *Moeror in corde viri humiliabit illum*. Moeror est dolor de peccatis praeteritis, quod est optimum motivum ad humilitatem cordis, quia poenitens, dolens de peccatis et se libenter subdens Domino, quem offendit, salubriter veniam impetrat, secundum quod dicitur in Psalmo: *Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies*. Unde poenitenti dicitur Ecclesiastici secundo: *In dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum, et argentum, homines vero receptibiles in camino humilitationis*.

4211 Secundo ille publicanus, generis formam poenitens, habuit humilitatem recognitionis culpa in ore ex timore aeternae calamitatis; unde Ecclesiastici septimo: *Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis et vermis*. Considerans peccator, quod vindicta et punitio suae carnis erit ignis gehennae, qui non exstinguetur, et vermis conscientiae, qui non morietur, valde debet humiliare spiritum suum, per timorem coram vicario Dei, scilicet sacerdote, et eius pedibus provolutus, cum dolore et lacrymis sua peccata confiteri, ut dolore et amaritudine compunctionis vermen interficiat et flumine lacrymarum ignem exstinguat. Unde de ista humilitatione dicitur Ecclesiastici quarto: *Presbytero humilia animam tuam*, quod fit, quando peccator, considerans, quod praesbyter tenet locum Dei, non vult tamquam superbus sedere ad latus eius, imo tamquam humilis se prosterat eius pedibus, quousque confiteatur, quia tunc impletur in eo quod dicitur tertii Regum vigesimo primo: *Quia humiliatus*

quantumcumque reputes minorem, quam sis. Est autem grande malum horrendumque periculum, si vel modicum plus vero te extollas, si vel uni in tua cogitatione te praeferas, quem forte paritem tibi Veritas indicat aut etiam superiorem; quemadmodum, si per ostium transeas, cuius superliminare sit nimium bassum, non potest quantumcumque te inclinaveris, sed nocet, si te erexeris.

Varia de quatuor hominibus novissimis.

DEI S. BERNARDIUS SEPTIMO, LXXI. DE REG. 14.

4214 **Q**uinto mirabili honore in paradiso fulgebunt, quod figuratum est GEN. XI: ubi dicitur quod Pharaon dixit Joseph, existens in Aegypto: *Tu eris super domum meam, et ad imperium oris tui constitus populum coedificabituram: Ecce constitui te super universam terram Aegypti, et tibi annulum de manu mea, et posui in manum tuam, scilicet Joseph, et vocavit eum stola vestigia. O quantus honor in verbis istis sanctis figuratus est? Desiderium ut filios suos honorabit nos, regis Filium Dei meritis honorare in vita ista. Item XII: *Si quis nihil malitaverit, honorabit eum Dux meus, qui est in caelis.* Angeli eum honorabunt, quia numerum eorum meritis suis merentur adimplere cocelum, et terra honorabunt eos et omnis creatura, quia bonis operibus continue in vita praesenti voluerunt insistere ac vacare.*

4215 Sexto hunc mirabili securitate in paradiso fulgebunt, et maiore quam Elias, et Enoch. Scriptum est GEN. V: *Quod ambulavit Enoch cum Deo, et non apparuit ultra, quia tulit eum in paradysum terrestrem, et Elias raptus est etiam, ut dicitur IV Reg. II, ubi quanto magis tranquillitate carnis, spiritus vivunt alimonia Spiritus sancti, et fructu ligni vitae sustentantur, sicut dicit Glossa. Unde Bernardus: Felices, et vere felices, Enoch et Elias, quibus omnes viae ablatas sunt, quae eorum impediant intellectum, vel affectionem, qui soli Deo omnes non invenerunt nisi Deo: sed incomparabiliter maiorem securitatem habebant sancti in paradiso, qui nec morient, nec aliquid imperfectum timebunt, semper erunt, et de possessione gloriosae securi, et hoc promittit eis Deus, Is. XXXII ubi dicit: *Securitas erit super te semper terminum.**

4216 Septimo autem mirabili gaudio fulgebunt in paradiso; quia Patrem in Filio, et Verbum in Patre, et Spiritum sanctum in utroque, sicut est facie ad

faciem videbit, semper gaudium habebit de consuetudine, et societate Angelorum, de contubernio omnium sanctorum, Is. XXXV: *Laetitia sempiterna super capita eorum, et in domo ista plena delictis inebet Deus quiescentibus intrare;* dicit: *Tutu in gaudium Domini tui (MATT. XXV).* Sic igitur apparet septimum beneficium, quod habemus in paradiso novissimo, quod est nostrae glorificationis dignitas, quae se extendit quantum ad animam, ut dicimus est, quam nobis concedere dignetur ille Dei Filius qui per infinita saecula vivit Redemptor benedictus. Amen.

SABBATO

Hominia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. X. POST PENT. SERMO II.

4217 **S**ECUNDO in verbo proposito notatur *sublimitas praemii* sub ratione allicientis, cum subdit: *exaltabitur.* Triplici exaltatione sublimabitur verus poenitens, respondente triplici humiliationi. Nam primo, quia habuit humilitatem contritionis et poenitentiae in corde ex recordatione commissae iniquitatis, exaltabitur *decore* coelestis gratiae, delectis maculam peccatorum; secundo, quia habuit humilitatem subiectionis et reverentiae in opere ex consideratione altissimae Maiestatis, exaltabitur *virtute* abundantis iustitiae, accumulantis bona meritorum; tertio, quia habuit humilitatem recognitionis culpae in ore ex timore futurae calamitatis, exaltabitur *honore* deiformis gloriae, sublimantis ad gaudia Angelorum sive aeternorum. Duae exaltationes sunt in statu vitae et disponunt ad tertiam, quae est in statu patriae.

4218 Primo propter humilitatem contritionis et poenitentiae in corde ex recordatione commissae iniquitatis exaltabitur *decore coelestis gratiae*, delectis maculam peccatorum; unde Ecclesiastici trigesimo quarto: *Dominus exaltans animam et illuminans oculos, dans sanitatem*

et vitam et benedictionem. Dominus exaltat animam, dum eius affectum expoliatur ab ignobilitate vetustatis culpae et induit novitatem decorantis gratiae; et illuminat oculos, intellectus a tenebrositate caecitatis et ignorantiae splendore veritatis et intelligentiae, dans sanitatem, eius carni per repressionem carnalis concupiscentiae, et vitam, aeternae immortalitatis, et benedictionem, supernae hereditatis, ut possit dicere illud Psalmi: Qui exaltas me de portis mortis, ut amittam omnes laudationes tuas in portis filiae Sion.

4219 Secundo propter humilitatem subiectionis et reverentiae in opere ex consideratione altissimae Maiestatis exaltabitur *virtute abundantis iustitiae*, accumulantis opera meritorum; unde in Psalmo: *Custodi etiam eius; et exaltabit te, ut haereditate capias terram. Custodi viam eius, per executionem praeceptorum, et exaltabit te, per accumulationem meritorum, ut haereditate capias terram, per retributionem praemiorum; et propter hoc dicitur Ecclesiastici vigesimo: Qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur.* Qui operatur iustitiam, multiplicando merita, ipse exaltabitur, ad magna praemia. Et quia hoc habet fieri mediante timore Domini, ideo dicitur Ecclesiastici quadragesimo: *Facultates et virtutes exaltant cor, et super haec timor Domini.*

4220 Tertio propter humilitatem recognitionis culpae in ore ex timore aeternae calamitatis exaltabitur *honore deiformis gloriae*, sublimantis ad gaudia praemiorum; unde primae Petri quinto: *Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.* Considerantes divinae Maiestatis praesidentiam et nostrae villitatis excellentiam, humiliari debemus sub manu divinae potentiae. Non enim possumus aliter sublimiter exaltari in patria, nisi humiliemur totaliter

sub potenti manu Dei in via. Nam si aliter nitimur ascendere, non erit nobis spes de exaltatione coelestis gloriae, sed de deiectione infernalis ignominiae; unde Ezechielis decimo septimo: *Ego Dominus humiliavi lignum sublime et exaltavi lignum humile.* Causa autem huius iustitiae et aequitatis est, quia, quanto quis magis se exaltat et supra se erigitur, tanto minus honorat Deum et a superioribus se clongat et inferioribus se subicit; ac per hoc magis deicitur. Sed e converso, quanto quis magis se humiliat, tanto magis honorat Deum et ad superiora appropinquat et inferioribus se superponitur; ac per hoc iusto Dei iudicio magis exaltatur. Rogemus ergo, etc.

Varia de tempore salutis.

4221 **S**ed benigne audiendum est, devote auspicandum, sollicite conservandum quicquid ad animarum salutem pertinet, ait S. Bernardus, sic scilicet, lector devote, et quotidie humiliter lege, et considera ac mente retine, quae pro salute animae meae, pro salute animae tuae, sub auspiciis B. M. V. Matris nostrae et Reginae misericordiae, ex SS. Patrum et Doctorum sententia colligenda sunt, ut facilius et frequentius de rebus quae maximum nostrum negotium respiciunt cogitare et agere possemus. Item S. Bernardus exponens illud Epistolae ad Rom. I: *Causam multam in brevi explicat tempora multa*, non longevitate, ait, sed longanimitate explevit, quanta sane tempora non diem numero, sed mentis devotione, et inextinguibili proficiente desiderio percurrere potuit, tanta sibi in meritis non immerito vindicavit; retinet quidem virtute, quod amittit in tempore.

4222 Eis, ergo, anima mea, eia frater peramantissime, si usque nunc vanitatis dediti, et horas, et dies, et annos inutiliter et otiose, indifferenter et inconsiderate transegeris, hodie saltem Deo vero et propitio servire incipiamus: et quia dies nostri consumpti sunt, abbreviati sunt, et ad sepulchrum properamus, dum tempus habemus operetur bona, et per fervorem spiritus, pro assiduum perfectionis studium, per fidelem usum vitae nobis misericorditer concessae, expliamus tempora multa et saesurizemus nobis coelestis et aeternae

gratiae et gloriae thesauros. Quod faxit piissimus Iesus per intercessionem Reginae misericordiae, sub cuius praesidium tota fiducia confingimus. Amen.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDEM MARCUM.
MARC. VIII. 32-37.

18. In illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeae: inter quosdam fines Decapolois.

22. Et ascendit, et sardum et mutum, et deprecabatur eum, ut imponat illi manum.

23. Et apprehendens eam de turba saorsum, misit digitos suos in auriculas eius: et expuens, tetigit linguam eius.

24. Et suscipiens in coelum, ingemuit, et ait illi: Ephphetha, quod est adapere: et statim aperta sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte.

26. Et praecipit illis ne quae dicerent. Quanto autem eis praecipiebatur, tanto magis plus praedicabant.

37. Et eo amplius adhibebatur, dicentes: Bene omnino fecit: et surdus fecit auditum, et mutus loqui.

Homilia S. Gregorii Papae.

Haec est liturgia in *Hebr.* *Idem.*

Homilia Venerabilis Bedae Praesbyteri.

DOM. XI. POST PENTEC.

SURDUS ille et mutus, quem mirabiliter curatum a Domino modo cum Evangelium legeretur, audivimus, genus designat humanum, in his qui ab errore diabolicae deceptionis divina merentur gratia liberari. Obsurdit namque homo ab audiendo vitae verbo, postquam mortifera serpentis verba contra Deum tumidus audivit: mutus a laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere praesumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter angelos laude Creatoris, quas ad audiendam eiusdem Creatoris vituperationem sermonibus hostis incautus aperuit. Merito clausit os a praedienda cum angelis laude Creatoris, quod velut ad meliorandum eiusdem operis Creatoris, cibi vetiti praevocatione superbus implevit. Et heu miser generis humani defectus, quod in radice vitiosum

germinavit, vitiosius multo dilatari coepit in propagine ramorum, ita ut veniente in carne Dominus ex ceptis paucis de Iudaea fidelibus, totus pene mundus ab agnitione et confessione veritatis surdus erraret et mutus. Sed ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia. Venit namque Dominus ad mare Galilaeae, ubi noverat aegrotare quem sanaret. Venit suae gratiae pietatis ad tumentia, turbida, et instabilia gentium corda, in quibus noverat esse qui ad suam gratiam pertinere. Et bene inter medios fines Decapolois ad mare Galilaeae, ubi aegrotum sanaret, venisse perhibetur, quia relicto ob perfidiam populo, qui decalogi mandata acceperat, exteras venit ad gentes, ut sicut Ioannes ait: *Filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum.*

Et adducunt, inquit, et sardum et mutum, et deprecantur eum, ut imponat illi manum. Quia ipse surdus Salvatorem agnosceret, mutus rogare nequibat, adducunt eum amici, et pro eius salute Domino supplicant. Sic nimirum, sic in spiritali necesse est curatione geratur, ut si quis humana industria ad auditum confessionemque veritatis converti non potest, divinae pietatis offeratur aspectibus, atque ad sanandum eum supernae manus flagitetur auxilium. Nec tardat coelestis misericordia medici, si intenta precantum non haesitat, nec deficit oratio, unde statim subinfertur:

Quia apprehendens aegrotum Iesus de turba saorsum, misit digitos suos in auriculas eius, et expuens tetigit linguam eius. Digitos quippe surdo in auriculas mittit ut audiat, cum per dona gratiae spiritualis diu non credentes ad auditum sui verbi convertit. Expuens, linguam muti ut loqui valeat, tangit, cum per ministerium praedicationis rationem fidei quam confiteri debeat, praestat. Per digitos namque Domini Spiritus sancti

dona significari et ipse docet dicens: *Si ego in digito Dei eiicio daemonia: quod alius Evangelista manifestius ponit: Si ego in Spiritu Dei eiicio daemones: et Psalmista ubi ait: Quoniam video caelos opera digitorum tuorum, id est, video sanctos non suae merito virtutis, sed tui munere spiritus a terrenis suspensos, et coelestis factus conversatione sublimes. Spiritum quoque capitis et oris Domini verbum est Evangelii, quod ex invisibili divinitatis arcano sumptum, visibiliter mundo ut sanari posset, ministrare dignatus est. Notandum sane quod Dominus priusquam auriculas linguamque sanandi tangeret aegroti, apprehendens eum saorsum duxit e turba. Prima namque salutis spes est, quemlibet assuetos vitiorum tumultus turbasque deserere et sic ad suscipienda sanitatis munera humiliter caput inclinare. Neque ullatenus salvari putandus est, quamdiu quis inordinatis moribus adhaerere, supervacuis verbis delectari, turbulentis cogitationibus non timet devastari, ut qui miserante et adjuvante Domino turbidam praeae conversationis vitam mutavit, qui inspirationem divinae gratiae corde concepit, qui verbo doctrinae coelestis confessionem verae didicit fidei, restat ut confestim optata sanitatis gaudia consequatur. Unde bene postquam de turba segregat infirmum Dominus, postquam mittit digitos in auriculas, postquam sputo tangit linguam illius, subinfertur:*

Suspiciens in coelum ingemuit, et ait illi: Ephpheta, quod est adapere: et statim aperta sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius. Et recte sanaturus aegrotum Dominus suscipit in coelum et ingemuit, ut ubi nobis speranda salus, et qua compunctionis vel lacrymarum sit devotione quaerenda, ac petenda significet. *Suspiciens in coelum, ingemuit,*

quia nos quos ad coelestia possidenda creavit, longe in terra deiecit esse doluit. *Suspiciens in coelum, ingemuit,* ut nobis qui a coelestibus gaudiis per terrena oblectamenta discessimus, ad haec per gemitus et suspiria insinuaret esse redeundum. Quod autem ait *eppheta, id est, adapere*, propter aures dicit sanandas, quas surditas diutina clauserat, sed ad audiendum iam tactus patefecit ipsius, unde credo nos increbuerit Ecclesiae, ut sacerdotes illius his quos percipiendis baptismi sacramentis praeparant, prius inter cetera consecrationis exordia de saliva oris sui narea tangant et aures, dicentes *eppheta*: salvam quidem oris sui, gustum quo initiandi sunt supernae sapientiae designant: per tactum vero narium, ut abiectis delectationibus noxiis, solum Christi semper amplectantur odorem, de quo dicit Apostolus: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco*, et ut meminerint se iuxta exemplum beati Iob: *Donec superest halitus in eis, et spiritus Dei in naribus eorum, non loqui iniquitatem labiis, nec lingua mendacium meditari debere.* Porro per tactum aurium, ut relicto auditu linguae ne quam audiant verbi Christi et faciant ea, similes viro prudenti qui aedificavit domum suam supra petram. Et unusquisque nostrum, fratres charissimi, qui baptismi Christi rite suscepit, hoc ordine consecratus est. Omnes quidem qui salutare lavacrum vel proximo hoc paschae tempore, vel aliquando alias rite suscepturi sunt, ipso sunt ordine consecrandi. Unde multum necesse est, ut quod Dominus in nobis propitius abluere et sanctificare dignatus est, nisi passim contaminare, et pro nihilo profanare timeamus. Sed etsi qui in coelum nequitiae sordidantibus incidimus, festinemus rursus lacrymarum et poenitentiae fonte mundari. Renove-

gratiae et gloriae thesauros. Quod faxit piissimus Iesus per intercessionem Reginae misericordiae, sub cuius praesidium tota fiducia confingimus. Amen.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDAE MARCUM.

MARC. VII. 31-37.

18 In illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeae: inter quosdam fines Decapolois.

20 Et ascendit, et sardum et mutum, et deprecabatur eum, ut imponat illi manum.

21 Et apprehendens eam de turba saorsum, misit digitos suos in auriculas eius: et expuens, tetigit linguam eius.

22 Et suscipiens in coelum, ingemuit, et ait illi: Ephpheta, quod est adapere: et statim aperta sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte.

23 Et praecipit illis ne qua dicerent. Quanto autem eis praecipiebat, tanto magis plus praedicabant.

27. et eo amplius adibat, dicens: Bene omnis fecit: et surdus fecit auditum, et mutus loqui.

Homilia S. Gregorii Papae.

Habeat integro in *Arca*, *Teu*.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

DOM. XI. POST PENTEC.

SURDUS ille et mutus, quem mirabiliter curatum a Domino modo cum Evangelium legeretur, audivimus, genus designat humanum, in his qui ab errore diabolicae deceptionis divina merentur gratia liberari. Obsurdit namque homo ab audiendo vitae verbo, postquam mortifera serpentis verba contra Deum tumidus audivit: mutus a laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere praesumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter angelos laude Creatoris, quas ad audiendam eiusdem Creatoris vituperationem sermonibus hostis incautus aperuit. Merito clausit os a praedicanda cum angelis laude Creatoris, quod velut ad meliorandum eiusdem operis Creatoris, cibi vetiti praevocatione superbus implevit. Et heu miser generis humani defectus, quod in radice vitiosum

germinavit, vitiosius multo dilatari coepit in propagine ramorum, ita ut veniente in carne Dominus ex ceptis paucis de Iudaea fidelibus, totus pene mundus ab agnitione et confessione veritatis surdus erraret et mutus. Sed ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia. Venit namque Dominus ad mare Galilaeae, ubi noverat aegrotare quem sanaret. Venit suae gratiae pietatis ad tumentia, turbida, et instabilia gentium corda, in quibus noverat esse qui ad suam gratiam pertinere. Et bene inter medios fines Decapolois ad mare Galilaeae, ubi aegrotum sanaret, venisse perhibetur, quia relicto ob perfidiam populo, qui decalogi mandata acceperat, exteras venit ad gentes, ut sicut Ioannes ait: *Filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum.*

Et adducunt, inquit, et sardum et mutum, et deprecantur eum, ut imponat illi manum. Quia ipse surdus Salvatorem agnosceret, mutus rogare nequibat, adducunt eum amici, et pro eius salute Domino supplicant. Sic nimirum, sic in spiritali necesse est curatione geratur, ut si quis humana industria ad auditum confessionemque veritatis converti non potest, divinae pietatis offeratur aspectibus, atque ad sanandum eum supernae manus flagitetur auxilium. Nec tardat coelestis misericordia medici, si intenta precantum non haesitat, nec deficit oratio, unde statim subinfertur:

Quia apprehendens aegrotum Iesus de turba saorsum, misit digitos suos in auriculas eius, et expuens tetigit linguam eius. Digitos quippe surdo in auriculas mittit ut audiat, cum per dona gratiae spiritualis diu non credentes ad auditum sui verbi convertit. Expuens, linguam muti ut loqui valeat, tangit, cum per ministerium praedicationis rationem fidei quam confiteri debeat, praestat. Per digitos namque Domini Spiritus sancti

dona significari et ipse docet dicens: *Si ego in digito Dei eiicio daemonia: quod alius Evangelista manifestius ponit: Si ego in Spiritu Dei eiicio daemones: et Psalmista ubi ait: Quoniam video caelos opera digitorum tuorum, id est, video sanctos non suae merito virtutis, sed tui munere spiritus a terrenis suspensos, et coelestis factus conversatione sublimes. Spiritum quoque capitis et oris Domini verbum est Evangelii, quod ex invisibili divinitatis arcano sumptum, visibiliter mundo ut sanari posset, ministrare dignatus est. Notandum sane quod Dominus priusquam auriculas linguamque sanandi tangeret aegroti, apprehendens eum saorsum duxit e turba. Prima namque salutis spes est, quemlibet assuetos vitiorum tumultus turbasque deserere et sic ad suscipienda sanitatis munera humiliter caput inclinare. Neque ullatenus salvati putandus est, quamdiu quis inordinatis moribus adhaerere, supervacuis verbis delectari, turbulentis cogitationibus non timet devastari, ut qui miserante et adjuvante Domino turbidam praeae conversationis vitam mutavit, qui inspirationem divinae gratiae corde concepit, qui verbo doctrinae coelestis confessionem verae didicit fidei, restat ut confestim optata sanitatis gaudia consequatur. Unde bene postquam de turba segregat infirmum Dominus, postquam mittit digitos in auriculas, postquam sputo tangit linguam illius, subinfertur:*

Suscipiens in coelum ingemuit, et ait illi: Ephpheta, quod est adapere: et statim aperta sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius. Et recte sanaturus aegrotum Dominus suscipit in coelum et ingemuit, ut ubi nobis speranda salus, et qua compunctionis vel lacrymarum sit devotione quaerenda, ac petenda significet. *Suscipiens in coelum, ingemuit,*

quia nos quos ad coelestia possidenda creavit, longe in terra deiecit esse doluit. *Suscipiens in coelum, ingemuit,* ut nobis qui a coelestibus gaudiis per terrena oblectamenta discessimus, ad haec per gemitus et suspiria insinaret esse redeundum. Quod autem ait *eppheta, id est, adapere*, propter aures dicit sanandas, quas surditas diutina clauserat, sed ad audiendum iam tactus patefecit ipsius, unde credo nos increbuerit Ecclesiae, ut sacerdotes illius his quos percipiendis baptismi sacramentis praeparant, prius inter cetera consecrationis exordia de saliva oris sui narea tangant et aures, dicentes *eppheta*: salvam quidem oris sui, gustum quo initiandi sunt supernae sapientiae designant: per tactum vero narium, ut abiectis delectationibus noxiis, solum Christi semper amplectantur odorem, de quo dicit Apostolus: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco*, et ut meminerint se iuxta exemplum beati Iob: *Donec superest halitus in eis, et spiritus Dei in naribus eorum, non loqui iniquitatem labiis, nec lingua mendacium meditari debere.* Porro per tactum aurium, ut relicto auditu linguae ne quam audiant verbi Christi et faciant ea, similes viro prudenti qui aedificavit domum suam supra petram. Et unusquisque nostrum, fratres charissimi, qui baptisma Christi rite suscepit, hoc ordine consecratus est. Omnes quidem qui salutare lavacrum vel proximo hoc paschae tempore, vel aliquando alias rite suscepturi sunt, ipso sunt ordine consecrandi. Unde multum necesse est, ut quod Dominus in nobis propitius abluere et sanctificare dignatus est, nisi passim contaminare, et pro nihilo profanare timeamus. Sed etsi qui in coelum nequitiae sordidantibus incidimus, festinemus rursus lacrymarum et poenitentiae fonte mundari. Renove-

mus aurium puritatem, quam nobis auditu fidei divinitus constat fuisse collatam, caventes illud Apostoli, quod quibusdam exprobrans, ait: *Et a veritate quidem auditum avertit, ad fabulas autem convertentur.* Cohibeamus linguam a malo, quae confessione fidei sanctificata est, *inveamus in ipsa qua benedicimus Deum, et patrem maledicere homines; qui ad imaginem Dei facti sunt. Qui enim palat se religiosum esse non refringens linguam suam, nihil vana est religio.* Ecce enim dicitur, quia aperte sunt aures eius, et solum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte. Qui ergo recte loqui baptismatis nostri tempore dicimus, *corde credendo ad iustitiam, ore autem confessionem faciendo ad salutem,* curandum summopere est, ne post baptismum ad iniusta et noxia verba declinemus. Si enim ipso iudice attestans, *omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii,* quid putamus fieri de illis, qui non solum otiosa, sed et criminosa loquuntur, qui impudicitiae, iactantiae, blasphemiae, et quod maxime nimis libet detractionis sermonibus servire non timeant, qui proferunt mendacia, *testes fallaces, qui seminant inter fratres discordias?* Non solum autem a malis aures linguamque satis est castigare loquellae, si non etiam iuxta Psalmistam inclinemus aurem nostram in verbo oris Dei, *si non os nostrum loquatur sapientiam, et meditatio cordis nostri prudentiam.* Sed et cunctos simul interioris exteriorisque hominis nostri sensus, qui cuncti in baptismo abluti sunt, oportet mundos ac bonis operibus servemus insuper semper ornatos. Curato autem surdo et muto, videmus quid sequitur.

427. *Et praecipit, inquit, illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis praecipiebat, tanto magis plus practicabant, et eo amplius*

admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, et surdos fecit audire et mutos loqui. Quare, fratres charissimi, haec acta credamus? Numquid non aestimandum est, quod unigenitus Dei Filius signum faciens, et abscondi hoc voluerit, et contra voluntatem illius sit patefactum in turbas, nec potuerit silentio signum tegere si vellet, quod potuit facere cum voluit? An forte nobis exemplum dare voluit, ut virtutum opera facientes, vitium iactantiae per omnia gloriamque vitemus humanam, ne bona nostra actio, per inanem vulgi favorem supernae retributionis munere privetur? Et tamen sciamus opera nostra si digna imitatione sunt, nullatenus posse celari, sed ad utilitatem fraternae correctionis ipso dispensante patefieri, qui dicit: *Non potest civitas abscondi super montem posita.* Et alibi: *Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur.* Et revera ita omnimode, ita intelligenda est Domini dispensatio praeccepti. Quod non ita tamen dictum quis aestimet, quasi bona facientes fratres cavere debeamus aspectus, cum Dominus dicat, *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona:* sed ut per opera quae fratribus ostendimus, non laudem ab illis, sed profectum quaeramus, hoc est enim quod sequitur: *Et glorificet Patrem vestrum qui in caelis est.* Nam qui ca intentione bona ostendunt opera, ut ipsi solum laudentur, non autem ut laudantes in bono proficiant, neque ut Pater qui in caelis est glorificetur, tales sunt nimirum illa terribili increpatione plectendi, qua dicitur: *Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Sed et hoc dicendum, quia si illi virtutes Dominicas tacere nequeant, qui tacendi praecceptum acceperunt, multo amplius sit nobis divinae gratiae praecentis semper insistendum, qui quotidianis invicem nos verbis ac

coelestibus alimoniis reficere praecipimur, dicente Apostolo Ioanne: *Qui audit, dicat, veni,* id est, qui gratiam supernae aspirationis mente concepit, qui verbum exhortationis, quo utiliter proximum confortare valeat, dicit, nequaquam quod novit silentio abscondat, sed se ipsum protinus fratribus aperiendo communicet. Si enim ea quae novimus benigne proximo dicere bona non negligimus, aderit ille in quo sunt omnes *thesauri sapientiae et scientiae absconditi,* et quod nunc ex parte cognovimus, ad perfectum nobis lumen veritatis intimare dignabitur Iesus Christus Dominus noster, unigenitus Patris, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum, Amen.

Varia de tempore salutis.

1228. **D**IGNARE pie Iesu, dignare, Virgo Maria, die isto sine peccato me custodire; date animae meae propriae salutis sollicitudinem, aeternitatis memoriam, temporis mihi concessi salutarem usum cum teste S. Antonino, * tam pretiosum est tempus, quod damnum darent omnes thesauri mundi, si haberent in potestate sua pro habendo momento temporis. — Memorare ergo, anima mea, quod * quatuor sunt tempora, quae homines frequenter debent habere in memoria: tempus acceptabile nostrae reconciliationis; tempus miserabile humanae resolutionis; tempus formidabile extremae damnationis; tempus intolerabile aeternae damnationis. (S. BONAV.) Ergo exsurge a somno, et pro aeterna salute indefectibiliter adlabora, nulla interposita mora, nam * praetereunt tempora more fluentis aquae. (S. BONAV.) — O Maria, ad te confugio: adiuva me!

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XI. POST PENT. RESMO.

429. **S**OLUTUM est vinculum linguae eius, et loquebatur recte, Marci septimo.

430. Quoniam, secundum Sanctos, quod semel fiebat a Domino nostro Iesu Chri-

sto tunc corporaliter, modo etiam fit ab ipso continue spiritualiter; ideo possumus dicere, quod in verbis istis spiritualiter intellectus pro quolibet peccatore tria notantur ad nostram instructionem. Primum est lubrica *sceleris circumvolutio*; secundo est dolorosa *cordis contritio*; tertium est perfecta *oris confessio*. Et haec tria habent se per ordinem. Nam non habet efficaciam oris confessio, nisi primo praecedat perfecta cordis contritio; nec cordis contritio esse potest, nisi primo peccati perpetratio nisi contritionis praestet. Et per hoc recto ordine proceditur in verbo proposito, eo quod primo notatur lubrica *sceleris circumvolutio*, cum dicit: *Vinculum linguae eius.* Sicut enim lingua materialis, nimia nervi contractione, sive alio impedimento ligatur, ne possit vocem formare; sic lingua intellectualis, scrutini peccati delectatione circumvolvitur et enervatur, ut non sufficiat sua peccata recogitare vel recognoscere. Secundo notatur dolorosa *cordis contritio*, cum subdit: *solutum est.* Optime dolor contritionis solvit peccati delectationem, eo quod contraria delectationis culpae contrariis doloris et amaritudinis potentiae curantur. Tertio notatur perfecta *oris confessio*, cum subinfert: *et loquebatur recte*, quod fit, quando homo non declinat cor suum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis, sed confitetur humiliter et aperte omnia peccata sua.

431. Dicit ergo: *Vinculum linguae eius*, ubi notatur primo *lubrica sceleris circumvolutio*. Sicut enim lingua materialis involvitur et ligatur, ut non possit exire in actum debitum, primo, morbi inflatione; secundo, humoris infrigidatione; tertio, nervi enervatione; sic lingua spiritualis, id est pars superior animae, isto triplici modo ligatur et involvitur, ne possit debito modo moveri in Deum, proximum

et in subiectum proprium. Nam primo ligatur *inflatione* mentalis superbiae, ne possit moveri ad honorandum Deum; secundo ligatur *infrigidatione* cordialis invidiae, ne possit moveri ad diligendum proximum; tertio ligatur *excitatione* carnalis lasciviae, ne possit moveri ad ordinandum se ipsum.

4232 Primo igitur ligatur *superbus vinculo mentalis superbiae*, ne possit moveri ad honorandum Deum semper; unde Sapientiae decimo septimo: *Persuasum habet iniqui posse dominari nationi sanctae, vinculis tenebrarum et longae noctis compediti. Iniqui, id est elati et superbi, efficiant patrem suum diabolum, qui regnat super omnes filios superbiae; persuasum habent ab eo, posse dominari et praeesse omnibus, et nationi sanctae; vinculis tenebrarum et longae noctis compediti, superbiae excitatione compediti et circumvoluti, ne possint se ad humilitatem inclinare, per quam celsitudo divinae Maiestatis honoratur, nam magna potentia Dei solius a solis humilibus honoratur*; ut tales qui gigantea magnitudine elati, nolunt humiliari et alii propter Deum subiecti esse; futurum enim est, ut tales diluvio finalis iudicii suffocentur; parvulus Christus custodit arca humilitatis. Unde tales figurantur per Sedeciam, qui noluit tamquam elatus et arrogans submittere collum iugo divini praecepti, de quo dicitur, quod *rex Babylonis, id est diabolus, oculos Sedeciae eruit et vincit eum compeditibus, ut duceretur in Babylonem.*

4233 Secundo ligantur *invidi vinculis cordialis invidiae*, ut non possint moveri ad diligendum proximum; unde in Psalmo: *Principes convenerunt in unum adversus Dominum ad adversus Christum eius. Dirimpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. Principes sacerdotum convenerunt in unum adversus Do-*

minum et adversus Christum eius, quando colligati vinculis cordialis invidiae, consilium inierunt adversus Christum, ut eum morti traderent; et vincula adduxerunt eum et tradiderunt Pontio Pilato, secundum quod dicitur Matthaei vigesimo septimo. Unde ne istis vinculis cordialis invidiae circumvolvamur odiendo proximos, qui sunt membra Christi; ideo addidit: *Dirimpamus vincula eorum et proiciamus a nobis infernale et diabolicum iugum ipsorum*, sub quo se subiugaverunt, cum dixerint: *Sanguis eius super nos et super filios nostros*. Charissimi, non odiamus proximum, Christi membrum; qui odit proximum homicida est, et sanguis proximi super eum est, clamans ad Deum pro sui vindicta.

4234 Tertio ligantur *lubrici vinculo corporalis lasciviae*, ne possint moveri ad ordinandum et dirigendum se ipsos; unde Ecclesiastae septimo: *Inveni amariorem morte mulierem, quae laqueus venatorum est, et sagena cor eius, vincula sunt manus illius*. Bene dicit: *Inveni amariorem morte mulierem*; nam mors temporaliter occidit corpus, sed nequam mulier corpus et animam aeternaliter, quae laqueus est venatorum, id est daemonum. Isto enim muliebri laqueo daemones venati sunt genus humanum in primo parente; nam a muliere initium factum est peccati. *Sagena infernalis est lubricum cor eius ad capiendum lubricos in aquis carnalitati; et manus illius, id est opera, vincula sunt, ad trahendum ad lubricitatem peccati*. Unde qui non vult illaqueari a daemonibus laqueo carnalis lasciviae, sed vult se ipsum mundum conservare per puritatem pudicitiae, debet, quantum potest, declinare spectacula vanitatum, fugere consortia mulierum, quia, sicut rosa vel lilium, cum frequenter tangitur, incipit marcescere et amittere colorem et odorem; sic castus homo, quando se exponit

huiusmodi spectaculis vanitatum et mulierum, ita aliquando tangitur et percutitur cor eius, ut statim incipiat marcescere per immundam cogitationem et amittere colorem et odorem interioris munditiae per consensum ad illam cogitationem.

Varia de tempore salutis.

4235 **F** *ili, conserva tempus et devota a malo* (Ecc. 10, 23). — Omne tempus tibi impensum a te exigitur, qualiter fuerit expensum; et sicut capillus a capite non peribit, ita nec momentum a tempore, de quo non exigitur ratio. (S. ASTONIA). — Ecce tunc dies salutis: modo reliquit nobis Deus tempus ad satisfaciendum, sed tunc accipiet tempus ad puniendum. (S. BONAV.). Quapropter illud tempus qui fugere non licet, modo debet cogitari dum licet. (S. GREG. MAG.).

4236 Quoniam habet thesaurum magnum, qui tempus ei concessum virtuose expendit, ait S. Antoninus, ideo debet diligenter conservari, non perdit; nam et pretiosissimum est et brevissimum, et est eius usus exanimandum subtilissimum. (Id.). — Ergo dum tempus habemus operemur bonum; nec parvam dicamus quod portas claudit vel aperit paradisus: Tanta est pretiositas temporis, quod parvo in tempore lucrari possit homo venam et gratiam et gloriam. (S. BERN. SER.). *O Maria, a pestifera otiositate, libera me!*

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi
SERM. 30. POST PENT. SERMO 7.

4237 **S**ECUNDO in verbo proposito notatur *dolorosa cordis contritio*, cum subdit: *solutum est*. Solvitur enim per contritionem veram vinculum triplicis praedicti peccati, scilicet superbiae, invidiae et luxuriae, triplici dono, quod Deus infundit animae contritae, scilicet dono *humilitatis, charitatis et castitatis*, ut tripliciter contrariae culpae contrariis gratiae curentur.

Nam primo vinculum mentalis superbiae solvitur per *timorem* filialis reverentiae; honorantis Deum; secundo vinculum cordialis invidiae solvitur per *amorem* universalis benevolentiae, diligentis proximum; tertio vinculum carnalis lasciviae solvitur per *decorem* coelestis pudicitiae, ordinantis et decorantis subiectum proprium.

4238 Primo vinculum mentalis superbiae solvitur per *timorem filialis reverentiae*, honorantis Deum; unde Isaiae quinquagesimo secundo: *Solve vincula colli tui, captiva filia Sion. Sion, quae interpretatur specula, est anima christiana, quae apta nata est in se ipsa videre Deum, eo quod est speculum et imago divinae essentiae. Solve, mansuetudine exteriori et humilitate interiore; vincula colli tui, id est cervicisae arrogantiae et rebellantis superbiae, quibus adeo captivata et subigata eras durissimo imperio diaboli, ut non posses militare sub principe Christo, eo quod nemo potest duobus dominis, scilicet Deo et diabolo, contraria iuventibus servire.*

4239 Secundo vinculum cordialis invidiae solvitur per *amorem universalis benevolentiae*, diligentis proximum; unde Isaiae quinquagesimo octavo: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes. Colligationes impietatis, id est motus irae et rancoris, quibus intellectus impeditur, ne possit cernere verum, et affectus provocatur ad nocendum proximo; solve, per vinculum pacis et con cordiae; similiter fasciculos, id est prava opera, alios deprimentes, solve per condignam satisfactionem*. Nam primo debet homo reconciliari et remittere proximo ex corde, deinde, si eum laeserit, per opera satisfacere, quia reconciliatio cordis parum valet sine satisfactione operis, si possibilitas adest.

4240 Tertio vinculum carnalis lasciviae sol-

vitur per *decorem coelestis munditie*, pulcherrificans corpus proprium. Et de hoc potest exponi illud Lucae decimo tertio: *Hanc filium Abraham, quam alligavit satanas, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati?* quasi dicat: sic. Illa mulier habens spiritum immundum, quae erat inclinata ad terram nec omnino poterat sursum respicere, significat quemlibet lubricum habentem immundum spiritum luxuriae, ratione cuius tantam habet pronitatem ad malum, ut semper sit *inclinata ad terram*, sapiendo carnalis, et etiam tantam difficultatem ad bonum, ut non possit *sursum respicere*, appetendo spiritualia. Isto enim duplici vinculo, scilicet pronitatis ad malum et difficultatis ad bonum, quae nobis insunt carnis corruptione et spiritus aggravatione, *alligavit eam satanas*, a quo solvitur per Christum in die plenitudinis gratiae tempore Evangelii, in quo plus commendatur castitas mentis quam carnis. Nam castitas non est in carne, sed in mente, et ex corde redundat in corpus; unde melior est castitas mentis quam corporis. Nam si cor fuerit castum, et corpus non autem si corpus, et cor, quamvis Iudaei tempore Legis crederent, illud esse *dictum antiquis*: *Non moechaberis*, tantum de castitate carnis, sed Dominus ad Legis impletionem addidit, non solum castitatem esse servandam in carne et corpore, sed etiam in cogitatione, affectione et visione, cum subiunxit Matthaei quinto: *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo*.

Varia de tempore salutis.

4241 **A**LLETUM fidelis servus et prudens, qui salutis negotium constantiter agit, ipsi enim tempus misericordiae et pacis dabitur in fine. Nam, ut ait S. Bernardinus Senensis: *Habet iustus tempus, quod*

hunc expendit: huic tempus habenti, tempus in fine datur. E contra, subiungit: *Ille vero tempus non habet, qui male vivendo tempus amisit pretiosissimum.* — Eheu, quot divitias amittit, o homo vanitatis amator! Audi, audi D. Bernardum tibi dicentem: *Omne tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc te computas perdidisse; omnis siquidem res aliena est a nobis, tempus autem tantum nostrum est.* (S. BERNARD.) — Cui concordat S. Hieronymus, qui ait: *Omne tempus in quo te non meliorem sentieris, hoc aestima perdidisse.* — Festinamus ergo, et in via Domitali contentes, extractas animae lactoras redimamus, spiritualia temporalibus praefereutes, iuxta illud D. Augustini: *Quid est relinere tempus, nisi cum opus est, etiam detrimento temporalium commodorum ad aeterna quaerenda et capessenda spatia temporis comparare?* — Uade * sicut telonarii nullum viatorem transire sinunt, a quo telonium non exigant, ita neque homo illum debet tempus transire sinere, a quo non telonium boni operis petat. — Anonymus. — *O Maria, a nequitate salutis meae libera me!*

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XI. POST PENT. SERMO I.

4242 **T**ERTIO in verbo proposito notatur *perfecta oris confessio*, cum subinert: *loquebatur recte*. Ille loquitur recte per perfectam confessionem, qui loquitur primo *humiliter* cum opprobrio accusandi se ipsum; secundo, *utiliter* cum proposito emendandi defectum; tertio, *lacrymabiliter* cum desiderio placandi Deum. Nihil valet confiteri et propalare peccatum sine proposito emendandi delictum, quia aliter non potest placare Deum.

4243 Primo loquitur ille recte in confessione, qui loquitur *humiliter* cum opprobrio accusandi se ipsum. Et de hoc potest exponi illud Iob decimo: *Tacet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae, dicam Deo: Noli me condemnare*. Verbum potest esse perfecte poe-

nitentis, cui ita displicet peccatum, quod perpetravit, ut potius praeligat velle, se incurrisse mortem sui corporis quam peccasse mortaliter et amisisse Deum, qui est vita animae, et dicat: *Tacet animam meam vitae meae*, et quasi dimisso eloquio corporali prae nimio dolore contritionis, *loquitur in amaritudine animae suae*, reducendo ad memoriam omnes abominaciones et scelera perpetrata: quibus ad iracundiam Deum provocavit, ut, sic contritus, possit dicere Deo per veram confessionem: *Noli me condemnare*, quia peccata mea paveo et ante te erubescio.

4244 Secundo ille loquitur recte in confessione, qui loquitur *utiliter* cum proposito emendandi peccatum; unde in Psalmo: *Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi, Domine, finem meum et numerum dierum meorum, quis est, ut sciam, quid desit mihi. Locutus sum in lingua mea, propalando peccata mea, in confessione, non signo, vel scripto, sed lingua mea et ore proprio; sed ut valeam meos defectus emendare, notum fac mihi, Domine, finem meum et numerum dierum meorum*; quasi diceret: quia brevis *velat umbra; ut sciam, quid desit mihi*, ad corrigendum et satisfaciendum de peccatis. Nihil enim tantum movet peccatorem ad emendandum suos defectus et corrigendum peccata sua quantum notitia et memoria mortis. Nam facile emendat peccata sua qui cognoscit, se semper moriturum.

4245 Tertio ille loquitur recte in confessione, qui loquitur *lacrymabiliter* cum proposito placandi Deum. Et de hoc potest intelligi quod dicitur in hodierno Evangelio: *Apprehendens cum de turba scorsum, misit digitos suos in auriculas eius, et exspuens tetigit linguam eius; et suscipiens in coelum, ingenuit et ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. Et statim*

aperit sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte. Glossa exponit sic: *Educit Dominus infirmum de turba*, cum mentem languidam peccatis visitando illustrat et a consuetate conversationis moribus revocat et ad sequenda praecepta sua provocat; *digitos suos in auriculas mittit*, cum per dona Spiritus sancti aures cordis ad intelligenda et suscipienda verba salutis aperit; *spatum*, quod de Domini capite descendit, divinae sapientiam significat; cuius illapsus humana ignorantia solvitur; *suscipiens in coelum, ingenuit*, ut per hoc doceat thesaurum nostri cordis in coelum erigere, quod per compunctionem et lacrymationem cordis a frivola carnis laetitia purgatur; quia tunc *statim aperiantur aures*, ad audiendam vocem divinae comminationis, cuius timore solvitur vinculum peccati per contritionem; et loquitur recte, sine duplicitate per perfectam confessionem, cuius loquela miro modo Deus misericors placatur. Et ista expositio quasi tota extrahitur de Glossis, Rogemus, etc.

Varia de tempore salutis.

4246 **Q**uod se moriturum semper cogitat, nullum tempus otiosum transire permittit (TERTIUS). Noli ergo nec minimum aeternae salutis animae tuae procurandae occasione miserabiliter negligere; noli requiem quaerere in exilio, non laborem finire; praesens defatigatio, transitoria haec afflictio tibi vertatur in gaudium sempiternum. Etenim, ut loquitur in vitis Patrum: *Præsens tempus labori praesidium est, futurum autem mercedi.* — Et S. Augustinus praedicabat: *Sic se habet miseria conditionis humanae et Dei miseratio, ut prius sit tempus iustitiae, postea felicitatis; prius sit tempus laboris, postea felicitatis.* — Et alibi: *Dei sibi tempora ordine suo succedunt, tempus fletus et tempus ridendi; nec se circumveniat, fratres, nec est in hoc mundo tempus ridendi.* — *O Maria, a nequitate salutis et utilitatis eripe me!*

FERIA QUINTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri

IN MARG. CAP. 7.

Uter iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines decapoleos. Decapolis est (ut ipso nomine probatur) regio decem urbium trans Iordanem ad Orientem, circa Hippum et Pellem et Gadarum, contra Gallilaeam. Quod ergo dicitur quod Dominus venit ad mare Galilaeae, inter medios fines Decapoleos, non ipsos fines Decapoleos eum intrasse significat. Neque enim mare transnavigasse dicitur, sed potius ad mare usque venisse, atque ad ipsum pervenisse locum qui medios fines Decapoleos longe trans mare positos respiciebat.

Et adducit ei surdum et mutum: et deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Surdus et mutus est, qui nec aures audiendis Dei verbis, nec os aperit proloquendis: quales necesse est, ut hi qui loqui iam et audire divina eloquia longo usu didicerunt, Domino sanandos offerant: quatenus eos quos humana fragilitas nequit, ipse gratiae suae dextera salvet.

Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas. Prima salutis lanua est infirmum apprehendente Domino de turba seorsum educi. Apprehendens namque infirmum de turba seorsum educit, cum mentem peccatis languidam visitatione suae pietatis illustrans, a consuetis humanae conversationis moribus avocet, atque ad sequenda praecceptorum suorum itinera provocat. Mittit digitos suos in auriculas, cum per dona sancti Spiritus aures cordis ad intelligenda ac suscipienda verba salutis aperit. Namque digitum Dei ap-

pellari Spiritum sanctum, testatur ipse Dominus, cum dicit Iudaeis: *Si ergo in digito Dei eicio daemonia, filii vestri in quo eicio?* Quod exponens alius Evangelista dicit: *Si ego in spiritu Dei eicio daemonia.* Quo nimirum digito et magi in Aegypto superati sunt a Moysae dicentes, *Digitus Dei est hic: et lex in tabulis scripta est lapideis*, quia per donum sancti Spiritus et ab insidiis defendimur hominum, sive spirituum malignorum, et in agnitione divinae voluntatis erudimur. Digtus ergo Dei in auriculis missi eius qui sanandus erat, dona sunt sancti Spiritus, quibus corda quae a via veritatis aberraverant, ad scientiam salutis audiendam, discendamque revelat. Et quia cognitam veritatis lucem sequi confessio debet, apte subiungitur:

Et expuens tetigit linguam eius. Expuens quippe Dominus linguam tangit aegroti, cum ad confessionem fidei ora catechizatorum instruit. Sputum namque Domini, saporem designat sapientiae, quae teste viro sapiente loquitur. *Ego ex ora Altissimi proditri prinogenita.* Unde et illi sputo eius terrae commixto, caecus natus illuminatur. Sputum etenim quod ex capite Domini descendit, divinam eius naturam quae ex Deo est: portio terrae cui idem sputum immiscuit, humanam quae ex hominibus assumpta est, designat. Et per medicamentum ex sputo suo ac terra compositum, oculos caeci nati aperuit, quia genus humanum per confessionem utriusque suae naturae ab ingentis errorum suorum tenebris eruit. Expuens ergo Dominus, linguam muti ut loqui valeat tangit, cum ora diu bruta ad verba sapientiae proferenda contactu suae pietatis informat. Bene autem subditur:

Et suscipiens in coelum, ingemuit: et ait illi: Ephphetha: quod est adaperire. Suscipit

namque, in coelum, ut inde mutis loquelam, inde surdis auditum, inde cunctis infirmitatibus medelam doceret esse quaerendam. Ingemuit autem, non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere a Patre, qui cuncta petentibus donat cum Patre, sed ut nobis gemendi daret exemplum, cum vel pro nostris vel pro nostrorum erratibus proximorum supernae pietatis praesidia invocamus. Quod autem ait: *Ephphetha, id est adaperire*: ad aures proprie pertinet. Aures etenim ad audiendum apertendae, lingua vero ut loqui posset, a retinaculis erat suae tarditatis solvenda: unde et subditur:

Et statim apertae sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte. Ubi utraque unius eiusdemque mediatoris Dei et hominum natura manifeste distincta est. Suscipiens enim in coelum quasi homo Deum precaturus ingemuit, sed mox uno sermone quasi divina potens maiestate curavit. Bene autem dicitur de eo, cuius Dominus aperuit aures, ac linguae vinculum solvit, quia loquebatur recte. Ille etenim solus recte loquitur, sive Deum confitendo, seu aliis praedicando, cuius auditum ut coelestibus possit auscultare et obsecundare mandatis, divina gratia referat, cuius linguam Dominus tactu sapientiae, quae ipso est, ad loquendum instituit. Talis autem merito potest dicere cum Psalmista: *Dominus labia me aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.* Et cum Isaias: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est, verbo.* Erigit mane, nimis erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistram.

Et praecipit illis ne eui dicerent. Quanto autem eis praecipiebat, tanto magis plus praedicabant, et eo amplius admirabantur dicentes, Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui. Si sciebat eos,

sicut ille qui notas habebat et praesentes et futuras hominum voluntates, tanto magis praedicaturos, quanto magis ne praedicarent eis praecipiebat, ut quid hoc praecipiebat, nisi quia pigris volebat ostendere, quanto studiosius, quantoque ferventius eum praedicare debeant, quibus iubet ut praedicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant?

Varia de tempore salutis.

VAE, vae tibi, qui mundanis implicatus, artem non cogitas! Tu comedendo, bibendo, iocando, ridendo, et otiose vivendo, perdis tempus, quod tibi indulserat Deus ad acquirendam gratiam, et ad promerendam gloriam. (HEGO A. S. VIET.)
* Tempus transit, iudicium tuum appropinquat. (DIORNA.) Heu! sicut amissum ac praeteritum tempus alterius revocari non potest, ita nec illa quidem quae perierunt emolumenta restitui. (BOSSU. CASSA.) — O stulte, si vel parum argenti amiseris, id omnino dampnum appellas: sin totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil amississe opinaris. (S. CORYSANTON.) — Quapropter, serve piger, memento quod tempus breve est. (I. COH. VII. 29.) cum timore et tremore novissima tua recogita; et redime tempus desperitiam: non defraudabis a die bono, et particula boni doni non te praeterat. (ECCL. XIV. 14.) — O Maria, ab oblivione aeternitatis libera me!

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae a Villanova.
IN DOM. XI. POST. PENT. CONCILIO.

Adducit ei surdum et mutum, et deprecabantur eum ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, et expuens tetigit linguam eius. Et suscipiens in coelum, ingemuit, et ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. Et statim apertae sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte. Fecit lutum, hincit

aures, levavit oculos, ingemuit. Ad quid tot caeremonias surdo, cum solo verbo mortuum suscitavit? Surdi omnes nos; non audimus voces creaturarum Dominum venerantium. Gregorius: Omnia elementa Auctorem suum testata sunt, Deum coeli esse cognoverunt, quia in nativitate eius stellam protinus miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis suis se calcabile praebuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis suae radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos, quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc quem Deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc obdurati peccatores, audire noluerunt. Nihil peccatore turdius. Non lapis, non mortuus, non vel ipsum nihil. Ecce moritur Dominus: clamat in cruce; non audiunt Iudaei. Scinduntur lapides, officium cordium exercent. O corda saxa duriora! Clamat Dominus: *Lazare veni foras*; exit quadriduanus. Et in iudicio: *Veni hora, quando mortui audient vocem Filii Dei: A qui audiverint vivent*. In principio creationis, dixit: *Fiat lux, et facta est lux*: Ecce ego Domine. Vocavit firmamentum, et de nihilo exiit: Ecce ego Domine. Dixit: *Fiat sol*; et factus est. Audivit sub nihilo vocem Dei sol. *Vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt*.

4266 O peccator! Tu solus surdus es ad omnem vocem Dei? Isaias: *Quis surbus nisi ad quos multos meos nisi?* Clamat Deus per creaturas, clamat in corde per inspirationes, et nemo audit, nemo respondet. O quantos clamores sol, et coelum, et aliae creaturae dant! Ait sol: Ecce ego tam formosa creatura a principio inditam legem servo; ad solum nutum eius omnia vivifico. Coelum ait: Ego motum et legem eius quotidie uni-

formem servo. Et tu homo solus mandata contemnis? Quid sine me potes, o fragilis homo? Psalmus: *Furor illis seculum similitudinem serpentis: Sicut aspidis surdae, et obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium, et benefici incantantis sapienter*. P. Augustinus: Marsus dum incantat, ut educat aspidem de tenebrosa caverna: utique in lucem vult educere; illa autem amando tenebras suas, quibus se involuta occultare dicitur, recusans etiam audire illas voces, quibus se cogi sentit, alidit unam autem terrae, et de cauda obturat alteram; atque ita voces illas quantum potest, evitans; non exit ad incantantem. Huc similes dixit Spiritus Dei quosdam non audientes verbum Dei. Et non solum non audientes, sed omnino, ut non valeant audire, facientes. Factum est hoc in primis temporibus fidei. Stephanus Martyr praedicabat veritatem, et tanquam tenebris mentibus, ut eas in lucem educeret, incantabat. Ubi venit ad commemorationem Christi, quem illi omnino audire nollent, quid de eis Scriptura dicit? Quid de illis narrat? *Continuerunt*, clausurunt, inquit, *aures suas*. Quid autem postea fecerint passio Stephani narrat aequa declarat. Non erant surdi, sed fecerunt se surdos. Quia enim aures in corde patentes non habebant, violentia tamen verbi per aures carnis irruens, etiam ipsis auribus cordis vim faciebat: eleuserunt et aures corporis, et ierunt ad lapides. Ecce aspidem surdae duriores lapidibus, quibus incantantem suam lapidaverunt, non audientes vocem incantantis sapienter. Quae de surdo, haec de mutis dicta intelligantur. Nam quia surdi, ideo muti ad laudes Dei et gratias. Oportet ergo humiliari, levare oculos, gemere, suspirare ut sensus aperiantur.

Varia de tempore salutis.

1857 Nunc omne tempus vitae huius, quo delictis tui videtur, quasi mortis unius somnus est, ad aeternitatis comparationem? (S. LAUR. IUSTIN.). — Et tamen non est hoc tempus dormiendi sed vigiliandi, ne thesaurum nostrum amittamus, ne a praemio excludamur aeterno. Si quidem nihil proficiamus tempore, sed hinc nihil hodie vilius estimatur: transeant dies salutis, et nemo cogitat, nemo sibi non reditura momenta periculi causatur. (S. BERNARD.). — Nihil aequae tam nostrum, tanquam proficuum ad merendum caelestia, quam tempus: miseremur nobis indultum est, quatenus per commendabilia opera, ipso mediante, vitam mereamur aeterno (S. LAUR. IUSTIN.). Ergo ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant. (IACOB. 1, 35).

4287 O piger stultissimus, tuae salutis immemor, veniet, veniet necessitatis hora, quando quanti sit praesens tempus noscitur, non ad meritum, sed ad supplicium. (S. LAUR. IUSTIN.). — O anima vanitatis amatrix! nunc tempus est valde preiosum; sed proci doli! quod hoc utilis non exspectis, in quo promereri vales, ante aeternitatem vivas: veniet quando unum diem ses horam pro commendatione desiderabis, et necesse an impetrabis. (KERVIN.). — O si quis haberet plenam notitiam, et apertos oculos, intellecta comprehenderet temporis brevitate (S. THOM. A VILLANOVA). — O Maria, a levitate mentis et cordis libera me!

SABBATO

Homilia S. Thomae a Villanova.

IN DOM. XL. POST PENT. CORCIVO.

4287 **D**IGNA bene fecit. Bonus Deus non potuit facere nisi bona; quoniam *arbor boni, fructus bonos facit*. Fuerunt autem per se singula creata bona, et simul entia optima propter ordinem universi, qui addit ad singularem bonitatem decorem nimium. Tangitur hoc in littera Genesis primo. *Dixit vero Deus, fiat lux, et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona. Dixit Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum et appareret arida. Et factum est ita. Et vocavit*

*Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellavit maria. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam viventem... Et vidit Deus quod esset bonum. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli... Et vidit Deus quod esset bonum. Dixit etiam Deus: Producant aquae reptile animae viventis et volatilis... Et vidit Deus quod esset bonum. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem... Et vidit Deus quod esset bonum. Ecce quomodo seorsim quidem singula declarentur bona a Summo Bono. Sed de omnibus simul quid dicitur? *Vidit Deus cuncta quae fecerat: Et erat valde bona*. Comparatio. Quia licet quaelibet chorda instrumenti bona per se; sed iuncta aliis optima facit harmoniam. Sic, si rerum ordinem cognosceremus, nihil superfluum, nihil diminutum; omnia suis locis et temporibus accommodata, mirabilem faciunt harmoniam. Si motus coeli, et ordinem, et influentias astrorum, et inferiorum inde surgentium virtutes; optima melodia. Intellexisti? Gaudium accidentale de hoc Beatis. Quilibet nostrum suorum temporum videt vicissitudines; quasi unam chordam tangit: in die iudicii, quando omnia luce clarescent, et rerum dispositiones, et ordo apparebit tunc, tunc mirabilis facies rerum monstrabitur, et temporum harmonia. Sicut, si essent hic multae pulchrae imagines, nec apparenter; incenso lumine omnes admiraremur. Modo in tenebris sumus, tunc aperta et occulta cordium panduntur, et iudicia Dei cognoscuntur, quae modo abscondita sunt. Unum tamen mirabile ponderat Ambrosius, quod de solo homine non dicitur: *Et erat valde bonum*. Cur hoc de speciosissima omnium creatura corporali tacuit Dominus? Quia bonitas hominis, non in fabrica, sed in opere. Expectavit opus, ut laudaret.*

4260 Sed si Deus bene omnia fecit, cur non fecit hominem impeccabilem, aut gloriosum? Nonne melius esset Iudici, facere ut non essent latrones, si posset, quam parare furcas in supplicium latronum? Solutio S. Thomae: Deus fecit res optimas, sed non optimas. Potuit enim facere meliores, sed non poterat fieri melius, non ad objecta, sed ad artem attendentes. Perfectior fuisset homo in gratia confirmatus, aut beatus creatus et melior; sed melius fuit fieri viatorem et peccabilem: propter quatuor. Primo, quia sic expediebat homini, ut cooperaretur ad suam beatitudinem, et voluntate, non necessitate bonus esset. Exemplum. Imperator potest filiis dare triumphum; sed non est gratum, neque gloriosum triumphare sine bello, ideo propter hanc gloriam exponitur periculo belli. Secundo, propter Dei Sapientiam, unde est ordo rerum. Quia secundum Platonem, Sapientis est ordinare. Decuit enim mala esse in mundo, ut malum oppositum bono, faceret bonum illustrius. Non esset virginitas laudabilis, si nulla esset corrupta. Et sicut nigrum oppositum albo, facti albus, ita malum oppositum bono. Deus ergo mala ipsa sic ordinat, ut faciat ea intra ordinem bonorum non per se, sed Deo disponente. Exemplum. Sicut, si plueret in facie mulieris modica nigredo vel naevulus; non de se, sed propter ordinem, licet de se sit foeditas, est tamen propter ordinem pulchritudo. Solent etiam boni musici uti falsis consonantis, et propter artem fiunt optima. P. Augustinus, et S. Thomas dicunt, quod malum culpae non per se de ordine universi, sed per accidens. Exemplum. Si in vase pulchro Regis invidus frangat ansam aream, et Rex loco eius, ponat lapidem pretiosum; pulchrius erit vas post fracturam quam ante; sed fractura

mala fuit, quamvis ordinata Rege per accidens secutum est bonum ex malo. Nullum est malum inordinatum, ordinatur per poenam hic, aut in futuro. Tertio: Ad ostendam Dei misericordiam ut incarnaretur. Quarto: Ad ostendam Dei iustitiam et severitatem, quae est pars bonitatis Dei.

Varia de tempore salutis.

Dicitur tempus habere operum bonum (Gal. 4:10). Et hoc tempus enim breve est. Etenim a aeternitati comparata, brevis est omnium temporum longitudo. (S. Hieron.). Exiguum temporis periculi, aeternitatis est pretium fidei. — Praesens quare, nihil stat: quod dixi, iam non est: quod dicturus sum, nondum est: quod vixi, iam non est: quod victurus sum, nondum est (S. Aug.). — Tristitia et angustia retriatio pigri, siquidem a nihil pretiosius tempore, et nulla poena amarior, quam amissio temporis recordatio. (THEOPHYLUS). — O Maria, a semitis ortus, educ me!

DOMINICA XII. POST PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. Luc. X. 22-37.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quae vos videtis. 22. Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt; et audire quae auditis, et non audiverunt. 23. Et ecce quidam Legisperitus surrexit testatus illum, et dicens: Magister quid faciendo vitam aeternam possidebo? 24. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? 25. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut teipsum. 26. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac et viues. 27. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? 28. S. sapiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: et plagis impositis abierunt semivivo relicto. 29. Accidit autem ut nocturnus quidam descenderet eodem via: et viso illo praeteriit. 30. Similiter et Levita, cum esset secus locum, et videret eum, pertransiit. 31. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: et videns eum, misericordia motus est.

34. Et approprians alligavit vulnera eius, infundens oleum, et vinum: et imponens illum in interitum suum, duxit in stabulum, et curam eius egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe: et quaecumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? 37. At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, et tu fac similiter.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri. IN LUC. CAP. X.

Recurrens ad discipulos suos dixit: Beati oculi, qui vident, quae videtur, etc. Non oculi Scribarum et Phariseorum, qui corpus tantum Domini videre, sed illi beati oculi, qui eius possunt cognoscere sacramenta, de quibus dicitur: Et revelasti ea parvulis. Beati oculi parvulorum, quibus et se et Patrem Filium revelare dignatur. 4263 Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre, quae vos videtis, et non viderunt, et audire, quae auditis, et non audiverunt: Abraham exsultavit, ut videret diem Christi, et vidit et gavisus est. Isaia quoque, et Michaeas, multi alii prophetae viderunt gloriam Domini, qui et propterea videntes sunt appellati. Sed hi omnes a longe aspicientes et salvantes per speculum et in aenigmate viderunt. Apostoli autem impraesentiarum habentes Dominum, conversentesque ei, et quaecumque voluissent interrogando discentes, nequaquam per angelos aut varias visionum species opus habebant doceri. Quos vero Lucas multos prophetas et reges dicit, Mathaeus apertius prophetas et iustos appellat. Ipsi sunt enim reges magni, quia temptationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo praeesse noverunt. 4264 Et ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans eum, et dicens: Magister quid faciendo vitam aeternam possidebo? Legisperitus, qui de vita aeterna Dominum tentans interrogat, occasionem, ut reor, tentandi de ipsis Domini sermonibus

sumpsit, ubi ait: Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Sed ipsa sua tentatione declarat, quam vera sit illa Domini confessio, qua Patri loquitur: Quod abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua, et proximum tuum, sicut te ipsum. Dum Legisperito respondet, perfectum nobis Salvator iter vitae coelestis ostendit. Cui primo de dilectione Dei et proximi legis scripta proponenti dicit: Recte respondisti: Hoc fac, et viues. Deinde post inductam parabolam respondenti, illum fuisse proximum vulnerato, qui fecit misericordiam in illum, adiecit: Vade, et tu fac similiter, id est, tali misericordiae studio proximum tuum necesse habentem diligere et sustentare memento. Apertissime declarat, solam esse dilectionem, et ipsam non verbo tenus ostentatam, sed operis executione probatam, quae perpetuam ducat ad vitam. 4267 Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Quanta inanis gloriae dementia? Legisperitus ob vulgi favorem captandum, quo sapienter respondisse lactaretur, primum se legis fatetur ignorare mandatum, vere iuxta Salvatoris sententiam, sapiens et prudens in lege, sed quia non humiliari cum parvulis Christi, sed seipsum iustificare desiderat, beatos oculos columbarum innocentiae lacte loturum, quibus Christi arcana videre posset, accipere recusans. Cui profecto Dominus ita responsum temperavit suum, ut omnem, qui misericordiam faceret, cullibet proximum doceret, et tamen haec eandem parabola, specialiter ipsum Dei Fi-

4260 Sed si Deus bene omnia fecit, cur non fecit hominem impeccabilem, aut gloriosum? Nonne melius esset Iudici, facere ut non essent latrones, si posset, quam parare furcas in supplicium latronum? Solutio S. Thomae: Deus fecit res optimas, sed non optimas. Potuit enim facere meliores, sed non poterat fieri melius, non ad objecta, sed ad artem attendentes. Perfectior fuisset homo in gratia confirmatus, aut beatus creatus et melior; sed melius fuit fieri viatorem et peccabilem: propter quatuor. Primo, quia sic expediebat homini, ut cooperaretur ad suam beatitudinem, et voluntate, non necessitate bonus esset. Exemplum. Imperator potest filius dare triumphum; sed non est gratum, neque gloriosum triumphare sine bello, ideo propter hanc gloriam exponitur periculo belli. Secundo, propter Dei Sapientiam, unde est ordo rerum. Quia secundum Platonem, Sapientis est ordinare. Deicit enim mala esse in mundo, ut malum oppositum bono, faceret bonum illustrius. Non esset virginitas laudabilis, si nulla esset corrupta. Et sicut nigrum oppositum albo, facti albus, ita malum oppositum bono. Deus ergo mala ipsa sic ordinat, ut faciat ea intra ordinem bonorum non per se, sed Deo disponente. Exemplum. Sicut, si plueret in facie mulieris modica nigredo vel naevulus; non de se, sed propter ordinem, licet de se sit foeditas, est tamen propter ordinem pulchritudo. Solent etiam boni musici uti falsis consonantis, et propter artem fiunt optima. P. Augustinus, et S. Thomas dicunt, quod malum culpae non per se de ordine universi, sed per accidens. Exemplum. Si in vase pulchro Regis invidus frangat ansam aream, et Rex loco eius, ponat lapidem pretiosum; pulchrius erit vas post fracturam quam ante; sed fractura

mala fuit, quamvis ordinata Rege per accidens secutum est bonum ex malo. Nullum est malum inordinatum, ordinatum per poenam licet, aut in futuro. Tertio: Ad ostendam Dei misericordiam ut incarnaretur. Quarto: Ad ostendam Dei iustitiam et severitatem, quae est pars bonitatis Dei.

Varia de tempore salutis.

Dicitur tempus habere operum bonum (Gal. 4:10). Et hoc tempus enim breve est. Etenim aeternitati comparata, brevis est omnium temporum longitudo. (S. Hieron.). Exiguum temporis periculi, aeternitatis est pretium fidei. — Praesens quare, nihil stat: quod dixi, iam non est: quod dicturus sum, nondum est: quod vixi, iam non est: quod victurus sum, nondum est (S. Aug.). — Tristitia et angustia retriatio pigri, siquidem a nihil pretiosius tempore, et nulla poena amarior, quam amissio temporis recordatio. (TERTIEMIUS). — O Maria, a semitis ortus, educ me!

DOMINICA XII. POST PENTECOSTES

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.
Luc. X. 22-37.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quae vos videtis.
22. Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt; et audire quae auditis, et non audiverunt.
23. Et ecce quidam Legisperitus surrexit testatus illum, et dicens: Magister quid faciendo vitam aeternam possideo?
24. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?
25. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut teipsum.
26. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac et viues.
27. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?
28. S. sapiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: et plagis impositis abierunt semivivo relicto.
29. Accidit autem ut nocentius quidam descenderet eodem via: et viso illo praeteriit.
30. Similiter et Levita, cum esset secus locum, et videret eum, pertransiit.
31. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: et videns eum, misericordia motus est.

34. Et approprians alligavit vulnera eius, infundens oleum, et vinum: et imponens illum in interitum suum, duxit in stabulum, et curam eius egit.
35. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe: et quaecumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi.
36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?
37. At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, et tu fac similiter.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN LUC. CAP. X.

Et conversus ad discipulos suos dixit: Beati oculi, qui vident, quae videtur, etc. Non oculi Scribarum et Phariseorum, qui corpus tantum Domini videre, sed illi beati oculi, qui eius possunt cognoscere sacramenta, de quibus dicitur: *Et revelasti ea parvulis*. Beati oculi parvulorum, quibus et se et Patrem Filium revelare dignatur.

Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre, quae vos videtis, et non viderunt, et audire, quae auditis, et non audiverunt: Abraham exsultavit, ut videret diem Christi, et vidit et gavisus est. Isaia quoque, et Michaeas, multi alii prophetae viderunt gloriam Domini, qui et propterea videntes sunt appellati. Sed hi omnes a longe aspicientes et salvantes per speculum et in aenigmate viderunt. Apostoli autem impraesentiarum habentes Dominum, conversentesque ei, et quaecumque voluissent interrogando discentes, nequaquam per angelos aut varias visionum species opus habebant doceri. Quos vero Lucas multos prophetas et reges dicit, Mathaeus apertius prophetas et iustos appellat. Ipsi sunt enim reges magni, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo praeesse noverunt.
Et ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans eum, et dicens: Magister quid faciendo vitam aeternam possideo? Legisperitus, qui de vita aeterna Dominum tentans interrogat, occasione, ut reor, tentandi de ipsis Domini sermonibus

sumpsit, ubi ait: *Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis*. Sed ipsa sua tentatione declarat, quam vera sit illa Domini confessio, qua Patri loquitur: *Quod abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis*.

At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua, et proximum tuum, sicut te ipsum. Dum Legisperito respondet, perfectum nobis Salvator iter vitae coelestis ostendit. Cui primo de dilectione Dei et proximi legis scripta proponenti dicit:

Recte respondisti: Hoc fac, et viues. Deinde post inductam parabolam respondenti, illum fuisse proximum vulnerato, qui fecit misericordiam in illum, adiecit: *Vade, et tu fac similiter*, id est, tali misericordiae studio proximum tuum necesse habentem diligere et sustentare memento. Apertissime declarat, solam esse dilectionem, et ipsam non verbo tenus ostentatam, sed operis executione probatam, quae perpetuam ducat ad vitam.

Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Quanta inanis gloriae dementia? Legisperitus ob vulgi favorem captandum, quo sapienter respondisse lactaretur, primum se legis fatetur ignorare mandatum, vere iuxta Salvatoris sententiam, sapiens et prudens in lege, sed quia non humiliari cum parvulis Christi, sed seipsum iustificare desiderat, beatos oculos columbarum innocentiae lacte loturum, quibus Christi arcana videre posset, accipere recusans. Cui profecto Dominus ita responsum temperavit suum, ut omnem, qui misericordiam faceret, cullibet proximum doceret, et tamen haec eadem parabola, specialiter ipsum Dei Fi-

lium, qui nobis per humanitatem proximus fieri dignatus est, designare. Neque enim ita proximum, quem sicut nos diligere iubemur, super Christo interpretari debemus, ut moralia mutuae fraternitatis instituta sub allegoriae regulis extenuare et auferre conemur.

4268 *Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho.* Homo iste, Adam intelligitur in genere humano. Ierusalem civitas pacis illa coelestis, a cuius beatitudine lapsus, in hanc mortalem miseramque vitam devenit. Quam bene Iericho, quae luna interpretatur, significat variis videlicet defectuum laboribus, erroribusque semper incertam.

4269 *Et incidit in latrones.* Latrones, diabolus et angelus eius intellige, in quos, quia descendebat, incidit. Nam nisi prius intus intumesceret, foris lentatus tam facile non caderet. Vera est enim satis sententia quae dicit: *Ante ruinam quoniam exaltatur cor.*

4270 *Qui etiam despoliaverunt eum.* Gloria videlicet immortalitatis et innocentiae veste privarunt. Haec est enim prima stola, quae iuxta aliam parabolam luxuriosus filius per poenitentiam rediens ornatur, et qua protoplasti amissa, cognoverunt esse se nudos, tunicasque pelliceas naturae mortalis induti sunt.

4271 *Et plagis impositis, abierunt, semivivo relicto.* Plagae, peccata sunt, quibus naturae humanae integritatem violando, seminarium quoddam (ut ita dicam) augendae mortis, fessis indidere visceribus. Abierunt autem, non ab insidiis aliquatenus cessando, sed earumdem insidiarum fraudes occultando. Semivivum reliquerunt, quia beatitudinem vitae immortalitatis exuere, sed non sensum rationis abolere valuerunt. Ex qua enim parte sapere et cognoscere Deum potest, vivus est homo. Ex qua vero peccatis

contabescit et miseria deficit, mortuus idem, letiferoque est vulnere foedatus.

4272 *Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via, et viso illo proterivit. Similiter et Levita, cum esset secus locum, et videret eum, transiit.* Sacerdos et Levita, qui viso saucio transierunt, sacerdotium et ministerium veteris testamenti est, ubi per legis decreta mundi languentis vulnera monstrari tantum, non autem curari poterant, quia impossibile erat (ut Apostolus ait) sanguine vitulorum et agnorum, et hircorum auferri peccata.

4273 *Samaritanus autem quidam iter transiens, venit secus eum, et videns eum misericordiam motus est.* Samaritanus, qui interpretatur custos, Dominum significat, cui rectissime Propheta, ne hos latrones possit incurere, supplicat: *Custodi me, inquit, a laqueo, quem statuerunt mihi, et ab scandalis operantium iniquitatem.* Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendens de caelo, vitae praesentis iter arripuit, et venit secus eum, qui vulneribus tabescebat inflicti, id est, in similitudinem hominum factis, et habitu inventus ut homo, compassionis nostrae susceptione finitimus, et misericordiae factus est consolatione vicinus.

4274 *Et approprians alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum.* Peccata, quae in hominibus invenit, redarguendo cohibuit, spem veniae poenitentibus, terrorem poenae peccantibus incutiens. Alligat enim vulnera, dum praecipit: *Poenitentiam agite.* Infundit oleum, dum addit: *Appropinquavit enim regnum colorum.* Infundit et vinum, dum dicit: *Omnis labor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.*

4275 *Et imponens illam in asinum suum, duxit in stabulum, et curam eius egit.* Iumentum eius est caro, in qua ad nos venire dignatus est. In quo saucium imposuit, quia peccata nostra ipse portavit

in corpore suo super lignum: et iuxta aliam parabolam inventam, quae erraverat ovem, humeris suis impositam, reportavit ad gregem. Itaque imponi iumentum, est in ipsam incarnationem Christi credere, eiusque mysteriis initiari, simul et ab hostis incursione tutari. Stabulum autem est Ecclesia praesens, ubi reficiuntur viatores, de peregrinatione hae in aeternam patriam redeuntes. Et bene iumentum impositum duxit in stabulum, quia nemo, nisi baptizatus, nisi corpori Christi adunatus, Ecclesiam intrabit.

4276 *Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe.* Altera dies est post Domini resurrectionem. Nam et ante quidem per Evangelii sui gratiam illuminaverat, his qui in tenebris et in umbrae mortis sedebant, sed potior resurrectione celebrata, perpetuae lucis splendor effulsit. Duo denarii sunt duo testamenta, in quibus aeterni regis nomen et imago continetur. Finis enim legis Christus. Qui altera die prolatus dantur stabulario, quia tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Altera die stabularius denarios, quorum pretio vulneratum curaret, accepit, quia Spiritus sanctus adveniens, docuit Apostolos omnem veritatem, quo genti erudiendis instare, atque Evangelium praedicare sufficerent.

4277 *Et quocumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi.* Supererogat stabularius, quod in duobus denariis non accepit, cum dicit Apostolus: *De virginibus autem praeceptum Domini non habeo, considium autem do.* Itemque: *Et Dominus ordinavit his, qui Evangelium adveniunt, de Evangelio vivere.* Sed non usi sumus hac potestate, ne quem vestram gravaremus. Cui rediens quod promiserat, debitor reddet, quia veniens in iudicio Dominus dicit: *Quia super pauca fuisti fi-*

delis, super multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui.

4278 *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum.* Iuxta litteram, manifesta est Domini sententia, nullum nobis amplius, quam qui misereatur, esse proximum, si Ierosolymitae civi, non sacerdos, non levita ex eadem gente, immo in eadem urbe nati et nutriti, sed exterae gentis accola, quia magis misertus est, factus est proximus. Sacratior autem intellectus, quoniam nemo magis proximus, quam qui vulnera nostra curavit, diligamus: eum quasi Dominum Deum nostrum, diligamus quasi proximum. Nihil enim tam proximum, quam caput membris. Diligamus etiam eum, qui imitator est Christi. Hoc est enim quod sequitur:

4279 *Et qui illi Iesus: Vade, et tu fac similiter.* Id est, ut vere te proximum, sicut te ipsum, diligere manifestes, quidquid vales in eius, vel spiritali necessitate sublevanda devotus operare.

Varia de tempore salutis.

4280 **M**ISERICORDIA fit qui tempus deperdit. Si quidem peccata, quae habemus in mundo, et nobis aliena sunt, tempus autem proprium nostrum est, si tamen illo utimur ad salutem. Illud siquidem divina nobis clementia contulit, ad plangendum errata, ad poenitentiam faciendam, ad promerendam indulgentiam, ad virtutes acquirendas, ad multiplicanda merita, ad vindicandum gratiam, ad inferni supplicia evadenda, ad aeternam gloriam consequendam. (S. Lact. Iust.) — Ergo nemo vestrum parvi aestimet tempus, quod in verbis operum sumitur otiosus. Volat verbum irrevocabile, nec advertit insipiens, quid amittat. Libet labulari, ament, donec hora praeterest. O, donec hora praeterest! quam tibi ad agendam poenitentiam, ad oblitiscendum veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miseratio Conditoris indulserat. O, donec transeat tempus! quo divinum propitiare debueras pietatem, propeare ad Angelicum societatem, suspirare ad amissam hereditatem, ex-

clare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. (S. BESS.). — *O Maria, ab omni verbo otioso libera me!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Ambrosii Episcopi

IN IUD. CAP. I. 10

1091 **A**DHAERET his lectio, qua exponuntur hi qui sibi legis periti videntur, qui verba legis tenent, vim legis ignorant; et ex ipso primo legis capitulo docet esse legis ignaros, probans quod in principio statim lex et Patrem et Filium praedicaverit, incarnationis quoque Dominicae annuntiaverit sacramentum, dicens: *Diliges Dominum Deum tuum...* Et, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* (DEUT. VI, 5; LEVIT. XIX, 18).

1092 Unde Dominus ait ad legisperitum: *Hoc fac, et vives*. At ille qui nesciret proximum suum; quia non credebat in Christum, respondit: *Quis est meus proximum?* Itaque qui Christum nescit, nescit et legem. Quomodo enim potest scire legem, cum veritatem ignoret, cum lex annuntiet veritatem.

1093 *Homo quidam ex Ierusalem descendebat in Iericho, et incidit in latrones*. Ut eum locum qui propositus est nobis, planius possimus absolvere, veterem civitatis Iericho repetamus historiam. Meminimus itaque quod Iericho, sicut legimus in libro qui inscribitur Iesu Nave, magna civitas fuerit, muralibus septa parietibus, quae non ferro pervia, non arietem posset esse penetrabilis (IOSEPH. VI, 1); in ea Rahab habitasse meretricem quae exploratores quos direxit Iesus, hospitio recepit, consilio instruxit, postulantis civibus abesse respondit, abscondit in tecto: et ut se suosque urbis excidio posset eripere, coccum in

fenestra ligavit (IOSEPH. II, 4-21): urbis autem ipsius inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotalium sono et populi iubilantis ululatu consono corruisse (IOSEPH. VI, 20).

1094 Videte quemadmodum unusquisque proprium servet officium: exploratores execubias, mysterium meretrix, fidem victor, religionem sacerdos. Hi periculum pro laude non metunt; illa susceptos nec in periculis prodit: iste sollicitus fidem magis servare quam vincere, meretricis prius mandat salutem, quam excidium civitatis: religionis autem insignia arma sunt sacerdotis. Iam illud quis non plenum putet esse miraculi, quod ex tota urbe nemo servatus est, nisi quem meretrix liberavit?

1095 Haec simplicis historia veritatis est: quae si altius consideretur, admiranda signat mysteria. Iericho enim figura istius mundi est, in quam de paradiso, hoc est, de Ierusalem illa coelesti eiectus Adam praevagationis prolapsione descendit, hoc est, de vitalibus ad infirma demigrans: cui non loci, sed morum mutatio naturae suae fecit exilium. Longe enim mutatus ab illo Adam, qui inoffensa beatitudine fruebatur, ubi in saecularia peccata defluxit, incidit in latrones: in quos non incidisset, nisi his mandati coelestis devius se fecisset obnoxium. Qui sunt isti latrones, nisi angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnumquam transfigurant in angelos lucis, sed perseverare non possunt? Hi ante dispoliant quae accepimus indumenta gratiae spiritalis, et sic vulnera inferre consueverunt; nam si intemerata quae sumpsimus indumenta servemus, plagas latronum sentire non possumus. Cave ergo ne ante nuderis, sicut Adam ante nudatus est, mandati coelestis custodia destitutus, et exutus fidei vestimento, et sic lethale vulnus accipit: in quo omne ge-

nus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens; vulnera eius acerba curasset.

1096 Non mediocri iste Samaritanus, qui eum quem sacerdos, quem levita desperaverat, non etiam ipse desperavit. Nec vocabulo sectae despicias, quem verbi interpretatione miraberis; Samaritani etenim vocabulo custos significatur. Hoc habet interpretatio. Et quis est custos, nisi ille de quo dictum est: *Custodians parvulos Dominus?* (PSAL. CXIV, 6). Itaque sicut Iudaeus alius in littera, alius in spiritu: ita et Samaritanus, alius foris, alius in occulto. Hic ergo Samaritanus descendens quis est? Scilicet: *Qui descendit de caelo, et qui ascendit in caelum, Filius hominis qui est in caelo?* (IOAN. III, 13). Videns semivivum, quem nemo poterat ante curare, sicut illam quae cursu sanguinis profluens, in medicis erogaverat omne patrimonium suum: *Veni secus eum* (LEC. VIII, 44), hoc est, factus est compassionis nostrae susceptione finitimus, et misericordiae collatione vicinus.

1097 *Et alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum*. Multa medicamenta medicus habet iste, quibus sanare consuevit. Sermo eius medicamentum est. Alius eius sermo constringit vulnera, alius oleo fovet, alius vinum infundit. Constringit vulnera austeriore praecepto, fovet remissione peccati, sicut vino compungit denuntiatione iudicii.

1098 *Et imposuit, inquit, in iumentum suum*. Audi quomodo te imponat: *Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolat* (IS. LIII, 4); et pastor imposuit ovem lassam super humeros suos (LEC. XV, 5). Homo enim iumento similis factus est; et ideo supra iumentum suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus et mulus; ut per nostri corporis assumptionem infirmitates nostrae carnis aboleret.

Denique duxit nos in stabulum, qui eramus iumenta. Est autem stabulum, in quo fessi longo itinere succedere solent. Duxit itaque in stabulum Dominus, *Qui suscitavit a terra inopem, et de stercore erexit pauperem* (PSAL. CXII, 7).

1099 *Et curam egit*; ne aeger ea quae acceperat, nequamquam praecepta servaret. Sed non vacabat Samaritanum huic diu in terris degere: redeundum eo erat, unde descenderat. Itaque: *Altero die*.

Varia de tempore salutis.

1100 **S**i non viglaveris, veniet ad te mors tanquam fur; fur etiam ad hoc venit, ut thesaurum indolenter custoditum tollat. Thesaurus utique indolenter custoditus est pretiosissimum teipsum, quod merito Dominus peccatori tollit, quia illud male vivendo in luero non ponit (S. BESS.). Unde Matth. XIII, dicitur: *Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit: qui autem non habet, et quod habet, auferetur ab eo*. Habet utique iustus tempus, quod bene expendit; huic tempus habenti, tempus in fine datur, et spatium cogitandi, et etiam purgandi conscientiam suam; et abundavit, scilicet plenitudine vera, venia magna, gratia larga, et gloria infinita. Ille vero non habet, qui male vivendo amittit pretiosissimum tempus; et divino iudicio, et diabolico opere fit ut, sicut peccator atque tempus eum vivet, amittit; sic stultissime in incerto tempore mortis speret, his quod, dum tempus poenitentiae in fine se sperat habere, digno iudicio Dei per incertitatem, vel subitanam mortem spatium poenitendi non valeat obtinere (V. LOAN.). — *O Mater misericordiae, a subitanea et improvise morte libera me!*

FERIA TERTIA

Homilia S. Ambrosii Episcopi

IN IUD. CAP. 10

1101 **A**LTERO die. Quis est iste alter dies, nisi forte ille Dominicae resurrectionis, de quo dictum est: *Hic est dies quem fecit Dominus?* (PSAL. CXVII, 24).

1102 *Protulit duos denarios, et dedit stabu-*

larior, et ait: *Curam illius habe.* Qui sunt isti duo denarii, nisi forte duo Testamenta, quae imaginem in se habent aeterni regis expressam, quorum pretio vulnera nostra curantur? Redempti enim sumus pretioso sanguine; ut ultimae mortis ulceram vitaremus.

1294 Hos ergo duos denarios (sicut hortum quoque librorum quatuor formas non absurdum sit intelligere) accipit stabularius. Quis? ille forsitan qui ait: *Aestimo ut servora, ut Christum lucrificiam* (PULPH. III, 8); quo curam haberet hominis vulnerati. Stabularius itaque ille est qui dixit: *Misi me Christus evangelizare* (I COR. I, 17). Stabularii sunt illi quibus dicitur: *Ita in orbem universum, et praedicate Evangelium universae creaturae: et qui crediderit et baptizatus fuerit, hic salvus erit* (MARC. XVI, 15-16), salvus utique a morte, salvus a vulnere quod infixum est a latronibus. Beatus ille stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille qui dicit Iesus:

1295 *Quodcumque supererogaveris, revertens reddam tibi.* Bonus dispensator, qui etiam supererogat. Bonus dispensator Paulus, cuius sermones et epistolae veluti ei rationi quam acceperat, supererollunt. Moderatum Domini mandatum prope immoderato labore mentis et corporis executus, ut multos ab aegritudine gravi spiritalis alloqui dispensatione relevaret. Bonus ergo stabularius stabuli eius in quo agnovit asina praesepa Domini sui, et in quo grex clauditor agnorum; ne frementibus ad caulas rapacibus lupis, facilis in ovilia sit incursum.

1296 Spondet ergo mercedem se redditurum. Quando revertetur, Domine, nisi in iudicii die? Nam licet ubique sis semper, et stans in medio nostrum, non certaris a nobis, erit tamen tempus quo universa caro te aspiciat revertentem. Reddes ergo quod debes. Beati quibus

es debitor! Utinam nos simus idonei debitores! Utinam quod accepimus, possimus exsolvere; nec nos aut sacerdotii aut ministerii munus extollat! Quomodo reddes, Domine Iesu? Promisisti quidem in caelo bonis copiosam esse mercedem (MATTH. V, 12). Reddes tamen et cum dicitis: *Euge, bone serve, quoniam super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui* (MATTH. XXV, 21).

Ergo quoniam nemo magis proximus quam qui vulnera nostra curavit, diligamus eum quasi dominum, diligamus eum quasi proximum, nihil enim tam proximum, quam caput membris; diligamus etiam eum qui imitator est Christi: diligamus eum qui inopiae alterius corporis unitate compatitur. Non enim cognatio facit proximum, sed misericordia: quia misericordia secundum naturam; nihil enim tam secundum naturam quam invare consortem naturae.

Varia de tempore salutis.

SANCtus Franciscus Salesius de se ipso scripsit: Ah! quando considero quibus haec impendit tempus Dei, magis premo angustus, timeo, ne me velit excludere ab aeterna gloria; hanc enim non nisi tempus bene impendit ad communicare intendit. — Quid ergo dicendum erit de te, serve nequam, qui tempus inutiliter profundis in ludis, recreationes, convivia, ac similes dissolutiones? — Magnis quidem vir totius suspirabat; quibus adfuit signa consentis horologii; interrogatus, cur suspiraret toties, sapienter respondit, non peram se inde affixi, quod sciret se Deo redditurum rationem, quo videlicet modo tempus impendisset, nec non de omnibus defectibus ab eo tempore commissis, quo rationis tamen habere copiasse. Ohsan. Et tu, qui tot de causis recogitare deberes et redimere animos praeritas in amaritudine cordis tui, in assiduo salutis aeternae studio, tu non times? Time, et multum time quia non times! — O Iesu, miserece mei! O Maria, intercede pro me, salva me!

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DIE III. POST PENT. SERMO 21.

1299 **B**EATI oculi, qui vident quae vos videtis, Lucae decimo.

1300 Duo tanguntur, scilicet novae gratiae mira felicitas, ibi: *Beati oculi, qui vident*; mirae felicitatis expressa dignitas, ibi: *quae vos videtis.*

1301 Dicit ergo: *Beati oculi*, Apostolorum et iustorum novae gratiae; et *beati*, inquam, quia: *purificati* divino spectaculo per pietatem theosibiae; *Psalmus: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse erexit de laqueo pedes meos. Revelati* divino radio per humilitatem disciplinae; *Genesis* quadragesimo quinto. *En, oculi vestri et oculi fratris mei, Benjamin, vident, quod os meum loquatur ad vos. Reverti* divino consortio per ubertatem devotionis internae; *Deuteronomii* trigesimo tertio: *Oculus Jacob in terra fragmenti et vini, coelique caligabunt rore. Honestati* divino exemplo per austeritatem poenitentiae; *Genesis* quadragesimo tertio: *Attolens Ioseph oculos, vir apostolicus, vidit Benjamin, fratrem suum uterinum, Christum. Commota sunt viscera eius, etc.*

1302 Qui vident experimentaliter: *Majestatem* condescendentem; *Lucae* secundo: *Videmus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Claritatem* supersplendentem; *Ioannis* primo: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. Suavitatem* rescipientem; *Psalmus: Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. Sanctitatem* aedificantem; *Eclesiastici* quadragesimo tertio: *Vide arcam et benedic enim qui fecit illam; valde speciosus est in splendore suo. Currevit coelum in circuitu gloriae suae, manus Excelsi aperuerunt illum.*

1303 *Quae vos videtis*; per industriam rationis et fidei assensum; *Exodi* tertio: *Vadam et videbo visionem hanc magnam quare non comburatur rubus. Per munditiam* cordis et intellectus donum; *Matthaei* quinto: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Per laetitudinem* mentis et fervens desiderium; *Ioannis* duodecimo: *Dixerunt illi gentiles Philippo: Domine volumus Iesum videre. Per gratiam Spiritus sancti et sapientiae gustum; Psalmus: Vocate et videte, quoniam ego sum Deus, etc.*

1304 *Dico enim vobis, quod multi, prohi et Religiosi* voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt, et audire quae auditis, et non audierunt. *Audierunt* autem Apostoli Verbum incarnatum: ipsum corde sentiendo summe harmonicum per Scripturarum veritatem; *Proverbiorum* octavo: *Beatus homo, qui audit me, etc. Olando* summe aromaticum per contemplationum aviditatem; *Eclesiastici* quadragesimo octavo: *Beati sunt, qui te viderunt et in amicitia tua decorati sunt. Degustando* summe mellifluum per unctionum suavitatem; *Iob* quarto: *Vocem quasi canae lenis audivi. Admirando* summe pulcherrimum per desideriorum multiformitatem; *Psalmus: Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.*

Varia de tempore salutis.

1305 **V**ITA nostra quasi mercatus est, cuius tempus cum aeternis, tempus amplius non erit emendi, quae velis. Non debemus perdere occasionem redimendi tempus quando nobis offertur, secus incurramus periculum perendi lucrum, quod facere potuimus, quod est omnium maximum, ac propterea dum tempus habemus aperire bonum (S. GREG. NAZIAN.). — Proterius ergo quia tempus miserime perdidimus, et eum verae emendationis propositum, dicimus cum S. Bernardo, qui ut praeteritum tempus redimeret sic Deum rogabat: De mea misera vita sume obscuro residuum amorum mortuum; pro illa vero qua vivendo perdidisti, quia perdidisti vitam, et

contritum, et humilitatum non despicias. Et cum S. Chrysologo, toto corde et firma voluntate clamemus: Vivamus Deo paululum, qui saeculo vicimus totum; dedimus corpori annum, demus animae paucos dies; tempus est ut aliquando domui laeae provideas. . .

4396 Teste S. Chrysostomo: Hemorrhoidis, licet ultima venerit, curata recessit, quia etsi aegritudine taralatur, fidei tamen voluntate volabat. Et multi ut S. Gregor. loquitur, dum se egritudine, damna praesentia lheris sequentibus compensant; dum consummati brevi explet tempora malis. Sic S. Paulus, iuxta S. Thomam (in cap. xx Math.), novissimus in ordine, primus in meritis est, quia extremus licet, plus omnibus laboravit. Et hoc modo, dicit S. Doctus, fieri potest, ut ex ser-vitute recuperetur res prius amissa. (LONDON.) — Denique in negotio salutis expansionis temporis semper prae oculis habe haec verba S. Bernardi: Considerate quam multi mori volunt; quibus si haec hora ad agendum poenitentiam concederetur, quae tibi concessa est, quomodo ad altaria, et quam festinante currerent, et ibi dixerit genibus, vel corde, toto corpore in terram prostrato tam tunc suspirarent, plorarent, orarent, donec plenissimum peccatorum veniam a Domino consequi mereantur! — O Mater Dei, memento meo nulli

FERIA QUINTA

Honilia S. Bonaventurae Episcopi
DOM. XII. POST. PENT. SERMO I.

4397 **M**AGISTER, quid faciendo vitam aeternam possidebo? Quamvis iste legis doctor tentatione proposuerit Domino verba ista, tamen propter responsum Domini subsecutum ad animarum aedificationem dedit nobis materiam proponendi ea pie et vere. Possimus ergo dicere catholice, quod in verbis istis tria tanguntur: Primum est devota recognitio fontalis sapientiae in Verbo incarnato; secundum est necessaria obligatio merendi in genere humano; tertium est finalis aviditas, quae est et debet esse in cuiuslibet hominis animo. Primum, ibi: Magister; secundum ibi: quid faciendo; tertium, ibi: vitam aeternam possidebo.

4398 Circa totum nota, quod Dominus Iesus est principalis instructor, magister et doctor; secundum Augustinum et Dionysium, in caelo et in terra. Ipse enim solus docet Angelos quantum ad novem ordines, bonos homines quantum ad choros omnes iustos sive iustorum animas spirituales, tenens ipse cathedram magistris sui in caelo et in Ecclesia, scilicet triumphanti; sedens est super sedem Maestatis aeternae. Docet maneriae praemissae: Seraphim et Apostolos experiri et contemplari sive sursum extendi ad veritatem sive charitatem sive amorem fontalem; Cherubim et Doctores experiri et contemplari sive sursum extendi ad veritatem sive splendorem originalem; Thronos et Confessores almos experiri et contemplari sive sursum extendi ad suavitatem sive saporem imperturbabilem; Dominationes et Martyres experiri et contemplari sive sursum extendi ad maiestatem inamissibilem; Principatus et pastores experiri et contemplari sive sursum extendi ad nobilitatem incomparabilem sive dignitatem sempiternalem; Possesitates et reges experiri et contemplari et sursum extendi ad victoriositatem et triumphaliter indene-gabilem; Virtutes et Virgines experiri et contemplari sive sursum extendi ad fortitudinem indefectibilem; Archangelos et praedicatorum experiri et contemplari sive sursum extendi ad claritatem honorabilem; Angelos Ecclesiae et electos communes experiri et contemplari sive sursum extendi ad libertatem delectabilem; homines et mulieres et pueros salvatos tantum meritis Crucifixi experiri et contemplari et sursum extendi ad securitatem interminabilem. Pro his omnibus et de his omnibus scribitur Isaiae quinquagesimo in persona omnis coelestis militiae simul: Dominus Deus mane, supple: aeternitatis beatae, erigit mihi aurem, intellectivae et affectivae, ut au-

diam, id est, percipiam realiter, quasi, id est vere magistrum, docentem unumquemque ordinem Angelorum et Beatorum omnia supra dicta. E contrario diabolus docet in inferno contraria et deprimit ad contraria.

4399 In terra vero sive in Ecclesia militanti docet: summos pontifices, cardinales et episcopos et praelatos alios, quomodo divino cultui, zelo et honori principali-ter intendant et populis sibi commissis verbo, exemplo, suffragio sive oratione incessanter provideant. Sacerdotes et omnes altaris ministros, quomodo Deum prae oculis habeant et castitati et laudi divinae et salutis animarum subserviant. Religiosos et Religiosas, quomodo Ordinem ament, honestatem monstrent, veritatem servant. Magistros et doctores et praedicatorum, quomodo divina et aeterna proferant et promoveant et ea quae ad coelestia elevant, doceant. Imperatores et reges et principes terrarum et dominos, quomodo alium esse Dominum universalem cognoscant, iustitiam diligant, misericordiam foveant, sanctitatem colant et pietatem in omnibus ostendant. Milites, quomodo ad coelestem militiam tendant, coelesti militiae vacent et in omnibus ad coeli milites ut ad speculum suum (oculum) habeant. Iudices et notarios et consiliarios, quomodo veritati faveant, falsitatem odio habeant, oculum ad Deum praemittant. Mercatores et artifices, quomodo sint fideles in animo, veraces in verbo, sobrii in lucrando, propitii in elemosynas faciendo. Divites, ut pro Deo elemosynas faciant et a Deo recognoscantur. Pauperes, ut patientiam habeant et ad voluntatem Dei attendant. Dominos ut modeste agant. Subditos, ut fideliter subiacent. Servos, ut humiliter subministrent. Viras, ut ordinate convivant. Uxores, ut obedienter se ha-

beant. Virgines, ut se mundas custodiant. Viduas, ut devotione se iungant. Medicos, ut condescendant. Infirmos, ut ad peccata sua et coelestia praemia oculum habeant. Sanos, ut statum suum recognoscant. De quibus omnibus et pro quibus omnibus scribitur Isaiae quadragesimo octavo: Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in via, quae ambulat; et Ioannis tertio: Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magister; et Matthaei vigesimo secundo: Magister, scimus, quia verax es et viam Dei in veritate doces, etc.

Varia de tempore salutis.

4400 **O**tu, qui relectis vanitatibus, ad vitam vis salutis redire, ora, spera, labora; et magno perfectionis desiderio, omnia temporis momente pie sancteque expendis. Noli timere, nam contigit quandoque, quod aliquis per magnum tempus vitae vivit in peccato, et hoc est tempus perditum: sed quomodo redimet, cum homo non sufficiat ad debita persolvenda? respondeo: dicendum est, quod tanto magis debet vacare operibus bonis, quanto prius institit malis. (S. THOM.) — Unde S. Bernardus ait: Tempora, quae infructuose expenditis, reparatur per fructuosissimam occupationem temporis praesentis, atque restantis, quatenus priores negligentiae, et impletas recompenstis per audentissimam conversationem temporis novulum elapsi, quo esis victuri, ne inter impios numeremini, de quibus canit Psalmista: Viri sanguinum, etc. — Et S. Anselmus: Tempus redimimus, quando antea vitam, quam lascivendo perdidimus, siendo reparamus; dum enim male agimus, tempus, in quo bene operari debemus, amittimus; sed damnatum temporis redimimus, si vitam commendamus, ut ea bona, quae viliu facere negleximus, et ea, quae tunc facere debemus, faciamus. — O Maria, fac me strenuum Christi militum. (R)

FERIA SEXTA

HOMILIA S. THOMAE A VILLANOVA.
NON. XII. POST PENT. CORCH.

Audistis Fratres charissimi, Dominum in Evangelio instruente Apostolos suos, et ad sui notitiam convertentem. Quoniam enim praesentia corporis infirma videbatur, et ipse inter filios hominum abiectio plebis et humilis apparebat, ne ipsa eius infirmitas, fidei, qua Deus credendus erat, et pro Deo volendus, obstaret; quasi ad suae excellentiae magnitudinem eorum obtutus elevans, ait: *Beati oculi, qui vident quae vos videtis. O si sciretis quis est hic tam infirmus, qui vobiscum comedit, vobiscum incedit, vobiscum famescit et frigit!* Certe maior Iona hic et plusquam Salomon hic. Virtus enim Dei et Sapientia Patris et Conditor saeculi est, quem habitu isto corporis videtis indutum. *Beati ergo oculi, qui vident quae vos videtis.* Quid enim videtis? Deum in carne, solem in nube, Dei virtutem in carnis infirmitate. Et si beatos facit oculos videre Deum in carne corruptibili, quanto beatiores qui vident in carne gloriosa? Et si praesentia corporalis beatificat in terris, praesentia Deitatis quanto feliciter eos beatificat in caelis? *Dico enim vobis, quod multi Prophetae et Reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt, et audire quae auditis, et non audiverunt.* Istius testimonium est in Propheta, qui ait: *Quis poterit cogitare diem adventus eius, et quis stabit ad videndum eum?* Multi ergo praecedentes hoc desideraverunt, sed et nos sequentes, quantum vellemus vidisse Deum inter homines commemorantem, cum hominibus conversantem, verba vitae profertentem, miracula et signa facientem? Quis non totum mundum daret pro una hora qua frueretur Christo? O felices Apostoli!

O vere beati oculi qui hoc meruistis! O tempora sacra! O saecula et temporum plenitudo, in qua tam altum et mirabile sacramentum hominibus apparuit visibile! Dum haec dicerentur a Domino, offert se legisperitus, magnam et utilissimam quaestionem Domino proponens, salutiferum consilium petens. Attendite, Fratres mei, pro omnibus consulit Dominum hic Pharisaeus. Quid enim aliud tu ipse a Domino quaereres, si praesentem haberes, quam quod iste petit? *Magister, inquit, quid faciendo vitam aeternam possideo?* Hoc est, quod omnes affectamus scire, hoc est, quo tota nostra fertur intentio. Attente ergo audite et diligenter implete. Audite ipsam Veritatem, viam vitae, viam salutis certissimam et rectissimam ostendentem. Quid putatis responsurus est Dominus? Vita aeterna quantum bonum est! Quam iucundum frui Deo aeternaliter, Angelis associari, perpetuo gaudio frui, habere quidquid velis, et velle quidquid habes! Curere omni malo, abundare omni bono, super sideream illam regionem in specioso et luminoso illo coelorum thalamo sine fine regnare, sine sollicitudine vivere, sine timore versari. Non ibi famemes, non sitis, non languor, non inimica mors, non denique aliqua tristitia mentis claritatem obnubilat. Non est ibi daemon qui paret insidias, non qui tendat laqueos, non qui exterrat. Non est qui decipiat, quia omnia in illo lucidissimo speculo Deitatis simplici videntur intuitu, sine circuitu ratiocinantis apparent, sine aliquo discursu sciuntur. Non ibi tenebrae, non ignorantia, non involutum aliquid falsitatis; omnia in propria veritate vera, et veritas ipsa sunt. Profalli igitur et tam felici statu adipiscendo, quid non pati paratus est animus? Quid asperum, quid difficile, quid durum poterit apparere? Quid non faciet, quid

non patietur homo, ut talem possideat haereditatem? Proponere, Domine, quod vis, sive mortem, sive dolores, sive martyria, sive poenitentias, sive sudores, sive inedia, famem, nuditatem, labores, angustias; *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Habacuc: *Ingredietur puteo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis: ut ascendam ad populum accinctum nostrum.*

Hic omnia quantumvis aspera pro vita aeterna sustinere parati sumus. Sed o miserjcordissime, o benignissime Jesu quam suave est onus tuum! Et quam leve iugum legis tuae! Attendite quid ad vitam aeternam obtinendam petat a vobis? Videte quid vos oporteat pati. *In lege, inquit, quid scriptum est? quomodo legis?* Ad legem remittit legisperitum, ut legi praebeat auctoritatem. *Diliges, ait, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua: et proximum tuum sicut te ipsum.* *Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac et vires.* Ama, et vires. Hic omnis labor est, ut ames. In amore ergo vita nostra, et salus nostra tota consistit. Si delicatus es, si labores et sudores non vales tolerare, numquid non poteris amare? Ama, et posside. Dilige Deum, et obtine coelum. O dulcis commutatio! Tam exiguo et grato pretio emitur tam gloriosa possessio. Si te amavero, dabis te mihi. O Domine, amabo ego te, etiamsi nihil conferas pro amore. Imo etiamsi aeternos cruciatus pro tua dilectione sustinere deberem, non possem non amare te. Ut quid enim ego non amabo Conditorum meum, Patrem meum, Magistrum meum, Regem meum, Redemptorem meum? O anima mea, numquid habes, unde tepiditatem tuam excuses? Dic, obsecro, quisnam alius pro te mortuus

est? Quis alius se obtulit pro te in pretium? Quis alius se tibi dedit in cibum? Quis alius se promittit in praemium? Quo alio conditore formata? Quo alio liberatore redempta? Quo alio direttore salvata es? Cui amplius debes? Quis te plus diligit? Quis dignior amari? Quis fructuosius amatur? Quis te ferventius amat? Responde mihi, si vales. Quid in opere quaeris, quod non reperias in artifice? Si pulchritudo te afficit; pulchritudo et decor indumentorum eius. Si honore, si divitiis delectaris; gloriae, et divitiae in domo eius. Si delectationes iurant te; delectationes in dextera eius usque in finem. Si relictis corporeis bonis, animae bona magis placent; et sapientia, vel virtus, vel ingenii acumen te afficiunt; quo alio nisi Deifico lumine ista possidentur? Quid ad haec respondere poteris? Quenam potest esse excusatio tanti torporis? Dic: quare fastidis summam gloriam, supernam quietem, supremam felicitatem? Cur amorem ipsum, te amantem abhorres? Fugis enim et quaerit te, spernis eum et allicit te, repellis eum et amplectitur te, offendis eum et sustinet te, avertis oculos ab eo, et ipse se obicit in prospectum tuum. Si recedis, trahit te, si corruis, sublevat te, si devias, corrigit te. O misera, o caeca, o lenta, o durissima! Quid stas? Quid haeres! Quid friges? Cur tam lento gradu ad vitam tendis? Et quis iste tam fervidus, tam fidus, tam sedulus amator tuus? Angelorum gloria, Conditor saeculi, Dominus universi; cui omnia quae in coelo sunt, et quae in terra, et quae in abyso genuflectunt. Et tu sola eum contemnis! Videte, Fratres mei, quantum facinus iniuriam Conditori. Ecce amor in vili persona vilis non est. Si te servus tuus diligit, et non diligitur; iniuriatur, quia ei non rependis amorem: si ergo diligentem servum

non diligere iniuria est, diligentem et amore ferventem Creatorem non redamare, quam implium? Quanta iniuria fit Creatori, si amans non redamatur? Et quanta iniustitia est ei, qui dedit unde posses eum diligere, tributum dilectionis negare? Si ergo cetera desunt vitia, et fur non sis, neque adulter, neque homicida; satis tu offensus es Dei tui, si tepidam agas vitam; usque adeo, ut Deus nonnumquam permittat homines tepidos cadere in enormia vitia, ut peccato quasi quodam aculeo, a torpore ipso et gelicidio tepiditatis excitentur. Psalmus: *Imple facies eorum ignominia: et quaerent nomen tuum, Domine*. In quo sensu intelligi potest illud Apocalypsis: *Ultimum frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te vomere ex ore meo.*

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

323 **O** vita praesens, quam multos decipis, quae dum cognoscitur, nihil es; dum videtur, misera es; qui te quaerunt, non te cognoscunt; et qui te cognoscunt, non te quaerunt, qui te fingunt, non te intelligunt. Vera non est via, quam tu ostendis, fugiva est velut somnium. Alia ostendis te longam, ut perdis in itinere; alia largiam, ut faciant quatenusque volunt; alia aspirant, ut non faciant bonum; alia tristam, ut non consolentur de bono (S. Hieron.). — *O Iesu dulcissime, si tam fallax est, et tam vana huius mortalitatis conditio, trahere me ad te; fac et indesinenter suspirare ad te, qui vera vita es et tuta laetitia cordis mei! — O Maria, virgo, dulcedo et spes mea, ora pro me, ut per te vitam aeternam possim, ut immundis vanitatibus mortuus, mihi vivere Christus sis et mori incertum!*

SABBATO

Homilia S. Thomae a Villanova.
DOM. XII. POST PENT. CONCION.

Modus diligendi Deum est diligere sine modo. Bernardus: *Causa diligendi Deum, Deus est. Modus, sine modo diligere. Cur enim mensuram habebit dilectio, quae tendit in immensum? Et infra: Deus meus, adiutor meus, diligam te pro dono tuo, et modo meo minus quidem iusto, sed plane non minus posse meo, qui etsi quantum debeo non possum, non possum tamen ultra quam possum: potero vero plus, cum plus donare dignaberis, numquam tamen prout dignus haberis.* S. Thomas probat sic: quod in dilectione Dei non sit modus; quia actus mensurantur ab eo quod est ratio agendi, sicut misericordia a miseria proximi cui subvenitur. Causa autem, sive ratio diligendi Deum est divina bonitas quae infinita est: ergo et amor terminum non habet ex obiecto: habet autem ex potentia, quae finita est: totum tamen debet potentia, quia amplius debet quam possit. Ideo dicitur Deuteronomii: *Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua.* Quod sic exponitur: *Ex corde, non verbo, neque lingua, sed opere et veritate, ut ait Iohannes. Et Psalmus: Dilixerunt eum in corde suo, et in lingua sua mentili sunt ei. Ex toto:* S. P. Augustinus: *Totum exigit, qui totum fecit. Ex toto:* ut ipsum, et nihil aliud praeter ipsum, diligamus, aut propter ipsum. P. Augustinus: *Minus te amat, qui aliud amat, quod non propter te amat. Sunt enim qui et Deum et mundum simul diligere volunt; partem cordis Deo, partem deliciis et mundo tribuentes. Non acceptat Deus partium cordis habitaculum; solus possidere, solus habitare cor*

petit, et vult: consors alterius effici non vult, quia consortem non habet, qui patrem non habet. Si habes alium similem in domo, fac illum consortem in cordis hospitio. Iacobus: *Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse stellarum huius, inimicus Dei constituitur.* Secundo: diligendus est ex tota anima, id est: omnibus viribus, et potentiis, et instrumentis animae. P. Augustinus: *Quid dicam: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua.* Diligat eum os tuum, oculus tuus, manus tua, pes tuus, et omnes sensus tui, et tu totus diligas eum. Diligat ergo eum omnis animae vis, et quidquid est in regno animae. Tertio: diligendus est Deus tota virtute, id est, perseveranter et constanter; ut propter nullum incommodum, etiam mortem, haec dilectio dimittatur. *Fortis est ut mors dilectio.* Amor igitur Dei timorem expellat, laborem aggrediatur, mortem contemnat, dampnum corporis et facultatum non sentiat, temporalia ut stercora calcet, honorem fugiat, etc. Paulus: *Ego non solum alligari, sed et mori paratus sum, propter nomen Domini Iesu.* Et iterum: *Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Iste amabat fortiter et tota virtute. Bernardus: *Disce Christiane a Christo, quomodo diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne illectus; prudenter, ne deceptus; fortiter, ne oppressus amare desistas. Non abduci blanditiis, non seduci fallaciis, non iniuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. Dilectio sui ipsius non praecipitur, sed naturae inseritur. Cum proximum diligere virtus sit, te*

ipsum odisse virtus est. Vis te diligere? Si te odias, tunc diligis. S. P. Augustinus *lib. de Disciplina Christiana.* Ecce quod dicit: *In domo disciplinae diligere Deum, diligere proximum; Deum tanquam Deum, proximum tanquam te.* Non enim invenies parem Deo ut possit tibi dici, dilige Deum sicut diligis illum. De proximo inventa est tibi regula, quia inventus es proximo par.

Proximus propter multa diligendus. 1375
Primo, propter praecceptum. *Hoc est praecceptum meum ut diligatis invicem.* Et hoc maxime commendavit Dominus moriens. Pro hoc maxime oravit, quia pro unitate. Pessimum malum discordia est. Providit de remedio, qui pro concordia tam ardentem orat prope mortem. Secundo, propter fraternitatem corporalem naturalem. P. Augustinus *de Civitate Dei, lib. duodecimo.* Nihil tam discordiosum vitio, nihil tam sociale natura, quam genus humanum. Propterea Deus voluit creare parentem unum, de quo multitudo propagaretur, ut hac admonitione etiam multis concors unitas servaretur, vel ut saltem ipsa naturalis fraternitas nos invitet ad amorem. Secunda fraternitas est spiritualis. S. P. Augustinus *de Disciplina Christiana.* Omnes fratres sumus. Ad id quod homo est, unus pater fuit Adam, una mater Eva: ad id quod Christianus est, unus Pater Deus, una mater Ecclesia. Haec fraternitas tanto melior est naturalis, quanto meliorem habet Patrem Deum, meliorem matrem Ecclesiam, et meliorem expectat haereditatem. Si ergo amantur fratres, qui minorem faciunt haereditatem, quare non illi qui augent? Psalmus: *Cuius participatio eius in idipsum,* ubi Glossa: Hic habent homines bona deficientia, ibi vero bonum, quod cum fuerit singulorum, erit omnium. Gregorius: Felix haereditas, quam multitudo cohaerendum non

coangustat. Tertio diligendus est, quia Deus nos dilexit. Ioannes: *Qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Quarto: exemplo Angelorum. Dominus: *Videte ne contemnatibus unius ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei.* Psalmus: *Immittet Angelus Domini in circuitu tentationum eum, et eripiet eos. Ecce ego mitto Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in Iosum quem paravi. Observa eum, et audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet eum peccaveris.* Angeli custodiam non contemnit. Quinto: quia membrum es eius, dein Corporis Christi. Omnia membra naturaliter se invicem levant. Ioannes: *In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Non in miraculis, non in scientiis, etc. *Qui diligit fratrem suum scandalum in eo non est.* Caritas etiam peccato proximi non irritatur, non scandalizatur. Glossa: *Qui diligit fratrem, etiamsi correctionem adhibeat, non irascitur, non iniuriam infert. Pax multa diligentibus tuam legem. Legem tuam id est, charitatem: Et non est illis scandalum.* Qui diligit fratrem ex Deo est. P. Augustinus: *Dilectio sola discernit inter filios Dei, et filios diaboli. Signant se omnes signaculo sanctae crucis. Respondent omnes Amen.* Cantant omnes *Aleluia.* Baptizantur omnes, omnes intrant Ecclesias, non discernuntur filii Dei a filiis diaboli, nisi sola charitate. Sexto: propter praemium beatitudinis. Hieronymus: *O nimiam Dei clementiam! O ineffabilem Dei benignitatem! Praemium se nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, et si nobis ea petamus invicem quibus invicem indigemus.*

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

O anima mea, noli confidere in fallacibus promissibus vitae praesentis: aeterna quaere, ad aeternam vitam aspira. Etenim * vitae huius principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. (S. ALEXAND.)
 * Sentias quando infans, quando puer, quando iuvenis, quando robustus aetatis, quando senex factus sis? quodidie morimur, quodidie commutimur, et tamen aeternum nos esse credimus? (S. HIERON.)
 — Cito flores pereunt, cito violas et liliam et crocum pestilens aera corrumpit illi. — Per infanciam, pueritiam, iuventutem ac virilem aetatem, annosque ultimos senectutis mutamur, et curvamus: et, nescientes, ad mortis terminos pervenimus. Breve est vitae istius curriculum: hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod relego, de tempore meo mihi aut crescit, aut perit (id.).
 — O Maria, sit tuis vis cordis mei!

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SEQUITUR EVANGELII SECUNDUM IERONIMUM.

Luc. XVII, 11-19.

In illo tempore: Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samaritaniam et Galilaeam.

12. Et cum ingrederetur quosdam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe.

13. et levaverunt vocem, dicentes: Iesu praecceptor, miserere nostri.

14. Quos ubi vidit, dixit: Ire, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mandati sunt.

15. Unus autem ex illis, ut vadit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum,

16. et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: et hic erat Samaritanus.

17. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mandati sunt? et novem ubi sunt?

18. Non est inventus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

19. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te salvum fecit.

Homilia S. Augustini Episcopi.

LIB. 2. QUERT. EVANG. CAP. 40.

Decem leprosis quos Dominus ita mundavit, cum ait, *Ite, ostendite vos sacerdotibus*, multa quaeruntur: quae merito quaerentes venient. Non solum de numero quid sibi velint quod decem sunt, et quod unus ex illis solus gratias agit; haec enim libere quaerantur, ut etiam non investi-

gata, vel nihil vel non multum impediatur intentionem legentis: sed illa potius, cur eos ad sacerdotes miserit ut cum irent mandarentur. Nullum enim eorum quibus haec corporalia beneficia praestitit, invenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nam et illum a lepra mundaverat cui dixit: *Vade, ostende te sacerdotibus, et offer pro te sacrificium quod praecipit Moyses, in testimonium illis.* (Luc. v, 13, 14). Deinde qualis mundatio spiritualis possit intelligi eorum, quos ingratos existisse redarguit. Secundum corpus enim facile est videre posse hominem non habere lepra, et tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus.

Quaerendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mandati dicuntur qui ea caruerunt: coloris quippe vitium est, non valetudinis aut integritatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiam veracis fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, et iactantia sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est quae non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in una disputatione vel narratione hominis, tamquam in rubis corporis colore apparentia, significant lepra, tamquam veris falsisque colorum fucis humana corpora variantem atque maculantem. Hi autem tam vitandi sunt Ecclesiae, ut si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent: sicut isti decem steterunt a longe, et levaverunt vocem, dicentes: *Iesu praecceptor, miserere nostri.* Nam et quod praecceptorem vocant, quo nomine nescio utrum quisquam Dominum inter-

pellaverit pro medicina corporali, satis puto significare lepra, tamquam doctrinam, quam bonus praecesse abstergit.

Sacerdotium vero Iudaeorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi et veri principis sacerdotum. Nam nunc et omnes unguuntur, quod tunc regibus tantum et sacerdotibus fiebat: et quod ait Petrus ad christianum populum scribens, *Regale sacerdotium* (I PETR. II, 9); utranque nomen illi populo convenire declaravit, quo illa unctio pertinebat. Cetera itaque vitia tamquam valetudinis et quasi membrorum animae atque sensuum, per se ipsum interius in conscientia et intellectu Dominus sanat et corrigit: doctrina vero vel imbuendi per Sacramenta, vel catechizandi per sermonem sonantem atque lectionem, ubi color quidam intelligitur verus atque sincerus, quia in promptu est et foris eminentissimus (non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus haec aguntur), Ecclesiae proprie contributa est. Itaque et Paulus voce Domini audita, *Quid me persequeris?* et, *Ego sum Iesus, quem tu persequeris;* ad Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio quod in Ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinae fidei perciperet, et verus eius approbaretur color (ACT. IX, 4-10). Non quia non potest per seipsum Dominus omnia facere; nam quis alius haec facit etiam in Ecclesia? sed ut ipsa societas congregatorum fidelium, approbando in invicem atque communicando verae fidei doctrinam in omnibus quae dicuntur verbis, vel signantur sacramentis, tamquam unam speciem veri coloris obducant. Ad hoc etiam pertinet quod idem dicit Apostolus: *Deinde post annos quatuordecim*

coangustat. Tertio diligendus est, quia Deus nos dilexit. Ioannes: *Qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Quarto: exemplo Angelorum. Dominus: *Videte ne contemnatibus unius ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angelorum in caelis semper vident faciem Patris mei.* Psalmus: *Immittet Angelus Domini in circuitu tentationum eum, et eripiet eos. Ecce ego mitto Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in Iosum quem paravi. Observa eum, et quae vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet eum peccaderis.* Angelus custodiam non contemnit. Quinto: quia membrum es eius, deum Corporis Christi. Omnia membra naturaliter se invicem levant. Ioannes: *In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Non in miraculis, non in scientiis, etc. *Qui diligit fratrem suum scandalum in eo non est.* Caritas etiam peccato proximi non irritatur, non scandalizatur. Glossa: *Qui diligit fratrem, etiamsi correctionem adhibeat, non irascitur, non iniuriam infert. Pax multa diligentibus tuam legem. Legem tuam id est, charitatem: Et non est illis scandalum.* Qui diligit fratrem ex Deo est. P. Augustinus: *Dilectio sola discernit inter filios Dei, et filios diaboli. Signant se omnes signaculo sanctae crucis. Respondent omnes Amen.* Cantant omnes *Aleluia.* Baptizantur omnes, omnes intrant Ecclesias, non discernuntur filii Dei a filiis diaboli, nisi sola charitate. Sexto: propter praemium beatitudinis. Hieronymus: *O nimiam Dei clementiam! O ineffabilem Dei benignitatem! Praemium se nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, et si nobis ea petamus invicem quibus invicem indigemus.*

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

O anima mea, noli confidere in fallacibus promissibus vitae praesentis: aeterna quaere, ad aeternam vitam aspira. Etenim * vitae huius principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. (S. ALEXANDER.)
 Sentiamus quando infans, quando puer, quando iuvenis, quando robustae aetatis, quando senex factus sis? quodidie morimur, quodidie commutimur, et tamen aeternum nos esse credimus? (S. HIERONIMUS.) — Cito flores pereunt, cito violas et liliam et crocum pestilens aura corrumpit illi. — Per infanciam, pueritiam, iuventutem ac virilem aetatem, annosque ultimos senectutis mutamur, et curamus: et nescientes, ad mortis terminos pervenimus. Breve est vitae istius curriculum: hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod relego, de tempore meo mihi aut crescit, aut deperit (id.).
 — O Maria, sit tuis vis cordis mei!

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SEQUITUR EVANGELIUM SECUNDUM IERONIMUM.

Luce. XVII, 11-19.

In illo tempore: Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samaritaniam et Galilaeam.

12. Et cum ingrederetur quosdam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe.

13. et levaverunt vocem, dicentes: Iesu praecceptor, miserere nostri.

14. Quos ubi vidit, dixit: Ire, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mandati sunt.

15. Unus autem ex illis, ut vidit, quia mandatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum,

16. et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: et hic erat Samaritanus.

17. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mandati sunt? et novem ubi sunt?

18. Non est inventus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

19. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te salvum fecit.

Homilia S. Augustini Episcopi.

LIB. 2. QUERT. EVANG. CAP. 40.

Decem leprosis quos Dominus ita mundavit, cum ait, *Ite, ostendite vos sacerdotibus*, multa quaeruntur: quae merito quaerentes venient. Non solum de numero quid sibi velint quod decem sunt, et quod unus ex illis solus gratias agit; haec enim libere quaerantur, ut etiam non investi-

gata, vel nihil vel non multum impediatur intentionem legentis: sed illa potius, cur eos ad sacerdotes miserit ut cum irent mandarentur. Nullum enim eorum quibus haec corporalia beneficia praestitit, invenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nam et illum a lepra mundaverat cui dixit: *Vade, ostende te sacerdotibus, et offer pro te sacrificium quod praecipit Moyses, in testimonium illis.* (LUC. V, 13, 14). Deinde qualis mundatio spiritualis possit intelligi eorum, quos ingratos existisse redarguit. Secundum corpus enim facile est videre posse hominem non habere lepra, et tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus.

Quaerendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mandati dicuntur qui ea caruerunt: coloris quippe vitium est, non valetudinis aut integritatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiam verae fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, et iactantia sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est quae non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in una disputatione vel narratione hominis, tamquam in rubis corporis colore apparentia, significant lepra, tamquam veris falsisque colorum fucis humana corpora variantem atque maculantem. Hi autem tam vitandi sunt Ecclesiae, ut si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent: sicut isti decem steterunt a longe, et levaverunt vocem, dicentes: *Iesu praecceptor, miserere nostri.* Nam et quod praecceptorem vocant, quo nomine nescio utrum quisquam Dominum inter-

pellaverit pro medicina corporali, satis puto significare lepra, tamquam esse doctrinam, quam bonus praecesse abstergit.

Sacerdotium vero Iudaeorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi et veri principis sacerdotum. Nam nunc et omnes unguuntur, quod tunc regibus tantum et sacerdotibus fiebat: et quod ait Petrus ad christianum populum scribens, *Regale sacerdotium* (I PETR. II, 9); utranque nomen illi populo convenire declaravit, quo illa unctio pertinebat. Cetera itaque vitia tamquam valetudinis et quasi membrorum animae atque sensuum, per se ipsum interius in conscientia et intellectu Dominus sanat et corrigit: doctrina vero vel imbuendi per Sacramenta, vel catechizandi per sermonem sonantem atque lectionem, ubi color quidam intelligitur verus atque sincerus, quia in promptu est et foris eminentissimus (non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus haec aguntur), Ecclesiae proprie contributa est. Itaque et Paulus voce Domini audita, *Quid me persequeris?* et, *Ego sum Iesus, quem tu persequeris;* ad Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio quod in Ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinae fidei perciperet, et verus eius approbaretur color (ACT. IX, 4-10). Non quia non potest per seipsum Dominus omnia facere; nam quis alius haec facit etiam in Ecclesia? sed ut ipsa societas congregatorum fidelium, approbando in invicem atque communicando verae fidei doctrinam in omnibus quae dicuntur verbis, vel signantur sacramentis, tamquam unam speciem veri coloris obducant. Ad hoc etiam pertinet quod idem dicit Apostolus: *Deinde post annos quatuordecim*

ascendit Ierosolimam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendit autem secundum revelationem; et exposuit eis Evangelium quod praedico in gentibus, seorsum autem illis qui videbantur: ne forte in vacuum curro, aut cucurri. Et paulo post: Cum cognovissent, inquit, gratiam quae data est mihi Iacobus, Petrus, et Iohannes, qui videbantur columbae esse, dexteras dederunt mihi et Barnabae societatis (GAL. II, 1, 2, 9). Ipsa enim collatio unani doctrinae speciem exclusa omni varietate monstrabat: quod salubriter etiam Corinthios monet, dicens: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes* (I COR. 1, 10). Cornelius etiam cum et eleemosynae eius acceptae, et preces eius audiat illi ab angelis nuntientur, propter doctrinae tamen Sacramentorumque unitatem ad Petrum iubetur mittere, tantquam illi et suis diceretur, *Ne ostendite vos sacerdotibus*. Nam et cum irent, mundati sunt. Iam enim ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto Baptismatis sacramento, nondum spiritaliter ad sacerdotes pervenerant; et tamen infusione Spiritus sancti, et admiratione linguarum eorum mundatio declarata est (ACT. 8, 44).

4380

Quae cum ita se habeant, iam facile est etiam illud videre, fieri posse ut quisque in Ecclesiae societate doctrinam integram veramque assequatur, et omnia secundum catholicae fidei regulam ediscat, distinguat a Creatore creaturam, eoque manifestetur varietate mendaciorum tantquam lepra caruisse: et tamen ingratus sit Deo et Domino mundatori suo; quia elatus superbia, gratiarum agendarum pia humilitate non sternitur, similisque efficitur illis de quibus dicit Apostolus, *Qui cum cognovissent Deum, non ut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt* (ROM. 1, 21). Quod enim dicit

cos Deum cognovisse, ostendit quidem a lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos. Ideoque tales in novenario numero tanquam imperfecti remanebunt. Unum enim si addatur ad novem, quaedam effigies unitatis impletur: quo fit tanta completio, ut ultra non progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur; et haec per infinitatem numeri regula custodiatur. Novem itaque indigent uno, ut quadam unitatis forma coagulentur et decem sint: unum autem non eis indiget ut custodiat unitatem. Quamobrem, ut illi novem qui gratias non egerunt, reprobi effecti, a consortio unitatis exclusi sunt; ita unus ille qui gratias egit, unicae Ecclesiae significatione approbatus atque laudatus est. Et quia illi erant Iudaei, amissae per superbiam declarati sunt regnum coelorum, ubi maxime unitas custoditur: iste vero qui erat Samaritanus, quod interpretatur Custos, illi a quo accepit, tribuens quod accepit, et quodammodo vantans illud de Psalmo, *Fortitudinem meam ad te custodiam* (PSAL. LVIII, 10); per gratiarum actionem regi subiectus, unitatem regni humiliter devotione servavit.

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

Quaerimus nos, non considerare in fragilitate mortalitatis vitae, quae merito fumo comparatur: *Vapor sive fumus videtur magnus quid, dum accendere incipit: sed cum adhaere creditur, evanescit: sic vita dum florere videtur modica febris extinguitur.* (S. BONAVENT. — Uode. * nostrum vivere nihil aliud est, quam ad mortem transire. * 163.)
O bone Iesu, ego miser et fatuus, temporalibus vanitatibus deceptus, spiritalia non curavi, et fortis sortis meae quasi connolescentis obli viscer. Ego, miserere mei; excita me a somno mortis. Nam * vita mea naviganti similis est, sive dormiam, sive vigilem, semper vado festinus ad mortem (S. BONAVENT. — O Maria, fac me sobrium et vigilantem.

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XIII. POST PENT., SERMO 7.

Dicit irat Iesus in Ierosalem transibat per mediam Samariam et Galilaeam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, Lucae decimo septimo.

In verbis his mystice intellectis exprimitur mysterium nostrae salutis, in quibus tria notantur, scilicet praemium aeternae beatitudinis per iter in Ierosalem, quod significat processum animae in Deum vel in bonum; meritum perfectae virtutis, cum dicitur, quod transibat per mediam Samariam et Galilaeam, ubi intelligitur duplex vita, scilicet activa et contemplativa; remedium humanae infirmitatis, cum subditur, quod cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.

Omissis autem primo et secundo, nota, quod secundum Augustinum, quod si lepra est haeresis inficiens radicem veritatis, supponitur, quod sit infectiva humorum radicalium materialiter sumpta; per quod intelligimus depravationem intentionis. Quoniam autem corpus hominis ex quatuor humoribus constat, scilicet sanguine, cholera, flemmate, melancholia, ex quibus infectis secundum eventum oriuntur quatuor genera leprae generalia correspondentia singulis humoribus infectis, scilicet tyria, quae est ex corruptione sanguinis; leonina, quae est ex corruptione cholerae; alopecea, quae est ex corruptione flemmatis; elephantina, quae est ex corruptione melancholiae.

Ex his quatuor humoribus creatur quatuor affectiones animae, scilicet ex sanguine gaudium, ex cholera spes, ex flemmate dolor, ex melancholia timor. Quatuor autem haec genera leprae signficata sunt in mysterio per illos quatuor

leprosos, qui erant iuxta introitum portae Samariae, quarto Regum septimo. Geruntur in mysterio: quando homo inordinatur ex gaudio ad faciendum contra decalogum aliquid delectabile, corrumpitur humor sanguinis et incurrit lepram tyriam, quam habuit Naaman, quarti Regum quinto. Quando quis inordinatur ex spe ad faciendum aliquid contra decalogum per praesumptionem impunitatis, corrumpitur humor cholerae, et incurritur lepra leonina, quam habuit in mysterio Ozias, secundi Paralipomenon vigesimo sexto. Quando quis inordinatur ex dolore ad faciendum aliquid contra decalogum ex affectione malignitatis, corrumpitur humor flemmatis, et incurritur lepra alopecea, quam habuit in mysterio Maria, Numerorum duodecimo. Quando quis deordinatur ex timore ad faciendum aliquid contra decalogum ex desperatione salutis, tunc corrumpitur humor melancholiae, et incurritur lepra elephantina, quam habuit in mysterio Giezi, quarti Regum quinto.

Prima lepra curatur de facili per humilitatem contemplationis; secunda curatur, de difficili tamen, per veritatem confessionis; tertia curatur per pietatem satisfactionis; quarta curatur per virtutem gratiarum actionis. Haec enim quatuor remedia adhibentur his decem leprosis significantibus omnes prevaricationes decalogi. Nam in hoc Evangelio primae leprae datur curationis remedium, ut dicitur: *Iesu, proceptor, miserere nostri*. De secunda vero dicitur: *Ille et ostendit vos sacerdotibus*. De tertia vero dicitur, quia, dum irent, scilicet satisficientes, mundati sunt. De quarta vero additur, quia unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum.

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

4327 **O** vita plena laqueis, vita fragilis, vita momentanea et caduca! (ESES. CAERAR.). — Vitae praesentis ductus trahit quem levat; et valde demens est, qui in unda volvitur, et plantam figere conatur (S. GREG. MAG.). — Magna profunditas, vita mortalis, in qua nihil est certum, nihil vitale, nihil tutum, nihil tranquillum. Magna profunditas in qua peccatis obstruitur, impiis immergitur, iustus fluctatur (id.). — Si ergo in hac vita nihil tutum, et vita non est quae ad aeternam vitam comparandam non expenditur? Tantitas est longam vitam optare, et de bona vita parum curare? (KELVIN.). — Ab ista? quid cogitas? de illa vitam certam, cum nullam diem habeas hic securam? (id.). — Dni vivere et vitam non emendare, peccata est accumulare (id.).

4328 Vita humana, vita fragilis, vita caduca, vita quae quanto magis crescit, tanto magis decrescit: quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax et umbratica, plena laqueis mortis (S. AUG.). — Sicut torrente pluvialibus aquis collectus, rotundus, peratrepit, currit; et currendo decurrit, ita est, cursum suum, sic est omnis iste cursus mortalitatis humanae vitae (S. PROSER.). — Et tamen vix invenitur homines, qui super tam labili fundamento quasi supra firmam petram, non aedificent tabernaculum illusionibus et deliramentis repletum. Et a tam infanta insanitate nec dignitas nec actus immunitas videtur. Siquidem, * nemo tam fragilis viribus et sic deceptus senectutis est, ut non patet se unum adhuc annum esse victurum. (S. HIERON.). — *O Maria, illumina oculos mentis meae, ut nunquam obdormiam in morte!*

FERIA TERTIA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN LUC. CAP. 17.

4330 **H**actum est, etc. occurserunt ei decem viri leprosi. Leprosi non absurde intelligi possunt, qui scientiam verae fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, et factantiam sermonis ostentant.

Nulla porro falsa doctrina est, quae non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in una disputatione vel narratione hominis tamquam in unius corporis colore apparentia, significant, lepraem veris falsisque colorum locis humana corpora variantem, atque maculantem. Hi autem tam vitandi sunt Ecclesiae, ut si fieri potest longius repellent. Unde et apte subiungitur:

Qui steterunt a longe, et locaverunt vocem, dicentes: *lesu, praecceptor, miserere nostris*. Et bene ut salventur, lesum praecceptorem nominant. Quia enim in eius verbis se errasse significant, hunc salvandi humiliter praecceptorem vocant, cumque ad cognitionem praecceptoris redeunt, mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur:

4331 *Quos ut vidit, dixit: Ne ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mandati sunt.* Nullum Dominus eorum, quibus haec corporalia beneficia praestitit, invenitur misisse ad sacerdotes nisi leproso, quia videlicet sacerdotum Iudaeorum figura erat futuri Sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad Corpus Christi summi et veri principis Sacerdotum. Et quisquis vel haeretica pravitate, vel superstitione gentili, vel Iudaica perfidia, vel etiam schismate fraterno, quasi vario colore per Domini gratiam caruerit, necesse est ad Ecclesiam veniat, coloremque fidei verum quem acceperit ostendat. Cetera vero vitia, tamquam valetudinis et quasi membrorum animae atque sensuum, per seipsum interius in conscientia et intellectu Domini sanat et corrigit. Denique et Paulus voce Domini audita: *Quid me persequeris?* et, *Ego sum Iesus quem tu persequeris;* ad Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio quid in Ecclesia con-

stitutum est, sacramentum doctrinae fidei perciperet, et verus eius adprobaretur color, non quia non potest per seipsum Dominus omnia facere (nam quis alius haec facit etiam in Ecclesia?), sed ut ipsa societas congregatorum fidelium adprobando in invicem atque communicando vere fidei doctrinam, in omnibus quae dicuntur verbis, vel signantur sacramentis, tamquam unam speciem veri coloris obtineat. Cornelius etiam cum et elemosynae eius acceptae, et preces eius audite illi ab angelo nuntiuntur, propter doctrinae tamen sacramentorumque unitatem ad Petrum iubetur mittere, tamquam illi ab angelis diceretur, *Ne, ostendite vos sacerdotibus;* nam et cum irent, mandati sunt. Iam enim ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritualiter ad sacerdotes pervenerant, et tamen infusione Spiritus sancti, et admiratione linguarum, eorum mundatio declarata est.

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

4332 **O** anima mea, quam misera est et deplorabilis conditio mortalitatis vitae! * Tanta eius est tribulatio ut nec vita sit dicenda, sed potius mors, vel quippiam aliud morte deterior; cum vix aliquis pertransiat sine tribulatione, vel unicum diem. — Tota vita praesens, et misera, amaritudinibus repleta est, laboribus inquieta, sollicitudinibus turbulenta, et languoribus plena. (GREG.). — Vita humana, vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita dominae malorum quam humores tumescunt, dolores extenuant, ardores exsiccant, aer morificat, esciae inflant, ieiunia macerant, ioci solvunt, tristitiae consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebent, divitiae lactant, paupertas delectat, inveniens extollit, senectus incirvat, infirmitas flagit, moror deprimit, diaboli insidiat, munus adhibet, vicio delectatur (HORO. A. S. VICTORI). — *O Maria, fac ut caduca omnia et terrena mihi valescant; fac ut ad verum et aeternum animae felicitatem totis viribus impetrem!*

FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN LUC. CAP. 12.

4333 **U**os autem ex illis, etc. Unus iste, qui magnificans Deum, regressus est, unius Ecclesiae devotam Christo humilitatem significat. Qui bene cadens ante pedes Domini, gratias egit. Ille enim vere Deo gratias agit, qui repressis praesumptionis suae cogitationibus, quam in semetipso infirmus sit, humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit: qui bona quae agit, esse de misericordia Conditoris agnoscit. Unde et recte subiungitur:

4334 *Et hic erat Samaritanus.* Samaritanus quippe interpretatur custos. Quo nomine ille populus aptissime significatur, qui gratias agendo ei, a quo accepit, tribuit omne quod accepit, quodam modo cantans illud de Psalmo, *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu Deus susceptor meus es Deus meus, misericordia eius praevenerit mihi.* Cadit autem in faciem, quia ex malis, quae se perpetrasse meminit, erubescit. Ibi enim cadit homo, ubi confunditur. Unde et Paulus, quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat: *Quem ergo fractum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* At contra de ascensore equi, id est, de eo, qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: *Ut cadet ascensor eius retro.* Rursumque de persecutoribus Domini scriptum est: *Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.* Quid est hoc, quod electi in faciem et reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis, qui post se cadit, ubi proculdubio cadit, ubi non videt: qui vero ante se ceciderit, ibi cecidit ubi videt? Iniqui ergo, quia in invisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt, ubi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt. Iusti vero, quia istis

visibilibus semetipsos sponte deiciunt, ut in invisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes, humiliantur.

4335 *Respondens autem Iesus, dixit: Nomen decem mundati sunt, et novem vobis sunt? Unum si addatur ad novem, quaedam effigies unitatis impletur. Quo fit tanta completio, ut ultra non progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur, ut haec per infinitatem numeri regula custodiatur. Novem itaque indigent uno, ut quadam unitatis forma coalescant, et decem sint. Unum autem non eis indiget, ut custodiat unitatem. Quamobrem ut unus ille, qui gratias egit, unicae Ecclesiae significatione approbatus atque laudatus est, ita illi novem, qui gratias non egerunt, reprobi effecti, a consortio unitatis exclusi sunt. Ideoque tales in novenario numero tamquam imperfecti remanebunt. Et merito eos Salvator quasi ignotos, ubi sunt, inquirat. Scire enim Dei, eligere, nescire, reprobare est.*

4336 *Non est inventus, qui rediret et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Secundum corpus quidem facile est videre, posse hominem non habere lepram, et tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Sed iam facile est etiam illud videre, fieri posse, ut quisque in Ecclesiae societate doctrinam integram veramque assequatur, et omnia secundum catholicae regulam disserat, distinguat a Creatore creaturam, eoque manifestetur varietate mendaciorum tamquam lepra caruisse, et tamen ingratus sit Deo et Domino mundatori suo, quia elatus superbia, gratiarum agendarum efficacia unitate non sternerit, similisque efficitur eis, de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognovissent Deum, non ut Deum*

magnificaverunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos Deum cognovisse, ostendit quidem a lepra fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos.

4337 *Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit. Qui devotus ante Dominum cecidit, surgere et ire praecipitur, quia qui infirmitatem suam subtiliter cognoscens, humiliter iacet, per divini verbi consolationem surgere ad fortia opera, et crescentibus quotidie meritis ad perfectiora passim proficere iubetur. Si autem fides salvum fecit eum, quem ad agenda Salvatori et emundatori suo gratias inclinavit, ergo perfidia perdidit eos, qui de acceptis beneficiis Deo gloriam dare neglexerunt. Quapropter et haec lectio superiori ea ratione coniungitur, quod ibi fidem per humilitatem augeri debere, parabola data decernitur, hic autem manifestius ipsis rebus ostenditur, non fidei tantum agnitam rationem, sed executam fidei operationem esse, quae salvum faciat credentem, detque gloriam Patri, qui est in coelis.*

Varia de brevitate et miseria huius vitae.

4338 *O Iesu, vita vitae mese, fac me mundanis vanitatibus mortuum, ut tibi et in te unice vivam; fac ut falsa blandimenta huius mortalitatis despiciam. Nam nihil habet humana vita, nisi lacrymas, et opprobria, et convicia, et tristitiam, et negligentiam, et labores, et morbos, et senectutem, et peccata, et mortem. (S. CROCIOSI.) — De mi Iesu, ut huius vitae miseriae sedula consideratione recogitem, ut ad coelestes divitias suspirum: amplius lava me ab iniquitate mea. Etenim certum est, et quotidiana experientia comprobatum, quod quantumlibet castus et sobrius mortalis haec vita doceatur, quantum lancis pulveris terrigenae conversationis aspergitur, et minor quantum ad Dei imaginem conditarius, non ita a fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit corde fuscata, et non semper indigeat expoliri. (S. LEO PAPAE.) — O Maria, ad te suspiramus gememus et fletus; succurre nobis!*

FERIA QUINTA.

Homilia S. Thomae a Villanova.

IN DOM. XILL. POST PENT. CONCIO.

4339 *M*ortem ad Evangelii praesentis leprosos nos convertamus. Curatio leprae spirituale aliquid significat. Lepra tres habet condiciones. Prima, quod est infirmitas incurabilis. Secunda, quod est universalis. Tertia, quod est contagiosa. Haec tria habet peccatum. Primo, est incurabilis aegritudo. Nam peccator cadere potest per se, surgere non valet nisi ex potentia Dei. Homo enim per peccatum incurrit deformitatem et inordinationem, ex defectu gratiae pulchrificantis animam: nam anima cum gratia est pulchrior quam Angelus in sua natura sine gratia: solus autem Deus potest dare gratiam.

4340 *Secundo, lepra est morbus universalis. Sic et peccatum, omne bonum tollit ab anima. Nam tria sunt bona: scilicet fortunae, naturae, et gratiae. Exempla. Peccatum tulit bona fortunae. Propter peccatum, Saul abiectus est, ne esset Rex, et occisus. Propter peccatum, filii Heli occisi. Propter peccatum, David spoliatus regno. Iam de damno in bonis naturalibus; scilicet, in potentiis. Caecat intellectum, et obdurat voluntatem, et omnes potentias inordinat, et ponit discordias in anima. Et quanta poena est ista disceptatio et dissidium animae! Origenes, de Igne inferni. Iam de obstinatione et in-duratione voluntatis; pone exemplum de virga, quod flectitur, sed postea fit trabs, quando crescit, et iam flecti non potest; sic anima assueta peccato. Quid non audit perversa voluntas; aut quando ponit finem voluptatibus? Usque ad enormes et brutales voluptates descendit. Iob: In puteum non habentem fundamentum subter se. Gregorius: Sicut qui*

in puteum mergitur, putei profundo retinetur; ita corruens: quasi in quodam fundi loco consisteret anima, si semel lapsa in aliqua se peccati mensura retineret; sed peccatis in quae labitur non contenta, quotidie ad deteriora delicitur, et quasi in puteo quo cecidit, fundum non invenit quo figatur: esset enim fundus putei, si fuisset mensura peccati. Unde bene alius dicitur: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Redire namque dissimulat; quia misereri sibi posse desperat: sed cum desperando amplius peccat, quasi puteo suo fundum subtrahit, ne ubi retineri possit, inveniat. Sed dicit aliquis: non castigat me Deus. O! Ista dissimulatio est magna eius indignatio; nec magis potuit indignari contra te, quam quando permittit, et sinit te implere tuas pessimas voluntates. Et tu reputas favorem? Secundo, destruit etiam bona gratiae. Privat hominem donis gratuitis, et sponsalibus ornamentis, societate Angelorum, amicitia Dei. Figura huius: Rex Antiochus ingressus templum. Primo, evertit altare. Secundo, destruit mensam, in qua erant panes sanctificati. Tertio, candelabrum. Quarto, candelabrum destruxit, et quatuor cortinas, et propitiatorium. Antiochus Rex, diabolus. Per peccatum intrat animam. Primo, destruit altare devotionis. Secundo, mensam communio-nis. Tertio, candelabrum luminis. Quarto, candelabrum articularum. Solet enim perversitas, in altum quando crescit, usque ad fidem tangere. Apostolus: Tenete bonam conscientiam: quam quidam abnegantes circa fidem naufragaverunt. Item, mensam septem panum, id est, septem donorum Spiritus sancti.

4341 *Tertio, lepra est infirmitas contagiosa, item et peccatum. Dices, quomodo unus peccator perdit integram domum, de mala societate, de pellendis veneficis, et mere-*

tricus a populo. Apostolus: *An nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?*

Varia de brevitare et miseria huius vitae.

4340 **B**revissimus est huius vitae temporalis cursus, hinc natus, hinc peribit et incertus. (PETR. BLES.) — Vivere et non dare operam ut recte vivatur, vitam perdere est idi. — Petrus: nulli aliud est bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, a quo existit vita. (S. LAUR. IOST.) — Similis est vita viscerum, ludo specorum, ubi a bene intendit diabolo illudatur: id est eam uno tractu male facti, vel non facti, ludus amittitur, vel totum lucrum sic uno opere male facti, vel neglecto, totius vitae nostrae fractus perditur (Hugo Card.).

4343 Vixeris hic et nunc, velut et nunc morturus hic (GREGORIUS). Praesens vita picea est belli, quia vel foras, vel totus nunquam deest adversitas, cui debet resonari. (S. PAULINUS). — Non aetas iunior aut senior collaudatur, sed actus, et vita, et merum dignitas committitur. (S. CHRYS. EPIST.) — Imo: sacpe qui iunior est aetate, maiore est iniquitate. (S. AUG.) — Quapropter: nullo omnino modo, inter vitas amos censentur qui in huius mundi vanitate consumpti sunt. (In vita Pat.) — Hinc si: vita iustorum Angelis similes, vita carnalium bestis aequalis, vita superbiorum dæmonibus comparatur. (GREGORIUS). — *O Maria, ora pro me, ut angustias mortuum vitam!*

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae a Villanova.

DE NOB. XIII. POST PENT. COINCID.

4344 **D**e cura leprosa. Peccator autem facere debet quod fecerunt isti. Primo: stantes a longe clamaverunt: *Iesu praeceptor, miserere nostri.* Stare debet, a peccato quiescere. *Fili peccasti? non adicias iterum.* Et Propheta: *Quiescite agere perverse.* Qui sicut peccatum et committit, sicut qui lavat laterem. Item: qui lavat mortuum, et iterum tangit mortuum. O quanta cae-

ritas in his quos poenitet, non habentes propositum abstinendi a peccato! Et si habent propositum, non habent fortitudinem ad resistendum peccati. Quid ergo faciendum? Clamandum ad Dominum cum istis leprosis. *Iesu praeceptor, miserere nostri:* ut Deus det virtutem. *De necessitatibus meis. eripe me. Domine, vin pator, responde pro me.* Sic Psalmus: *Rugiebam a genua cordis mei.* Sed standum a longe. Notatur verecundia peccatoris. Propheta: Appropinquare Deo volunt, sicut gens quae iustitiam fecerit, et mandata Dei sui non dereliquerit. Bernardus, in *Meditationibus*: Odibilis plane Deo frontosa temeritas et impudentia execranda. De curatione leprosi est singularis figura Levitici decimo quarto capite. Duorum passerum, unus occiditur, alter perfusus sanguine occisi passeris, dimittitur volare liber. Hoc significat dux in Christo natus. Una occiditur, altera dimittitur perfusa sanguine: quoniam Deus in homine passus est, mortuus est: et meritum in homine a Deo coniuncto. Lignum cedri, crux. Hyssopum, passio. Vermiculus, charitas. Aqua saliens viva, baptismus. Deinde, leprosus radit omnes pilos carnis suae: omnes cogitationes et desideria priora totaliter innovans reiecto veteri homine. Et offert agnos, id est, vitam innocentiam: et ovem, id est, vitam sine querela in mansuetudine: et similia conspersam oleo: puritatem cum misericordia et charitate. Item, auris eius intingitur sanguine, et pollex manus et pedis: ut deserat mundum. Sic auditus non audiat malum, et manus ne operetur; et pes ne vagetur per vias distortas: ut ibi in Glossa Origenes exponit. Este haec figura similis in aliquo cum illa de hircio. Nota: quod primo leprosus septies aspergitur: per quod deno-

tantur septem Sacramenta. Et postea secundo septies contra domum fit aspersio sanguinis: per quae denotantur septem dona Spiritus sancti: quae omnia in mundatione peccatoris leprosi contingunt virtute sacrificii passionis.

Varia de vanitate mortalis vitae.

4345 **O** homo! considera in quanta vanitate vivis, qui quotidie cernis praeterire quod es; nec tamen scire ulla ratione potes quale sit quod futurus es (HUGO A S. VICT.). — Magna est vanitas corporis, sed multo maior vanitas spiritus, qui per vagas cogitationes fere semper evanescit (id.). — Et quia: creatura vanitati subiecta est, quamdiu delecta est temporalibus rebus, quae transeunt tamquam umbra. (S. AUG.) sedulo curandum est ut tanquam exules et hospites vivamus in hoc saeculo, alieni ab humanis cupiditatibus, segregati a mundanis delectamentis, memores quod: totus splendor generis humani, honores, potestates, divitiae, typi, misere, tumores, flos foeni est. (id.). Et: quanto plus homines de vanitate temporalium congregant et laborant, ut aestum cupiditatis extinguant, tanto vanitatis ventum in se fortiores inveniant, et aestu cupiditatis magis calent. (HUGO CARD.) — *O Maria, fac me, sicut Seraphicum Franciscum, ante obitum mortuum, post obitum vivum!*

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XIII. POST PENT., GREGO. 4.

4346 **U**nus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, Lucae decimo septimo.

4347 In verbis his tria nota spiritualiter, quae faciunt nos tendere ad nostrum Principium originale, Dominum Iesum, scilicet excellentia virtutis, intelligentia veritatis et affluentia devotionis. Primum nota in vivifica vita, secundum in recognita gratia, tertium in humili pietate si- ve theosebia.

Circa totum nota, quod tunc est animus, quando sive homo unus, quando totaliter tendit in Deum, in se ipsum et in proximum.

4349 Quod ut fiat, converti debet et tendere per unitatem virtutis primo in Deum secundum triformem gradum virtutis; tendere enim debet in Deum et uniri: per fidei unitatem; Isaiae quinquagesimo primo: *Unum vocavi eum et benedixi ei et multiplicavi eum; unum, id est ad unum radium veritatis aeternae. Per confidentiae sublimitatem; Psalmus: Unam petii a Domino, hanc requiram;* Lucae decimo: *Porro unum est necessarium. Per amoris charitatem;* Cantico: sexto: *Una est columba mea, perfecta mea;* etc.; Ioannis decimo septimo: *Ut sint consummati in unum,* etc.

4350 Secundo anima tendit in se ipsum tripliciter, scilicet per humilitatem simplicem sive profundam, ut scilicet anima intret in suam centralitatem et videat suos defectus et paupertatem et sic concipiat spiritum timoris; Psalmus: *Respice in me et miserere mihi, quia unicus et pauper sum ego. Per virilitatem strenuam, ut scilicet agat et prosequatur exempla perfecta et ardua;* Ecclesiae septimo: *Virum de mille unum reperi,* etc. Per longanimitatem plenam, ut scilicet perseveret in bono et perferat omnia; primae ad Corinthios nono: *Unus accipit bravium,*

4351 Tercio tendit anima per unitatem in proximum, quod fit, quando ad ipsum ordinatur et vivificatur: in sensu id ipsum sentiendo; Actuum quarto: *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. In affectu id ipsum volendo;* ad Ephesios quarto: *Solliciti, servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. In convictu id ipsum agendo;* Psalmus: *Ecco, quoniam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.*

Vanitas de vanitate mortalium vitas.

4352 **O** stulte peccator et vanitatis amator, crubescit et time: natio extrema insania est, hominem ridiculum, probrum, turpem, ignominiosum, et omni supplicio dignum, adhuc tamen in vanitatis gloriari velle. (S. CHRYSOST.) — Quae secundum carnalem aestimationem magna dicuntur, vana sunt omnia; quidquid in hoc saeculo latet, dilectulus subime, aut prospectum cernitur, vanum profecto est. (S. GREG. MAG.) Repente ipsa saeculi circumstantia, pulchra transiunt, laeta et prospera evanescent (id.). Ergo vana sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blandiuntur, sed a matris sine cilo transcenduntur. (Id.). — Si vis ergo iugum mandatae vanitatis excedere, coelestia cogita, pro coelestibus illis, ad coelestia tendit. Etenim qui in amore coelestium finis, caculum perfecte desuperat, nulli omnino vanitati succumbet. (S. GREG. MAG.) Et corde et opere dicto cum S. Hieron. *O miserrabilis humana conditio! et sine Christo vanum omne quod vivimus!* — *O Leti, edamnia! O Maria, spes mea!*

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.
Matth. 17. 22-35.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire, aut unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sublebet, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae.

25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca? et corpus plus quam vestimentum?

26. Respice volatilia caeli, quantum non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester coelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

27. Quis autem vestrum cogitans, potest adiciere unum staurum suam cubitum unum?

28. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt; non laborant, neque vult.

29. Ideo autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis.

30. Si autem frumentum agri, quod hodie vestit, et eras in cilicamini mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicae fidei?

31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32. Haec enim omnia gentes inquirunt. Sed enim Pater vester, qui haec omnia indiget.

33. Querite ergo primum regnum Dei, et iustitiam eius: et haec omnia adicientur vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

LIT. 2. DE REEM. DOM. IN MONTA. CAP. 14. ET 15.

4353 **Q**UOD autem sequitur, et dicit, *Nemo potest duobus dominis servire, ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod consequenter exponit, dicens: Aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut alterum patietur, et alterum contemnet.* Quae verba diligenter consideranda sunt: nam qui sint duo domini, deinceps ostendit, cum dicit, *Non potestis Deo servire et mammonae.* Mammona apud Hebraeos divitiae appellari dicuntur. Congruit et punice nomen: nam fuerum, punice mammon dicitur. Sed qui servit mammonae, illi utique servit, qui rebus istis terrenis merito suae perversitatis praepositus, magistratus huius saeculi a Domino dicitur (IOANN. XII, 31; XIV, 30). Aut ergo hunc odio habebit homo, et alterum diliget, id est, Deum; aut alterum patietur, et alterum contemnet. Patitur enim durum et perniciosum dominum, quisquis servit mammonae; sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo: et non eum diligit; quis enim est qui diligit diabolum? sed tamen patitur: sicut in maiore aliqua domo, qui ancillae alienae coniunctus est, propter cupiditatem dura duram patitur servitutem, etiam si non diligit eum, cuius ancillam diligit.

4354 *Alterum autem contemnet, dixit; non odio habebit.* Nullus enim fere conscientia Deum odisse potest: contemnit autem, id est, non timet eum, quasi de eius bonitate securus est. Ab hac negligentia et perniciose securitate revocat Spiritus sanctus, cum per Prophetam dicit, *Fili, in adversis peccatum super peccatum, et dicas, Miseratio Dei magna est (EZECH. V, 5; 6); et, Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te movet? (ROM. II, 4).* Cuius enim tanta misericordia, commemorari

potest, quam eius qui omnia donat peccata conversis, et oleastrum facit participem pinguedinis olivae? et cuius tanta severitas, quam eius qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit illos? (Ibid. XI, 17-24). Sed quisquis vult diligere Deum, et cavere ne offendant, non se arbitretur duobus dominis posse servire, et intentionem cordis sui rectam ab omni duplicitate explicite: ita enim sentiet te Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaeret illum (SAP. I, 1).

4355 *Ideo, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animae vestrae quid edatis, neque corpori vestro quid induatis.* Ne forte, quamvis iam superflua non quaerant, propter ipsa necessaria cor duplicetur, et ad ipsa conquirenda nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur; id est, ut cum consulere alicui videri volumus, nostrum emolumentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus: et ideo nobis non videamur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt quae consequi volumus. Dominus autem admonet ut meminimus multo amplius nobis Deum dedisse, quod nos fecit et composuit ex anima et corpore, quam est alimentum atque tegumentum, quorum cura nos duplicare cor non vult. *Nonne, inquit, anima plus est quam esca? Ut tu intelligas eum qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum. Et corpus quam vestimentum, id est, plus est: ut similiter intelligas, eum qui corpus dedit, multo facilius daturum esse vestimentum.*

4356 Quo loco quaeri solet utrum ad animam cibis iste pertineat, cum anima incorporea sit, iste autem cibus corporeus. Sed animam hoc loco pro ista vita positam noverimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Secundum hanc significationem dictum est et

iam illud: *Qui amat animam suam, perdet illam (IOANN. XII, 25).* Quod nisi de hac vita acceperimus, quam oportet pro regno Dei perdere, quod potissime Martyres claruit, contrarium hoc praepotenter erit illi sententiae qua dictum est: *Quid prodest homini, si totum mundum lucratur, animam autem suae detrimentum faciat? (MATH. XVI, 26).*

4357 *Respice, inquit, volatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester coelestis pascit illa: nonne vos pluris estis illis? id est, carius vos valetis.* Quia utique rationale animal, sicuti est homo, sublimius ordinatum est in rerum natura, quam irrationabilia, sicut sunt aves. *Quis autem, vestrum curans, inquit, potest adiciere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? id est, cuius potestate atque dominatu factum est ut ad hanc staturam corpus vestrum perduceretur, eius providentia etiam vestri potest: non autem vestra cura factum esse ut ad hanc staturam veniret corpus vestrum, ex hoc intelligi potest, quod si curetis, et velitis adiciere unum cubitum huius staturae, non potestis: illi ergo etiam tegendi corporis curam relinquit, cuius videlicet cura factum esse ut tantae staturae corpus habeatis.*

4358 Dandum autem erat etiam documentum propter vestimentum, sicut datum est propter alimentum. Itaque sequitur, et dicit: *Considerate lilia agri quomodo crescunt; non laborant neque vult: dico autem vobis quia nec Salomon in omni gloria sua sic vestitus est ut unum ex his: Si autem frumentum agri, quod hodie est et eras in cilicamini mittitur, Deus sic vestit: quanto magis ergo vos, modicae fidei? Sed ista documenta non sicut allegoriae discutienda sunt, ut quaeramus quid significent aves caeli, aut*

Varia de vanitate mortalitatis vitas.

4352 **O** stulte peccator et vanitatis amator, crubescet tunc: natio extrema insania est, hominem ridiculum, probrum, turpem, ignominiosum, et omni supplicio dignum, adhuc tamen in vanitatis gloriari velle. (S. CHRYSOST.) — Quae secundum carnalem aestimationem magna dicuntur, vana sunt omnia; quidquid in hoc saeculo latet, dilectulus subime, aut propestrum cernitur, vanum profecto est. (S. GREG. MAG.) Repente ipsa saeculi circumit, pulchra transcutit, laeta et prospera evanescent (id.). Ergo vana sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blanduntur, sed a matre sine cilo transcenduntur. (Id.). — Si vis ergo iugum mandatae vanitatis excedere, coelestia cogita, pro coelestibus illis, ad coelestia tendit. Tunc autem qui in amore coelestium fixus, caculum perfecte desepserit, nulli omnino vanitati succumbet. (S. GREG. MAG.) Et coram et opere dicto cum S. Hieron. — O miserrabilis humana conditio! et sine Christo vanum omne quod vivimus. — O Leti, edamnia! O Maria, spes mea!

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.
Matth. 17. 22-35.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire, aut unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sublebet, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae.

25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca? et corpus plus quam vestimentum?

26. Respice volatilia coeli, quantum non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester coelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

27. Quis autem vestrum cogitans, potest adiciere unum stauram suam cubitum unum?

28. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt; non laborant, neque vult.

29. Ideo autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis.

30. Si autem istum agri, quod hodie vestit, et cras in cilibam mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicae fidei?

31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32. Haec enim omnia gentes inquirunt. Sed enim Pater vester, qui haec omnia indiget.

33. Querite ergo primum regnum Dei, et iustitiam eius: et haec omnia adicientur vobis.

Homilia S. Augustini Episcopi.

LIC. 2. DE REEM. DOM. IN MONTA. CAP. 14. ET 15.

4353 **Q**UOD autem sequitur, et dicit, *Nemo potest duobus dominis servire, ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod consequenter exponit, dicens: Aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut alterum patietur, et alterum contemnet.* Quae verba diligenter consideranda sunt: nam qui sint duo domini, deinceps ostendit, cum dicit, *Non potestis Deo servire et mammonae.* Mammona apud Hebraeos divitiae appellari dicuntur. Congruit et punice nomen: nam fuerum, punice mammon dicitur. Sed qui servit mammonae, illi utique servit, qui rebus istis terrenis merito suae perversitatis praepositus, magistratus huius saeculi a Domino dicitur (IOANN. XII, 31; XIV, 30). Aut ergo hunc odio habebit homo, et alterum diliget, id est, Deum; aut alterum patietur, et alterum contemnet. Patitur enim durum et perniciosum dominum, quisquis servit mammonae; sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo: et non eum diligit; quis enim est qui diligit diabolum? sed tamen patitur: sicut in maiore aliqua domo, qui ancillae alienae coniunctus est, propter cupiditatem dura duram patitur servitute, etiam si non diligit eum, cuius ancillam diligit.

4354 *Alterum autem contemnet, dixit; non odio habebit.* Nullus enim fere conscientia Deum odisse potest: contemnit autem, id est, non timet eum, quasi de eius bonitate securus est. Ab hac negligentia et perniciositate recusat Spiritus sanctus, cum per Prophetam dicit, *Fili, in adversis peccatum super peccatum, et dicas, Miseratio Dei magna est (EZECH. V, 5; 6); et, Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te movet? (ROM. II, 4).* Cuius enim tanta misericordia, commemorari

potest, quam eius qui omnia donat peccata conversis, et oleastrum facit participem pinguedinis olivae? et cuius tanta severitas, quam eius qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit illos? (Ibid. XI, 17-24). Sed quisquis vult diligere Deum, et cavere ne offendant, non se arbitretur duobus dominis posse servire, et intentionem cordis sui rectam ab omni duplicitate explicite: ita enim sentiet te Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaeret illum (SAP. I, 1).

4355 *Ideo, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animae vestrae quid edatis, neque corpori vestro quid induatis.* Ne forte, quamvis iam superflua non quaerant, propter ipsa necessaria cor duplicetur, et ad ipsa conquirenda nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur; id est, ut cum consulere alicui videri volumus, nostrum emolumentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus: et ideo nobis non videamur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt quae consequi volumus. Dominus autem admonet ut meminimus multo amplius nobis Deum dedisse, quod nos fecit et composuit ex anima et corpore, quam est alimentum atque tegumentum, quorum cura nos duplicare cor non vult. *Nonne, inquit, anima plus est quam esca? Ut tu intelligas eum qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum. Et corpus quam vestimentum, id est, plus est: ut similiter intelligas, eum qui corpus dedit, multo facilius daturum esse vestimentum.*

4356 Quo loco quaeri solet utrum ad animam cibis iste pertineat, cum anima incorporea sit, iste autem cibus corporeus. Sed animam hoc loco pro ista vita positam noverimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Secundum hanc significationem dictum est et

iam illud: *Qui amat animam suam, perdet illam (IOANN. XII, 25).* Quod nisi de hac vita acceperimus, quam oportet pro regno Dei perdere, quod potissime Martyres claruit, contrarium hoc praepotum erit illi sententiae qua dictum est: *Quid prodest homini, si totum mundum lucratur, animam autem suae detrimentum faciat? (MATH. XVI, 26).*

4357 *Respice, inquit, volatilia coeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester coelestis pascit illa: nonne vos pluris estis illis? id est, carius vos valetis.* Quia utique rationale animal, sicuti est homo, sublimius ordinatum est in rerum natura, quam irrationabilia, sicut sunt aves. *Quis autem, vestrum curans, inquit, potest adiciere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? id est, cuius potestate atque dominatu factum est ut ad hanc staturam corpus vestrum perduceretur, eius providentia etiam vestri potest: non autem vestra cura factum esse ut ad hanc staturam veniret corpus vestrum, ex hoc intelligi potest, quod si curetis, et velitis adiciere unum cubitum huius staturae, non potestis: illi ergo etiam tegendi corporis curam relinquit, cuius videlicet cura factum esse ut tantae staturae corpus habeatis.*

4358 Dandum autem erat etiam documentum propter vestimentum, sicut datum est propter alimentum. Itaque sequitur, et dicit: *Considerate lilia agri quomodo crescunt; non laborant neque vult: dico autem vobis quia nec Salomon in omni gloria sua sic vestitus est ut unum ex his: Si autem fenum agri, quod hodie est et cras in cilibam mittitur, Deus sic vestit: quanto magis ergo vos, modicae fidei? Sed ista documenta non sicut allegoriae discutienda sunt, ut quaeramus quid significent aves coeli, aut*

lilia agri; posita sunt enim, ut de rebus minoribus maiora persuaderentur; sicuti illud est de iudice qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur, et tamen saepe interpellanti viduae cessit, ut eius causam consideraret; non propter pietatem aut humanitatem, sed ne taedium pateretur. Non enim ullo modo ille iniustus iudex personam Dei allegorice sustinet; sed tamen quantum Deus, qui bonus est et iustus, curet deprecantes se, hinc confici Dominus voluit, quod nec iniustus homo eos qui illum assiduis precibus tundunt, vel propter necdum devitandum, potest contemnere (Luc. xviii, 2-8).

Varia de vanitate mortalis vitae.

4353

QUOTIDIO corrumpitur, recte vanitas vanitatum nominatur. Vana sunt omnia, quae in mundo videntur, vanus homo, vanae divitiae, vani honores, omnia vana. — Quid hinc, vanitas? terra quiescit, quae hominum curis facta est, et ipsa homo terrae dominus in pulverem repente dissolvitur. — Vana sunt omnia, et non solum vana, sed et vanitas vanitatum. Vana est mundus; quoniam eos quos amabat, exstolerat, mortificat minime salvat. — Vani sunt omnes honores saeculi; quia quos magis coram hominibus faciunt, repente solos et ignobiles in morte derelinquunt. Vanae sunt divitiae; quia possessores suos a morte non liberant, sed de aliis graviter damnant. Vana est omnis potestas terrena; quoniam eos quos in sublimitate possit, in puncto deserens ad inferos transmittit. — Vana sanguinis alti nobilitas; quoniam quos gloriosos coram hominibus facit, morientes escam vermicibus concedit. — Vana est parentiae, ampla familia, quoniam qui nobilitate generis viris ab aliis secum ducit, mortuis hostis occupantur. — Vanum est, quod quid in mundo pretiosum creditur; quoniam cito valde amittitur. — Cum ergo vana sint omnia, profecto vanus errans esse desiderat, quisquis vanitatem amat (Ios. III, 17). — Vera in omnibus, in bonis, in illis, in voluptatibus vanitas est, sicuti vanum est somnium, et vana est umbra; limbram equi pro equo tenere, vanitas est; sic fragorosa, respectu aeternorum sequi, vanitas est. Hanc vanitatem cognoscent in inferno, qui nolunt salubriter recognoscere in mundo (S. Bernardus). — *O Iesu, miserece mei; dimitte me ut plene*

gaui postulatam dolorem mentis, quia perdidit vitam? O Maria, velociter robae me Filii tui, quia prodigo vitam!

FERIA SECUNDA

Homilia S. Augustini Episcopi.

LII. 2. DE SERM. DOM. IN MORTE, CAP. 16.

NOLITE ergo inquit, solliciti esse, *4360* se, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestimus: haec enim omnia Gentis quaerunt. Sed enim Pater vester qua horum omnium indigetis. Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia apponentur vobis. Hic manifestissime ostendit non haec esse appetenda, tanquam talia bona nostra, ut propter ipsa debeamus bene facere, si quid facimus, sed tamen esse necessaria. Quid enim intersit inter bonum quod appetendum est, et necessarium quod sumendum est, haec sententia declaravit, cum ait: *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia apponentur vobis. Regnum ergo et iustitia Dei bonum nostrum est, et hoc appetendum, et ibi finis constituendus, propter quod omnia faciamus quaecumque facimus. Sed quia in hac vita militamus, ut ad illud regnum pervenire possimus, quae vita sine his necessariis agi non potest: Apponentur vobis haec, inquit, sed vos regnum Dei et iustitiam eius primum quaerite.* Cum enim dixit illud *primum*, significavit quia hoc posterius quaerendum est, non tempore, sed dignitate: illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessarium nostrum; necessarium autem propter illud bonum.

Neque enim, verbi gratia, ideo debemus evangelizare, ut manducemus; sed ideo manducare, ut evangelizemus: nam

si propterea evangelizamus, ut manducemus, vilius habemus Evangelium quam cibum; et erit iam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in evangelizando. Quod etiam Apostolus prohibet, cum dicit licere sibi quidem, et permissum esse a Domino, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant, id est, de Evangelio habeant ea quae huic vitae sunt necessaria: sed tamen se non esse ab usum hac potestate. Erant enim multi qui occasionem habere cupiebant acquirendi et vendendi Evangelium, quibus cum volens amputare Apostolus, manibus suis victum suum toleravit (Act. xx, 34). De his enim alio loco dicit, *Ut amputem occasionem, ut qui quaerunt occasionem* (II Cor. xi, 12). Quamquam etiam si, ut ceteri boni apostoli, permissu Domini de Evangelio viveret, non ideo in eo victu constitueret finem evangelizandi, sed magis ipsius victus sui finem in Evangelio collocaret; id est, ut superius dixi, non ideo evangelizaret, ut perveniret ad cibum, et si qua sunt alia necessaria; sed ideo ista sumeret, ut illud impleret, ne non volens, sed necessitate evangelizaret. Hoc enim improbat, cum dicit: *Nescitis quoniam qui in templo operantur, quae de templo sunt etunt; et qui altari deserunt, altaris compatiuntur: sic et Dominus ordinavit ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere: ego autem nullius horum usus sum.* Hinc ostendit permissum esse, non iustum, aliquum contra praecipuum Domini licite tenebatur. Deinde sequitur, et dicit: *Non autem scripsi haec, ut ita fiat in me. Bonum est mihi magis mori, quam gloriam meam: quisquam inane faciat.* Hoc dixit, quia iam staturat, propter quosdam occasionem quaerentes, manibus suis victum transigere. *Si enim evangelizavero, inquit, non est mihi gloria:* id est, si evangelizavero, ut

ista fiat in me, id est, si propterea evangelizavero, ut ad illa perveniam, et finem Evangelii in cibo et potu et vestitu collocavero. Sed quare non est ei gloria? *Necessitas enim, inquit, mihi incumbit;* id est, ut ideo evangelizem, quia unde vivam non habeo, aut ut acquiram temporalem fructum de praedicatione aeternorum: sic enim iam necessitas erit in Evangelio, non voluntas. *Vae enim mihi est, inquit, si non evangelizavero.* Sed quomodo debet evangelizare? Scilicet ut in ipso Evangelio et in regno Dei ponat mercedem: ita enim potest non coactus evangelizare, sed volens. *Si enim volens, inquit, hoc facio, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est* (I Cor. ix, 13-17); id est, si coactus inopia earum rerum, quae temporali vitae sunt necessariae, praedico Evangelium, alii per me habebunt mercedem Evangelii, qui Evangelium ipsum me praedicante diligent; ego autem non habebō, quia non ipsum Evangelium diligo, sed eius pretium in illis temporalibus constitutum. Quod nefas est fieri, ut non tanquam filius ministrat quisque Evangelium, sed tanquam servus cui dispensatio credita est; ut tanquam alienum erogat, nihil inde ipse accipiat, praeter cibaria, quae non de participatione regni, sed ad sustentaculum miserac servitutis dantur extrinsecus. Quamquam alio loco et dispensatorem se dicit. Potest enim et servus in filiorum numerum adoptatus, cum rem in qua cohaeredit sortem meruit, fideliter dispensare participibus suis. Sed nunc ubi ait, *Si autem invitus, dispensatio mihi credita est;* talem dispensatorem intelligi voluit, qui alienum dispensat, unde ipse nihil accipiat.

Ergo quaecumque res propter aliud aliquid quaeritur, sine dubio inferior est, quam id propter quod quaeritur: et ideo illud primum est propter quod istam rem

quaeris, non ista res quam propter illud quaeris. Quapropter si Evangelium et regnum Dei propter cibum quaerimus, priorem facimus cibum, et posterius regnum Dei; ita ut si non desit cibus, non quaeramus regnum Dei: hoc est primum quaerere cibum, et deinde regnum Dei, id est, hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autem ideo quaeramus cibum, ut habeamus regnum Dei, facimus quod dictum est, *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia apponentur vobis.*

Varia de temporaria conversione.

4363 **E**cce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis. Sicut in die honesto ambulamus. O anima mea, revertere, revertere ad Dominum Deum tuum: non timere iugum Domini, quia dulce est et suave. "Grave cernitur omne quod incipit; sed postquam ab his distuere, et ad illa se paulisper assuescere quis coeperit, sensu tollit difficultatem, invenitque facile quod impossibile ante putavit." (S. BERNARDUS). — O anima mea, exsurge, exsurge a somno, audi Iesum vocantem te: accede ad Iesum adnitensque salutis et sanctitatis desiderio, et toto corde exclama: Ecce nunc coepit / nesci mens per tergitem revertescere quae studeo per desiderium semper iactare. (S. GREG. MAGNUS). — Obliviscere omnia praeteritum, et quotidie iudicare te puta. (S. HIERONIMUS).

4364 **N**on tardare, sed totis viribus per viam mandatorum et perfectionis corripere, non domum acceptam amittas; ne Iesus qui te vocat discedat. "Inchastri aliquid boni! non revocaris per impedienda inimici, quoniam et ipse inimicus patientia tua destruitur." (In vit. Patr.). — Viriliter age: in bono persevera. "Quod incipit iactans, feliciter consumma: sic agens quotidie, quasi semper incipias." (PETR. BLES.). Nam "qui proficere vult, omni die incipere debet." (KELVINUS). — O Maria, anima me: assidue debilitatem pauperum servi tui!

FERIA TERTIA

Homilia S. Augustini Episcopi.

LIT. 2. DE SEDEM. DOM. IN IVINTE. CAP. 12.

4365 **Q**UAERENTIBUS enim primum regnum et iustitiam Dei, id est, hoc praepoentibus ceteris rebus, ut propter hoc cetera quaeramus, non debet subesse sollicitudo ne illa desint quae huic vitae propter regnum Dei sunt necessaria. Dixit enim superius, *Scit Pater vester quod horum omnium indigetis.* Et ideo cum dixisset, *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius*, non dixit, Deinde ista quaerite; quamvis sint necessaria; sed ait, *haec omnia apponentur vobis*, id est consequentur, si illa quaeratis, sine ullo vestro impedimento: ne cum ista quaeritis, illuc avertamini; aut ne duos fines constituatis, ut et regnum Dei propter se appetatis, et ista necessaria; sed haec potius propter illud: ita vobis non deerunt. Quia duobus dominis servire non potestis. Duobus autem dominis servire conatur, qui et regnum Dei pro magno bono, appetit, et haec temporalia. Non poterit autem simpliciter habere oculos, et uni Domino Deo servire, nisi quaecumque sunt cetera, si sunt necessaria, propter hoc unum assumat, id est propter regnum Dei. Scit autem omnes militantes accipiunt annonam et stipendium, sic omnes evangelizantes accipiunt victum et tegumentum. Sed non omnes propter salutem reipublicae militant, sed propter illa quae accipiunt: sic et non omnes propter salutem Ecclesiae ministrant Deo, sed propter haec temporalia, quae tanquam annonam et stipendia consequuntur; aut et propter hoc, et propter illud. Sed supra iam dictum est, *Non potestis diobus dominis servire.* Ergo simplici corde tantummodo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes; non autem in

haec operatione, vel solam, vel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare: quorum omnium temporalium nomine crastinum posuit, dicens, *Nolite cogitare de crastino.* Non enim dicitur crastinus dies, nisi in tempore, ubi praeterito succedit futurum. Ergo cum aliquid boni operamur, non temporalia, sed aeterna cogitemus: tunc erit illud bonum et perfectum opus. *Crastinus enim dies*, inquit, *sollicitus erit sibi ipsi*: id est ut cum opererit sumas cibum vel potum, vel indumentum, cum ipsa scilicet necessitas urgeret cooperit. Aderunt enim haec, quia novit Pater noster quod horum omnium indigemus. *Sufficit enim*, inquit, *dici malitia sua*: id est, sufficit quod ista sumere urgebit ipsa necessitas. Quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia poenalis est nobis: pertinet enim ad hanc fragilitatem et mortalitatem, quam peccando meruimus. Huic ergo poenae temporalis necessitatis noli addere aliquid gravius, ut non solum patiaris harum rerum indigentiam, sed etiam propter hanc explendam milites Deo.

4366 **H**oc autem loco vehementer cavendum est, ne forte cum viderimus aliquem servum Dei providere ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra praecceptum Domini facere, et de crastino esse sollicitum. Nam et ipse Dominus, cui ministrabant Angeli (MATTH. IV, 11), tamen propter exemplum, ne quae postea scandalum pateretur, cum aliquem servorum eius animadvertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est cum pecunia, unde usibus necessariis quidquid opus fuisset praepareretur: quorum loculorum custos et fur, sicut scriptum est, Iudas fuit, qui eum tradidit (IOANN. XII, 6). Sicut et apostolus Paulus potest videri de crastino cogitasse, cum dixit: *De collectis autem*

*in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiam Galatiae, ita et vos facite: secundum unam sabbati unusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans, quod ei placuerit, ut non cum venero, tunc collectae fiant. Cum autem advenero, quoscumque probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem: quod si dignum fuerit ad et ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero; nam Macedoniam pertransibo: apud vos autem forsitan renanabo, vel etiam hie-mabo, ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos in transitu videri: spero enim me aliquod tempus manere apud vos, si permiserit Dominus. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten (I COR. XVI, 7-8). Item in Actibus Apostolorum scriptum est, ea quae ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem. Sic enim legitur: *In illis autem diebus descenderunt ab Ierosolymis prophetae Antiochiam, eratque magna exultatio. Congregatis autem nobis, surgens unus ex illis nomine Agabus, significabat per Spiritum, famem magnam futuram in universo mundo, quae et facta est sub Claudio Caesare. Discentiam autem ut quisque abundabat, staterunt unusquisque eorum in ministerium militum praebysteris habitantibus in Iudaea fratribus, qui et miserunt per manum Barnabae et Sauli (ACT. XI, 27-30). Et quod naviganti eidem apostolo Paulo imposita sunt utensilia, quae offerbantur (Ibid. XXVII, 10), non ad unum tantum diem videtur victus esse procuratus. Et quod idem scribit, *Qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operans manibus suis bonum, ut habeat unde tribuere cui opus est (EPHES. IV, 28)*: male intelligentibus non videtur servare praecceptum Domini, quod ait, *Respicite sollicitudinem coeli, quoniam non serunt, neque***

metunt, neque congregant in horrea; et, Considerate lilia agri quomodo crescant; non laborant neque vent; cum istis præcipit ut laborent, operantes manibus suis, ita ut habeant quod etiam aliis possint tribuere. Et quod sæpe de seipso dicit, quod manibus suis operatus sit, ne quem gravaret (I. THESS. II, 9, et II. THESS. III, 8); et de illo scriptum est quod coniunxerit se Aquilæ propter artis similitudinem, ut simul operarentur unde victum transigerent (ACT. XVIII, 2, 3); non videtur imitatus aves coeli et lilia agri. His et huiusmodi Scripturarum locis, satis apparet Dominum nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procuret; sed si quis propter ista Deo militet, ut in operibus suis non regnum Dei, sed istorum acquisitionem intueatur.

Ad hanc ergo regulam hoc totum præceptum redigitur, ut etiam in istorum provisione regnum Dei cogitemus, in militia vero regni Dei ista non cogitemus. Ita enim etiamsi aliquando defuerint, quod plerumque propter exercitationem nostram Deus sinit, non solum non debilitant propositum nostrum, sed etiam examinatum probatumque confirmant. *Gloriamur enim, inquit, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit; quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* (ROM. V, 3-5). In commemoratione autem tribulationum ac laborum suorum idem apostolus non tantum in carceribus et naufragiis, atque huiusmodi multis molestiis, sed etiam in fame et siti, in frigore et nuditate se laborasse commemorat (II COR. XI, 23-27). Quod cum legimus, non acstimemus Domini promissa titubasse, ut famem ac sitim et nuditatem pateretur Apostolus,

quaerens regnum et iustitiam Dei, eum dictum sit nobis, *Quærite primum regnum Dei et iustitiam eius, et hæc omnia opponentur vobis*: quandoquidem ista sicut adiutoria novit ille medicus, cui semel nos totos commisimus, et a quo habemus promissionem vite presentis et futuri, quando apponat, quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire; quos et consolandos et exercendos in hac vita, et post hanc vitam in perpetua requie stabilendos atque firmandos gubernat, ac dirigit. Non enim et homo, cum plerumque iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua, ac non potius curando hæc facit.

Varia de tempestiva conversione.

Si infusa est et periculosus nimis quælibet peris et procrastinatio in opere perfectionis, infatigabilis est et periculis æternis plena negligentia peccatoris in negotio conversionis. Quapropter, o peccator, miserime mancipium satanae, audi Spiritum sanctum tibi misericorditer dicentem: "Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te." (ECC. V, 8). — Timeat qui divinae misericordiae vocibus sardonius permanet, audiatque Patrem misericordiarum dicentem: "Vocavi, et renuistis: extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. Desperaxistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo eum vobis id quod timebitis advenit." (PSAL. L, 24). — O infelix peccator, "ne impie agas, multum... ne moriaris in tempore, non tuo." (ECC. VII, 18). — Et memento quod "iusto Dei iudicio sit, ut quis cum potest homo converti, et non vult, cum vult, forte converti non possit." (I. IERON. I.). — O Maria, Divini Pastoris Mater, miserere mihi, defende me, reddi me Filio tuo!

FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

DE MATTH. CAP. 6.

4369 **N**escio potest duobus dominis servire, usque, *Et alterum contemnet*. Videlicet diabolus odit, qui

Deum diligit. Nullius enim scientia Deum odisse ferre potest; et ideo eum qui non timet, contemnit dum eius mandata non custodit.

4370 *Non potestis Deo servire et mammonæ*. Audiat hoc avarus, et studeat divitiis, quæ mammonæ Syriaci nuncupantur sermone, magis ut dominus distribuere, quam ut servus custodire.

4371 *Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animarum vestrarum, et reliqua*. Quod ait, *Ideo dico vobis*, ad superiora respicit, ne temporalium sollicitudine vincamini cum divitiis huius sæculi thesaurizare. De carnali autem cibo et vestimento nos non debere esse sollicitos accipiamus, de spiritali autem cibo et vestimento semper solliciti esse debemus.

4372 *Nonne anima plus est quam esca, et corpus plusquam vestimentum*. Admonet ergo in hac sententia, ut meminerimus multo amplius nobis Deum dedisse, qui nos fecit et composuit, quam quodvis alimentum et tegumentum. Quo loco quaeri solet, utrum iste cibus corporeus ad animam pertineat, cum sit ipsa incorporea, an non. Sed animam hoc loco pro ista vita positam noverimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum.

4373 *Respicite volatilia coeli, usque, Et poter vester pascit illa*. Id est, si volatilia quorum mortalitas est anima, Dei aluntur providentia; quanto magis homines, quibus aeternitas promittitur.

4374 *Nonne vos plures estis illis*. Hoc est, carius valetis, quam irrationabilia, sicuti sunt aves.

4375 *Quis autem vestrum cogitans potest adiacere ad staturam suam cubitum unum, et de vestimento quid solliciti estis*. Ac si dicat: illi ergo relinquitur curam tegendi corporis, cuius cura factum esse videtis, ut tantæ staturæ corpus habeatis.

4376 *Considerate lilia agri, et reliqua*. Ista vero documenta de avibus et liliis non allegorice ponuntur, sed ut de rebus minoribus maiora persuaderentur.

4377 *Dico autem vobis quod nec Salomon, et reliqua*. Revera quod sericum, quæ purpura regum potest floribus comparari, quid ita rubet ut rosa, quid ita candet ut lilium, quod magis est oculorum, quam sermonis iudicium.

4378 *Si autem foenum agri, quod hodie est, et cras in cilivum mittitur, Deus sic vestit, et reliqua*. Cras pro futuro ponitur tempore. Et est sensus. Si quæ cito decidua concremantur igne, artifex omnium tam venusta ornat specie: quanto magis vos procurabit in necessariis, qui ad æternam hæreditatem pertinetis.

4379 *Nolite solliciti esse, dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur*. Notandum quod non ait, *Nolite quaerere cibum, etc.* Sed *quid, inquit, manducetis, et reliqua*. Ubi mihi videntur argui, qui spreta communione lautiora vel austeriora sibi alimenta vel indumenta requirunt pro his cum quibus vitam ducunt.

4380 *Hæc omnia gentes inquirunt. Scilicet quibus cura est non futurorum, sed comparati sunt iumentis insipientibus, et similes facti sunt illis*.

4381 *Scit enim pater vester, usque, Et hæc omnia dabo vobis*. Quærite regnum Dei, quod est bonum appetendum, et necessaria sine quibus hæc vita non potest peragi. Non dixit nobis dari, sed adiaceri: quia nobis in intentione aeterni-

tas, in usu vero debet esse temporalitas: illud tamquam bonum, hoc tamquam necessarium.

Varia de temporativa conversione.

4382 **C**ONVERTERE ad Dominum Deum tuum, et ne differas poenitentiam dnm: Nihil aliud clamat dilectio quam ista: Regnum in hoc tenent peccatores, postea regnabit quoque aliquando Christus. Exhibebo membra mea arma iustitiae ad iniquitatem, deinde exhibebo etiam ea arma Deo. Sic nimirum Cain quoque sacrificium offerebat, nempe prima ac praestantiora usui suo, ac voluptati: secunda ac deteriora Creatori ac donatori Deo. (S. BASIL.) — Sed multis, inquit, dedit Deus privilegium, ut in ultima senectute confiterentur. Quid legitur? Numquid et tibi habet? Errasse dabit, inquit: cur dicit, fortasse? Contingit aliquando; sed cogita, quod de anima delibata (S. CAPISSEAN.) — Unde non demeritis in errore imperiorum: ante mortem confiteri. A mortuo quasi nihil parit confessio. Confiteris vana, viva et sanus confiteris. et laudabis Deum, et gloriaris in merationibus illius. (ECCLES. XVII, 26.) Vade ergo ad Jesum, vade ad Salvatorem tuum; surge a latere, hic et nunc et absque mora exi a via peccatorum; et meremento quod periculosum est, et interitum vitium, ad mortem protrahere poenitentiae remedium. (S. BERNARD.) — *O Males fontium, convertite me!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

4383 **N**emo potest duobus dominis servire, etc. Quia dixerat quod thesaurizatio distrahit a Deo, ideo fugienda dicitur, quia non solum distrahit, sed alienat a Deo, quia nemo potest duobus dominis servire. Servus est qui ipsum quod est, alterius est; sed impossibile est quod animus feratur ad duos fines simul et semel (dico contrarios et dissentientes). Item nota quod quidam dominantur, ut subditi dirigantur;

quidam autem, ut timeantur. Dominus et divitiae sunt contrarii domini; ideo non potestis Deo servire et mammonae.

4384 Sed nota quod aliud est habere divitias ut dominus, aliud ut servus: habet enim ut dominus, qui bene utitur illis, et inde facit fructum; sed ille est servus divitiarum, qui fructum inde non accipit; Eccli. v, 12: *Est aliud malum quod videt sub sole: divitiae conservatae in malum domini sui.* Omne autem in quo quis ponit finem suum, Deus suus est. Unde qui ponit finem suum in divitiis, Deus suus est, sicut dicitur de illis quorum Deus venter est, Philipp. iii, 19.

4385 *Non potestis Deo servire et mammonae.* Per mammonam potest intelligi diabolus, qui praebet divitiis, et quasi Deus suus est; non quia possit dare, sed quia nititur divitiis homines decipere. Unde sicut est quidam spiritus fornicationis, sic est spiritus divitiarum. Aliter exponit Augustinus: *Nemo potest*, etc., scilicet contrariis. Sed Deus et diabolus contrarii sunt. *Quae conventio Christi ad Belial?* II ad Cor. vi, 15, et in lib. III Reg. xviii, 21: *Quid claudicatis in duas partes?* Et sequitur, *Aut manu sustinebit*, id est diabolus. Et non dicit, Diliget, quia diabolus naturaliter diligi non potest. Deus naturaliter diligitur; diabolus vero sustinetur, sicut ponit exemplum Augustinus: Si aliquis cupit ancillam alicuius, servit ei amore ancillae, non ipsius: unde sustinet servitium domini propter ancillam; sic aliquis sustinet servitium diaboli propter divitias.

Varia de temporativa conversione.

4386 **O** infelix peccator, fuge, fuge a facibus leonibus rugientibus; revertere ad domum Patris tui. Ne te metipsum decipias, ne ulterius differas, ne salutis tuae remedium de die in diem procrastin-

ando, animam tuam seducas; sed intra cito, dum licet in portum conversionis, ne te tardantem respiciam opprimam casus, ne te inopinatae mortis absorbeat ductus, et ardentis gehennae deglutat barathrum. (S. PATER DAM.) — Vae tibi, si tardaveris; vae tibi, si fugis dum Iesum quaerentem te, ut salvet te. Audi quod Dominus respondet insonatis peccatoribus, qui tempestive converti recusant: Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint, nec acceperint consilio meo, et detraxerint universae correptioni meae. (Psalm. i, 25.)

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae Aquinatis

IN MATTHE. CAP. 6.

4387 **I**TEM posset aliquis dicere: Non pono finem in divitiis superfluis, sed necessariis. Et hoc prohibet Dominus dicens: *Ideo dico: Ne solliciti sitis animae vestrae*, etc.; non quia anima manducet, sed quia homini convenit, anima existente in eo. Vel *animas*, id est vitae animae. Et destruitur hic error Euticharum, qui dicebant quod viri apostolici non debebant laborare. Sed hos reprehendit Paulus dicens II Thessal. iii, 10: *Qui non vult laborare, non manducet.* Secundum ergo Apostolum omnes tenentur.

4388 Sed quaero, aut est consilium, aut praecceptum. Si praecceptum, ergo omnes tenentur; si consilium, constat quod non omnes, quia ad consilia non tenentur nisi homines perfecti.

4389 Dico quod aliquid est praecceptum propter se, aliquid propter aliud: ut cum aliquis cepit crucem ut eat ultra mare, quod eat ultra mare tenetur, sed non potest ire nisi quaerat navem: unde quaerere navem est ei necessarium. Sic omnes tenentur ad conservandum vitam, ideo tenentur ad omnia quae faciunt ad istum finem; unde tenetur quilibet qui

non habet unde conservet vitam, laborare ut conservet.

4390 Quid ergo dicit, *Nolite solliciti esse?* etc. Dicendum quod sollicitudo nominat providentiam cum studio; studium autem est vehemens applicatio animi. In ista autem vehementi applicatione potest esse peccatum, quando scilicet ponit animum ibi ut ad finem; et sic non debemus solliciti esse. Et ideo habetur Prov. ii, 7: *Expectatio sollicitorum peribit.* Item potest esse quod mens intendat ad superflua acquirenda; et sic prohibetur, ut habetur Eccli. ii, 1: *Dixi ego in corde: Vadam, et assumam divitias.* Item sollicitudo potest esse, quia animus nimis sollicitatur ad temporalia acquirenda et necessaria: et de hoc habetur I ad Corin. ii. Item quidam solliciti sunt cum quodam timore et desperatione, quia timeant sibi deficere; et haec sollicitudo prohibetur.

4391 Sequitur: *Nomen anima plus est quam esca?* Docuit vitare sollicitudinem etiam necessariorum. Ponit rationes. Et primo talem: qui dedit maiora, dabit minora; sed Deus dedit animam et corpus; ergo qui dedit haec, servabit ea. *Respicite volatilia coeli*, etc. Est haec alia ratio, Qui providet minoribus, providet maioribus; sed Deus providet brutis; ergo, etc. Primo deducit in cibo; secundo in vestimento. Docet ergo vitare sollicitudinem dicens, *Respicite*, id est considerate, *volatilia coeli*, quia ex his est sapientia; unde Job cap. xii, 7: *Interroga iumenta, et docebunt.* Unde cum non habeant operationem ad acquirendum panem, attamen, etc. Et tria dicit quoad tria quae requiruntur, scilicet serere, metere et congregare. Et quantum ad hoc tria dicit, *Non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, et lumen Patris vestrorum coelestis pascit illa.* Et dicit, *Vester*, non illorum, quia proprie pater est rationa-

lis creaturæ. *Pascit ea*, de quo in Psalmo cxlvi, 9: *Qui dat timentis escam ipsorum*, etc. *Nome vos magis plaris estam illis?* id est maioris valoris? Homo enim omnibus præponitur, ut habetur Gen. 1, 26; *Faciamus hominem*, etc.; et sequitur, *ut præsit piscibus maris, et volatilibus coeli*. Et non est intelligendum quin apostolici viri non congregent, sed est intelligendum, quod Deus in congregatione à tribulatione liberat iustos, ut Daniel liberavit de lacu leonum, et tres pueros de fornace. Et non dico, quod existentes in tribulatione non debeant facere ut eruantur, quia præcepit Dominus ut ex una civitate fugerent in aliam; sed est intelligendum, quod si faciunt isti quod in se est, quod liberabit eos Dominus. Et ista exempla inducuntur ad sciendum quod Dominus habeat providentiam de omnibus, et dat unicuique secundum modum suum: avibus enim dedit quomodo necessaria acquirerent: dedit enim eis naturalem instinctum quo moverentur ad inquirendum unde viverent, ideo non debemus esse nos nimis solliciti. *Quis autem vestrum cogitans potest allicere ad statueram suam cubitum unum?* Hic probat experimento, quod sicut providet avibus, ita et nobis: quaedam enim est pars animæ quæ subiacet rationi, ut motiva et sensitiva: quedam quæ non, ut augmentativa et nutritiva; et in his convenit homo cum brutis; et sicut providet brutis in augmento et nutrimento, sic et hominibus. Unde augmentum non est nobis ex nobis, sed ex Deo: unde de providentia Dei non debetis desperare.

4392 *Considerate lilia agri*, etc. Instruxit nos de cibo, modo de vestimento: unde *Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti sumus* (I ad Tim. vi, 8). Dicit ergo, *Considerate lilia agri*. Consideratio creaturarum debet esse ad laudem Dei; Psal.

cxlii, vers. 5: *Meditabor in omnibus operibus tuis*, etc. *Non laborant, neque nunt;* ad vestimentum enim requiritur et opus virorum, et mulierum. Ideo ad amovendum opus virorum dicit, *Non laborant*, ad excludendum opus mulierum dicit, *Neque nunt*. Dico enim quod neque Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis: quia etsi ars imitetur naturam, non tamen consequitur. Unde nunquam ars faceret colores ita puros, sicut in natura fiunt in floribus. Et dicit, *In gloria*, quia inter notos apud Iudæos Salomon gloriosior fuit; et tamen vestimentum non potuit ita adaptari ei sicut lilio. Item dicit Chrysostomus, quod liliam habet ista sine sollicitudine; Salomon autem saltem oportuit præcipere. Hieronymus retorquet ad resurrectionem, quia per lilia angeli; et sicut angeli non indigent vestimento, sic in resurrectione, qui reformabit corpus, providebit de vestimento. *Si enim focum agri*, etc. Hic commutat liliam in focum, et argumentatur, quia si minoribus providet, providebit et nobis, qui potiores sumus quoad dignitatem substantiæ, quia nos super ista sumus. Item quoad durationem, quia nos æterni quoad animam, istud vero hodie est, et cras in cibum mittitur, etc. Is. cap. xl, 7: *Excitabitur est focum, et cecidit flos*. Item quoad finem: quia homo est propter beatitudinem, focum vero propter usum hominis; Psal. cxlvi, 8: *Qui producit in montibus focum et herbam servituti hominum*, etc. Et ad vilem usum, scilicet ut in cibum mittatur quoad aliquas terras, ubi fit ignis de stipulis. Et sic hoc sic restit, id est dat necessariam ornatum, quanto magis vos modice fidei? Vel sic ut per focum intelligatur infideles. Si ergo infidelibus, qui parati sunt ad cibum ignis, multo magis electis.

Varia de temporaria conversione.

4393 **A**tu, nihil, peccator ingratus et praesumptuosus, audi S. Augustinum dicentem: "Manus tuas Dominus, Ionganimis Dominus, misericors Dominus; sed et iustus Dominus, et verax Dominus; largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. — Semper expectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiorem vitam. — O Maria, miserere mei, et ora pro me, ut verus servus tui Salvatoris tui sine macula efficiar?"

SABBATO

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN MATTH. CAP. VI.

4394 **N**OLITE ergo solliciti esse etc. Hic concludit de utraque; et debes exponere sollicitudinem quatuor modis, ut superius dictum est. Vel sic. Si vivis in aliqua societate, non sis sollicitus de cibo ampliori, vel vestimentis amplioribus, immo esto in eis quasi unus ex eis. *Haec enim omnia gentes inquirunt*, quia ibi ponunt finem, quia credunt in eis esse beatitudinem. Et si hoc non credant, ponunt ibi magnam sollicitudinem, quia non credunt providentiam divinam. Et quia in ordinatione ad finem duo requiruntur, scilicet scientia et voluntas, dicit: *Scilicet enim Pater vester quia his omnibus indigetis*. Unde scit, quia Deus: item quia pater, vult. Quid ergo facietis? Dicit tria. *Primum quaerite regnum Dei*, tamquam finem, quia regnum est beatitudo. Regnum dicitur a regendo: tunc enim homo regitur, quando voluntati regentis subditur; hoc autem erit in coelo; unde Luc. xiv, 15: *Beatus qui manducat panem in regno Dei*. Item iustitia perducit ad regnum; Prov. viii, vers. 20: *In viis iustitiae ambulo, in medio sententiarum iudicium, ut dolum diligentes me, et thesaurorum coram me replam*, etc. Et ideo dicit, *Et iustitiam eius*. Et dicit eius, et non hominis, quia per iustitiam prom-

priam nullus potest venire ad regnum. Tertio dicit, *Et haec omnia adiucientur vobis*, quasi, ultra forum haec adiucientur; Prov. x, 13: *Non affliget Dominus fauce animam iusti*. Non ergo debemus haec temporalia quaerere; et hoc verum est tamquam finem, aut mercedem. Unde non debemus evangelizare et commedamus, sed potius e converso.

Sed contra hoc obicit Augustinus de 4395 Paulo, quia dicit (II Cor. xi, 27): *In fame, et siti, et multate laboravi*. Et respondet quod sicut medicus aliquando abstrahit cibum et potum infirmo, ut curet eum, sic Dominus, qui habet providere, permittit hominem pati, vel ut curetur, si curanda sunt aliqua, vel ut alii exemplum recipiant.

Varia de temporaria conversione.

4396 **O**durae cervicis peccator, si Deus per correptionem vocat te, lauda misericordiam eius, et responde vocanti. Nam tunc minis, tunc plagis, tunc revocationibus quosdam concitat, ut qui voluntate converti despicunt, commoti terribilibus convertantur ad Deum, nonnulli vero coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non convertebantur. Multis modis terret Deus homines, ut ipse eorum convertatur, atque exinde magis erubeant quod tam cito expectati sunt ut redirent. (S. Ista. Hsp.) — Prolixo ergo te ad pedes benignissimi Domini ac Patris tui, recogita amara tua in amaritudine et dolore animae tuae.

4397 **O** peccator, revertere ad Deum tuum, et statim offer Deo tuo saltem resolutionem annorum tuorum; non ad maiorem aetatis, nisi ad conscientiam conversionem tuam differes. Nam illud oblatio est apud Deum, quando homo sub fiducia poenitentiae in senectute reservata, liberius peccat. (S. Euseb. Emes.) — Quare differs vocantem te, certus de mercede, incertus de die? vide ne forte quod tibi illi daturus est promittendo, in tibi auferas differendo. (S. August.) — Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo super- venerit. (Ecc. 12, 12). — O Maria, eripe me a laqueo iniquitatis!

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.
Luc. VII. 11-16.

In illo tempore: ibat Iesus in civitatem, quae vocatur Naïm: et ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa.

12. Cum autem appropinquaret portae civitatis, ecce infunctus efferebatur filius viduae matris suae: et haec vidua erat: et turba civitatis multa cum illa.

13. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

14. Et accessit et tetigit Iosulum. Illi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescentes, sibi dico, surge.

15. Et resedit qui erat mortuus, et coepit loqui. Et dedit illam matri suae.

16. Accipit autem omnes timore: et magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia Deus visitavit plebem suam.

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 48.

438 **M**IRACULA Domini nostri et Salvatoris Christi Iesu, omnes quidem audientes et credentes movent: sed alios atque alios aliter et aliter. Quidam enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri non norant: quidam vero ea quae gesta audiunt in corporibus, nunc amplius in animis admirantur. Dicit ipse Dominus, *Sicut enim Pater suscitavit mortuos, et vivificavit: sic et Filius quos vult, vivificat* (IOANN. V. 21). Non utique alios Filius, alios Pater: sed eodem Pater et Filius: quia omnia Pater per Filium. Nemo ergo dubitet qui christianus est, etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere ita, ut resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum moriturum.

439 De iuvene ille resuscitato gavisa est mater vidua: de hominibus in spiritu quo-

fidie suscitatis gaudet mater Ecclesiae. Ille quidem mortuus erat corpore: illi autem mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur: illorum mors invisibilis nec quaerebatur, nec videbatur. Quaesivit ille qui noverat mortuos: ille solus noverat mortuos, qui poterat facere vivos. Nisi enim ad mortuos suscitandos Dominus venisset, non Apostolus diceret: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis*; et illuminabit te Christus (EPIST. V. 14). Dormientem audis, cum dicit, *Surge, qui dormis*: sed mortuum intellige, cum audis, *Et exsurge a mortuis*. Dicitur sunt saepe dormientes et mortui visibiliter. Et plane omnes, ei qui potest excitare, dormiant. Mortuus enim tibi mortuus est qui quantumlibet pulses, quantumlibet vellicet, quantumlibet lanies, non expergitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est, *Surge*: et continuo surrexit. Tres autem mortuos invenimus a Domino resuscitados visibiliter, nulla invisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitaverit, quis novit? Non enim omnia quae fecit scripta sunt: Ioannes hoc dicit, *Multa alia fecit Iesus, quae si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere* (IOANN. XXI. 25). Multi ergo sunt alii sine dubio suscitati: sed non frustra tres commemorati. Dominus enim noster Iesus Christus ea quae faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat: sed ut illa quae faciebat, mira essent videntibus, verâ essent intelligentibus. Quemadmodum qui videt litteras in codice optime scripto, et non novit legere, laudat quidem antiquarii manum admirans apicum pulchritudinem: sed quid sibi velit, quid indicent illi apices nescit: et est oculis laudator, mente non cognitor: alius au-

tem et laudat artificium, et capit intellectum: ille utique qui non solum videre quod commune est omnibus potest, sed etiam legere: quod qui non didicit, non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, et non intellexerunt quid sibi vellent, et quid intelligentibus quodam modo inuenerunt, mirati sunt tantum quia facta sunt: alii vero et facta mirati, et intellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea tantum fecisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum dicere etiam nescire quod non esset tempus pomorum, quando ficus quaesivit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus, sicut Evangelista testatur: et tamen esuriens poma quaesivit in arbore. Christus nesciebat, quod rusticus sciebat? Quod noverat arboris cultor, non noverat arboris creator? Cum ergo esuriens poma quaesivit in arbore, significavit se aliquid esurire, et aliquid aliud quaerere: et arborem illam sine fructu foliis plenam reperit, et maledixit: et aruit. Quid arbor fecerat fructum non afferendo? (MATTH. XXI. 18, 19. et MARC. XI. 13). Quae culpa arboris infecunditas? Sed sunt qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorum fecunditas est voluntas. Erant ergo Iudaei habentes verba Legis et facta non habentes, pleni foliis et fructus non ferentes. Hoc dixi, ut persuaderem Dominum nostrum Iesum Christum ideo miracula fecisse, ut aliquid illis miraculis significaret, ut excepto eo quod mira et magna et divina erant, aliquid inde etiam disceremus.

440 Videamus ergo quid nos discere voluit in tribus mortuis, quos suscitavit. Resuscitavit filiam mortuam Archisynagogi, ad quam aegrotantem petebatur, ut eam de aegritudine liberaret. Et cum pergit, mortua nuntiatur: et quasi iam

frustra fatigaretur, renuntiatum est patri eius: *Puella morbu est, quid adhuc fatigat Magistram?* Ille autem perrexit, et ait patri puellae: *Noli timere, tantummodo crede. Venit ad domum, et invenit iam obsequia funeri debita praeparata: et dicit illis: Nolite flere, non enim est mortua puella, sed dormit.* Verum dixit: dormiebat, sed illi a quo poterat excitari. Hanc excitans, reddidit vivam parentibus (MARC. V. 22-23). Excitavit et hunc iuvenem viduae filium, de quo nunc admoniti sumus, ut hinc ista quae ipse largiri dignatur, cum vestra Charitate loqueremur. Modo audistis quomodo excitatus est. Appropinquaret Dominus civitati: et ecce efferebatur mortuus iam extra portam. Misericordia commotus, quod flebat mater vidua et destituta unico filio, fecit quod audistis, dicens: *Adolescentes, tibi dico, surge.* Surrexit ille mortuus, coepit loqui: et reddidit illum matri suae. Excitavit et Lazarum de sepulchro. Et ibi cum aegrotantem scirent discipuli cum quibus loquebatur (diligebat autem illum): *Lazarus, inquit, amicus noster dormit.* Illi putantes aegri somnum salubrem: *Si dormit, inquit, Dominus, salvus est.* Et ille: *Dico vobis, apertus iam loquens, Lazarus amicus noster mortuus est* (IOANN. XI. 11, 14). Utrumque verum dicens: Mortuus est vobis, dormit mihi.

441 Ista tria genera mortuorum, sunt tria genera peccatorum, quos hodieque suscitavit Christus. Illa enim mortua filia Archisynagogi intus erat in domo, nondum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est, viva parentibus reddita. Iste autem iam quidem non in domo, sed tamen nondum in sepulchro, parietibus elatus erat, terrae mandatus non erat. Qui suscitavit mortuam nondum elatam, suscitavit mortuum iam elatum, nondum sepultum. Tertium

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.
Luc. VII. 11-16.

In illo tempore: ibat Iesus in civitatem, quae vocatur Naïn: et ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa.

12. Cum autem appropinquaret portae civitatis, ecce defunctus efferebatur filius viduae matris suae: et haec vidua erat: et turba civitatis multa cum illa.

13. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

14. Et accessit et tetigit Iosulum. Illi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescentes, sibi dico, surge.

15. Et resedit qui erat mortuus, et coepit loqui. Et dedit illam matri suae.

16. Accipit autem omnes timore: et magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia Deus visitavit plebem suam.

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 48.

438 **M**IRACULA Domini nostri et Salvatoris Christi Iesu, omnes quidem audientes et credentes movent: sed alios atque alios aliter et aliter. Quidam enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri non norant: quidam vero ea quae gesta audiunt in corporibus, nunc amplius in animis admirantur. Dicit ipse Dominus, *Sicut enim Pater suscitavit mortuos, et vivificavit: sic et Filius quos vult, vivificat* (IOANN. V. 21). Non utique alios Filius, alios Pater; sed eodem Pater et Filius: quia omnia Pater per Filium. Nemo ergo dubitet qui christianus est, etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere ita, ut resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum moriturum.

439 De iuvene ille resuscitato gavisa est mater vidua: de hominibus in spiritu quo-

fidie suscitatis gaudet mater Ecclesiae. Ille quidem mortuus erat corpore: illi autem mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur: illorum mors invisibilis nec quaerebatur, nec videbatur. Quaesivit ille qui noverat mortuos: ille solus noverat mortuos, qui poterat facere vivos. Nisi enim ad mortuos suscitandos Dominus venisset, non Apostolus diceret: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis*; et illuminabit te Christus (EPIST. V. 14). Dormientem audis, cum dicit, *Surge, qui dormis*: sed mortuum intellige, cum audis, *Et exsurge a mortuis*. Dicitur sunt saepe dormientes et mortui visibiliter. Et plane omnes, ei qui potest excitare, dormiant. Mortuus enim tibi mortuus est qui quantumlibet pulses, quantumlibet vellicet, quantumlibet lanies, non expergitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est, *Surge*: et continuo surrexit. Tres autem mortuos invenimus a Domino resuscitados visibiliter, nulla invisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitaverit, quis novit? Non enim omnia quae fecit scripta sunt: Ioannes hoc dicit, *Multa alia fecit Iesus, quae si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere* (IOANN. XXI, 25). Multi ergo sunt alii sine dubio suscitati: sed non frustra tres commemorati. Dominus enim noster Iesus Christus ea quae faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat: sed ut illa quae faciebat, mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Quemadmodum qui videt litteras in codice optime scripto, et non novit legere, laudat quidem antiquarii manum admirans apicum pulchritudinem; sed quid sibi velit, quid indicent illi apices nescit; et est oculis laudator, mente non cognitor: alius au-

tem et laudat artificium, et capit intellectum; ille utique qui non solum videre quod commune est omnibus potest, sed etiam legere; quod qui non didicit, non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, et non intellexerunt quid sibi vellent, et quid intelligentibus quodam modo inuenerunt, mirati sunt tantum quia facta sunt: alii vero et facta mirati, et intellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea tantum fecisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum dicere etiam nescire quod non esset tempus pomorum, quando ficus quaesivit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus, sicut Evangelista testatur: et tamen esuriens poma quaesivit in arbore. Christus nesciebat, quod rusticus sciebat? Quod noverat arboris cultor, non noverat arboris creator? Cum ergo esuriens poma quaesivit in arbore, significavit se aliquid esurire, et aliquid aliud quaerere: et arborem illam sine fructu foliis plenam reperit, et maledixit; et aruit. Quid arbor fecerat fructum non afferendo? (MATTH. XXI, 18, 19, et MARC. XI, 13). Quae culpa arboris infecunditas? Sed sunt qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorum fecunditas est voluntas. Erant ergo Iudaei habentes verba Legis et facta non habentes, pleni foliis et fructus non ferentes. Hoc dixi, ut persuaderem Dominum nostrum Iesum Christum ideo miracula fecisse, ut aliquid illis miraculis significaret, ut excepto eo quod mira et magna et divina erant, aliquid inde etiam disceremus.

440 Videamus ergo quid nos discere voluit in tribus mortuis, quos suscitavit. Resuscitavit filiam mortuam Archisynagogi, ad quam aegrotantem petebatur, ut eam de aegritudine liberaret. Et cum pergit, mortua nuntiatur; et quasi iam

frustra fatigaretur, renuntiatum est patri eius: *Puella morbu est, quid adhuc fatigat Magistram?* Ille autem perrexit, et ait patri puellae: *Noli timere, tantummodo crede*. Venit ad domum, et invenit iam obsequia funeri debita praeparata: et dicit illis: *Notite flere, non enim est mortua puella, sed dormit*. Verum dixit: dormiebat, sed illi a quo poterat excitari. Hanc excitans, reddidit vivam parentibus (MARC. V, 22-23). Excitavit et hunc iuvenem viduae filium, de quo nunc admoniti sumus, ut hinc ista quae ipse largiri dignatur, cum vestra Charitate loqueremur. Modo audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat Dominus civitati; et ecce efferebatur mortuus iam extra portam. Misericordia commotus, quod flebat mater vidua et destituta unico filio, fecit quod audistis, dicens: *Adolescentis, tibi dico, surge*. Surrexit ille mortuus, coepit loqui; et reddidit illum matri suae. Excitavit et Lazarum de sepulchro. Et ibi cum aegrotantem scirent discipuli cum quibus loquebatur (diligebat autem illum): *Lazarus, inquit, amicus noster dormit*. Illi putantes aegri somnum salubrem: *Si dormit, inquit, Dominus, salvus est*. Et ille: *Dico vobis, apertus iam loquens, Lazarus amicus noster mortuus est* (IOANN. XI, 11, 44). Utrumque verum dicens: Mortuus est vobis, dormit mihi.

441 Ista tria genera mortuorum, sunt tria genera peccatorum, quos hodieque suscitavit Christus. Illa enim mortua filia Archisynagogi intus erat in domo, nondum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est, viva parentibus reddita. Iste autem iam quidem non in domo, sed tamen nondum in sepulchro, parietibus elatus erat, terrae mandatus non erat. Qui suscitavit mortuam nondum elatam, suscitavit mortuum iam elatum, nondum sepultum. Tertium

restabat, ut et sepulchrum suscitaret: et hoc fecit in Lazaro. Sunt ergo qui peccatum intus in corde habent, in factum nondum habent. Nescio quis commotus est aliqua concupiscentia. Dicit enim ipse Dominus: *Qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo* (MATTH. V. 28). Nondum accessit corpore, consensit in corde: mortuum intus habet, nondum extulit. Et ut fit, ut novimus, ut quotidie homines in se experiuntur, aliquando audito verbo Dei, tamquam Domino dicente, Surge; condemnatur consensus ad iniquitatem, respiratur in salutem atque iustitiam. Surgit mortuus in domo, reviviscit cor in cogitationis secreto. Facta est ista resurrectio animae mortuae intus intra latebras conscientiae, tamquam intra domesticos parietes. Alii post consensum eunt in factum, tamquam efferentes mortuum, ut quod latebat in secreto, appareat in publico. Numquid iam isti, qui in factum processerunt, desperati sunt? Nonne et illi juveni dictum est, *Tibi dico, surge*? Nonne et ille redditus est matri suae? Sic ergo et qui iam fecerit, si forte commotus et commotus verbo veritatis ad Christi vocem resurgit, vivus redditur. Potuit progredi, in aeternum perire non potuit. Qui autem faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicat, ut ipsa consuetudo mali non eos sinat videre quia malum est, fiunt defensores malorum factorum suorum: irascuntur cum reprehenduntur; in tantum ut Sodomitae quondam dicerent viro iusto reprehendenti nequissimam voluntatem, *Habitare venisti, non leges dare* (GEN. XIX. 9). Tanta ibi nefandae turpitudinis consuetudo erat, ut iam nequitia esset iustitia, et prohibitor potius reprehenderetur quam factor. Tales consuetudine maligna pressi, tamquam sepulti sunt. Sed quid dicam, fratres?

Ita sepulti, ut de Lazaro dictum est, *Iam pulet*. Moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura consuetudinis, qua premittur anima, nec surgere, nec respirare permittitur.

Revera ad istam consuetudinem de qua loquor, quarto quodam progressu pervenit anima. Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde; secunda, consensus; tertium, factum; quarta, consuetudo. Sunt enim qui res illicitas obvias cogitationibus suis prorsus ita abiciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur, et non consentiunt: nondum perfecta mors est, sed quodam modo inchoata. Delectationi accedit consensus: iam est illa damnatio. Post consensionem in factum proceditur: factum in consuetudinem vertitur; et fit quaedam desperatio, ut dicatur, *Quatriduanus est, iam pulet*. Venit ergo Dominus, cui usque facilia erant omnia; et difficultatem quandam ostendit tibi. Infirmum spiritu, ostendit multo clamore obligationis opus esse ad eos qui consuetudine duraverunt. Tamen ad vocem clamantis Domini, rupta sunt vincula necessitatis. Tremuit inferni dominatio, redditus est Lazarus vivus. Liberat enim et de mala consuetudine Dominus quatriduanos mortuos: nam et ipse quatriduanus Christo volenti resuscitare dormiebat. Sed quid ait? Videte genus resuscitationis. Processit de monumento vivus, et ambulare non poterat. Et Dominus ad discipulos: *Solvit eum, et sinit eum obire*. Ille suscitavit mortuum, illi solverunt ligatum. Aliquid pertinere videte ad propriam maiestatem Dei suscitantis. Increpatur aliquis in mala consuetudine positus, verbo veritatis. Quam multi increpantur et non audiunt! Quis ergo agit intus cum illo qui audit? Quis vitam inspirat intrinsecus? Quis est qui secretam pellit mortem, secretam dei vitam? Nonne post obigationes, post in-

crepationes dimittuntur homines cogitationibus suis, et incipiunt secum vivere quam malam vitam gerant, quam pessima consuetudine premantur? Deinde displicentes sibi, mutare vitam insistant. Resurrexerunt isti; revixerunt quibus displicet quod fuerunt: sed reviviscere ambulare non possunt. Haec sunt vincula ipsius reatus. Opus est ergo ut qui revixit, solvatur, et ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit, quibus ait: *Quae solveritis in terra, soluta sunt et in caelo* (MATTH. XVIII, 18).

Haec ergo, charissimi, sic audiamus, ut qui vivunt, vivant; qui mortui sunt, reviviscant. Sive adhuc peccatum in corde conceptum est, et non processit in factum; poeniteat, corrigatur cogitatio, surgat mortuus intra domum conscientiae. Sive iam quod cogitavit admisit; nec sic desperetur. Non surrexit mortuus intus, surgat elatus. Poeniteat facti, de proximo reviviscat: non eat in profundum sepulturae, non accipiat desuper consuetudinis molem. Sed forte iam illi loquor, qui iam duro sui moris lapide premitur, qui iam urgetur consuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet. Nec ipse desperet: profundus mortuus est, sed altus est Christus. Novit clamando terrena onera rumpere, novit intrinsecus per se ipsum vivificare, solvendum discipulis tradere. Agant etiam tales poenitentiam. Neque enim Lazaro resuscitato post quatriduum ullus puter in vivente remanserat. Ergo qui vivunt, vivant; quicumque autem mortui sunt, in quacumque harum trium morte se invenerint, agant ut celeriter iam resurgant.

Varia de tempestiva conversione.

4105 **O** anima mea, quomodo, quomodo eras et eras? Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meae? — Noli dicere, eras me

convertam, eras Deo placebo. Quid dicitis? Deus conversionem tuam indulgentiam promissit, sed dilatum tuae diem crastinum non promissit. — Dissoluta et paralytica cogitatio est de crastina cogitare conversione, et hodieam negligere. (S. AUGUSTINUS.)

4106 **O** abominabilis et Deo odibilis vox curvina peccatorum, vox immunditiae, vox mortis, vox damnationis in crastinum differens conversionem! Fratres, non tardetis converti ad Dominum; sunt enim qui praeparant conversionem, et differunt, et fit in illis vox curvina, eras. — Corvus de arca missus, non est reversus; non quaerit Deus (blasphemum in voce curvina, sed confessionem in genuu columbino. — Missa est columba et reversa est. Quomodo eras, eras? observa ultimum eras, quia ignoras quod sit ultimum eras. (S. AUGUSTINUS.) — Ceterum, conversio dilata difficillior est, accelerata facilior; ideoque non debet qui esse piger, et tardus ad conversionem. (S. ANSELMI.) — *Dignare, pie Mater, de isto ad avari nolo me liberare!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Petri Chrysologi.
SERMO 107.

4107 **H**onore beatus Evangelista, quia viduae matris unicum iam funereis vinculis illigatum, lamentabili impositum iam feretro, prosequentibus turbis euntem iam carceris ad sepulchrum, per Christum vitae redditum nuntiavit, omnium concessit corda, movit mentes, sepefecit auditum. Sed hoc Gentes mirentur, Iudaei stupeant, mundus pavescat: nos autem, qui omnes a saeculis mortuos ad unam vocem Christi sepulchris excitandos credimus, cur miramur? *Exturgent*, inquit Isaias, *mortui, et resurgent qui in monumentis sunt*. Et Dominus: *Venit hora quando mortui audient vocem filii Dei: et qui audierint, vivant*. Ad haec Apostolus: *In monumento, in ich oculi, in novissima tuba: cavet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti*. Quae est ista tuba, quae inferis infert bellum, sepulchri resolvit mo-

les, intonat mortuis vitam, resurgentibus in lucem perpetam dat triumphum? Quae est? Illa quam superius Dominus dixit: *Mortui audient vocem filii Dei*. Tuba non quae arctato spiritu per concavum cornu signi, vel aeris tristem bellantibus dat mugitum: sed quae de corde patris, ore filii, vitalem simul et inferis et superis dat clamorem. *Et in novissima tuba*: tuba quae in principio mundum vocavit ex nihilo, ipsa in novissimo mundum revocabit ex perditio: et quae initio hominem suscitavit ex limo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex pulvere.

4408 Frates, sic credimus, quia tuba, divinae vocis chaos divisit, collegit orbem, mundavit elementa, distinxit mundum, suspendit coelum, fundavit terram, mare vinxit, mersit infernos, dedit ordinum voces, iussit rerum contumacem servitutum, ac ne vacuum horreret orbis, aptavit habitatores, habitacula sic discrevit: in caelo posuit angelos solo spiritu viventes: in terra constituit vitas varias terrenorum: in aere dedit animas aligeras pervolare: in aquis tam pusilla quam magna fecit, ut viveret animantium multitudo: ac miro modo sic ex disjunctis partibus iunxit compagem mundi, ut nec commixtio discreta confunderet, nec discretio rerum scinderet unitatem. Hinc est, quod diei ac noctis copula sic divisa est, ut ex quiete labor, requies ex labore constaret. Hinc Sol et Luna vicissim mundi circumveant metas, ut Sol geminata luce amplifiet claritatem diei, et Luna lumine suppari ex toto caeca noctis tempora non relinquit. Hinc stellae suo cursu varios mutant ortus, ut noctibus et signent tempora, et videntibus dent ducatum. Hinc tempora eundo veniunt, esse incipiunt dum desistant. Hinc semina nascuntur, crescunt, adolescunt, juvenescunt, senescunt, decidunt, moriuntur, et iterum vitalibus se-

pulta sulcis, resoluta putredine, salutariter ex morte in vitam suam redeunt: de corruptione perpetua suscitantur in forma.

Et si hoc fratres Dei vox, tuba Christi, per dies, per menses, per tempora, per annos vocat, revocat, ducit, reducit, praecipit esse, facit non esse, dat morti, vitae reddit, quare quod in omnibus semper facit, semel facere non possit in nobis? Aut in nobis solis virtus divina lassescit, propter quos solos totum quod praedictum est, Dei est operati maestas? Homo, si tibi omnia sua ex morte reviviscunt, cur tu Deo non reviviscas ex morte? Aut in te solo Dei creatura deperit, propter quem subsistit, agitur, mutatur, innovatur tota quotidie creatura? Frates, haec dico non signorum Christi cupiens exinanire virtutes, sed hortor ut unus resurgentis exemplo ad fidem resurrectionis omnium concitemur, et credamus quod crux nostri corporis sit aratrum; fides, semen; sulcus, sepulchrum; resolutio, germen; expectatio, tempus; ut cum ver Dominici adventus arriserit, corporum nostrorum matura tunc viriditas vitalem resurgat in messem, nescituras iam finem, nescituras canitiem, non passuras faeces; nec flagella sensuram. Quia depositis in morte vetustatis paleis novum gloriosi corporis consurgit in fructum.

4410 Si ad unius viduae lacrymas temporales sic motus est Christus, ut occurreret in via, ut ex oculis stillantia dolorum fluentia restingeret, ut reduteret mortem, reduceret hominem, resuscitaret corpus, vitam reduceret, planctum verteret in gaudium, et exequias lugubres in festivitatem natalitiam commutaret, et feretro datum, matri vivum redderet ex morte, quid modo faciet quando inardescat viribus suis ad Ecclesiae suae lacrymas diuturnas, ad sponsae suae sanguineos sudores? Nam per supplicentem Ecce-

siam lacrymas fundit iuges, per martyres sacrum sanguinem sudat, donec unicum suum, hoc est populum Christianum, quem tot ad mortem ferunt tempora, occurrens Christus de mortali feretro perpetuae vitae reddat in supernae matris gaudium sempiternum.

4412 Verum quia nascentis Christi venit tempus, et miraculum coeleste iam radiat paritura virginitas, atque ortum divini Regis nobis non stella iam nuntiat, sed ipse Solis ascensus, adorari occurramus omnes: et muneribus sacris Deum, Regemque virgine processisse fateamur ex templo: offeramus munera, quia nascenti Regi semper publica paratur oblatio, offeramus munera, quia indevotus satis est vacuus adorator. Hoc probat Magus, qui onustus auro, succensus thure, sacratus myrrha, Christi cunabulis inclinatur. Quale est, si quod fecit Magus, non faciat Christianus? Quale est, si ad gaudium nascentis Christi flet pauper, captivus gemat, hospes lamentetur, eiulet peregrinus? Festa coelestia Iudaeis decimis semper honoravit, Christianus quid de se sentit, si vel centesimis non honorat? Frates, ne quis me hoc dicere existimet declamantis studio, non dolentis affectu. Doleo, certe doleo, quando lego Christi cunabula Magos rigasse auro: et video altare corporis Christi Christianos vacuum reliquisse: et in tempore hoc praesertim, quando se pauperum fames vasta, quando se fundit turba lamentabilis captivorum. Non habeo nemo dicat, quando Deus ex eo quod habes, non ex eo quod non habes, quaerit: quando duo aera viduae in acceptum dignanter ascribit. Devoti simus Creatori, ut nobis devota sit creatura. Proximorum nostrorum sustentemur angustias, et a nostris liberemur angustias. Repleamus altare Dei, ut nostra horrea repleat fructuum ple-

nitudo. Certe si non damus, quia non accipimus, non queramus. Ipse autem Deus noster donet vobis tam praesentia quam futura bona, per Dominum nostrum Iesum Christum, cui est omnis honor et perpetua gloria, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de tempestiva conversione.

4413 Quia tarde convertuntur, parum seminant: qui cito convertuntur, multum seminant, et multum metere possunt. — Cave periculum; si enim poenitentiae medicina differitur, morbus animae augetur; insuper inveteratus difficiliter sanatur (S. Bonav.). — Quare etsi bona est ad extremum conversio, tamen multo melior est, quae longe ante finem agitur, ut ab hac vita securus transeat (S. Iain. Hesp.).

4414 O anima mea, quae hodie vocem Domini audisti, time conversionis dilationem; quia primo, ut recte monet S. Augustinus: Nemo nec post centum metere possit, nec post mille crimina, de misericordia divina desperet. Sic tamen non desperet, ut sine illa mora Deum sibi reprobari festinet, ne forte si consuetudinem peccandi fecerit, etiamsi velit de diaboli laqueo liberari non possit (S. August.). — Quia secundo, numerum peccatorum a Deo ad reprobationem praedestinatum citius impleri facit; nam certum est, Deum uniuscuiusque omnes enumerasse passus et gressus, quibus a divinatorum praecceptorum sanorum semita deviarit, dicente patientiae speculo: *In quibus gressibus meos diminuerasti; paulo post clarus inquit: Signasti quanta in saeculo delicta mea*. Divina enim iustitia certam quandam limitavit peccatorum praedictum numerum, ad quem usque tolerare vult impleri, si-lum vitae finibus detrahitur, nec ut ad illum peccatorum numerum impius perveniret. Unde apud S. Iobum Spiritus sanctus ait: *Ungui hoc unguis, et non prodesse unguis; et hic confringit unguis fluctus tuos*. Cum igitur ad quem usque peccatorum numerum, Deus nos expectare decrevit, fugeremus, merito de unoquoque peccato, quod futurum sit ultimum, timendum nobis erit (Maxim.). — O Mater mea, Refugium miserarum animarum mea, erga pro me, ut statim divertam a malo et constanter faciam bonum!

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XV. POST PENT. SERMO 2.

4414 **P**ROPHETA magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitavit plebem suam, Lucae septimo.

4415 Commentant in his verbis Christum turbae a tribus: ab auctoritate doctrinae, ibi: *Propheta magnus; a pietate vitae, ibi: surrexit in nobis; a virtute efficaciae, ibi: et quia Deus, etc.*

4416 Circa primum nota, quod vere dicitur *Propheta magnus* Christus vel aliquis sanctus eius: propter excellentiam meritorum; Lucae primo: *Et tu, puer Propheta Altissimi vocaberis; praenitens enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum, etc.* Propter intelligentiam mysteriorum; Ecclesiastici quadragésimo octavo: *Isaias, Propheta magnus et fidelis in conspectu Dei, etc.* Spiritu magno vidit ultimum et consolatus est lugentes in Sion. Propter efficaciam miraculorum; Ecclesiastici quadragésimo sexto: *Fortis in bello Iesus Navi, successor Moysi in Prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum, etc.* Et sequitur, quomodo magna fecit.

4417 Circa secundum nota, quod surrexit Christus in nobis: ad poenitentiam renovandam; Ecclesiastici quadragésimo octavo: *Surrexit Elias Propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat. Ad indignitatem impetrandam; Proverbiorum ultimo: De nocte surrexit deditque pravam domesticis suis, etc.* Ad petulantiam prosternendam; Ecclesiastici quadragésimo septimo: *Surrexit Nathan Propheta in diebus David, et quasi ad se separatus a carne, sic David a filiis Israel, etc.*

4418 Vel surrexit: sicut sol in firmamento ad universalem illuminationem et inflam-

mationem; sicut fons in paradiso ad universalem mundationem vel inundationem et recreationem; sicut speculum in universo ad universalem directionem et mundificationem.

Circa tertium nota, quod visitavit Deus in eo plebem suam, id est Ecclesiam, ipsam secundum per exempla virtutum; Genesis vigesimo primo: *Visitavit Deus Saram, sicut promiserat, et implevit quae locutus est, etc.* Illustrando per documenta veritatum; Lucae primo: *Visitavit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, etc.* Protegendo per suffragia precum; Genesis ultimo: *Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto.*

Varia de tempestiva conversione.

Sed tamen, o peccator, per totam vitam usque hodie miserabiliter in peccatis et iniquitatibus permanens, non desperare; sed velociter surge et in residuo dierum tuorum ita Deo servire stude, ut exilire possis tempora multa. Ora, spera, et sine mora conserge. Etiam si nunquam est sera conversio: Intro de cruce transit in Paradisum. (S. Hieron.). — Non adeo tarde quis ad Deum convertitur, quin sufficiat ei residuum temporis vitae quantumlibet breve ad peragendum iter peregrinationis, si velit (Hiero Card.). Eia ergo, peccator, curte, ne expectes ut bonus fias, sed iam fieri incipias. (S. Greg. Naz.). — Si obtulisti florem iuventutis tuae diabolo, saltem foeces senectutis tuae immolare non differas Christo (S. August.). O Mater sollicitum se curare, adhaerens mi, dicitur me ad Iesum Filium tuum, et custodi me in aeternum!

FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

DE ECC. CAP. 7.

4419 **F**actum est demecps, ibi in civitatem, quae vocatur Naim. Naim civitas est Galilaeae in secundo milliario Tabor montis contra meridiem iuxta Hendor, qui est vicus grandis in

quarto milliario eiusdem montis ad meridiem.

4420 **E**t ibant cum illo discipuli eius, et turba copiosa. Cum autem appropinquaret portae civitatis, ecce defunctus offerbatur filius unicus matris suae. Defunctus hic, qui extra portam civitatis multis est intuentibus elatus, significat hominem lethali criminum funere soporatum, eandemque insuper animae mortem, non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorum notitiam per loquutionis operisve indicium quasi per suae civitatis ostia propalantem. Qui bene filius unicus matris suae fuisse perhibent, quia licet a multis collecta personis, una sit perfecta et immaculata virgo, mater Ecclesia, singuli qui tamen fidelium universalis se Ecclesiae filios rectissime fatentur. Nam et electus quilibet, quando ad fidem imbutur, filius est. Quando alios imbutur, mater. An non materno erga parvulos agebat affectu, qui ait: *Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis?* Portam civitatis, qua defunctus offerbatur, puto aliquem de sensibus esse corporeis. Qui enim seminat inter fratres discordias, qui iniquitatem in excelsum loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, per oculos portam suae mortis iudicia profert.* Qui fabulis otiosis obscenisve carminibus, vel detractionibus, aurem libenter aperit, hanc animae suae portam mortis efficit, ceterosque, qui non servat sensus, mortis sibi ipse reddit aditus. Obsecro Domine Iesu, cunctas meae civitatis portas, iustitiae facias; ut ingressus in eas, confitear nomini tuo, tuaeque maiestati, cum ministris coelestibus tam crebrius invisenti, non foetor elati cadaveris occurrat, sed occupet salus muros illius et portas eius laudatio.

4423 **E**t haec vidua erat, et turba civitatis mil-

ta cum illa. Viduam esse Ecclesiam, omnis anima, quae sponsi Domini quae sui se morte redemptam meminit, agnoscit. Divino autem nutu, multa Dominum turba, multa viduam comitabatur, ut visio tanto miraculo, multi testes, multi Dei fierent laudatores.

4424 **Quam quom vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere.** Desiste, inquit, quasi mortuum flere, quem mox vivum resurgere videbis. Ubi mystice Novati dogma confunditur, qui de sua munditia superbe gloriantur, humilem poenitentium mundationem evacuare conatur, veramque matrem Ecclesiam, renatorum suorum spiritali extinctione plorantem, spe vitae redondandae negat consolari debere. Et pulchre Evangelista, Dominum prius misericordia motum esse super matrem, ac sic filium suscitare testatur, ut in uno nobis exemplum imitandae pietatis ostenderet: in altero, fidem mirandae potestatis adstrueret.

4425 **Et accessit et tetigit loculum.** Hi autem, qui portabant, steterunt. Loculus, in quo mortuus offertur, male secunda desperati peccatoris conscientia est. Qui vero sepeliendum portant, vel immunda desideria, quae hominem rapiunt in interitum, vel lenocinia blandientium sunt venenata sociorum, quae peccata nimirum dum favoribus tollunt, accumulunt, peccantesque contemptu, quasi aggere terrae obruunt. De quibus alibi dicitur: *Domine memento sepelire mortuos suos.* Mortuos quippe mortui sepeliunt, quin peccatores, quique sui similes alios nocivo favore demulcent, congestaque pessimae adulationis mole, ne qua aliquando spe resurgendi patiantur, opprimunt. Dominus ergo loculum tangenti funeris baidi steterunt, quia superni formidine iudicii attack conscientia et carnalium saepe affluentiam voluptatum, et iniuste lau-

dantium turbam coercens, ad se ipsam revertitur, vocantique ad vitam festina respondet Salvatori. Unde recte sequitur:

4156 *Et ait, Adolescens tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus et coepit loqui, et dedit illum matri suae. Residet quippe, qui erat mortuus, cum interna punitione reviviscit peccator. Incipit loqui, cum reducis iudicia vitae cunctis, qui peccatum luxerant, ostendit. Redditur matri, cum per sacerdotalis decreta iudicii communioni sociatur Ecclesiae.*

4157 *Accepit autem omnes timor et magnificabant Deum, dicentes: qui propheta magnus surrexit in nobis. Quanto desperationis animae mors ad vitam revocatur, tanto plures eodem corriguntur exemplo. Vide David Prophetam, vide Apostolum Petrum. Quorum quo gradus altior, eo casus gravior. Quo autem gravior casus, eo pietas erigentis gratior. Quo vero gratior in eis Domini pietas apparuit, eo certior cunctis poenitentibus spes salutis apparuit, ut iure omnes qui audiunt, dicant:*

4158 *Quia Deus visitavit plebem suam. Non tantummodo verbum suum semel incorporando, sed etiam nostra hoc, ut suscitari debeamus, semper in corda mittendo.*

Varia de peccato mortali.

4159 **H**omo peccando ab ordine rationis recedit, et ideo a dignitate deditur humana (S. THOMAS). fitque mpostremum iniquitate, sepulchrum abominacionis. — Unde merito ait S. Franciscus Seraphicus: "Deus animae anima est; videte ergo quam foela et immunda sit anima sine Deo." — Et re quidem vera "cum Deus sit fons vitae salutis, omneque nobilitatis, ac sanctitatis origo causalis, tenetat quod necesse creata ab ipso non cesset, vera beatitudinis spelleret, spirituali gratia nobilitate privaret, et omni sincera dulcedine denudetur." (B. DION. CASSIUS.). Quapropter "quavis quisquam locupletis sit, quavis generosus et nobilis, est tamen inter abiectionis, cum

a peccato vincitur." (S. CHRYS.). — *O Verbum caro factum, miserere peccatrici animae meae! O Maria, salva me!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. XV. POST PENT. SERMO 2.

PROPHETA magnus surrexit in nobis, Lucae septimo.

In his verbis magisterium sive ministerium Domini nostri Iesu commendatur a tribus, et primo, a veritate notitia; secundo, a potestate eminentia; tertio, a sanctitatis excellentia.

Quantum ergo ad primum dicitur *Propheta*; circa quod nota, quod ipsius admiranda notitia ostenditur quantum ad quatuor, quae eum probant Prophetam. Fuit enim *Propheta: infimissimus*, quia cordium cognoscebat occulta; Ecclesiastici vigesimo quarto: *Penitirabo omnes inferiores partes terrae et inspiciam omnes dormientes et illuminabo omnes sperantes in Domino. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Expertissimus*, quia ipse praevidebat et praedicebat futura; Ieremiae primo: *Antequam exires de ulva, sanctificavi te et Prophetam in gentibus dedi te. Elevatissimus*, quia divinae Maiestatis lucide speculabatur arana; Numerorum duodecimo: *Si quis fuit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Penitramissimus*, quia locorum intuebatur absentiam; quarti Regum quinto: *Dixit Eliseus Propheta: Nonne cor meum in praesenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occurruntia, etc.*

Quantum ad secundum dicitur *magnus*; primo respectu *creaturae non ambilis* in daemonum expulsiōne; Ecclesiastici quadragesimo sexto: *Fuit magnus secundum*

nomen suum, maximus in saltem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur haereditatem Israel. Secundo, respectu *creaturae ambilis* in mortuorum suscitatione; Ecclesiastici quadragesimo octavo: *Amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriarī tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei*. Tertio, respectu *creaturae sensibilis* in animalium subiectione seu mansuetudine; Danielis quarto: *Sensus meus redditus est mihi, etc.* Quarto, respectu *creaturae insensibilis* in naturarum transmutatione; Sapientiae ultimo: *In omnibus magnificasti populum tuum, etc.* Et loquitur de hac materia.

4431 Quantum ad tertium sequitur: *surrexit in nobis. Surrexit*, inquam, ad nostram lactificationem: per *invidiam castitatis* integerrimae; Ecclesiastici quadragesimo septimo: *Vocavit Mattheum Iesus; et surgens, secutus est eum. Per obedientiam humilitatis* promptissime; Lucae decimo quinto: *Surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei: Pater, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Per flammam charitatis* latissimae; Ecclesiastici quadragesimo octavo: *Surrexit Elias Propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat.*

Varia de peccato mortali.

4435 **N**ihil peccato patridis est, et patryline omni peccatum deterius est atque foetidius (S. CHRYSOST.). O quam tolerabilis casus patridis fesset hominibus quam anima peccatrix Dei! magis infelix ista Deo, quam felle hauium (S. AUGUSTIN.). Previde "magis est vitanda peccati foetiditas, quam quaelibet tormentorum immanitas" (id.).

4436 Peccatum magna confusio est, et tibi non solum erubescere, sed se oculare debent peccatores, et

miseros dicere et reos (S. CHRYSOST.). — Tanto fit peius levis animalibus vir in peccatis, quanto eisdem praestati, cum divina gratia est sublevis (S. CYRILL. HEROSOL.). — Ehen infelix peccator! Servus Christi nobilissimus eras, et per peccatum factus es Iudibrium demoniorum: amicus Dei eras, et factus es bestialis: proleus eras et decoris gratia, et factus es sentina corruptionis! Etenim, "sicut patredo auferit pono decorem, valorem, colorem, odorem et saporum: sic peccatum auferit animae decorem vitae et odorem fanae, valorum gratiae et saporum gloriae" (S. BOSCH.). — *O Mater mea, Spes mea, ne despicias me: salva me, purifica me!*

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae a Villanova.
DOM. XV. POST PENT. SERMO.

IN resurrectione defuncti, quatuor. Primo, appropinquavit. Secundo, tetigit. Et accessit et tetigit locum. Tertio, fecit stare portitores. Hi autem qui portabant steterunt. Quarto, clamavit. Et ait: *Adolescens, tibi dico, surge. Primum* est appropinquare. Quando Dominus inspirat conversionem, imprimi dolorem, sanat affectum corruptum. Tangit, quando convertit, quando pungit. Sisuntur portantes, scilicet, aduatio, spes vitae, praesumptio misericordiae Dei, aspectus ad peccatores. Clamat: *Adolescens, tibi dico, surge*. Numquam dixit: *Senex, tibi dico, surge*. Difficilis conversio in senectute. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senaverit, non recedit ab ea. Puer centum annorum moritur. Si mutare potest Aetios pellem suam, aut pardus varietates suas. Igitur, memento Creatoris tui, in diebus inventurū tuis hae. Capite ultimo Ecclesiasticae. Antiquam veniat tempus afflictionis; et appropinquent anni de quibus dicas: non mihi placent. Antequam tenebreas sol; id est intellectus. Et lumen, id est visus. Et luna, id est memoria. Et stellae,*

id est sensus. *Et revertantur nubes*, id est cataractae. *Post pluviam*, id est pituitam. *Quanto commovebantur custodes domus*, id est costae, quae custodiunt arcam corporis et intestina. *Et uniebant viri fortissimi*, id est crura partes in iuventute robustae. *Et chlosae erunt molentes in munto marmo*, id est molae erunt otiosae, quia detulerunt relictis gingivis. *Et tenebrent videntes per foramina*, id est oculi. *Et claudant ostia in platea*, id est gressus erunt infirmi, et non poterunt ambulare. *Vel platea*, publica facies. *Et ostia*, sensus qui clauduntur tempore senectutis. *In humilitate vocis molentis*; quia mandibulis contusis, vox infirma est, et minime sonora, et verba immixta et scissa; mandunt enim iam verba senes. *Et consurgit ad vocem volueris*, id est galli cantu excitabuntur, et surgent: non valentes iam dormire, quia somnus minor est, calore diminuto. *Et obsurdescent omnes filiae carminis*, id est aures, iam non percipientes melodiam, ut dixit Berzellai ad David. *Excelsa quoque timebunt*. Caput contremescet: vel formidabunt ire per excelsa praefirmitate crurum. *Et formidabunt in via plava*, scilicet, haec et illae vacillantes baculo innixi. *Florabit amygdalus*, id est caput canitie albescet tamquam amygdalus. *Impinguabitur locusta*, id est podagra; quia tumescet membra, vel pituita, quae tunc augetur in oculis. *Et dissipabitur capporis*. Concupiscentia, id est libido frigesceat. *Quoniam dicit homo in dominum aeternitatis suae*. Sepulchrum vel aliam vitam intellige. *Et circumdant in platea plangentes*. Funera vel lacrymas sponte per faciem, quam dicit plateam defluentes: tempore senectutis intellige. *Antequam rumpatur funiculus argenteus*. Vox de pulmone attracta et sonans, vel ipse halitus quo aspiramus, qui morte rumpitur. *Et recurat villa vel vita aurea*,

id est adveniat vita similis vitae innocentiae, vita nova, melior ista misera, quae erit post dissolutionem; vel vita aurea, id est anima recurat, scilicet ad Factorem. *Et conteratur hydria, corpus*. Super fontem: et dissolvatur vita, ut effundatur aqua. *Et confringatur rola*, id est artificium hoc magnum organorum dissolvatur. Haec rota extrahit aqua in morte scilicet. *Et revertatur puteus in terram suam mule erat*, et spiritus, id est anima, redeat ad Deum, qui dedit illum: non enim ab homine est per generationem, sed a Deo creatur. Haec Hieronymus.

Varia de peccato mortali.

PROFUSI, qui operantur malum, (Prov. x. 448) Funt enim mancipium infensissimi adversarii, et infensissimi servi daemoniorum. Etenim "homines peccatores, eo quod sunt homines, ad Deum, eo vero quod peccatores, ad diabolum pertinent." (S. AUG.) Siquidem omnis peccator in servitutum cogitur diaboli. Nam "unusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepto tamquam pretio dulcedinem temporalis voluptatis." (S. AUG.)

O miserissima conditio peccatorum! Noluit nihilissimo servire Domino, Creatori coeli et terrae; voluit fieri templum Dei viventis; et factus est servus pessimi tyranni, habitaculum daemoniorum! Noluit portare Deum in corde suo; et factus est iumentum diaboli. Et quidem, "Peccator fit iumentum diaboli, portans indifferenter eius onera." ait Hugo Cardinalis, qui alio in loco addit: "Omnia qui est in mortali, est iumentum diaboli, quod per capistrum, id est per unum peccatum, ductur ad aliud." — Quapropter, audi consilium Spiritus sancti tibi dicentis (Ecc. xxi. 27): "Quis a facie colubri fuge peccata. Dentes leonis, dentes eius, interfocient animas hominum." — O Morit, ora pro me; libera me ab ore leonis;

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XV. POST PENT. TERGIO 4.

PROPHETA MAGNUS surrexit in nobis, Lucae septimo.

In verbis his commendat turbam Christum a tribus, scilicet a *divina claritate* perspicua; ab *efficaciae potestate* mirifica, et a *vitalis sanctitate* dignissima.

442 Circa primum et secundum nota, quod Dominus Iesus fuit *Propheta magnus* magnitudine septiformi, scilicet magnitudine auctoritatis praecelsae ad miracula exhibenda; Psalmus: *Quoniam magnus es tu et facies mirabilia. Veritatis aeternae ad documenta seminanda; Ieremiae decimo: Magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Pariter insipientes et fatui probantur, doctrina vanitatis eorum lignum est. Bonitatis summae ad suffragia impartienda; Psalmus: Magnus Dominus et laudabilis nimis. Sui vitalis intimae ad solatia communicanda; Lucae primo: *Erit magnus coram Domino et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Sanctitatis praecelsae ad exempla tribuenda; Ecclesiastici quadragesimo sexto: Fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, etc. Claritatis famae ad divina praeconia excitanda; Malachi primo: Magnum est nomen meum in gentibus. Aeternitatis gloriae ad bona merita retribuenda sive remuneranda; Lucae primo: *Hic erit magnus et Filius Altissimi* vocabitur, et dabit illi Dominus. Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Jacob in aeternum.**

443 Circa tertium nota, quod surrexit Dominus in mundo ad aedificationem septiformiter. Surrexit enim sicut *stella* radientissima ad illuminandum mundum caecum; *facula* ardentissima ad inflam-

mandum mundum tepidum; *rosa* fragrantissima ad recreandum mundum angustiatum; *regula* ordinatissima ad dirigendum mundum devium; *margarita* pretiosissima ad confortandum mundum debilitatum; *sapientia* aeterna ad pasendum mundum famelicum; *vita* indefectissima ad suscitandum mundum mortuum propter primum peccatum, etc.

Varia de peccato mortali.

QUI peccatorum factoribus delectantur, sunt velut porci, qui foetorem omnem, tanquam odorem suavissimum expectent (ORIGEN). — Unde "animo peccatis dedito nihil abiecius, nihilque timidius." (S. CYRILL. ALEX.) — Et sicut Iesus pascebat inter lilia, ita diabolus pascebat inter spartitas et foetores peccatorum in abiectissimo et horrendo habitaculo miserimae animae peccatricis. "Cibus diaboli et refectio eius peccatum est: qui plus peccat, maiora ei convivit parat." (S. BERNARDUS). Ut ergo a miserrimo peccatorum infatu liber fiat, ora, vigila, lege; et in omni loco thimelipis dicit illud Prov. xiv. 24: *Institia alienat gustum, miserum autem facit populum peccatum.*

Anima per peccatum peritura facta est Deo, adultera Christo, inimica Spiritui sancto, virtutibus et gratiis spoliat, sine mortis promissione Dei privati (ISOTIA). — O miserissima conditio animae peccantis! "Unus peccati consensus immensas corporis ac animae homo spirituales amittit divitias, atque cum dolore vendit, quod gratis, et sine labore peroperat: innocentiae quidem candorem, immortalitatis stolam, carnis incorruptibilitatem, animae puritatem, Angelorum contubernium, amicitiam Dei perdit, ad quae maxima cum soligatione assurgit." (S. LAOCH. IUST.) Imo "dormit et inortuus est, qui in peccatis est: nam, et male foetet: ut mortuus, et inuitus est ut dormiens." (S. CYPRIANUS). — O Maria, peccatorum conquisita, Filium tuum; da mihi lyncym sinucae contritionis! Ora pro me!

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEM

LITURGY SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.
Luc. XVI, 1-11.

In illo tempore: Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato, manducare panem, et ipsi observabant eum.
2. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum.

3. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitas et Pharisaeos, dicens: Si licet sabbato curare?

4. At illi tacuerunt. Iose vero apprehensum sanavit eum, et dimisit.

5. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum assuit aut bos in puteum cadit; et non continuo extrahet illum die sabbati?

6. Et non poterat ad haec respondere illi.

7. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primus accubitus eligerent, dicens ad illos:

8. Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo;

9. et veniens is, qui te et illum vocavit, dicat tibi: Da hinc locum; et tunc accipias cum robore quovisimum locum.

10. Sed cum vocatus fueris, iace, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus;

11. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Habentur integra in *Ser. An.*

Homilia S. Augustini Episcopi.

Ser. S. Augustini, *cap. 114.*

446

CONGRUENTER hydropticum animal quod cecidit in puteum, comparavit; humore enim laborabat: sicut et illam mulierem quam decem et octo annis alligatam dixerat, et ab eadem alligatione solvebat, comparavit iumento quod solvitur, ut ad aquam ducatur. Hydropticum autem recte comparamus diviti avaro: sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitiit; sic iste quanto est copiosior divitiis, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit. Illam vero ita morbo incurvatam, ut se erigere non posset, animae terrenis opinionibus debilitatae atque oppressae, ita ut divina cogitare non valeat.

Varia de peccato mortali.

Hoc sunt peccata lapsa, quod grande fragibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armenta pestilens vastitas, quod navigis saeva tempestas. Omnes scilicet bonorum operum fruges destruit, animi facultates corrumpit, totum hominem ad interitum ducit (S. CYRILLUS). Unde ipsa morte horribilior evadit infelicitissimus peccator, qui oculos mentis claudit, de quo S. Bernardus scripsit: "Quis magis mortuus eo qui fovet ignem in sinu, peccatum in conscientia, nec sentit, nec evanescit, nec exentit?" — Fuge ergo a facie peccati, et noli, nequidem per minutissimum temporis spatium, iniquitatis venenum retinere. Siquidem "peccatum conceptum coluber est, in praecordis hominis patiens mortem, nisi fuerit poenitentiae expiationem" (S. CHRYSOST.). — O Maria, eras tu a saeva peccatorum!

FERIA SECUNDA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

In *Luc. cap. 14.*

Factum est cum intraret in domum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant eum, et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Hydropticus morbus, ab aquoso humore vocabulum trahit. Graece enim υδροπ, aqua vocatur. Est autem humor subcutaneus de vitio vesicae natus, cum inflatione turgente, et anhelitu foetido. Propriumque est hydropticis, quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitiire. Et ideo recte comparatur ei, quem fluxus carnalium voluptatum exuberans adgravat. Comparatur diviti avaro, qui quanto est copiosior divitiis, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit.

Et respondens Iesus, dixit ad Legisperitas et Pharisaeos: Licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Quod dicitur respondisse Iesus, ad hoc respicit quod praemissum est: Et ipsi observabant eum.

Dominus enim novit cogitationes hominum. Sed merito interrogati tacent, qui contra se dictum, quicquid dixerint vident. Nam si licet sabbato curare, quare Salvatore an curet observant? si non licet, quare ipsi sabbato pecora curant.

Iose vero apprehensum sanavit, ac dimisit. Provida dispensatione Dominus ante Legisperitas et Pharisaeos hydropticum curat, et mox contra avaritiam disputat, ut videlicet per huius aegritudinem corporis, in illis exprimeretur aegritudo cordis. Denique post multa disputationis eius hortamenta, subiunctum est, Audiebant autem omnia haec Pharisaei qui erant avari, et deridebant illum. Hydropticus quippe, quo amplius biberit, amplius sitiit. Et omnis avarus sitim multiplicat: qui cum ea quae appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia, amplius anhelat.

Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum assuit aut bos in puteum cadit, et non continuo extrahit illum die sabbati? Sic observatores sui Pharisaeos convincit, ut eosdem etiam avaritiae condemnaret. Si vos, inquit, in sabbato asinum aut bovem, aut aliquid quodlibet animal in puteum decidens eripere festinatis, non animal, sed vestrae avaritiae consulentes, quanto magis ego hominem, qui multo melior est pecore, debeo liberare? Congruenterque hydropticum, animal quod cecidit in puteum comparavit: humore enim laborabat. Sicut illam mulierem, quam decem et octo annis alligatam dixerat, et ab eadem alligatione solvebat, comparavit iumento quod solvitur, ut ad aquam ducatur. Et bene utroque loco bovem posuit et asinum, quia sive sapientes quosque, et hebetes, sive ut supra dictum est, utrumque populum eos significare sentiamus, ut videlicet cuius cervicem iugum legis attrivit, atque eum quem qui-

libet seductor reperit, quasi brutum animal et nulla ratione retinens, quo voluit errore subtraxit, omnes Salvator adveniens, satanae vinculis adstrictos, omnes in limo concupiscentiae putei demersos invenit. Non est enim distinctio. Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu.

Varia de peccato mortali.

Omnis qui mortaliter peccat, ianuam cordis sui diabolo aperit, Deo claudit (IOHANN. TERTIUS). Etenim quam multi sunt qui diabolo liberum praebent adiutorem: quam multi sunt qui in mari illocebrarum et vanitatum a diabolo arripuntur! Etenim "peccatum est harnus diaboli, quo capiuntur homines," (HICCO CARD.). Imo "sagitta mortis est peccatum, per quod animae inguluntur," (S. AVULF.).

O anima mea, plora coram Domino, quia multa perpetrasti contra te, quia fuisti inimica dignitatis tuae, adversaria felicitatis tuae! Etenim, teste Divo Thoma: "Peccator ad se ipsum male se habet, quoniam plus vult se esse malum, quam bonum, diaboli servum, quam Dei filium, in statu latronis, quam in statu Regis: qui in mortali est, in statu latronis est, infernali patibulo adnoscitur." — O miserissima conditio peccatorum! Ipsi enim "etiam si videntur vivere, miseriores tamen sunt omnibus mortuis, carnem sicut tumulum circumferentes, cui infelicio infoderunt animam suam" (S. AUGUSTINUS). Hinc Spiritus sanctus misericorditer nos admonet dicens: "Anima quae peccaverit, ipsa morietur; iustitia iusti super eam erit, et impietas impii erit super eam." (EXECUT. XXVI, 20).

— O Maria, resuscita animam meam precibus tuis!

FERIA TERTIA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

In *Luc. cap. 14.*

Dixerunt autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primus accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Aperta quidem ad litteram est haec admonitio Salvatoris,

docens humilitatem, non solum apud Deum, sed etiam apud homines esse laudabilem, sed quoniam hanc Evangelista non frustra parabolam vocat, breviter intendendum quid etiam mystice signet. Nuptias appellari, Christi et Ecclesiae coniunctionem, multis locis apparet. E quibus unum est: *Nunquid possunt filii nuptiarum quando sponsus cum illis est, uti nare? Aliud: Simile factum est regnum coelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias.* Has ergo nuptias quisquis invitatus adierit, id est Ecclesiae se membris fidei gratia coniunxerit, non discumbat in primo loco, hoc est non se, de meritis gloriando, quasi ceteris sublimior extollat. Et quidem studeat iuxta alterius loci parabolam, veste nuptiali vestitus, hoc est virtutum fulgore coruscus apparere, sed ipsarum habitum virtutum loco devotae humilitatis adornet.

Ne forte honorator te sit invitatus ab eo, et veniens is qui et illum vocavit, dicat tibi, da huic locum, et tunc incipias cum rubore, novissimum decum tenere. Honoratori post invitato locum dat ille, qui de longae suae conversationis confidentia securior factus, cita illorum, qui se in Christo secuti sunt, agilitate praerit. Et cum rubore novissimum locum tenet, quando de aliis meliora cognoscens, quidquid de sua operatione celsum sentiebat, humiliat, dicens cum Propheta: *Egens sum ego, et in laboribus a juventute mea, exaltatus autem humilitas sum et confusus.*

Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco. Quanto magnus es, inquit, humilia te in omnibus. Et Psalmista gloriatur: *Humilitatis sum usquequoque, Domine, vivifica me secundum verbum tuum.* Manifeste significans ita se a Domino posse vivificari, si de suis ipse virtutibus humilia sentiret.

Ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi, ascende superius. Veniens Dominus quem humilem invenerit amici nomine beatificans, superius ascendere praecipit. Quicumque enim humiliaverit se sicut parvulus, hic est maior in regno coelorum.

Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Pulchre dicitur: *Tunc erit tibi gloria*, ne nunc quaerere incipias quod tibi servatur in fine: quia sicut Salomon ait: haereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. Potest autem et in hac vita intelligi, qui in novissimo loco recumbens invenitur Domino veniente sublimatus, quia quotidie Dominus suas nuptias intrat, quotidie mores, sedes, habitus convivantium diiudicat, et superbos despiciens humilibus saepe tanta sui spiritus munera praestat, ut eos merito simul discumbentium, hoc est in fide quietium coetus unanimi admiratione glorificet, stupensque, in auctoris sui laudationem prosiliat, dicens: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus coelum.*

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Et ex hac conclusione manifeste claret, praecedentem Domini sermonem typice intelligendum. Neque enim mox omnis qui se coram hominibus exaltat, humiliabitur, aut qui se in conspectu hominum humiliat, exaltabitur ab eis, sed a contrario nonnumquam, qui se vel in apice dignitatis, vel in alia qualibet acquirenda gloria sublevat, usque in finem exaltari non cessat. Similiter et humilis quilibet ac verecundus in sua qua contentus est usque ad vitae terminum medocritate perseverat. Et ideo quia iuxta veritatis sententiam, omnis qui se incaute de meritis adlevat, humiliabitur a Domino, et qui provide se de benefactis humiliat,

exaltabitur ab eo, in eundem protul dubio sensum praemisus sermo Redemptoris, quo primos in nuptiis accubitus quaeri vetat, congruit.

Varia de peccato mortali.

O peccator, poenitere, vade, ostende te sacerdoti, ne morte moriaris aeterna! "Certe periculosus est unum peccatum habere in corde, quam mille serpentes in corpore." (S. BONAVENTURA). — O peccator, sanguine Christi redempte, poenitere, curte ad medicum animam tuam, miserere misericordiae animae tuae! Eben! "immissericordior es animae tuae, ipsam per peccatum occidendo, quam ludas corpori suo ipsum iugulando." (id.). — Corpus mortuum plangimus, quod animam, animam vero mortuam, quam non animamus, non dolemus, non plangimus (S. AUGUSTINUS). — O peccator, "si quem de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter et heres, facie inealta, vultu nubilo, ore desecto, indicia moeroris ostenderes. Animam tuam miseram praedicti, spiritaliter mortuam; supervivere hic tibi videris, et ipse ambulans funus tuum portare coepisti, et non scriberis plangere, non lugere ingemiscere?" (S. CYPRIANUS). — O Maria! tuas non, quoniam ingratis, eius et filius: ora pro me, salva me!

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVI. POST. PENT. 222220 D.

Amicie, ascende superius, Lucae decimo quarto.

In hoc verbo, quod proponitur nobis in humilitatis praemium, tria nota, scilicet humilis animae ad Deum dulcis familiaritas, ibi: *Amice*; spiritualis profectus dignitas, ibi: *ascende*; sempiternalis gradus sublimitas, ibi: *superius*.

Circa primum nota, quod efficitur quis amicus Dei: per sinceritatem sanctimoniae; Proverbiorum vigesimo secundo: *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam laborum suorum*, id est intellectus et

affectus purgatorum, habebit amicum regem. Per humilitatem obedientiae; Ioannis decimo quinto: *Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis*. Per austeritatem poenitentiae; Psalmus: *Mihi alienigenae amici facti sunt*, etc. Per longanimitatem patientiae; Iudith octavo: *Abraham, per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est*.

Circa secundum nota, quod debemus ascendere: ad conscientiam renovandam frequenter per sedulitatem confessionis; primi Machabaeorum quarto: *Eccc, contriti sunt inimici nostri; ascendamus monte mundare sancta et renovare*. Ad sapientiam investigandam ferreter per pietatem meditationis; Isaiae secundo: *Venite et ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius*. Ad iustitiam praesequendam diligenter per sanctitatem conversationis; Psalmus: *Quis ascendet in montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto eius? Imocens manibus et mundo corde*. Ad victoriam obtinendam potenter per virtutem dimicationis; Cantuorum septimo: *Ascendamus in palmam et apprehedamus fructus eius*.

Circa tertium nota, quod illud superius aeternum, ad quod ascendit amicus Dei, est: gloriosum in veneratione divinae Maiestatis; Psalmus: *Quoniam Deus magnus Dominus et Rex magnus super omnes deos*. Speciosum in admiratione summae veritatis; Isaiae sexagesimo: *Super te orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur*. Deliciosum in refectione aeternae bonitatis; Ecclesiastici vigesimo quarto: *Spiritus meus super mel dulcis, et haereditas mea super mel et ficum*. Copiosum in adimplentione humanae voluntatis; tertii Regum undecimo: *Regnabis super omnia, quae desiderat anima tua*; Iudith primo: *Dedit ei irriguum superius et irriguum inferius*.

Varia de peccato mortali.

446 **Q**uam magna est et horrenda miseria animae peccatrici! Non solum enim inferno addicta est, nisi tempestive convertertur, sed ipsa etiam in hac vita quasi alter infernus existit! Et quidem, "peccator quilibet infernus est, ubi sunt tenebrae obscurissimae: quia ibi non lucet sed insidiat, ibi tot daemones, quot vitia, ibi algor infidelitatis, ibi ardor iniquitatis." (HROG. CARD.) — Unde "nihil miserabilius quam peccato servitute." (S. BOSAV.) Etenim "causam facient animam peccata, et propriis delictis alligatur insensatus peccator!" "Iniquitatis sume capsum impium, et funibus peccatorum suorum constringitur." (PROV. V. 30.)

447 **O** infelix peccator, revertere ad Deum tuum, ne diabolus, cui insensate subiectus manes, sepeliat te vivum in tremendo ignis infernalis lacu! Etenim "usitatum est unicuique, ut in propria parochia sepeliatur: ius suum diabolus districtè sibi defendit, nec patitur eum, qui suae debetur parochiae, alio loco sepeliri." (DIO. STELLA.) **O** anima mea, dum tempus habebis, horrorem gelidissimum fugamini, Deo fideiiter servimus, et bene nobis erit, quarevis in hac lacerantem velle tribulationem sustineamus et impiam. Et revera, "nihil peccante pauperius, nihil dilus est iusto." (S. CARYSOTI.) — Hinc, "bonus, etiam si servit, liber est; malus autem, etiam si regnet, servus est; nec inius hominis, sed quod est gravior, tot dominorum, quot viliorum; de quibus vitis cum ageret divina Scriptura: a quo enim quis, laquei, devictus est, hinc et servus addictus est." (S. AUG.) — *O Moria, vede animam tuam gratiam et dilectam Filio tuo; ora pro me!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae a Villanova.
DOM. XVI. POST PENT. CORDO.

448 **I**ns imagine perfecta quisque aliud, et aliud notat. Unus oculos, alius vestes, alius agilitatem, etc., et licet tota pulchra sit, tamen quaedam particularitas annotatur. Ita in Virgine, licet tota perfecta sit, tamen Deo in ea placuit humilitas. Sic ipsa ait: *Quia respexit humilitatem Ancillae suae.* Et Bernardus: Humilitate placuit, virgi-

nitate concepit. Angelis autem placuit in ea virginitas, quia virginitas est cognata Angelis. Hominibus autem miseris, misericordia magis placet, ut ait Bernardus; quia ista virtute magis indigent. Diximus in alio sermone, quam vitium magnum sit et periculosum superbia; nunc eius radicem inquiramus, et originem eius investigemus. Unde in omnibus moribus iste? Utique ex duobus: ex nimio amore sui, et ex ignorantia sui. Nam, quia nimis nos diligimus, ideo propriam excellentiam appetimus: et quia ignoramus, qui sumus, ideo superbum. Sufficit enim ad omnem humilitatem cognitio sui. **O** si aperiret Deus oculos nostras, et videremus quanta est insufficientia, paupertas, et miseria nostra, et quam modicam habemus, imo, nullam superbiendi occasionem! Non miror ego Luciferum in coelo positum, Angelum lucidum, pulcherrimum, potentissimum, nobilissimum creaturam, immortalem, incorpoream, impassibilem, nullis molestiis obnoxiam, altissimi intellectus, liberrimae voluntatis, ceteris praepositam, Dei gratiis et donis decoratam, in tanta sublimitate superbiere, (sicut male et perverse) non miror: habuit occasionem a sua magnitudine et pulchritudine. Sed tu vermis de terra putridus, in hoc sterquilino constitutus inter viperas, et serpentes, et bruta, infimus, pauper, et egenus, laboribus, et infirmitatibus onustus, morti subiectus, futurus post modicum esca verminum, et inferni, nisi caveris; in hoc carcere, ferro et catenis ligatus post modicum sententiandus ad furcam inferni forsitan; in tanta vilitate, in tanta miseria, paupertate, et discrimine constitutus, unde tibi superbia? Unde inquam, gloria pultride pulvis? Quae occasio superbiendi? **O** stultitiam, o insaniam, o phrenesim intolerabilem, omni inferno dignissimam,

449 **omni cruciati puniendam!** Si enim superbiens Angelis non peperit, sed sic damnavit; hanc tuam superbissimam superbiam, sine occasione, quo inferno castigabit? Bernardus: **O** mira fatuitas cordis nostri! Cuius cervicem domare tanta humilitatis materia non sufficit. **O** stulte, quid gloriaris in tanta paupertate et miseria? **O** Domine, quomodo aggravasti super me manum tuam! Quantis nos miseris, et laboribus in hac vita gravasti! Omnia haec necessaria fuerunt ad demandum superbiam nostram. *Audivimus, inquit, superbiam Moab, superbus est valde.* Quod si, cum quotidie hoc patiamur, et videamus nos in sepulchris putrescere, superbi sumus; quis toleraret nostram superbiam, si in deliciis, et immortales mansissemus? Si haec omnia dissimulamus, quasi non videamus; quid esset si in paradiso deliciarum essemus? Quis nostram superbiam toleraret? **Jeremias: Castigasti me, Domine, et eruditus sum, ut iuenculus indomitus.** Exemplum de Domino habente servum insolentem, superbum, et protervum; qui ad eius ferocitatem, et proterviam demandam, eum ferro et catenis onerat, et quotidie flagellat, et modico pane pascit. Sic omnino fecit Deus nobis ex sua misericordia, ne pereamus. **Psalmus: Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.** Ex hoc apparet, quam caecus, quam insanus, quam stultus sit omnibus superbus, qui in tanta paupertate et miseria gloriatur.

449 **O** stultissime! De quo gloriaris, qui nec unam bonam cogitationem ex tuo habere potes, nec unum bonum desiderium? *Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?* Forsitan gloriaris, quia multum accepisti? Inde magis humiliari, et timere debueras: sciens, quia cui multum datum est, multum quoque quaeretur

ab eo; et quod quanto magis crescut dona, tanto magis ratione crescut donorum. Ergo: *Noli altum sapere, sed time, ne forte in vacuum gratiam Dei acceperis,* et pro talento suffosis, in tenebras mitaris exteriores. Quod si de bonis spiritualibus, quae vere bona sunt, gloriari stultum est; quid dicam de huius saeculi hominibus, qui de divitiis, et dignitatibus, et honoribus gloriantur? Qui pro gloriae inanem vento, tam anxie desudant? **Stultorum, ait Sapiens, infinitus est numerus:** vix est reperire hominem, in quo non sit aliquid stultitiae, cum et in cuiusvis spiritu sit aliquis dolus. Unde dicitur: quod Athenis duo philosophi sedebant in foro; unus omnes ridebat, alius omnes plorabat; et qui ridebat, plorantem ridebat, et qui plorabat, ridentem plorabat. Uterque rationem habebat, sed maiorem qui plorabat: nam vere deploranda potius, quam ridenda est tanta hominum caecitas, et insaniam. **Psalmus: Deus de coelo prospexit super filios hominum: ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum.** Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Non est sensatus sine errore, sine vanitate, qui collimet in scopum veritatis. Dic mihi, o superbe, omnium hominum stultissime: quod tantum est bonum in gloria ista mundi, in hac estimatione populi, ut pro illa sic labores, sic fatigeris, sic anxieris? Quae utilitas, si omnes te astringunt, omnes te honorent? Si avarus quaerit divitias, mirum habet commodum ex eis, domum bonam, vestes, cibos, et oblectamenta, sed ubi quid prodest ventus iste vanae existimationis? **Chrysostomus:** Pone, quod in foro omnes te honorent, et admirentur, et laudent, et ultimum honorem attingas, reversus domum tuam, quid habes de illo vento? Evanuit sic

ut fumus, et disparuit sicut umbra. Nonne si famescis utilius tibi est frustum panis, quam tota illa inanis gloria? Et tamen pro hac quid non faciunt homines? Quid non sustinent? Quid non agrediuntur? Quae discrimina, quae pericula non subeunt? Opes dilectissimae, longo labore quaesitae, si modicum honoris attriserit, largissime effunduntur; vita charissima pro modica gloria periculo exponitur, quasi post mortem aliquid ad eos pertineret de ista gloria. Numquid non haec aperta insania et extrema dementia est? Et tamen in mundo quis non insanit? Multos, inquit Chrysostomus, ab aliis vitijis inveni liberos, inveni modestos, castos, liberales; sed qui oblatum contemnunt honorem repemini, cum sit insania manifesta. Bernardus: Si ad vestrum, inquit, tribunal ad stare deberem, merito vestrum de me iudicium existimarem; sed qui me iudicat Dominus est. Quid ad me, si vos me aestimatis, vel contemnitis? Numquid ideo bonus, aut malus sum, quia vos me approbatis, aut reprobatis? An non ego me melius novi quam vos? Nemo enim novit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Cur ergo relicto meo iudicio, vestram de me sententiam requiro? Sicut, si habens oculos claros, caecorum iudicium de pictura requirat. Si ego novi, quod vitiosus sum, et indoctus, quid mihi prodest, quod vos me sapientem, et studiosum reputetis? Non est haec gloria, sed iniuria, non est honor, sed irrisio. P. Augustinus: Falsus honor non delectat, sed pungit. Hic honor non mihi laetitiam, sed magnam causat confusionem, et pudorem. Pudeat, pudeat decipere plebeculam, pudeat esse populi illusorem. Non confunderis, non erubescis honorari iustus, et bonus, qui te nosti peccatorem et profanum?

Quod si sola haec esset stultitia, propter hoc fugienda esset superbia; sed propter hoc, poena etiam gravissima puniendi est in inferno. O quomodo deplorabitur in inferno haec stultitia! *Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum in cantia quid contulit nobis? Lassati sumus in via iniquitatis, ambulavimus vias desolatas; scilicet, pro vano honore quaerendo. Non luxit nobis lumen, et sol intelligentiae non est ortus nobis.* Tunc apparbit insania, deplorabitur stultitia. O fratres mei, nolite expectare ad illud tempus, nunc nunc aperite oculos, nunc fugite hanc dementia. Quod si vos delectat gloria, iuvant honores, si delectat dignitas et pompa, non renuo, sequimini; sed quaerite veram gloriam, veros honores, veras dignitates. *Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Qui gloriatur in Domino gloriabitur. Non prohibeo gloriam, sed in Domino. Nulla quoque maior dignitas, quam servire Christo: nam servire Deo regnare est. Quantum erit honor, amicum esse Dei, civem caelorum, Angelorum socium, amicum coelestium potestatum; agnosci in coelo, visitari ab Angelis? Non quaeras gloriam in hoc vico, sed in caelesti urbe. Quanta erit pompa servorum Dei? Servus Dei toti imperat creaturae, et obedit ei. Psalmus: Quid mihi est in caelo, et a te quid volui super terram? Elias, cum voluit, caelum aperuit, pluviam dedit. Dic alicui potenti, ut pluviam nunc adsceret mundo sibi. Moses mare aperuit. Quare non fuit in exercitu, qui sedaret mare Algerini? Si superbus esse cupis, ego docebo te superbiam laudabilem. Cognosce te creaturam nobilem, animam Dei imagine insignitam, speciem pulchram, et formosam, Angelo similem, et dignare veros istos honores, et pueriles glorias quaerere. Dedicare divitias terrenas*

4470

concupiscere, designare in tanta pulchritudine vitij subitici, et ludo saeculi foedari, et peccatis, et immunditiis deserere. Memento quod nobilis es civis caelorum. Haec vera, et sancta superbia est, Deo et Angelis accepta.

Varia de peccato mortali.

4471 **Q**ui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab ipso diabolo peccat. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo habet (I. IOHANN. III, 89). — Eis, animae dilectae, in humilitate et fiducia Deo servientes, fugiamus iugum diaboli; clamemus ad Iesum Salvatore nostrum; et vigilemus ne inimicus noster rapiat nos; timeamus peccatum super omnia mala, et "peccatum daemone peius ciciamus. Daemon siquidem nos omnino spoliat regno caelorum, sed subito fit, ut prosit modesto ac vigilant. Peccatum vero omnino excludit. Volentarius quippe daemon est peccatum, spontanea insania" (S. EPYVOST.). — Esto, anima mea, raptrix regni caelorum, esto victrix iniquitatum; abice terrena, quia vana, quia cum morte relinquenda, quia periculosa, et audi S. Augustinum libri de civitate: "Ipsa est infelicitas hominum: propter quod peccant, morientes hinc dimittunt, et ipsa peccata secum portant. — Peccas propter pecuniam? hinc dimittenda est. Peccas propter villam? hinc dimittenda est. Peccas propter mulierem? hinc dimittenda est. — Et quidquid est propter quod peccas, quando oculos in morte clauseris, hinc dimittis, et ipsum peccatum quod committis, tecum portas. — O Maria, ora pro me, ut ex numero filiorum Dei efficiam, ut tecum sim in aeternum!"

FERIA SEXTA

HOMILIA S. THOMAE A VILLANOVA.
IN DOM. XVI. POST PENT. CONCIO.

4472 **S**ed iam damna superbiae dicamus, quae multa sunt. Nam, primo facit hominem Deo et hominibus odiosum, sicut ait Sapiens: *Odibilis coram Deo est, et hominibus superbia.* Quantum Deus superbiam odit, Lucifer testis est, testis est Adam, te-

stis Nabuchodonosor, qui propter superbiam versus est in bestiam. Est etiam hominibus odibilis superbus, quia rixosus, contumeliosus, iracundus, protervus, damnosus, malemoratus, etiam contra illum qui nihil nocuerit, nihil moleste egerit. Quis toleret hominem stultum, turgidum, inflatum, praesumptuosum? In summa ignominia gloriosum, in summa vitiorum miscra praesumptuosum? Illam caecitatem, illam insaniam non sustinet videre oculus, nec sapiens tolerare.

Secundo: facit hominem servum vilem, et abiectum: nam pendet ab opinione hominum, qui de illo sentiat populus; si murmurat de illo; si contemnitur; si despiciatur; si non fit ei reverentia, quam cupit, indignatur omnibus; servit, ut ab omnibus honoretur. O durissimam servitutem! Quanto maior humilis, quia omnia illa contemnit, et non curat! O quam dominus omnium est, qui hominum opiniones de se despiciat! Psalmus: *Deicisti eos dum alleverantur.* Non solum, qui se exaltat, humiliabitur, sed ipsa eorum exaltatio, ut ait Gregorius, deiectio est, et humilitio. Psalmus: *Non veniat mihi pes superbiae.* Pes est calcans, et pessumdans hominem, nam unde putat fieri illustris et gloriosus, fit servus vilis, et abiectus.

4473 **T**ertium damnus: facit hominem incapacem donorum Dei. Nam, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Psalmus: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam: sicut ablatus est super matre sua, ita revivificatio in anima mea.* Non sentit spiritum, non sentit dulcedinem, non habet devotionem, nec alia Dei dona; nam amplius superbiret, et essent ei in damnationem. Unde grandem mercedem facit Deus: non dando dona, ne fiant ei in interitum. Est magna aegritudo superbia,

quae peccatis sanatur; et virtutibus et donis augetur.

4475 Quartum damnum: superbia omnes virtutes et dona destruit: est enim virus virtutum, donorum pestis, tinea gratiarum. Ex virtute generatur, et virtutem rodit et destruit. Da hominem omnibus virtutibus, et donis, et gratia plenum, si adsit superbia, totum perditum est, totum est veritum ad ruinam. Vide: quid profuit Luciferi tanta pulchritudo cum superbia? Melior est peccator humilis, quam iustus superbus. Respice Pharisaeum et Publicanum; unde Dominus in Evangelio: Si ego quaero gloriam meam, gloria mea nihil est. Hanc igitur pestem omnium bonorum omnes fugiamus, occidamus eam. Sed quomodo? Sicut David gigante Goliath suo gladio iugulavit, ut ait Bernardus. Si videris te aliqua virtute, vel dono Dei superbientem; statim conversus ad te, dic: Quomodo tam exiguus sum ego, et tam vilis, quod de tam modico bono extollor? Quam modicum valeo? Quam indignus sum, ut alia praesentur dona? Quam modicum capio? Quomodo mihi Deus dabit dona sua, qui tam leviter superbio? Hoc est superbiam in corde timentem, suo gladio iugulare. Valet etiam ad coercendam superbiam Sanctorum comparatio et conversatio. Cum tibi magnus videris, compara te alicui Sanctorum, lege vitam eius, et videbis, quod in comparatione illius quasi formica sis ad elephantem. Sic solent rustici in suo vico gloriari in pauperiores, sed cum veniunt ad civitatem, reputant se ut servos. O quanta est nostra paupertas, si ad Sanctorum divitias comparatur! Valet etiam Sanctorum conversatio plurimum: videre eorum contemptum gloriae, et divitiarum, quomodo omnia ut stercora arbitrantur; habent enim meliores et pretiosiores divitias:

gaudent in praesenti saeculo humiliari, recordantes promissionis Domini: quod qui se exultat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Gaudent hic despicere, contemni, pro nihilo haberi pro Domino. Psalmus: *Lactati sumus pro diebus quibus nos humiliasti*. Scientes, quod pro hac deiectione magnum habent in caelo repositum honorem, et supereminentem gloriam: ad quam nos perducet Iesus Christus Dominus noster. Amen.

Varia de peccato mortali.

4476 **O** salma mea, fuge infausta delectamenta peccati, quae in instanti delicia videntur, et statim tortores evadunt infelicis peccatoris. Hade peccato nihil asiaris, et hoc morant, qui post admissum peccatum conscientiae macerare macerant, quomodo dira amaritudine consumuntur, ait S. Chrysostomus, cui concordat S. Ambrosius dicens: "Nullus maior est dolor, quam in qui peccati macerone vulnere conscientiam: neque illam gravius est onera, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum deprimit animum, curvat usque ad terram, ne se erigere possit."

4477 Peccatum, donec consummetur, obtenebrat mentem, et quasi densa nebulas mentem corrumpit: deinde conscientia insurgit post consummationem, et quoque accusatore mentem gravius ardit, et miras absurditates facit (S. Chrysost.). — Quod si, o infelix peccator, tenorebus destitutus videaris, magis time, quia horrenda est, quia terribilis plaga animae tuae: time, quia dies Domini proximus est, quia iudicandus es; et tunc praesertim "accusator erit propriam scelus, tunc loquentur simul opera nostra, et dicent: Tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus, tecum erimus, et tecum ad iudicium pergemus." (S. Lucas. lxxxi.). — Arguet te malitia tua, et avaritia tua increpabit te: scito, et vide, quia malum et amarum est relinquere te Dominum Deum tuum, et non esse timorem mei apud te, sicut Dominus Deus exercituum, (Isaia. li, 19). — *O Maria, ad tuam materiam pietatem confugio!*

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVI. POST PENT. SERMO 2.

4478 **A**micus, ascende superius, et erit tibi gloria coram simul discumbentibus, Lucae decimo quarto.

4479 Tria notantur hic, scilicet Dei aeterni ad humanum genus clementia dulcissima, ibi: *Amice; exhortatio saluberrima, ibi: ascende superius; exhortationis utilitas sempiterna, ibi: et erit tibi gloria*, etc. Vel alio modo circa virum iustum et Deo devotum tria notantur, scilicet amor graciosus, profectus virtuosus et status gloriosus.

4480 Circa primum nota, quod efficitur quis amicus Dei maxime per tria, scilicet per contemptum mundanorum; Iacobi quarto: *Amicilia huius mundi inimica est Dei. Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius inimicus Dei constituitur*. Per desiderium aeternorum; Proverbiorum vigesimo septimo: *Unguento et variis odoribus delectatur cor, et bonis amici consiliis anima dulcoratur*. Per sustentiam adversorum; Lucae duodecimo: *Dico autem vobis amicis meis: Ne timeamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius, quid faciant*.

4481 Circa secundum nota, quod debemus ascendere superius: per sedulitatem devotae orationis; primi Regum primo: *Ascendebat spiritus ille de civitate sua statutis diebus, ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum in Silo*. Per puritatem rectae intentionis; Psalmus: *Quis ascendit in montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto eius? Immaculatus in corde, etc.* Per sublimitatem serenae contemplationis; Exodi vigesimo quarto: *Ascenderuntque Moyses et Aaron in montem ad Dominum, etc. Videruntque Deum Israel, etc.*

4482 Circa tertium nota, quod sic ascendentibus erit gloria: *inastimabilis honoris in conspectu Maiestatis aeternae; Psalmus: Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Admirabilis decoris in conspectu claritatis supremae; Psalmus: Gloriam et magnum decorem impones super eum. Interminabilis incommutabilis in conspectu bonitatis summae; Ecclesiastici vigesimo tertio: Gloria magna est sequi Dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo.*

Varia de peccato mortali.

4483 **P**RAESENTIA verba S. Scripturae exponens, haec scribit S. Bonaventura: "Scito, et vide, quia durum, et asperum est, relinquere te Dominum Deum tuum, duplicem infelicitatem ipsam significans incurrisse. Quia enim per malitiam creaturae inferiori invirescens adhaesit, propter momentaneam delectationem, iusto Dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potius reportabit, ut qui satiari voluit in ipsi delectationibus creatorum, infinitis amaritudinibus repletur. — Quapropter, abiectiones venenosas delectationes iniquitatis, si fingamus peccata, et a via mala recedamus; si enim haec fegerimus, etiam inter innumeros hostes fuerimus, nemo nos laedere poterit; si haec non fegerimus, etiam ad ipsum verticem montium ascenderimus, hostes etiam illic innumerabiles reperiemus." (S. Chrysost.). — *O Maria, libera me ab insidiis maledictarum!*

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDI MATTHEUM.

Matth. xxi. 35-46.

18 Illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisaei. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum:

36 Magister: quod est mandatum magnum in lege? 37. At illi Iesús: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua.

38 Hoc est maximum, et primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Dilige proximum tuum, sicut teipsum.

40. In his duobus mandata universa lex pendet, et prophetae.

quae peccatis sanatur; et virtutibus et donis augetur.

4475 Quartum damnum: superbia omnes virtutes et dona destruit: est enim virus virtutum, donorum pestis, linea gratiarum. Ex virtute generatur, et virtutem rodit et destruit. Da hominem omnibus virtutibus, et donis, et gratia plenum, si adsit superbia, totum perditum est, totum ei vertitur ad ruinam. Vide: quid profuit Luciferi tanta pulchritudo cum superbia? Melior est peccator humilis, quam iustus superbus. Respice Pharisaeum et Publicanum; unde Dominus in Evangelio: Si ego quaero gloriam meam, gloria mea nihil est. Hanc igitur pestem omnium bonorum omnes fugiamus, occidamus eam. Sed quomodo? Sicut David gigante Goliath suo gladio iugulavit, ut ait Bernardus. Si videris te aliqua virtute, vel dono Dei superbientem; statim conversus ad te, dic: Quomodo tam exiguus sum ego, et tam vilis, quod de tam modico bono extollor? Quam modicum valeo? Quam indignus sum, ut alia praesentur dona? Quam modicum capio? Quomodo mihi Deus dabit dona sua, qui tam leviter superbio? Hoc est superbiam in corde timentem, suo gladio iugulare. Valet etiam ad coercendam superbiam Sanctorum comparatio et conversatio. Cum tibi magnus videris, compara te alicui Sanctorum, lege vitam eius, et videbis, quod in comparatione illius quasi formica sis ad elephantem. Sic solent rustici in suo vico gloriari in pauperiores, sed cum veniunt ad civitatem, reputant se ut servos. O quanta est nostra paupertas, si ad Sanctorum divitias comparatur! Valet etiam Sanctorum conversatio plurimum: videre eorum contemptum gloriae, et divitiarum, quomodo omnia ut stercora arbitrantur; habent enim meliores et pretiosiores divitias:

gaudent in praesenti saeculo humiliari, recordantes promissionis Domini: quod qui se exultat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Gaudent hic despicere, contemni, pro nihilo haberi pro Domino. Psalmus: *Lactati somus pro diebus quibus nos humiliasti*. Scientes, quod pro hac deiectione magnum habent in caelo repositum honorem, et supereminentem gloriam: ad quam nos perducit Iesus Christus Dominus noster. Amen.

Varia de peccato mortali.

4476 **O** salma mea, fuge infausta delectamenta peccati, quae in instanti delicia videntur, et statim tortores eundem infelicis peccatoris. Hade peccato nihil asiaris, et hoc morant, qui post admissum peccatum conscientiae murem macerant, quomodo dira amaritudine consumuntur, ait S. Chrysostomus, cui concordat S. Ambrosius dicens: "Nullus maior est dolor, quam in qui peccati macrone vulnere conscientiam: neque illam gravius est onera, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum deprimit animam, curvat usque ad terram, ne se erigere possit."

4477 Peccatum, donec consummatur, obtenebrat mentem, et quasi densa nebulas mentem corrumpit: deinde conscientia insurgit post consummationem, et quoque accusatore mentem gravius ardit, et miseram absurditates facit (S. Chrysost.). — Quod si, o infelix peccator, tenorebus destitutus videaris, magis time, quia horrenda est, quia terribilis plaga animae tuae: time, quia dies Domini proximus est, quia iudicandus es; et tunc praesertim "accusator erit propriam scelus, tunc loquentur simul opera nostra, et dicent: Tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus, tecum erimus, et tecum ad iudicium pergemus." (S. Lucas. lxxxi.). — Arguet te malitia tua, et avorsio tua increpabit te: scito, et vide, quia malum et amatum est reliquias te Dominum Deum tuum, et non esse timorem mei apud te, sicut Dominus Deus exercituum, (Isaia. li, 19). — *O Maria, ad tuam materiam pietatem confugio!*

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVI. POST PENT. SERMO 2.

4478 **A**micus, ascende superius, et erit tibi gloria coram simul discumbentibus, Lucae decimo quarto.

4479 Tria notantur hic, scilicet Dei aeterni ad humanum genus clementia dulcissima, ibi: *Amice; exhortatio saluberrima, ibi: ascende superius; exhortationis utilitas sempiterna, ibi: et erit tibi gloria*, etc. Vel alio modo circa virum iustum et Deo devotum tria notantur, scilicet amor graciosus, profectus virtuosus et status gloriosus.

4480 Circa primum nota, quod efficitur quis amicus Dei maxime per tria, scilicet per contemptum mundanorum; Iacobi quarto: *Amicilia huius mundi inimica est Dei. Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius inimicus Dei constituitur*. Per desiderium aeternorum; Proverborum vigesimo septimo: *Unguento et variis odoribus delectatur cor, et bonis amici consiliis anima dulcoratur*. Per sustentiam adversorum; Lucae duodecimo: *Dico autem vobis amicis meis: Ne timeamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius, quid faciant*.

4481 Circa secundum nota, quod debemus ascendere superius: per sedulitatem devotae orationis; primi Regum primo: *Ascendebat spiritus ille de civitate sua statutis diebus, ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum in Silo*. Per puritatem rectae intentionis; Psalmus: *Quis ascendit in montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto eius? Immaculatus in corde, etc.* Per sublimitatem serenae contemplationis; Exodi vigesimo quarto: *Ascenderuntque Moyses et Aaron in montem ad Dominum, etc. Videruntque Deum Israel, etc.*

4482 Circa tertium nota, quod sic ascendentibus erit gloria: *inastimabilis honoris in conspectu Maiestatis aeternae; Psalmus: Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Admirabilis decoris in conspectu claritatis supremae; Psalmus: Gloriam et magnum decorem impones super eum. Interminabilis incommutabilis in conspectu bonitatis summae; Ecclesiastici vigesimo tertio: Gloria magna est sequi Dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo.*

Varia de peccato mortali.

4483 **P**RAESENTIA verba S. Scripturae exponens, haec scribit S. Bonaventura: "Scito, et vide, quia durum, et asperum est, reliquias te Dominum Deum tuum, duplicem infelicitatem ipsam significans incurrisse. Quia enim per malitiam creaturae inferiori invirescens adhaesit, propter momentaneam delectationem, iusto Dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potius reportabit, ut qui satiari voluit in ipsi delectationibus creatorum, infinitis amaritudinibus repletur. — Quapropter, abicitentes venenosas delectationes iniquitatis, si fingamur peccata, et a via mala recedamus; si enim haec fegerimus, etiam inter innumeros hostes fuerimus, nemo nos laedere poterit; si haec non fegerimus, etiam ad ipsum verticem montium ascenderimus, hostes etiam illic innumerabiles reperiemus." (S. Chrysost.). — *O Maria, libera me ab insidiis vitularum!*

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDI MATTHEUM.

Matth. xxi, 35-46.

18 Illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisaei. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum:

36 Magister: quod est mandatum magnum in lege? 37. At illi Iesús: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua.

38 Hoc est maximum, et primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Dilige proximum tuum, sicut teipsum.

40. In his duobus mandata universa lex pendet, et prophetae.

41. Congregatis autem Pharisaeis, interrogavit eos Iesus.
42. dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: David.

43. At ille illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens:

44. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

46. Et respondens ei et respiciere eos: neque ausus fuit, quoniam et illi discunt amplius interrogare.

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN MATTH. II. 26.

449 **R**ursus causam ponit Evangelista, cur silere oporteret, illorum quoque audaciam incidem significat. Quo pacto? Quia cum illis silentium impositum fuisset, hi rursus aggrediuntur. Cum oportuisset enim inde quiescere, illi rursus concertant, et legisperitum opponunt: non quod disscere, sed quod tentare cuperent; et interrogant: Quod est mandatum primum? Quia enim primum illud erat: *Diliges Dominum Deum tuum*, sperantes illum ansam praebiturum, corrigendo scilicet ipsum, ut se quoque Deum esse ostenderet, sic interrogant, Quid ergo Christus? Ut ostendat, qua de causa venerint, quod nullam haberent charitatem, quod invidia tabescerent, quod livore caperentur, ait: *Diliges Dominum Deum tuum: hoc primum et magnum est mandatum. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Cur, *Simile huic?* Quia hoc ad illud viam parat, et ab illo rursus munitur. Nam *Quicumque male agit, odit lucem, et non venit ad lucem* (IOANN. III, 20); et rursus: *Dicit insipiens in corde suo: Non est Deus* (PSAL. LII, 1). Et quid inde? *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis* (PSAL. XIII, 2). Et iterum: *Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide* (I TIM. VI, 10); et, *Qui diligit me, mandata mea servabit*

(IOANN. XIV, 15). Quorum omnium caput est: *Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut teipsum.* Si ergo diligere Deum, diligere proximum est (nam ait: *Si diligis me, Petre, pasce oves meas*) (IOANN. XXI, 16), diligere autem proximum facit ut mandata custodias, iure ait: *In his tota lex pendet et prophetae.* Ideo quod antea fecit, id et nunc facit. Etenim ibi interrogatus de modo resurrectionis, ipsam resurrectionem asseruit, plura docens quam fuerat interrogatus; et hic etiam de primo interrogatus, secundum recitat, primo non multum inferius (secundum enim est, et primo simile), subindicans ipsis, unde interrogatio facta sit, nempe ex iniuriam. *Charitas enim non annuitur* (I COR. XII, 4). Hinc se ostendit et legi et prophetis obsequi. Sed cur Matthaeus ait, ipsum tentandi causa interrogasse, Marcus vero contra? *Fidens*, inquit, *Iesus quia sapienter respondisset, dicit illi, Non longe es a regno Dei* (MARC. XII, 34). Neque tamen dissentiant, sed admodum consona dicunt. Interrogavit enim tentans a principio; a responsione autem aliquid nactus utilitatis, laudatus est. Neque enim initio ipsum Christus laudavit: sed quando dixit amare proximum malus esse quam holocausta offerre, tunc dixit: *Non longe es a regno Dei*: humilia enim et abiecta despiciens, principium virtutis attingit. Etenim illa omnia propter hoc erant, sabbata nempe et reliqua. Verum neque sic illi perfectam laudem tribuit, sed cui aliquid desit. Nam cum dicitur: *Non longe es*, declaratur aliquid adhuc interstitii esse, ut quod deficit quaerat. Quod si illum laudat quod dixerit: *Unus est Deus, et praeter eum non est alius* (Ibid. 32), ne mireris; sed etiam inde discere, quomodo secundum opinionem accedentium respondeat. Etsi enim millia de Christo

diant gloria illius indigna, id tamen dicere non audebunt, ipsum omnino non esse Deum. Cur ergo ipsum laudat quod dicat praeter Patrem non esse alium Deum? Non quod seipsum non esse Deum fateatur: absit; sed quia nondum tempus erat revelandi divinitatem suam, sinit eum in suo dogmate persistere, et laudat eum quod vetera probe cognoscat, ut illum reddat idoneum ad novae legis doctrinam suscipiendam, suo tempore inducendam. Alioquin vero illud: *Unus est Deus, et praeter eum non est alius*, et in Veteri, et ubique, non ad negandum Filium dicitur, sed ad exclusionem idolorum. Itaque cum illum ita loquentem laudat, hoc certe sensu laudat. Deinde postquam respondit, ipse quoque interrogat: *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicant ei, David.* Vide post quot miracula et signa, post quot interrogationes, post quot argumenta concordiae suae cum Patre, tum verbis, tum factis exhibita, et postquam laudavit istum qui dixerat unum esse Deum, tunc interroget, ne dicere possent, ipsum miracula quidem fecisse, sed legi contrarium et Deo inimicum fuisse. Ideo post haec tanta interrogat, occulente illos inducens ut se confiterentur esse Deum. Et discipulos primum quid alii de se, deinde quid ipsi dicerent, interrogavit; hos autem non sic; alioquin dixissent illum seductorem esse et improbum, quia audacter omnia dicebant. Ideoque ipsorum sententiam inquiri.

4495 Quia enim ad passionem iam iturus erat, illam affert prophetiam, quae ipsum aperte Dominum praedicat; non sine causa, neque praecipue ad id se confitens, sed ex causa rationi consentanea. Cum enim illos prior interrogasset, quia vera de se non responderant (nam purum hominem ipsum esse dixerant), falsam illorum opinionem evertens, sic Da-

videm inducit divinitatem suam praedicantem. Illi namque putabant ipsum esse purum hominem, ideoque dixerunt, *David*: ipse vero hoc emendans adducit prophetam, et Dominum ipsum, et germanum filium, et pariter cum Patre honoris esse testificantem. Neque hic substituit; sed ut illos terretet, quod sequitur adiecit, dicens: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; ut sic illos ad veram cognitionem induceret. Ne vero dicerent, ipsum adulando haec dixisse, et hanc sententiam humanam esse, vide quid dicat: *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* (PSAL. CIX, 1). *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Vide quam moderate sententiam et opinionem de se habendam inducat. Primo dixit: Quid vobis videtur? cuius filius est? ut per interrogationem ad responsionem illos adducat. Deinde quia dixerant, David, haec loquitur, sed rursus interrogando: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum? ne scilicet his verbis offendantur. Ideo non dixit, quid vobis videtur de me; sed: De Christo. Ideo apostoli remitte de patriarcha Davide loquebantur dicentes: *Liceat libere dicere de patriarcha David, quia mortuus et sepultus est* (ACT. II, 29). Similiter et ipse, quasi interrogantis et ratiocinantis more, dogma inducit dicens: *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* et rursus: *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? non quod neget esse filium Davidis; absit; non enim Petrum hac de causa increpasset; sed illorum emendans opinionem. Itaque**

quando dicit: *Quomodo filius eius est?* hoc sibi vult: Non ut vos dicitis. Illi quippe dicebant, ipsum esse tantum Davidis filium, non Dominum. Post altum testimonium remisit addit: *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* Attamen his auditis, nihil responderunt: volebant enim quidpiam consentaneum ediscere. Quapropter ipse subiungit dicens, Dominum eius esse. Imo neque hoc absolute dixit, sed prophetam secum assumens, eo quod ipsi fidem nullam haberent et male apud illos audiret. Quod praesertim spectantes, etiamsi quid humile vel demissum de se dicat, non offendi oportet: haec enim causa et aliae multae erant, cur illorum captivi sermones suas attemperaret. Ideo nunc per interrogationem et responsionem dogmata tradit: sic vero subindicat dignitatem suam. Non enim par erat audire Iudaeorum Dominum, et Davidis. Tu vero mihi opportunitatem etiam perpende. Cum enim dicit, Unus est Dominus, tunc et de seipso loquitur, quia Dominus est, idque ex propheta, neque tantum ex operibus. Ostenditque Patrem se de illis vindicaturum esse, dicens: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; multam inde monstrans cum Patre concordiam paremque honorem: hisque verbis finem disserendi fecit, quod et sublime et magnum erat, poteratque illis silentium imponere. Nam et exinde tacerunt, non sponte, sed quod nihil dicendum suppeteret: et tam gravem excipere plagam, ut ne ultra eadem aggredi auderent; ait enim: *Nihil ausus est ab illa die ipsum interrogare*. Illud vero turbis non parum utile erat. Ideoque ad multitudinem deinceps sermonem convertit, amotis lupis, ipsorumque insidiis reiectis.

Varia de peccato mortali.

O tu qui sacerdotio vel praedicatione insignitus, illis dominaris, esto mitis et humilis; fuge peccatorum laqueos, et frequenter considera illam S. Chrysostomi sententiam: "Quanto sapientiores aut potentiores fuerimus, tanto magis, si peccaverimus, puniemur." Quapropter, addit S. Iulianus Pelusiota: "grave est eum qui inter subditos censetur, peccare: gravius eum, qui divino cultui consecratus est: longe vero gravissimum eum, qui pontificis dignitatem nactus sit." Super omnia autem time iniquitatem sub specie boni tibi a diabolo exhibitam. Siquidem, "peccata, quanto sunt spiritaliora, et quanto sunt sub maiori specie boni palliata, tanto periculosiora sunt, et a sanatione magis distant." (IOANN. GENES.).
O Maria, fac me humilem ac timoratum servum Dei!

FERIA SECUNDA

Homilia S. Augustini Episcopi.

SERMO 56.

INTERROGATI Iudaei, sicut nunc ex Evangelio, cum recitaretur, audivimus, quomodo esset Dominus noster Iesus Christus filius David, quem Dominum suum dixerit ipse David, respondere non potuerunt. Hoc enim in Domino noverant, quod videbant. Apparebat enim eis filius hominis; occultus autem erat Filius Dei. Hinc est quod eum et superari posse crederunt, et ligno suspensum irriserunt, dicentes: *Si Filius Dei est, descendat de cruce, et erelinus in eum* (MATTH. XXVII, 40, 42). Aliud videbant, aliud non cognoscebant. Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent (I COR. II, 8). Sciebant tamen Christum filium David. Nam etiam nunc ipsum sperant esse venturum. Latet eos quod venerit, sed volentes latet. Neque enim si pendentem non agnovissent, et regnantes agnoscerent non debuerunt. In cuius enim nomine vocantur, et benedicuntur omnes gentes, nisi in eius quem putant Chri-

stum non fuisse? Ipse enim filius David, utique ex semine David secundum carnem, filius est Abraham. Si autem dictum est ad Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (GEN. XXI, 17), et vident iam in Christo nostro benedici omnes gentes; quid expectant quod iam venit, et non timent quod venturum est? Lapidem enim se dixit ipse Dominus noster Iesus Christus, prophético ad se asserendum utens testimonio. Lapidem autem talem, ut si quis in eum offenderit, conquassetur; super quem autem lapis ille venerit, conterat eum (LUC. XX, 17, 18). Quando enim in eum offenderit, humili iacet: iacendo humilis quassat offendentem, veniendo excelsus conterit superbientem. Iam ergo Iudaei illa offensione quassati sunt: restat ut eius praeclearo adventu etiam conterantur, nisi forte enim vivunt, agnovissent, ne moriantur. Patiens enim est Deus, et illos quotidie invitat ad fidem.

Sed cum Iudaei respondere non possent Domino proponenti quaestionem et dicenti, cuius filium dicerent Christum; atque illi responderent, Filium David: addendo et proponendo, *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixi Dominus Dominus meo, Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo David, in spiritu dicit eum Dominum, quomodo est filius eius?* Non dixit, Non est filius eius: sed, *Quomodo est filius eius?* Quomodo cum dicit, verbum quaerentis est, non negantis: tamquam si hoc eis diceret, Bene quidem dicitis Christum filium David, sed ipse David Dominum eum dicit; quem dicit ille Dominum, quomodo est filius? Dicerent Iudaei, si instructi essent fide Christiana, quam nos tenemus; si contra Evangelium corda non clauderent, si vitam spiritualem in se habere voluissent, responderent in-

structi ecclesiastica fide huic quaestioni, et dicerent, Quoniam in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: ecce quomodo est Dominus David. Sed quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (IOANN. I, 1, 14): ecce quomodo est filius David. Sed nescientes obmutuerunt, nec ore saltem clauso aures aperuerunt, ut quod respondere non potuerunt interrogati, nossent cuncti.

Sed quia magnum est nosse mysterium, quomodo sit Dominus David et filius David: quomodo sit una persona homo et Deus: quomodo sit in forma hominis minor Patre, in forma Dei aequalis Patri: quomodo iterum dicit, et, *Pater maior me est* (IOANN. XIV, 28); et *Ego et Pater unum sumus* (Ibid. X, 30): quia magnum est sacramentum, ut capi possit, mores informandi sunt. Indignis enim clausum est, promerentibus aperitur. Nec lapides, nec vectes, nec pugni, nec caecae sunt quibus pulsamus ad Dominum. Vita pulsatur, vitae aperitur. Corde petitur, corde quaeritur, corde pulsatur, cordi aperitur. Cor autem hoc quod recte petit, recte pulsatur et quaerit, pium esse debet. Primo amare Deum gratis; haec est enim pietas: nec sibi extra illum ponere mercedem, quam expectet ex illo. Illo enim melius est nihil. Et quid carum petit a Deo, cui Deus ipse vilis est? Terram dat, et gaudes, amator terrae, et factus terra. Si gaudes, quando dat terram; quanto amplius gaudere debes, cum se ipsum tibi dat, qui fecit coelum et terram? Gratis ergo amandus est Deus. Nam diabolus hoc sancto Iob nesciens quid in illo intus ageretur, magnum crimen obiecit, dicens: *Nunquid gratis colit Iob Deum?*

Varia de peccato mortali.

4400 **P**ECATOR fit quasi idololatricæ sectator; nam posthabito Dei honore, dominationi ac servituti subiacet diaboli. Unde S. Antonius Patavinus merito dicebat: "Quot mortalia peccatores habent, tot deos invocant et adorant." Et si gratiam Dei possidenti nihil deest et omnia habet, aliena a divina amicitia omnia desunt, iuxta illud Scripturæ (EZECH. XXVI, 24) verbum: "Si autem averarit se iuxta a iustitiis suis, et fecerit iniquitatem, secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, nunquid vivet? omnes iustitias eius, quas fecerat, non recordabuntur." O insensata negotio! "In felix commercium, pro tam brevi gaudio, coelesti priari regno, et ineffabili miseria, cum diabolo pati supplicia." (S. AUG.) — O Maria, Mater dulcissima gratiam, ora pro me, converti me!

FERIA TERTIA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.
IN MATTH. CAP. XX.

4491 **C**ONGREGATIS autem Pharisæis, interrogavit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo: cuius filius est? Dicunt ei: David. At illis: Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? (PSAL. CIX, 1). Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Qui ad tentandum Iesum fuerant congregati, et veritatem fraudulenta interrogatione capere nitebantur, occasionem præbuerunt consultationis suae. Interroganturque de Christo cuius filius sit. Interrogatio Iesu nobis proficit usque hodie contra Iudæos. Et hi enim qui confitentur Christum esse venturum, hominem simplicem et sanctum virum asserunt de genere David. Interrogemus ergo eos docti a Domino: si simplex homo est, et filius tantum David: quomodo David vocet eum Dominum suum: non erroris

incerto, nec propria voluntate: sed in Spiritu sancto. Testimonium autem quod posuit, de centesimo nono psalmo sumptum est. Dominus igitur David vocatur, non secundum id quod de eo natus est, sed iuxta id quod natus ex Patre semper fuit, præveniens ipsum carnis suae patrem. Iudæi ad deludendam interrogationis veritatem frivola multa configunt, vernaculum Abrahae asserentes, cuius fuerit filius Damascus Eliezer (GEN. XV, 2); et ex ipsius persona scriptum psalmm, quod post eadem quinque regum (GEN. XIV, 15), Dominus Deus Domino suo dixerit Abrahae: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quos interrogemus: Quomodo Deus dixerit Abrahae ea quae sequuntur: *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum, ex utero ante Luciferum genui te; ex horavit Dominus, et non poenitebit eum; tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech*? (PSAL. CIX, 3, 4). Et respondere cogamus, quomodo Abraham ante Luciferum genitus sit; et sacerdos fuerit secundum ordinem Melchisedech: pro quo Melchisedech obtulerit panem et vinum, et a quo decimas praedae acceperit (GEN. XIV, 18, 20).

4499 *Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* Pharisæi et Sadducæi quaerentes occasionem calumniae, et verbum aliquod invenire, quod pateret insidijs, quia in sermonibus consultati sunt, ultra non interrogant, sed apertissime comprehensum, Romanae tradunt potestati. Ex quo intelligimus venena invidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere.

Varia de peccato mortali.

4493 **O** infelicissime peccator! Per peccatum factus es diabolicus, factus es infernalis sentina! Si quidem, "sicut in inferno sunt ignis, et frigus, fotor, caligo, vermis, confusio, sitis, etc., ita in peccatore est ignis irae, impatientiae, avaritiae, frigus invidiae, fotor luxuriae, vermis conscientiae, sitis concupiscentiae, inordinatio, atque perversitas animi, detestatioque virtutum." (S. DION. CARTH.) — O incautissime peccator, qui voluntarie decipi vis ab insensissimo inimico animae tuae, memento quod "sicut esca in humo decipit piscem, sic peccatum fallit peccantem, quia dum vane impieque delectat, ad tristicam sempiternam perducit." (S. D.) — O peccator, diverte a via perditionis; non amplius peccare; revertere ad Deum tuum, quia ut ait S. Bonaventura: "Via peccatoris mala est committendo culpam, peior extinguendo gratiam, pessima periendo gloriam." — O Maria, eripe me a via peccatorum!

FERIA QUARTA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN MATTH. CAP. XX.

4494 **P**HARISAEI autem audientes quod silentium imposuisset, etc. In unum convenerunt dicentes apud se, Loquatur pro omnibus unus, ut si vicerit, omnes videamur victores: si autem victus fuerit, vel solus videatur confusus, et quid mandatum magnum sit interrogat, ut quidquid ille responderit, occasionem habeat calumniandi, aliud asserens magnum esse de pluribus.

4495 *At illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum, etc.* Primum ergo et maximum omnium mandatum est, cognitio atque confessio divinae unitatis, cum executione bonae operationis. Bona autem operatio, in dilectione Dei et proximi perficitur.

4496 *Congregatis autem Pharisæis, interrogavit Iesus, etc.* Non reprehenduntur quod filium David dicunt, sed quod Dei Fi-

lium esse non credunt. Dominus siquidem David est, Deus ante tempora nascendo, et filius David in tempore homo nascendo.

4497 *Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit, etc.* Verbum quod pateret insidijs non invenientes, confutati ultra non interrogant: sed apertissime comprehensum Romanae tradunt potestati. Ex quo intelligimus, venena invidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere. Ad istum ergo qui dolls iniquorum: superari non potuit, simplici corde et pia devotione, quasi ad salutis auctorem accedamus, ut illuminemur, et vultus nostri non erubescant, quia invenitur a non tentantibus, et fidem in illum habentibus apparet.

Varia de peccato mortali.

4498 **M**AXIMA quidem est indignitas et miseria peccatoris! Etenim "qui in Deum peccat, omnem creaturam contra se excitat." (S. ANSELM.); et abominabilis sit coram Deo, iuxta illud Scripturae verbum: "Similiter autem odio sunt Deo impius, et impietas eius." (SAP. XIX, 9). — Et quidem "qui peccaverit, abscondit sibi Deum: ipse vero Deo manifestus manet, sed non acceptus." (HIERON. TERTIA). Quapropter "qui est in mortali peccato, non est dignus etiam panem quo vescitur. Qui est in mortali, indignus est omni bono, etiam vita ista." (HIERON. CARL.) — O insensate peccator, quare superbis adhuc, quare te extollis, qui villissimus exivisti ac abiectus!

4499 *O peccator, humilla caput tuum Domino, et in dolore cordis tui divinam implorea clementiam, quia perditio vixisti, et ex propria culpa, ex depravatione voluntaria peccasti.* Audi S. Augustinum tibi dicentem: "Solum peccatum a Deo non est. — Anima nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate vel sua, sed propria voluntate in peccatum est collapsa." (S. D.) Hinc "homo nulli alii quam sibi sciat tribuere debere quod peccat." (S. D.) Ex eo dolorosius potius debet peccator, quo uberosius accipit gratias ad Deo fideliter servientium. "Quarta fuit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas?" (S. AUG.) — O Maria, libera me ab abusu libertatis, et protege me!

FERIA QUINTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVII. POST FENI. SERMO 2.

4590 **M**agister, quid est mandatum magnum in Lege? Aut illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum, Matthaei vigesimo secundo.

4591 Quamvis ille Legis doctor tentative proposuerit verba prima, propter respersionem tamen Domini subsecutam ad nostram salutem dedit nobis materiam proponendi ea pie et vere. Unde dicere possumus catholice, quod in verbis his dno tanguntur, scilicet nobilis questio nostrae salutis, et salutaris determinatio per os Veritatis.

4592 Circa totum nota, quod cum beatus Dionysius dicat libro septimo paragrapho tertia Coelestis Hierarchiae, quod instructor principalis omnium spirituum est ipse Dominus Iesus; et beatus Augustinus dicat in libro, qui inscribitur de Magistro, quod solus Christus est doctor; ideo merito proprie et vere per excellentiam vocatur magister principalissimus Angelorum; in omni hierarchia; Beatorum, in omni gloria; iustorum, in omni Ecclesia. Ipse enim gloriam suam communicando Angelis et Beatis in coelo empyreo ad plenum et fontaliter, post beatam Mariam, quae omnium hierarchiarum gaudet fluentis et gratulis, docet in coelo et docet in terra.

Variis de peccato mortali.

4593 **O** anima mea, si peccatorum laqueum devitare peroptas, esto humilis, et noli de virtute tua praesumere, quia "nullum est peccatum quod fecit homo, quod homo possit facere aliter homo, si desit rector a quo factus est homo." (S. AUG.) — Eato operosus et vigilans servus Christi, quia "in coede pigri, ut cereus ardet peccatum." (S. CHRYS.) — Et aversissimum memoria sit assidua in mente tua, quia "non potest cogitare peccatum, qui suppli-

cium cogitando veretur. Non potest scire, qui futura praemia meditatur. Oblivio mandatorum causa est delictorum. Formido supplicii, abolitio est peccati." (S. CHRYSOST.) — Non facile in peccata labitur, qui se mortuorum cogitat, et Deum sibi fore iudicem non ignorat. (EDMUND. CAESAR.) — *O Maria, ora pro me, ut in humilitate et filiali timore Deo servium fideliter!*

FERIA SEXTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVII. POST FENI. SERMO 3.

4594 **I**n coelo docet Seraphim et Apostolos sursum extendi desiderabiliter per dilectionem fontalis amoris; Cherubim et Doctores alios elevare venerabiliter per contemplationem fontalis splendoris; Thronos et Confessores praecipuos sursum deliciari suaviter per fruitionem fontalis saporis; Dominaciones et Martyres inlytos sursum gloriarum reverenter per spirituum nobilitatem in aspectu fontalis creationis; Principatus et Pontifices reverendos sursum radicari honorabiliter per desideriorum fixationem in aspectu fontalis gubernationis; Potestates et Reges gloriosos sursum tripudiare triumphaliter per laudum reportationem de victoriis in conspectu fontalis conservationis; Virtutes et Virgines gratiosas sursum solidari et conservari mirabiliter per votorum ademptionem in conspectu fontalis remunerationis; Archangelos et praedicatorum evangelicos sursum glorificari coruscantem per revelationem, quam habent continuum irradiationis; Angelos et ministros Dei electos sursum exhibitari confidenter per visionem, quam percipiunt in conspectu fontalis communicationis; homines et mulieres et pueros qui non ascenderint ad angelicos gradus, sursum delectari sufficienter per assecurationem, quam habent de meritis crucifixi Salvatoris in aspectu

illius summi et universalis Redemptoris. Pro quibus omnibus et de quibus omnibus dicitur Matthaei vigesimo tertio: *Unus est Magister in coelis, qui est Christus. E contrario diabolus docet in inferno contraria et deprimit ad contraria.*

Variis de peccato mortali.

4595 **O** bone Iesu, parce mihi servo tuo, quia ingratus a tuo servitio recessi: da mihi timorem peccati et horrorem consuetudinariae iniquitatis, quia "peccatorum multitudine negligentiam, negligentiam contemptum, contemptus mortem interminat sempiternam." (S. PETR. DAM.) — Et "habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quanto amplius unusquisque peccaverit, tanto minus peccata ipsa intelligat, et tanto eum plus peccare delectat." (S. CAESAR. ARELAT.) — Imo "peccata, quamvis magna et horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur, usque adeo ut non solum occultanda, verum etiam iam praedivanda ac diffamanda videantur." (S. AUG.)

4596 **O** terribilis caecitas! "Anima peccatrix miserando modo fit quotidie tanto securus, quanto peior." (S. GREG. MAGN.) Time ergo, peccator, si non times, horresce si securus tibi videris, et velociter revertere ad Iesum Salvatorem tuum. Etenim "peccatum, quod per poenitentiam citius non deletur, peccatum est, et causa peccati, simulque et poena peccati. Omne enim malum quod peius committitur peccatum est; sed si citius poenitentia non tergitur, iusto iudicio omnipotens Deus obligatum peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere: ut qui flendo et corrigendo noluit mandare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare." (S. — *O Maria, ora pro me; a peste iniquitatis et indifferuntia libera me!*

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XVII. POST FENI. SERMO 3.

4597 **I**n terra vero docuit et docet: universalem simplicitatem; Matthaei decimo: *Estote simplices sicut columbae. Universalem puritatem; Matthaei quinto: Beati, mundo corde, quoniam ipsi*

Deum videbunt. Universalem paupertatem; Matthaei quinto: Beati, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Universalem sanctitatem; Lucae duodecimo: Lucernae ardentes in manibus vestris. Universalem pietatem; Lucae sexto: Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Universalem veritatem; Ioannis octavo: Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. Universalem humilitatem; Matthaei undecimo: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Universalem sobrietatem; Ioannis sexto: Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Universalem pacem; Marci nono: Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos. Universalem serenitatem; Lucae decimo octavo: Dicebat autem Iesus: Quoniam oportet semper orare et non deficere. Universalem charitatem; Matthaei; Lucae vigesimo primo: In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Variis de peccato mortali.

4598 **O** bone Iesu, libera animam indigni servi tui ab omni prava consuetudine! Nam "sicut, qui vicium habet fabricum, cuius malleus die nocteque in eundem ferit, principio quidem moleste fert, et somnum inquietum ducit; tandem tamen diu assuetus nihil molestiae percipit, sed inter ipsos lectus altum sterit; sic peccator ab initio quidem suos tentosus sentit, sed consuetudine et usu peccati ita induratur, ut nullo conscientiae quantumvis valido lectu excutetur." (S. IERON.)

Ut ergo a quavis prava consuetudine magis in dies liber evadas, non solum fideliter et fidenter orare, sed et ceterorum peccata delere debes. **O** bone Iesu, peccavi, miserere mei; dilige te cor meum, et tua dilectione repletum, defecto tenent me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam: quia "heu, heu! non est provincia sub coelo, in qua Deus non offenditur: nec castrum, civitas aut villa, in qua per peccatum non contemnatur." (S. AUG. MAGN.)

O anima mea, plora coram Domino qui creavit te, et dolo dolore magno, dolo ex vera charitate, qui optimum Patrem, optimum Sponsam, Amicum

optimum offendisti. Placa quia crucifixor fuisti Salvatoris tui. Etenim "quoties peccat quis toties in seipso interficit Christum." (Heco Card. Plora, anima mea, coram Iesu Crucifixo, et toto cordis affectu dixit cum S. Bernardo: "Ex consideratione temeris, periculi mei testimo quantitate. Nasciebam, et ecce mittitur Virginalis Filius, Filius Altissimi Dei, et inhebet oculos, ut vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medicetur. Agnosce, o homo, quam gravia sunt vulnera, pro quibus secundum divinam sapientiam ordinem necessarium est, Dominum Christum vulnerari. Si non essent haec ad mortem, et mortem sempiternam, numquam pro eorum remedio Dei Filius morderetur." O Marin, ora pro me, miserere mei, custodi me, oculos meos!

PRO QUATTOR TEMPORA SEPTEMBRIS

hoc circiter tempore occurrentibus

FERIA QUARTA

QUATTOR TEMPORUM SEPTEMBRIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDE MARCI.

Marci 15, 14-28.

17. In illo tempore: Respondens autem de turba dixit I ad Iesum: Magister, atulsi filium meum ad te habentem spiritum mutum.

17. qui ubicumque eum apprehenderit, alludit illum, et spumat, et stridet dentibus, et crescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illum, et non poterunt.

18. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quando apud vos ero? quando vos patiar? Afferte illum ad me.

19. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum: et elisus in terram, volutabat spumans.

20. Et interrogavit patrem eius: Quantum tempus est ex quo et hoc accidit? At ille ait: Ab infantia.

21. et frequenter eum in ignem, et in aquas misit, ut cum perderet. Sed si quid potes, adiuva nos, misertus nostris.

22. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

23. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis dicebat: Credo, Domine: adiuva incredulitatem meam.

24. Et cum vidisset Iesus concurrentem turbam, committatus est spiritum immundum, dicens illi: Sardonie mute spiritus, ego praecepit tibi, exi ab eo: et amplius ne introas in eum.

25. Et exclamans, et multum discerpens eum, cecidit ab eo, et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.

26. Iesus autem tenens manum eius, elevavit eum, et surrexit.

27. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare ois non potuimus eicere eum?

28. Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, et ieiunio.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN MARC. CAP. 9.

MAGISTER, atulsi filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui ubicumque eum apprehenderit, alludit eum, et spumat, et stridet dentibus, et crescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illum, et non poterunt. Notandum autem, quod semper loca rebus congruant. In monte Dominus orat, transformatur, discipulis arcana suae maiestatis aperit. In inferiora descendens turbae occursum excipitur, miserorum flexu pulsatur. Sursum discipulis mysteria regni reserat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum patris vocem iis qui sequi se poterant, pandit, deorsum spiritus malos ab his qui vexabantur, expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum aliis ascendere, aliis vero non desistit descendere. Nam corporales adhuc et incipientes, quasi ima petens confortat, docet, castigat. Perfectos autem quorum conversatio in caelis est, sublimius extollendo glorificat, liberius de aeternis instruit, et saepe quae a turbis ne audiri quidem valeant, docet. Daemoniacum autem hunc, quem descendens de monte Dominus sanavit, Marcus quidem surdum mutumque, Matthaeus vero lunaticum fuisse commemorat. Significat autem eos, de quibus scriptum est: *Stultus ut luna mutatur*. Qui nunquam in eodem statu permanentes, nunc ad haec, nunc ad illa vitia mutant, crescent atque decrescunt. Qui muti sunt, non confitendo fidem: surdi, nec ipsum aliquatenus veritatis audiendo sermonem. Spumant autem, quum stultitia tabescunt, Stultorum namque et languentium atque hebetum est spu-

mas salivarum ex ore dimittere. Strident dentibus, cum iracundiae furore flammescunt. Arescunt cum otio torpente languescunt, et nulla virtutis industria confortati, enerviter vivunt. Quod autem ait: *Et dixi discipulis tuis, ut eicerent illum, et non poterunt*: latenter Apostolos accusat, cum impossibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curantium, sed ad eorum qui curandi sunt fidem referatur, dicente Domino: *Fiat tibi secundum fidem tuam*.

Qui respondens eis dixit, O generatio incredula, quando apud vos ero, quando vos patiar? Non quod taedio superatus sit, mansuetus ac mitis, qui non aperuit sicut agnus coram tondente os suum, nec in verba furoris erupit: sed qui in similitudinem medici, si aegrotum videat contra sua praecepta se gerere, dicat. Usquequo accedam ad domum tuam? Quosque artis meae perdam industriam, me aliquid iubente et te aliud perpetrante? In tantum autem non est iratus homini sed vitio, et per unum hominem Iudaeos arguit infidelitatis, ut statim intulerit.

Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbavit eum, et elisus in terram volutabatur spumans. Allatum Domino puerum spiritus conturbat et elidit, quia saepe dum converti ad Dominum post peccata conamur, maioribus nobisque antiqui hostis pulsamur insidiis. Quod ob id atque callidus facit adversarius, ut vel odium virtutis incutiat, vel expulsionis suae vindicet iniuriam. Hinc est enim (ut de specie transeamus ad genus) quod Ecclesiae sanctae primordis tor gravissima iniebat certamina persecutionum, quod suo regno dolebat subito animarum illata fuisse dispendia.

Et interrogavit patrem eius: Quantum tempus est, ex quo hoc et accidit? At

ille ait, ab infantia. Et frequenter eum et in ignem et in aquas misit, ut eum perderet. Erubescat Iulianus, qui dicere audeat omnes homines absque ulla peccati contagione nasci in carne, tamque innocentes per omnia, quam fuit Adam quando creatus est. Quid enim habuit iste puer, ut ab infantia daemone vexaretur acerbissimo, si non ullo originali peccati vinculo tenebatur, quem constat nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum? Confiteatur catholicus, quia nemo immunis a noxa primae praevaricationis nascitur, et invocet gratiam Dei, qua liberetur de corpore mortis per Iesum Christum Dominum nostrum. Intelligat scriba doctus in regno caelorum, in hoc daemoniaco a Domino curato, salvationem omnium fidelium esse designatam, qui originali culpae reatu astrieti veniunt in mundum, nec nisi unius Redemptionis Iesu Christi fide sunt et gratia salvandi. Quod autem dictum est: *Et frequenter eum et in ignem et in aquas misit*, maxima humanae vecordiae facinora designat. Ignis namque ardor ad fervorem iracundiae referendus est. Aqua ad voluptates carnis, quae dissolvere mentem per delicias solent. Vel certe in ignem fertur daemoniacus, quo adulterantium corda succensa sunt, et in aquas quae solent extinguere charitatem.

Sed si quid potes, adiuva nos, misertus nostris, Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia credenti. Aptum Dominus responsum reddit petenti. Ipse enim ait: *Si quid potes, adiuva nos.* Et Dominus: *Si potes inquit credere, possum non fictus adiuvari, quia fides non ficta omnia quae salubriter petit, impetrare meretur.* Cui contra leprosus qui fideliter clamabat: *Domine, si vis, potest me mundare, congruum suae fidei accepit responsum: Volo mundare.*

4515 *Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis ait: Credo Domine, adiuva incredulitatem meam. Nemo repente fit summus: sed in bona conversatio a minimis quisque inchoat, ut ad magna perveniat. Alia namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud profectio. Si enim et ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus ducetur: iste interrogatus an crederet, non responderet, *Credo Domine, adiuva incredulitatem meam*. Si enim crederet, incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatem habere se noverat, quomodo crederet? Sed quia per occultam inspirationem gratiae meritorum suorum gradibus fides crescit: nno eodemque tempore is qui necdum perfecte crederat: simul et crederet, et incredulus erat.*

4516 *Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritu immundo, dicens illi: Scede et mude spiritus, ego tibi precepro exi ab eo, et amplius ne introas in eum. Comminatio Domini, divini est virtus imperii. Non autem puero qui vim patiebatur, sed daemoni qui inferbat comminatus est. Quia qui peccantem emendare desiderat, vitium utique increpando et execrando debet exterminare, sed hominem amando relevare. Bene autem Dominus qui spiritum immundum pellit ab homine, simul ne amplius in eum ingrediatur imperat. Quia ille veraciter a daemone dominatione liberatur, qui ad peccata a quibus semel poenitendo mundatus est, vitat male vivendo reverti.*

4517 *Et exclamans et multum discerpens eum, exiit ab eo. Exiturus ab homine spiritus immundus discerpit eum, ac furenti clamore terribit adjacentes. Quia plerumque diabolus dum de corde expellitur, acriter in eo tentationes generat quam prius excitaverat, quando hoc quietus possidebat.*

Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius elevavit illum et surrexit.

4519 *Quem hostis impius iam fugere compulsus stravit, ac mortuo similem reddidit, hunc pius Salvator miti suae dexteræ tactus levavit. Qui sicut verum se esse Deum potentia salvandi docuit, ita etiam veram se habuisse carnis naturam more tactus humani declaravit. Negat namque Manichæus insanus veraciter eum carne indutum fuisse: sed ipse cum tot languentes suo tactu crexit, mandavit, illuminavit, haeresim illius et antequam nata esset damnavit.*

4520 *Et cum intrasset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. Dum docet Apostolos, quomodo daemon nequissimus debeat expelli, omnes instituit ad vitam, ut scilicet noverimus gravissima quaeque vel immundorum spirituum vel hominum tentamenta, ieiuniis et orationibus esse superanda. Iram quoque Domini cum in ultionem nostrorum scelorum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiunium autem generale est non solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus, immo ab omnibus vitiorum se continere passionibus. Sic et oratio generalis non in verbis solum est, quibus divinam clementiam invocamus, verum etiam in omnibus quae in obsequium nostri conditoris fidei devotione gerimus, teste Apostolo qui ait: *Semper gaudentes, sine intermissione orate*. Quomodo enim quis omnibus horis atque momentis sine intermissione Deum potest invocare sermonibus? Sed tunc sine intermissione oramus, cum ea solum opera gerimus quae nos pietati nostri commendant auctoris. Quo nimis*

rum ieiunio et qua oratione, iuvante Domino cunctas antiqui hostis debellabimus hac propulsabimus insidias.

Varia de certitudine maris.

4521 *N*anti in quotidie homines ut mortem vident, nihilis obliviscuntur et metum (S. EPICTETUS). Et tamen "statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium" (HEBR. 9, 27). — Vigilans ergo et solerter pro aeterna vita laboramus; nam "vita velociter fugit, et retineri non potest: mors autem instanter occurrit, et impediri non valet" (I. IERON. III). Et "nemo potest stare, sed omnes cogimur transire: nolentes imus, invitum eximus, quia mali sumus" (S. AUG.).

4522 *O*mnes morimur, et quasi aquae diabimur in terram, quae non revertuntur (I. IERON. XIV, 14). Memento quod "apud mortem non est acceptio personarum: nec miseretur pupilla: nec desert seniori: nec timet potentem, nec veretur nobilem: nec horret pauperem, aut ignobilem: nec dimittit divitem, aut potentem: nec contemnit infirmum, aut debilem: nec exultat fortis: nec parit sapienti, nec insipienti" (S. AXONIA). — Quapropter "mortalium te, quiesco, esse recordare: terra equidem es, in terraque cursum dissolveris. Circumspice eos, qui ante te similibus sese splendoribus efferebant: ubi sunt illi, qui civilibus dignitatibus ornati erant? ubi invicti rethores? ubi duces? ubi dyastatae? ubi tyranni? Nonne omnia pulveris? nonne fabula? nonne in paucis essibus memoria vitae ipsorum conservatur? (S. BASIL.). — *O Maria, ut Iesus vixit amicum meum: a negligentia mortis meae libera me! Tuus opus, o Mater mea, saluum me fac!*

FERIA SEXTA

QUATUOR TEMPORUM SEPTEMBRIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDI IERON.

LUC. VII, 36-50.

18 *In illo tempore: Rogabat Iesum quidam de Pharisaeis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisaei discubuit.*

19 *Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix, ut dixerit quod accubisset in domo Pharisaei, attulit alabastrum unguentis.*

20 *Et stans retro secus pedes eius, lacrymis coepit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, et unguento ungebat.*

21 *Videns autem Pharisaeus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quae et qualis est mulier, quae tangit eum: quia peccatrix est.*

40. *Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habes tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dico.*

41. *Et conversus ad mulierem, dixit Simon: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non distulisti: haec autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis terxit.*

42. *Respondens Simon dixit: Assumo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.*

43. *Et conversus ad mulierem, dixit Simon: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non distulisti: haec autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis terxit.*

44. *Osculum mihi non distulisti: haec autem ex quo intravi, non cessavit osculari pedes meos.*

45. *Oleo caput meum non unxit: haec autem unguento unxit pedes meos.*

46. *Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.*

47. *Dixit autem ad illum: Remittuntur tibi peccata.*

48. *Et cooperent qui simul accubabant, dicit intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?*

49. *Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvavit: vade in pace.*

Homilia S. Gregorii Papae.
Habitus FERIA V. post Diem. Paschalis.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.
DE BEATISSIMO S. GREGORIO VII.

Erat ecce mulier quae erat in civitate peccatrix. Hoc loco plerique pati videntur scrupulum, et serere quaestiones, utrumnam videntur Evangelistae duo discordasse de fide; an vero aliquam in dictorum diversitate diversitatem signare voluisse mysterii? Habes enim in Evangelio secundum Matthaeum quia *Iesus cum venisset in Bethaniam, in domum Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguentis pretiosis, et recubante illo, fudit super caput eius (MATTH. XXVI, 6, 7)*. Deinde isthic: *Pharisaeus intra se dicit, quod si esset propheta, sciret peccatricem, et unguentum eius vitare deberet (LUC. VII, 39)*. Illic unguento effuso discipuli conqueuntur. Utrumque igitur explicandum est, sed ante quod scriptorum ordine prius est, priorem quoque ordinem interpretationis accipiat.

Venit ergo Dominus Iesus in domum Simonis leprosi. Apparet oeconomia, quod leprosum non refugit, non vitat

immundum, ut maculas humani corporis possit abolere. Domus autem leprosi erat in Bethania, quae per interpretationem domus obediens dicitur. Omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci domus Simonis. Non tibi videtur Bethania mundus hic esse, in quo servitii obediens debemus obsequium, domus autem Simonis leprosi terra esse, quae mundi portio est? Princeps autem saeculi huius quidam leprosus est Simon. Ergo Dominus Iesus Christus ex illis superioribus locis venit in hunc mundum, et descendit in terram. Non erat in hoc mundo, sed obediens pietate, missus est in hunc mundum. Ipse dicit: Sicut misisti me in hunc mundum (IOANN. VI, 58). Audivit ergo mulier ista venisse Christum, intravit in domum Simonis; neque enim sanari potuisset haec mulier, nisi Christus venisset in terram. Et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domum Simonis, quod speciem cuiusdam habeat superioris animae scilicet, vel Ecclesiae, quae descendit in terram, ut bono odore sibi populum congregaret.

Hanc ergo mulierem inducit sanctus ⁴⁵⁹⁵ Mattheus supra caput Christi effundent unguentum (MATTH. XXVI, 7); et ideo forte noluit dicere peccatricem, nam peccatrix secundum Lucam supra Christi pedes effudit unguentum. Potest ergo non eadem esse, nisi contrarium Evangelista dixisse videatur. Potest etiam quaestio meriti et temporis diversitate dissolvi, ut adhuc illa peccatrix sit, iam ista perfectior. Etsi enim personam non mutat Ecclesia, vel anima, tamen mutat profectum. Itaque si constituas animam fideliter appropinquantem Deo, non peccatis turpibus et obscenis, sed pie servientem Dei Verbo, habentem immaculatam fiduciam castitatis, advertis quod ad ipsum Christi ascendit caput

(autem Christi) (I COR. XI, 3) *Deus est*, et odorem meritorum spargit suorum: *Christi enim bonus odor sumus Deo* (II COR. II, 15). Deum quippe honorat bonum fragrans odorem vita iustorum.

Si haec intelligas, videbis hanc ⁴⁵⁹⁶ mulierem valde beatam, ubicumque praedicatum fuerit hoc Evangelium, nominari, nec eius unquam memoriam exolescere (MATTH. XXVI, 13); eo quod super caput Christi bonorum fragrantiam morum, iustorumque factorum effudit unguenta. Qui accedit ad caput, nescit extolli; sicut ille frustra inflatus mente carnis suae, et non tenens caput. Sed qui caput non tenet Christi; vel pedes teneat; quia corpus unum copulatum et ministratum crescit in incrementum Dei (COLOSS. II, 49).

Altera est illa vel persona vel ⁴⁵⁹⁷ profectu, quae propinqua nobis est. Nondum enim peccatis nostris renuntiavimus. Ubi sunt nostrae lacrymae, ubi gemitus, ubi fletus? *Venite, adoremus, et prociadamus ante Deum, et ploramus ante Dominum nostrum, qui fecit nos* (PSAL. XCIV, 6); ut saltem ad pedes Iesu venire possimus. Nondum enim possumus ad caput venire, quia peccator ad pedes, iustus ad caput.

Habet tamen et quae peccavit unguentum. ⁴⁵⁹⁸ Defer mihi et tu post peccata poenitentiam. Quocumque vel in domum indigni, vel in domum Pharisaei audieris iustum venisse, contende: praeripe hospitii gratiam, praeripe regnum coelorum: *A diebus enim Ioannis Baptistae... regnum coelorum cogitur, et cogentes diripiunt illud* (MATTH. XI, 12). Ubicumque audieris Christi nomen, accurre; in cuiuscumque interiorum domum Iesum intrasse cognoveris, et ipse festina. Cum repereris sapientiam, cum repereris iustitiam in alienius penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, hoc est, vel extre-

man partem quaere sapientiae. Noli fastidire pedes: fimbriam illa tetigit, et sanata est (LUC. VII, 44). Lacrymis confitere delicta, dicat de te quoque iustitia illa coelestis: *Lacrymis suis rigavit pedes meos; et capillis suis tersit*.

⁴⁵⁹⁹ Et fortasse ideo non lavit pedes suos Christus, ut eos lacrymis nos lavemus. Bonae lacrymae, quae non solum nostrum possunt lavare delictum, sed etiam Verbi coelestis rigare vestigium; ut gressus eius in nobis exuberent. Bonae lacrymae, in quibus non solum redemptio peccatorum, sed etiam refectio est iustorum, iusti enim vox est: *Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte* (PSAL. XLI, 4).

⁴⁵⁹⁹ Et si ad caput Christi accedere non potes, tangat pedibus suis caput tuum Christus. Et fimbria eius curat, et pedes curant, Expande capillos, sterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli sunt, qui possunt tergere pedes Christi. Testatur hoc ille, qui quamdiu capillos habuit, vinci nequivit (LUC. XVI, 5 seq.). Denique et mulierem decalvatam orare non decet (I COR. XI, 5). Habeat plane capillos quibus Christi circumvolvat vestigia, quibus suae crinibus pulchritudinis et decoris sapientiae pedes tergat, ut extremo saltem rore divinae virtutis humescant, figat iustitiae pedibus oscula sua. Non mediocres haec meriti est, de qua potest dicere Sapientia: *Ex quo intravit non cessavit osculari pedes meos*.

⁴⁵⁹⁹ Ut aliud nisi sapientiam loqui nesciat, ut aliud nisi iustitiam diligere nesciat, ut aliud nisi castitatem libare nesciat, ut aliud nisi pudicitiam osculari nesciat. Osculum enim mutui amoris indicium est: osculum pignus est charitatis.

⁴⁵⁹⁹ Beatus qui potest et oleo ungere pedes Christi: denique adhuc Simon non unxerat. Sed beatorum quae unxit unguen-

to; multorum enim florum in unum collecta gratia spargit odorem varias suavitates. Et fortasse istud unguentum non alius possit nisi Ecclesia sola deferre, quae diversi spiraminis innumerabiles flores habet; quae merito speciem accipit peccatricis, quia Christus quoque formam peccatoris accepit.

⁴⁵⁹⁹ Et ideo nemo tantum potest diligere, quantum illa quae in pluribus diligit. Nec Petrus ipse qui dixit: *Domine, tu nosti quia diligo te* (IOANN. XXI, 17). Nec Petrus ipse qui doluit quia interrogatus est: *Amas me?* (Ibid.). Quod enim manifestum erat, nolebat quasi incognitum quaeri. Ergo nec Petrus ipse, quia Ecclesia diligit in Petro; nec Paulus ipse, quia Paulus quoque eius est portio. Et tu plurimum dilige, ut et tibi plurimum remittatur. Multum peccavit Paulus, qui etiam persecutor fuit: sed multum dilexit, qui usque ad martyrium perseveravit. Remissa sunt ei peccata multa, quia et ipse dilexit multum, qui sanguini proprio pro Dei nomine non pepercit.

⁴⁵⁹⁹ Vide oeconomiam: in domo Pharisaei peccatrix glorificatur: in domo legis et prophetae non pharisaeus, sed Ecclesia iustificatur; pharisaeus enim non credidit, ista credebatur. Denique ille dicebat: *Si esset hic propheta, sciret utique quae et qualis est mulier quae tangit eum*. Domus autem legis Iudaea, quae non in lapidibus scribitur, sed in tabulis cordis. In hac iustificatur Ecclesia iam lege maior; lex enim peccatorum nescit remissionem; lex mysterium non habet quo occulta mundantur; et ideo quod in lege minus est, consummatum in Evangelio.

⁴⁵⁹⁹ Duo, inquit, debitorum erant cuidam *foeneratori: unus debebat decarios quingentos, et alius quingenta*. Qui sunt isti debitorum duo, nisi populi duo: unus ex

Iudaicis, alter ex gentibus foeneratori illi thesauri coelestis obnoxii? *Umis*, inquit, *debebat denarios quingentos, alius quinquaginta*. Non mediocris est iste denarius, in quo regis imago formatur, qui tropaeum habet imperatoris expressum. Non materialem foeneratori huic debemus pecuniam, sed meritum examina, aera virtutum: quarum meritum gravitatis pondere iustitiae specie, sono confessionis expenditur. Vae mihi si non habuero quod accipi: aut quia difficile quisquam est qui foeneratori huic integrum debitum possit exsolvere, vae mihi si non petiero: Concede mihi debitum! (MATTH. VI, 12). Non enim nos ita Dominus orare docuisset, ut peteremus dimitti nobis nostra debita, nisi sciret difficile aliquos fore idoneos debitores.

Sed quis est populus iste qui amplius debet, nisi nos, quibus amplius creditum est? Illis credita sunt eloquia Dei, nobis creditur partus Virginis. Habes talentum Virginis partum: habes fidei centesimum fructum. Creditus est Emmanuel nobiscum Deus, credita Domini crux, mors, resurrectio. Et si Christus pro omnibus passus est, pro nobis tamen specialiter passus est, quia pro Ecclesia passus est. Itaque non est dubium quod plus debeat qui plus accipit. Et secundum homines plus fortasse offendit, qui plus debuerit: sed per misericordiam Domini causa mutatur, ut amplius diligat qui amplius debuit: si tamen gratiam consequatur. Gratiam enim et qui reddit, habet: et qui habet in eo ipso quod habet, solvit; nam et reddendo habetur, et habendo redditur.

4537 Et ideo quoniam nihil est quod digne Deo referre possimus (quid enim referamus pro susceptae carnis iniuria? quid pro verberibus? quid pro cruce, obitu, sepultura?), vae mihi si non dilexero! Audeo dicere non reddidit Petrus, et

ideo plus dilexit. Non reddidit Paulus? Reddidit quidem mortem pro morte, sed alia non reddidit, quia multa debebat. Audi ipsum dicentem quia non reddidit: *Quis prior dedit illi, et retribuatur ei?* (ROM. XI, 35). Reddamus licet crucem pro cruce, funus pro funere, numquid reddimus quod ex ipso, et per ipsum, et in ipso habemus omnia? Reddamus ergo amorem pro debito, charitatem pro munere, gratiam pro sanguinis pretio; plus enim diligit cui donatur amplius.

Sed revertamur ad illam superiorem, 4538 cuius consilium adhuc nec apostoli intelligunt, quod erat absconditum a saeculis in Deo: *Quis enim cognovit sensum Domini?* (Ibid. 34). Conquerantur ergo discipuli quia mulier super caput effudit unguentum, et querebantur dicentes: *Quare hoc sic perit? Potuit enim venditari pretio et dari pauperibus* (MATTH. XXVI, 8, 9). Quid utique displicerit Christo in eorum sermonibus, non poteris deprehendere, nisi mysterium intelligas: luxuriosi enim hominis, vel potius non hominis est olere unguentum. Certe et ipsi qui olent, ungere se, non perfundere solent. Quid ergo displicuit quia dictum est: *Potuit hoc venditari pretio, et dari pauperibus?* Certe et ipse supra dixerat: *Quidquid uni minimorum horum fecistis, et mihi fecistis* (MATTH. XXV, 40). Sed ipse mortem suam pro pauperibus offerebat.

Non est igitur simplex figura; et ideo 4539 respondit illis Dei Verbum: *Quid molesti estis huic mulieri?... Semper pauperes habetis tubicum, me autem non semper* (MATTH. XXVI, 10, 11). Semper ergo tecum pauperem habes, et ideo benefac. Num igitur differre pauperem debes, quia semper tecum est, cum tibi propheta dicat: *Ne dixeris pauperi. Cras dabo?* (PROV. III, 28). Sed ille de sola misericordia locutus est: hic autem mi-

sericordiae fidem praetulit, quae tunc habet meritum, si fide praecedente, conferatur. *Mittens enim unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* (MATTH. XXVI, 12). Non ergo unguentum Dominus, sed charitatem dilexit, fidem suscepit, humilitatem probavit.

4540 Et tu si desideras gratiam, charitatem auge: mitte in corpus Iesu fidem resurrectionis, odorem Ecclesiae, communis charitatis unguentum; et ita progrediens pauperi dabis. Plus tibi pecunia illa proderit, si non tamquam affluentem tribuas, sed tamquam profuturam Christi nomine largiaris: si ita eam conferas pauperi, ut deferas Christo. Non ergo iuxta litteram tantummodo accipias superfusum capiti unguentum, *Littera enim occidit* (I COR. III, 6), sed secundum spiritum, quia spiritus vita est.

4541 Quod ergo istius mulieris unguentum est? Quis hoc audire potest? Quis tales aures habet, ut dicente Iesu verbum quod accepit a Patre, imo qui ipse Verbum est, possit tantam mysterii altitudinem capere? Et discipuli ex parte intelligunt, etsi non totum intelligant. Unde et quidam putant dixisse discipulos unguenti pretio emi fidem gentium debuisse, quae sanguinis Domini tantum pretio debebatur; quod videtur verisimile. Denique Iohannes evangelista inducit sermone Iudae Iscariotis aestimatum trecentis denariis illud unguentum, sicut habes: *Potuit enim venditari trecentis denariis, et dari pauperibus* (IOHANN. XII, 5). Trecenta autem aera crucis insigne declarant: sed Dominus non perfunctoriam mysterii praescientiam quaerit, sed conspeleri in se fidem credentium mavult.

4542 Id tamen de ceterorum apostolorum vocibus intelligimus: Iudas autem condemnatur avaritiae, qui pecuniam Domine praetulit sepulturae, qui etiam si

de passione sensit, erravit tam chara auctione: vili vult aestimari se Christus, ut ab omnibus ematur, ne quis pauper deterreatur. *Gratis*, inquit, *accepistis, gratis date* (MATTH. X, 8). Pecuniam non quaerit divitiarum altitudo, sed gratiam. Ipse nos pretioso sanguine redemit, non vendidit. De quo plenius diceremus, nisi a nobis ipsis tractatum alibi recordaremur.

4543 Ergo secundum dicta Domini, *In quo sunt thesauri sapientiae et scientiae absconditi* (COL. OSS. II, 3), quos nemo potuit praevidere, operari me oportet in sepulturam eius; ut caro eius requiesceat, non corruptionem vidisse credatur: et mors corporis eius ita domum nostram odore sui compleat, ut credamus quia in manus Patris commendavit spiritum suum, et a morte sequestrata divinitas corporalium non subit consortium passionum.

4544 Intellige quemadmodum corpus filii unguentum oleat. Corpus illud est quod exutum est, non quod amissum est. Corpus eius traditiones sunt Scripturarum. Corpus eius Ecclesia est. Corporis eius odor sumus; et ideo decet ut mortem corporis eius ornemus; etsi nostros illa non requirat ornatus, sed requirunt pauperes. Ornabo corpus eius, si fiam sermonum eius praedicator, et possim gentibus crucis aperire mysterium. Ornavit ille qui dixit: *Quia praedicavit Christum crucifixum, Iudaicis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis vero vocatis Iudaicis atque Graecis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam* (I COR. I, 23, 24). Ornatur crux, cum id quod per imperitiam stultum putatur, per Evangelium sapientiam aestimatur, ut possimus docere quemadmodum virtus adversaria per crucem Domini destruitur. Misi in Domini corpus unguentum, spirare incipit quod mortuum putabatur.

4545

Ideo unusquisque adoratur emere labore suo, nisi quae virtutum alabastrum unguenti, non vile aliquid atque commune, sed pretiosum unguentum alabastrum, et unguentum pisticum. Si enim quis fidelis congreget flores, et praedicet Iesum Christum crucifixum: in omnem Ecclesiam, quae Christi corpus est, mundo mortua, requiescens Deo, fidei suae transfundit unguentum. Oleri incipit tota domus Domini passionem: oleri incipit mortem: incipit oleri resurrectionem; ut possit unusquisque ex hoc sacrae plebis numero dicere: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi* (GALAT. VI, 14). Spirat odor, redolet unguentum in corpore, si quis possit (atque utinam ego possim) confidenter loqui: *Mihi autem mundus crucifixus est* (Ibid.). Non amanti divitias, non amanti honores saeculi, non amanti quae sua sunt, sed quae Iesu Christi: non amanti quae videntur, sed quae non videntur: non cupido vitae, sed ei qui festinat dissolvi, et cum Christo esse, crucifixus est mundus. Hoc est enim crucem tollere, et sequi Christum, ut et nos commoriamur et conspeliatur cum eo; ut unguentum quod ista mulier in sepulchrum eius misit, oleri possimus. Non mediocre istud unguentum est, quo Christi longe lateque diffunditur nomen. Unde etiam propheticè dictum est: *Unguentum exinanitum est nomen tuum.* (CANT. I, 2). Ideo exinanitum, ut maiore fides odore fragraret.

4546

Ex hac ergo muliere intelligimus illud apostolicum quid sit: Superabundavit peccatum, ut superabundaret gratia (ROM. V, 20). Nam si in ista muliere non superabundasset peccatum, non superabundasset gratia; agnovit enim peccatum, et detulit gratiam. Et ideo lex necessaria, per legem enim peccatum agnovi. Si lex non fuisset, peccatum la-

teret. Agnosendo peccatum, veniam peto. Per legem ergo genera peccatorum, praevagationis quoque crimen agnosco, curro ad poenitentiam, gratiam consequor. Lex ergo auctor est boni, quae mittit ad gratiam.

Varia de certitudine mortis.

O frater dilecte, sobrius esto, et abice vanitatem, quia hora mortis appropinquat. Marianam invoca, quae vita, dulcedo et spes nostra vocatur et est, ad Marianam fiducialiter confuge, ut pie et sancte ex hoc mundo migrare possis. Recordare quod quicquid egeris, quantumcumque invigilaveris, quocumque fueris, quolibet ornamenta quiesceris, quibilibet divitiis te redoleres, quibuslibet calliditatibus tuis fefelleris, non fallis mortis febrem: nihil enim aliud agis, ut non cito ab heste moriaris, nisi ut serius aliquando a febre moriaris. (S. AUG.). — Si tamen vitam amas, veram vitam quaere: *Habes quod agas et nunquam moriaris: si times mortem, ama vitam; vita tua Deus est, vita tua Christus, vita tua Spiritus sanctus est, o fida.* — *O Maria, ora pro me, ut ad coelestem vitam toto cordis ardore indesinenter pergam.*

SABBATO

QUATUOR TEMPORUM SEPTEMBRIS

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDE LUCAM.
Luc. XIII, 6-17.

In illo tempore: Dicebat Iesus turbis hanc similitudinem: Arborum fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quaerens fructum in illa, et non invenit.

7. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, et non invenio: siccide ergo illam; ut quid etiam terram occupat?

8. At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam mercora.

9. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

10. Erat autem decens in synagoga eorum sabbatus.

11. Et ecce mulier, quae habebat spiritum immundum annis decem et octo; et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

12. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

13. Et imposuit illi manus, et confestim erecta est, et glorificabat Deum.

14. Respondens autem archisynagogus, indignum quia sabbato curasse Iesus, dicebat turbis: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venit et curaminis, et non in die sabbati.

15. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritae, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a praesepio, et ducit ad aquam?

16. Hanc autem filiam Abrahamae, quam alligavit satana, ecce decem et octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati?

17. Et cum haec diceret erubescerant omnes adversarii eius: et omnis populus gaudebat in universis, quae gloriose fiebant ab eo.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXI. IN EVANGELIO. *Habebat ad plantam in ficulnea sancti Laurentii martyris Sabbati Quatuor temporum Septembris.*

4548

DOMINUS et Redemptor noster per Evangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atque aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex Evangelio, fratres, audistis, ficulneam infructuosam et mulierem curvam: et utriusque rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata: et hoc ficulnea reservata, quod mulier erecta. Dominus vineae tertio venit ad ficulneam, et fructum minime invenit: et mulier quae erecta est, decem et octo annis fuerat curva. Hoc autem decem et octo annorum numero signatur, quod tertio dominus vineae ad ficulneam infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo praemittendo summam tota perstrinximus, iam per lectionis ordinem singula disseramus.

4549

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quaerens fructum in illa, et non invenit. Quid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata, nisi eandem naturam significando denuntiat? Quae et bene plantata est sicut ficus, et bene creata sicut mulier: sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum servat operationis,

neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corrumpens, quia fructum obedientiae ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quae ad Dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non persistit, quod plantata vel creata fuerat, servare contempsit. Tertio dominus vineae ad ficulneam venit: quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, autem ad cultorem requisivit.

Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt, ex quo venio fructum quaerens in ficulnea hac, et non invenio. Venit ante legem; quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset, innotuit. Venit in lege; quia praecipiendo docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis suae praesentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus annis fructum se non invenisse conqueritur: quia quorundam pravorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec praecepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula convertunt. Quid vero per cultorem vineae, nisi praepositorum ordo exprimitur? Qui dum praesunt Ecclesiae, nimirum Dominicae vineae curam gerunt. Huius enim vineae primus cultor Petrus apostolus exstitit. Hunc nos indigni sequimur, in quantum pro eruditione vestra docendo, deprecando, increpando laboramus.

Sed cum magno iam timore audientium est quod cultori vineae de infructuosa arbore dicitur: *Siccide illam; ut quid etiam terram occupat?* Unusquisque est quod cultori vineae de infructuosa arbore dicitur: *Siccide illam; ut quid etiam terram occupat?* Unusquisque iuxta modum suum, in quantum locum vitae praesentis tenet, si fructum bonae operationis non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat: quia in eo loco, in quo ipse est, aliis operandi occasionem negat. Sed in hoc saeculo potens quilibet, si fructum non habet

4550

4551

operationis bonae, etiam impedimentum praestat ceteris: quia quicumque sub ipso sunt, exemplo pravitatis illius, quasi umbra perversitatis eius premuntur. Stat desuper arbor infructuosa, et sub terra sterilis iacet. Infructuosae arboris desuper umbra densatur, et solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur: quia dum subiecti quilibet patrōni perversi perversa exempla conspiciunt, ipsi quoque infructuosi remanentes, veritatis lumine privantur. Et pressi umbra, calorem solis non accipiunt: quia inde remanent a Deo frigidi, unde in hoc saeculo male proteguntur. Sed de hoc perverso quolibet et potente pene iam requisitio Deo non est. Postquam enim se perdidit, quaerendum solummodo est, cur et alios premat. Unde bene eiusdem vineae domīnus dicit: *Ut quid etiam terram occupat?* Terram quippe occupat, qui mentes alienas gravat: terram occupat, qui locum quem tenet, in bonis operibus non exercet.

Sed tamen nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vineae quid dicat, audiamus: *Domine, dimitte illam, et hoc anno, usque diem fossiam circa illam.* Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex culturae debito circa infructuosam arborem fodimus. Post fossionem vero quid dicatur, audiamus: *Et militat cophinum stercoris.* Quid est cophinus stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis sterora vocantur. Unde et per Prophetam dicitur: *Computruerunt iumenta in stercore suo* (IOEL, I, 17). Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales quosque in foetore luxuriae vitam finire. Nos itaque

quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam vitia anteacta reducimus, quasi infructuosae arbori cophinum stercoris versamus: ut malorum quae egit memoriam recolat, et ad compunctionis gratiam quasi de foetore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris, quando pravitatis suae conscientia tangitur memoria cogitationis. Cumque se per poenitentiam ad lamenta mens excitat, et ad bonae operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris redit ad fecunditatem operis radix cordis: plangit quod fecisse se meminit: displicet sibi qualem fuisse se recollit: intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accendit. Ex foetore ergo ad fructum reviscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt, et tamen ad poenitentiam redire contempnunt, et infructuosi Deo, in hoc saeculo virides stant. Sed audiamus quid ficulneae cultor adiungat: *Si quidem fecerit fructum: sin autem, in futuro succides eam.* Quia foetore qui hic non vult ad fecunditatem pinguescere per increpationem, illic cadet unde iam resurgere per poenitentiam non valet: et in futuro succidetur, quamvis hic sine fructu viridis stare videatur.

Erant autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis imis decem et octo. Paulo ante iam diximus, quia hoc erat trinus adventus domini ad infructuosas ficulneas, quod decem et octo annorum numerus ad curvam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est, atque eodem sexto die opera Domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum ductus decem et octo facit. Quia ergo homo, qui sexta die factus

est, perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratiae infirmus exstitit, decem et octo annis curva mulier fuit. *Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.* Omnis peccator terrena cogitans, coelestia non requirens, sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis suae rectitudine curvatur: et hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra, fratres charissimi, redite: quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis semper aspiciat. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de praediorum ambitu cogitat. Haec cuncta in imo sunt, et quando mentis talibus implicatur, a status sui rectitudine flectitur. Et quia ad coeleste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest.

4354 Sequitur: *Hanc cum vidisset Iesus, vocavit ad se, et ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manum, et confestim erecta est.* Vocavit et erexit, quia illuminavit et adjuvit. Vocat, sed non erigit, quando quidem per eius gratiam illuminamur, sed exigentibus nostris meritis adjuvari non possumus. Plerumque enim videmus quae agenda sunt, sed haec opere non implemus. Nifimur, et infirmamur. Mentis iudicium rectitudinem conspiciat, sed ad hanc operis fortitudo succumbit: quia nimirum tam de poena peccati est, ut ex dono quidem possit bonum conspici, sed tamen ab eo quod aspiciat, contingat per meritum repelli. Usitata etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, et labitur: quia tibi sponte diu perstitit, ibi et cum noluerit, concta cadit. Bene de hac nostra incurvatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: *Incur-*

vatus sum et humiliatus sum usquequoque (PSAL. XXXVII, 7). Contemplatus namque, quod ad supernam lucem intuebam homo conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suae tenebras portat, superna non appetit, infimis intendit, coelestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat: et hoc quod de suo genere doluit, in seipso exclamavit, dicens: *Incurvatus sum et humiliatus sum usquequoque.* Contemplationem namque coelestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incurvatus et humiliatus esset, sed tamen usquequoque non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus non solum necessitas deiecit, sed etiam voluptas illicita sternit, non solum incurvatus, sed usquequoque incurvatus est. Hinc alius Propheta de immundis spiritibus dicit: *Qui dixerunt animae tuae, Incurvare ut transeamus* (IS. LI, 23). Recta quippe stat anima cum superna desiderat, et nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spiritus cum hanc in sua rectitudine stare conspiciunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo: *Incurvare ut transeamus:* quia si ipsa se ad ima appetenda non deiecit, contra hanc illorum perversitas nullatenus convalescit: et transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescunt.

4355 Nos ergo, fratres charissimi, nos viam malignis in nobis spiritibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curvamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, et dorsa mentium ascendentibus adversariis praebere. Terram semper intuetur qui curvus est: et quo praemio sit redemptus, non meminit qui ima quaerit. Hinc etiam per Moysen dicitur, ut qui gibbo premitur,

nequaquam ad sacerdotium provehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra eiusdem summi sacerdotis efficiuntur. Unde et nobis per Petrum dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium* (I. PETR. II, 9). Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces, qui pennulas non habent, ab esu fidelis populi prohibentur (LEVIT. XI, 10). Pisces quippe, qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis piscibus nisi electae animae figurantur? Quae profecto solae in coelestis Ecclesiae corpus transeant, quae modo virtutum pennulis factae, saltus dare per coeleste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in seipsis iterum ex mortali carne relabuntur. Si ergo iam bona coelestis patriae agnovimus, displiceat nobis, fratres charissimi, quod curvi sumus. Ponatur ante oculos, mulier curva et arbor infructuosa. Reminiscamur malorum quae fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris, ut tunc in retributionis tractu pinguescat, quod nobis hic per poenitentiam foetebat. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse Deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim iustitiae inchoatione ei placebimus, qui iniusta quae fecimus, punimus. Nec mora erit in fletibus: qui tergent citius transeuntes lacrymas mansura gaudia. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de certitudine mortis.

NON est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis (ECC. VII, 8). — Unde: " inclinamus nos ad sepelchra, et conditionis nostrae occulta prospiciamus. Ex caraveribus penitus ossum acervos, cranium caribus exuta, cum reliquis ossibus cernimus, et haec considerantes, nos ipsos in illis, velut in speculo quodam contemplantur. Ubi inventatis vos, et palchritudo? ubi venustus ille genarum decus? haec nobiscum cogitantes, carnis desideria fugiamus. (S. EPIPHANIUS). — Quapropter: " aestima te iam mortuum, quem non ambis de necessitate moriturum. (B. ALB. MAGNUS): moriamur quomodo, moriamur carnalibus desideriis, moriamur tantum, ut nobis vivere Christus sit, et mori lucrum. — O Maria, ora pro me, ut voluntatis marinus, Deo viveam!

DOMINICA XVIII. POST PENT.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. IX, 13.

In illo tempore: Ascendit Iesus in naviculam, et transfretavit, et venit in civitatem suam.
2. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
3. Et ecce quidam de Scribis dicebant intra se: Hic blasphematur.
4. Et cum visisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, et ambula?
6. Ut autem sciat, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.
7. Et surrexit, et abiit in domum suam.
8. Videntes autem turbae timuerunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Homilia S. Petri Chrysologi.
SERMO 30.

CHRISTUM in humanis actibus divina gessisse mysteria, et in rebus visibilibus invisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna monstravit. *Ascendit, inquit, in naviculam, et transfretavit, et venit in civitatem suam.* Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudavit: ut Israeliticus populus inter stupentes undas siccō vesti-

gio, velut montium concava, pertransfret? Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vertices inclinavit, ut iter liquidum humanis gressibus solidum praerberet obsequium? Et quid est quod sibi maris sic denegat servitum, ut brevissimi lacus transitum sub mercede nautica transfretaret? *Ascendit, inquit, in naviculam, et transfretavit.* Et quid mirum, fratres? Christus venit suscipere infirmitates nostras, et suas nobis conferre virtutes: humana quaerere, praestare divina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre taedia, referre sanitates: quia medicus qui non fert infirmitates, infirmitates curare nescit: et qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. Christus ergo, si in suis mansisset virtutibus, commune cum hominibus nil haberet: et nisi impresset carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa susceptio. Sustinuit ergo has necessitates, ut homo verus humanis necessitatibus probaretur.

Ascendit, inquit, in naviculam. Christus Ecclesiae suae navem, saeculi fluctus semper mitigaturus ascendit, ut credentes in se ad coelestem patriam tranquilla navigatione perducatur: et municipes civitatis suae faciat, quos humanitatis suae fecit esse consortes. Non ergo Christus indiget navi, sed navis indiget Christo: quia sine coelesti gubernatore navis Ecclesiae per mundanum pelagus tali, et tanto discrimine ad coelestem portum non valet pervenire. Haec diximus, fratres, quantum ad intelligentiam pertinet spirituales: verum nunc ipsius historiae ordinem prosequamur.

Ascendit, inquit, in naviculam et transfretavit, et venit in civitatem suam. Creator rerum, orbis Dominus, posteaquam se propter nos nostra angustiavit in carnis, coepit habere humanam patriam, coepit civitatis Iudaicae esse civis: pa-

rentes habere coepit, parentum omnium ipse parens, ut invitaret amor, attraheret charitas, vinceret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dominatio, metus disperserat, fecerat vis potestatis extorres.

Veni in civitatem suam, et ecce offero-
bant ei paralyticum iacentem in lecto, et respiciens, inquit, Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, dimittuntur tibi peccata tua. Audit veniam, et tacet paralyticus, nec ullam respondet gratiam, quia plus corporis quam animae tendebat ad curam: et temporales aerumnas resoluti corporis sic deflebat, ut aeternas poenas resolutionis animae non dereliceret. *gratiorem sibi praesentem vitam iudicans, quam futuram.* Merito Christus offerentium fidem non respicit, et vercordiam respicit sic iacentis, ut fidei alienae suffragio paralytica anima ante curaretur, quam corpus.

Respiciens, inquit, fidem illorum. Certis in hoc loco, fratres, Deum non quaerere insipientium voluntates, non spectare ignorantium fidem, non infirmorum stulta desideria perscrutari, sed ad alterius fidem subvenire, quod per solam gratiam conferebat, cum quidquid divinae voluntatis est, non negaret. Et re vera, fratres, quando medicus languentium aut quaerit, aut respicit voluntates, cum semper contraria desideret et requirit infirmus: hinc est quod nunc ferrum, nunc ignem, nunc amara pocula ingerit, et apponit invitis, ut curam sani sentiant, quam non poterant sentire aegrotantes. Et si homo iniurias despiciat, maledicta contemnit, ut saucius morbo sponte vitam conferat et salutem; quanto magis Christus medicus bonitate divina morbis saucios peccatorum, et phrenesi criminum laborantes, ad salutem etiam invitos attrahit, et nolentes? O si velimus, fratres, o si ve-

nequaquam ad sacerdotium provehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra eiusdem summi sacerdotis efficiuntur. Unde et nobis per Petrum dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium* (I. PETR. II, 9). Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces, qui pennulas non habent, ab esu fidelis populi prohibentur (LEVIT. XI, 10). Pisces quippe, qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis piscibus nisi electae animae figurantur? Quae profecto solae in coelestis Ecclesiae corpus transeant, quae modo virtutum pennulis saltat, saltus dare per coeleste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in seipsis iterum ex mortali carne relabuntur. Si ergo iam bona coelestis patriae agnovimus, displiceat nobis, fratres charissimi, quod curvi sumus. Ponatur ante oculos, mulier curva et arbor infructuosa. Reminiscamur malorum quae fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris, ut tunc in retributionis tractu pinguescat, quod nobis hic per poenitentiam foetebat. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse Deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim iustitiae inchoatione ei placebimus, qui iniusta quae fecimus, punimus. Nec mora erit in fletibus: qui tergent citius transeuntes lacrymas mansura gaudia. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de certitudine mortis.

NON est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis (ECC. VII, 8). — Unde: "Inclinemus oculos ad sepelchra, et conditionis nostrae occulta prospiciamus. Ex caraveribus permissis ossum acervos, cranisque caribus exuta, cum reliquis ossibus cernamus, et haec considerantes, nos ipsos in illis, velut in speculo quodam contemplantur. Ubi inventatis vos, et palchritudo? ubi venustus ille genarum decus? haec nobiscum cogitantes, carnis desideria fugiamus." (S. EPIPHANIUS). — Quapropter: "aestima te iam mortuum, quem non ambis de necessitate moriturum." (B. ALB. MAGN.): moriamur quomodo, moriamur carnalibus desideriis, moriamur tantum, ut nobis vivere Christus sit, et mori lucrum. — *O Maria, ora pro me, ut voluntarius maritus, Deo vivam!*

DOMINICA XVIII. POST PENT.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. IX, 13.

In illo tempore: Ascendit Iesus in naviculam, et transfretavit, et venit in civitatem suam.
2. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
3. Et ecce quidam de Scribis dicebant intra se: Hic blasphemavit.
4. Et cum visisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, et ambula?
6. Ut autem sciat, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.
7. Et surrexit, et abiit in domum suam.
8. Videntes autem turbae timuerunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Homilia S. Petri Chrysologi.
SERMO 30.

CHRISTUM in humanis actibus divina gessisse mysteria, et in rebus visibilibus invisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna monstravit. *Ascendit, inquit, in naviculam, et transfretavit, et venit in civitatem suam.* Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudavit: ut Israeliticus populus inter stupentes undas siccō vesti-

gio, velut montium concava, pertransfret? Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vertices inclinavit, ut iter liquidum humanis gressibus solidum praerberet obsequium? Et quid est quod sibi maris sibi denegat servitum, ut brevissimi lacus transitum sub mercede nautica transfretaret? *Ascendit, inquit, in naviculam, et transfretavit.* Et quid mirum, fratres? Christus venit suscipere infirmitates nostras, et suas nobis conferre virtutes: humana quaerere, praestare divina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre taedia, referre sanitates: quia medicus qui non fert infirmitates, infirmitates curare nescit: et qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. Christus ergo, si in suis mansisset virtutibus, commune cum hominibus nihil haberet: et nisi impresset carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa susceptio. Sustinuit ergo has necessitates, ut homo verus humanis necessitatibus probaretur.

Ascendit, inquit, in naviculam. Christus Ecclesiae suae navem, saeculi fluctus semper mitigaturus ascendit, ut credentes in se ad coelestem patriam tranquilla navigatione perducere: et municipes civitatis suae faciat, quos humanitatis suae fecit esse consortes. Non ergo Christus indiget navi, sed navis indiget Christo: quia sine coelesti gubernatore navis Ecclesiae per mundanum pelagus tali, et tanto discrimine ad coelestem portum non valet pervenire. Haec diximus, fratres, quantum ad intelligentiam pertinet spirituales: verum nunc ipsius historiae ordinem prosequamur.

Ascendit, inquit, in naviculam et transfretavit, et venit in civitatem suam. Creator rerum, orbis Dominus, posteaquam se propter nos nostra angustiavit in carnis, coepit habere humanam patriam, coepit civitatis Iudaicae esse civis: pa-

rentes habere coepit, parentum omnium ipse parens, ut invitaret amor, attraheret charitas, vinceret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dominatio, metus disperserat, fecerat vis potestatis extorres.

Veni in civitatem suam, et ecce offero-
bant ei paralyticum iacentem in lecto, et respiciens, inquit, Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, dimittuntur tibi peccata tua. Audit veniam, et tacet paralyticus, nec ullam respondet gratiam, quia plus corporis quam animae tendebat ad curam: et temporales aerumnas resoluti corporis sic deflebat, ut aeternas poenas resolutionis animae non dereliceret. *gratiorem sibi praesentem vitam iudicans, quam futuram.* Merito Christus offerentium fidem non respicit, et vercordiam respicit sic iacentis, ut fidei alienae suffragio paralytica anima ante curaretur, quam corpus.

Respiciens, inquit, fidem illorum. Certis in hoc loco, fratres, Deum non quaerere insipientium voluntates, non spectare ignorantium fidem, non infirmorum stulta desideria perscrutari, sed ad alterius fidem subvenire, quod per solam gratiam conferebat, cum quicquid divinae voluntatis est, non negaret. Et re vera, fratres, quando medicus languentium aut quaerit, aut respicit voluntates, cum semper contraria desideret et requirit infirmus: hinc est quod nunc ferrum, nunc ignem, nunc amara pocula ingerit, et apponit invitis, ut curam sani sentiant, quam non poterant sentire aegrotantes. Et si homo iniurias despiciat, maledicta contemnit, ut saucius morbo sponte vitam conferat et salutem; quanto magis Christus medicus bonitate divina morbis saucios peccatorum, et phrenesi criminum laborantes, ad salutem etiam invitos attrahit, et nolentes? O si velimus, fratres, o si ve-

limus omnem mentis nostrae paralytum pervidit, animam nostram virtutibus destitutam iacere in vitiorum stratis cernere: luceret nobis quemadmodum Christus, et nostras quotidie noxas respicit voluntates, et ad salutaria nos remedia pertrahit, et perurgit invitos.

456a *Fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua.* Haec dicens, Deum se volebat intelligi, qui per hominem oculos adhuc latebat humanis: virtutibus enim et signis comparabatur Prophetis, qui per ipsum fecerant, et ipsi virtutes peccatis autem dare veniam, quia penes hominem non est, et est singularis deitatis insigne, Deum illum pectoribus insererat humanis. Probat hoc Pharisaeus livor: nam cum dixisset: *Remittuntur tibi peccata tua. Respondunt Pharisaei: Hic blasphematur, quis enim potest peccata remittere nisi solus Deus?* Pharisaei, qui sciendo nescis, confitendo negas, cum restaris, impugnas: si Deus est qui remittit peccata, cur tibi Christus Deus non est, qui unius indulgentiae suae munere totius mundi probatur abstulisse peccata? *Eccae, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

456b *Ut autem possis maiora capere eius divinitatis insignia: audi eum pectoris tui penetrasse secretum: aspice eum ad cogitationum tuarum latebras pervenisse: intellige eum cordis tui tacita nudare consilia. Et cum vidisset, inquit, Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge et ambula? Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam: et surrexit et abiit in domum suam.* Scutator animarum praevenit mentium maligna consilia: et deitatis suae potentiam, operis attestatione monstravit, dum dissipati corporis membra componit, ner-

vos stringit, iungit ossa, complet viscera, firmat artus, et gressus ad cursum suscitavit in vivo cadavere iam sepultus.

456c *Tolle lectum tuum.* Hoc est, porta potentem, omnes muta vices: ut quod est infirmitatis testimonium, sit probatio sanitatis: ut lectus doloris tui sit meae curationis indicium, ut receptae fortitudinis magnitudinem, ponderis asserat magnitudo, *Vade, inquit, in domum tuam: ne Christiana fide curatus, in viis Iudaicae perfidiae iam moreris.*

Varia de certitudine mortis.

456d **M**ERERE mei, bone Iesu, qui resurrexeris nostra, et vita es: salva nos a periculis huius mortalitatis, et ne perimitas nos separari a te: libera nos a somno peccatorum, a caecitate spirituali, ab insana salutis animae nostrae, quia "brevés dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est; constituiti terminus eius, qui praeteriri non poterunt." (Ioh. xiv, 5.) — Misere nostri, pie Iesu, salva nos, et libera nos a mala morte, quia "impertium apud ille modis quotidie miseros homines rapit, hunc necat febribus, illum opprimit doloribus, hunc consumit fame, illum siti exstinguit, hunc suffocat aquis, illum interimit laqueo; illum perimit flammis, alium dentibus bestiarum ferocium vorat; hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit alterum repentino terrore miseram vitam finire compellit." (S. Apo. — O Maria, per amorem Filii tui Crucifigi, ora pro me, custodi me ab omni peccato, et libera me ab omni malo!)

FERIA SECUNDA

Homilia Venerabilis Beatae Presbyteri.
IN MATTHEO. CAP. 8.

456e **D**escendens naviculam transfravit, et venit in civitatem suam. Hic oritur quaestio, quia Marcus dicit quod factum sit in Capharnaum: quae difficilior solveretur, si Matthaeus Nazareth nominaret: nunc vero veniens in Galilaeam, recte dicitur venisse in suam civitatem, in quocumque oppido

esset Galilaeae, praesertim quia et ipsa Capharnaum ita excollebat in Galilaea, ut tanquam metropolis haberetur.

457 *Eccae obdulerunt ei paralyticum in lecto iacentem.* Paralytici huius curatio post carnale meritum, ad Christum suspirantis, animae salvationem significat, quae primo ministris, id est, bonis doctoribus indiget, qui eam Christo adferant: quia bene quatuor Marco narrante, reperiuntur: sive quia quatuor libris Evangelii omnis praedicatorum virtus firmatur: sive quod quatuor virtutibus fiducia mentis ad promerendam sospitatem erigitur sobrietate, sapientia, iustitia et virtute, quibus utilis nihil est in humana vita.

458 *Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Lucas dicit, *Homo*, quod si quem movet, sciat utrumque illum dicere simul posse: et, Fide filii, et dimittuntur tibi homo peccata tua.

459 *Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphematur.* Quid dicant esse blasphemiam, Marcus consequenter exponit, dicens: *Quis, inquit, potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* haec commemorantes, qui eum tantum hominem putabant, licet nescientes verum, dicebant, *Quia nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus*, et quibus ipse dat potestatem dimittendi: et ideo Christus probatur esse verus Deus, dimittens peccata quasi Deus.

457 *Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, etc.* Et quodam loco ostendit se Deum, qui potest occulta cordis cognoscere, modo tacens loquitur, dum vestras cogitationes intusor, ex vobis intelligit quid paralyticus consequatur. *Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: aut dicere, Surge et ambula: utrum sint paralytico peccata dimissa, solus noverat, qui dimittebat. Surge autem et ambula, tam ille qui surgebat, quam hi qui vi-*

debant, approbare poterant: et ideo fit signum carnale, ut probetur spiritale, et datur intelligi, quia ob peccata corporum in debilitatis veniunt: ideo primo dimittuntur peccata, ut sanitas restituatur. Quinque siquidem sunt differentiae causarum, pro quibus in hac vita corporalibus molestiis affligimur: aut ad augenda merita per patientiam, ut B. Iob: aut ob custodiam virtutum, sicut Apostolo Paulo datus est stimulus carnis suae, Angelus satanae colaphizans, ne magnitudine revelationum extolleretur: aut ad corrigenda peccata, sicut Maria soror Aaron, propter temeritatis verba lepra percussa est: aut ad gloriam Dei, sicut infirmitas Lazari non ad mortem, sed pro gloria Dei fuit: aut ad inchoationem aeternae damnationis, quod reproborum est proprium, sicut Antiochus et Herodes praesenti miseria cunctis ostendebant, quod passuri perpetuo erant in gehenna; unde dicitur: *Duplici contritione contere eos.*

457 *Ut sciatis autem, quod Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Tolle, ait, lectum tuum, ut quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis: vade in domum tuam, ne Christiana fide curatus, in viis Iudaicae perfidiae iam moreris: spiritualiter sanus qui languidus erat, domum reportat lectum, cum anima peccatorum remissione accepta, ad internam sui custodiam cum ipso se corpore refert, ne quid post veniam, unde iterum iuste feriatur, admittat.* *Videntes autem turbae, timerunt, etc.* 457 *Quam admiranda divinae potentiae virtus, ubi nulla interveniente mora tam festina comitatur salus.*

Varia de iucertitudine horae mortis.

4573 **E**x quo incipit hanc vivere, ex illo utique iam mori potest (S. AUG.). Invenies mortem habent a tergo, et senes ante oculos (Hugo Card.). Senibus mors est in lamine, adolescentibus in insidiis (S. BERNARD.). Tamen "mors licet aliis sit incerta, procul dubio tamen senibus est propinqua" (S. PATR. DAM.). — O Jesu, vita vitae meae, velociter adiuva me, miserere mei, parce mihi, da mihi tempus vram poenitentiae, sic ut redimam tempora inter peccata et vanitates stulte deperdita, quia chesit "dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt et non viderunt homini. Pertransierunt quasi naves poma portantes, sicut aquila volans ad escam (Ios. ix. 38). O bone Jesu, da mihi amorem et desiderium vitae supercedentis, libera me ab inordinato desiderio vitae temporalis. Excenim "quanto quisque diutius in mundo vixerit, tanta minus ad moriendum voluntarius erit" (DIONYS. THURIA). — O Maria, ora pro me, ut tanquam exat ad caelestem patriam aspererem.

FERIA TERTIA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. XVIII. POST PENT., SERMO 2.

4574 **A**scendens Iesus in naviculam, transfretavit et venit in civitatem suam, Matthaei nono.

4575 In verbis his moraliter tria notantur, scilicet recessus in culpa, profectus in iustitia, ascensus ad gloriam. Primum nota in ascensu naviculae, secundum, in transfretatione; tertium, in civitate perventione.

4576 Per mare intelligitur praesens saeculum iuxta illud Psalmi: Hoc mare magnum et spatiosum manibus, etc. Per naviculam poenitentia, iuxta illud Actuum vigesimo septimo: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non poteris. Per civitatem intelligitur vita aeterna, iuxta illud Apocalypsis vigesimo primo: Civitas illa non eget sole neque luna, ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna eius est Agnus; et illud Psalmi: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Circa primum nota, quod per mare intelligitur praesens saeculum, et hoc, quia instar maris est: procellosum propter varietatem temporalium eventuum; Isaiæ quinquagesimo septimo: Cor inpii quasi mare fervens, etc. Profundum propter insatiabilitatem concupiscentialium appetituum; Psalmus: Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo. Periculosum propter multiformitatem impugnationum hostilium; Ecclesiastici quadragesimo tertio: Qui navigant mare emarent pericula eius.

Danielis septimo dicitur, quod quatuor venti coeli pugnabant in mari magno, et quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diversae inter se. Isti quatuor venti sunt quatuor genera tentationum, et istae quatuor bestiae sunt quatuor genera vitiatorum; et isti quatuor venti principales habent octo collaterales, ita quod quilibet habet duos. Ventus enim orientalis est cervicositas arrogantiae, cuius collaterales sunt duo, scilicet vana gloria in prosperitate, indignatio in adversitate. Ventus aequilonaris est cupiditas avaritiae, cuius collaterales sunt dolositas in acquirendo et impietas in retinendo. Ventus septentrionalis est foeditas impudicitiae, cuius collaterales sunt gulositas et otiositas. Isti tres sunt principales in mundo, secundum illud primae Ioannis secundo: Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia vitae. Ex istis tamen, quando non possunt haberi, consurgit quartus ventus occidentalis, qui est calamitas impatientiae, cuius collaterales sunt acedia et diffidentia.

4577 Similiter per naviculam intelligitur poenitentia, quia status eius habet; quantum ad mensuram modicitatem humilitatis contra cervicositatem arrogantiae;

Sapientiae decimo quarto: Exiguo ligno credunt homines animas suas et transeuntes mare, per ratem liberati sunt. Quantum ad materiam, agilitatem paupertatis contra cupiditatem avaritiae; Marci octavo: El nisi unum panem non habebant secum in navi; Actuum vigesimo septimo: Alleviabant naevem, iactantes triticum in mare. Quantum ad iuncturam, integritatem castitatis contra foeditatem impudicitiae; Lucae octavo: Ascendit in naviculam et discipuli eius et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum, quod est coenosum, etc. Quantum ad colligantiam, soliditatem firmitatis contra pusillanimitatem impatientiae; Marci sexto: Ascendit ad illos in navim, et cessavit ventus.

4580 Similiter nota, quod ascenditur navis quatuor de causis, scilicet ad mercandum, et sic a mercatoribus terram pro coelo commutantibus; Iob nono: Pertransierunt quasi naves poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Ad transfretandum, et sic a viatoribus ad vitam aeternam festinantibus; Proverbiorum ultimo: Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Ad piscandum, et sic a praedicatoribus peccatores ad salutem trahentibus; Lucae quinto: Ascendens in man navim, quae erat Simonis, dixit ad Simonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. Ad recreandum, et sic a nobilibus spiritu in Deum scandentibus et laetantibus; Marci sexto: Ascendentes in navim, adherunt in desertum locum securum; Marci tertio iussit, ut navicula sibi deserviret propter turbam, ne comprimerent eum.

4581 Duo autem sunt, quae elevant animam ad firmam transitum, videlicet scientia Scripturarum, quae est sicut Cherubin; et affectus inardescens in amorem divinum, qui est sicut flammis gladius atque versatilis, quibus mediantibus pervenitur in sanctam civitatem, etc.

4582 Sciendum autem est, quod haec navicula in aqua posita aliquando agitur verificationibus sive statibus ventorum, per quod intelligimus afflatus coelestium charismatum; et hoc refertur ad orationem; velum enim expandere est desiderium in oratione dilatari. Aliquando movibus ventorum, per quod intelligimus exercitium spiritualium virtutum; et hoc refertur ad operationem; remigare enim est totum se labori spirituali exponere. Aliquando tractibus hominum, per quod intelligimus alligationem regularium statutorum, et hoc refertur ad conversationem; altrahere enim est violentiam sibi et viribus suis pro sacris moribus et religiosus usus facere.

Varia de iucertitudine horae mortis.

4583 **H**omo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseris. Qui quasi flos egreditur, et contortur, et fugit velut umbra; et nunquam in eodem statu permanet (Ios. xv. 1). — Quis propter, o frater dilecte, fuge deceptioem huius mortalitatis, et "dispone domi tuae, quia morieris" (IIV Reg. xxi). Et quia "nescis quae hora veniet: semper vigila, ut quod desis quando veniet, paratum te inveniat cum venerit, et ad hoc forte nescis quando veniet, ut semper paratus sis" (S. AUG.). — Quotidie prepara vitam aeternitatis; et dimissa via peccatorum, ut invocata misericordia Dei et protectione B. M. V., semper et ubique paratus esto ad hilariter respondendum Domino vocanti te. Nam "si hodie mori non es paratus, quomodo eras eris? Cras est dies incerta, et quid nisi si crastinum habebis?" (Kempis). — O Maria, ora pro me, ut praesens saeculum non in conspectu Domini. O S. Ioseph, intercede pro me!

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

DE MATH. CAP. 9.

4584 **S**UPRA posuit miracula contra pericula corporalia; hic ponit miracula contra pericula spiritualia: et secundum hoc duo facit. Primo ostendit quomodo subvenit sibi occurrentibus; secundo quomodo inquit occurrit sibi. *Et circumdabit Iesus omnes civitates et castella.* Circa primum primo ponit remedium contra peccatum; secundo contra mortem, ubi, *Haec illa loquente ad eos,* etc. Circa primum primo ponit remedium contra peccatum remittendo; secundo peccatores ad se trahendo, ubi, *Et factum est discumbente eo in domo,* etc. Et primo ponit quaedam praecambula ad beneficium; secundo ponit beneficium ipsum, ubi, *Ut autem sciatis,* etc. Et primo ponitur locus; secundo devotio offerentium, ubi, *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Dicit ergo, *Ascendit Iesus in naviculam transfretavit.* Et continuatur haec pars, quia cogabant eum ut ab eis discederet, ideo ascendit navem, Unde dat intelligere quod si dicant aliqui, *Recede a nobis, nam mandatorum tuorum volumus,* Job c. xxi, 14, statim recedit; unde ascendit in naviculam. Haec navicula significat crucem, vel Ecclesiam. *Et venit in civitatem suam,* scilicet in civitatem gentium, quae sibi datae sunt. Unde in Ps. ii, vers. 8: *Positula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam.*

4585 Sed est quaestio, quare Marcus et Lucas dicunt istud esse factum in Capharnaum; hic vero habetur quod in Nazareth, quae erat civitas sua.

4586 Dicendum quod quaedam erat civitas Christi ratione nativitatis; et haec erat Bethlehem: quaedam ratione educationis; et haec erat Nazareth: quaedam

ratione conversationis et operationis miraculorum; et sic Capharnaum: ideo bene dicitur, *In civitatem suam.* Unde dicitur Luc. iv, 23: *Quanto auditivius facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.* Augustinus aliter solvit, quia Capharnaum inter alias civitates Galilaeae erat magis famosa: unde erat quasi metropolis. Et sicut si aliquis esset de aliqua villa iuxta Parisius, diceretur quod esset de Parisius propter notitiam loci; sic Dominus, quia erat de finibus Capharnaum, dicebatur inde esse. Vel aliter, quia praetermittunt aliquid Evangelistae, unde aliquid potest addi, quod videlicet transiit per Nazareth, et venit in Capharnaum: et tunc obtulerunt ei.

4587 *Ecce offerebant ei paralyticum.* Hic tangitur devotio offerentium: unde in Marco tangitur, quod quia non poterat transire, posuerunt per tegulas. Iste paralyticus significat peccatorem in peccato latentem; unde sicut non potest paralyticus se movere, sic nec iste. Illi autem qui portant eum, sunt illi qui suis monitionibus portant eum ad Deum. *Videns autem Iesus fidem illorum,* etc. Ponit beneficium: tibi possumus tria videre. Primo quid movit Iesum; secundo quid sit quod requiritur; tertio disceptionem contra beneficium. Curat aliquando Dominus aliquem propter fidem suam, aliquando propter preces suas, et aliorum. *Videns ergo fidem illorum dixit.* Unde dicitur Marco c. xi, 24: *Quid quid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis. Confide, fili.* Quid ergo requiritur? Fides, Psal. cxxiv, 1: *Qui confidit in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in aeternum qui habitabit in Jerusalem.* Et Act. xv, 9: *Fide purificans corda eorum. Remittantur tibi peccata tua.* Hic tangitur beneficium. Sed quid est quod iste petebat sanitatem

corporis, et Dominus dat sanitatem animae? Ratio est, quia peccatum erat causa aegritudinis, sicut in Psal. xv, 4: *Propter iniquitates eorum multiplicatae sunt infirmitates eorum.* Unde fecit Deus sicut bonus medicus qui causam curat. Deinde ponit disceptionem contra beneficium, ubi, *Et cum cognovisset Iesus cogitationes eorum,* etc. Dicit ergo: *Ecce quidam de scribis dicebant intra se: Hic blasphemal.* Et quare mirabantur? Quia videbant hominem, et non videbant Deum; solus autem Dei est dimittere peccata: ideo dicebant eum blasphemum, iuxta illud Job xxxiv, 18: *Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios,* etc. *Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Hic confutat eos tripliciter: sua cogitatione, verbo et facto: cogitatione, quia sicut soli Deo pertinet dimittere peccata, sic cognoscere secreta cordis; Psal. vii, 11: *Scrutans corda et rems Deus.* *Cum vidisset,* quia solus scit cogitationes hominum. Et primo reprehendit eorum nequitiam. *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* quia blasphemum eum dicebant; Is. i, 16: *Auferite mala de cogitationibus vestris. Quid est facilius,* etc. Hic ponit confutationem. Sed videtur male arguere Dominus, quia arguit a minori affirmando: facilius enim videtur sanare corpus, quam sanare animam. Sed exponit sic Hieronymus: Facilius est dicere quam facere; verum quantum ad factum, fortius est animam quam corpus sanare; sed quantum ad potestatem, eadem est potestas utrobique. Sed si ad dictum referatur, videmus quod mendaces cito mentuntur, ubi non possunt deprehendi: in his enim quae apparent, deprehendi possunt, sed non in his quae latent. Unde in his audacter loquuntur ubi deprehendi non possunt. Facilius est ergo dicere, si non

possitis cognoscere. Ideo, *Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* Ostendit factum. Et primo ponitur finis operationis; secundo modus; tertio efficientia; unde dicit: *Et propter hoc, ut sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.* Per hoc manifestat se Deum. *Supra cap. i, vers. 21: Ipse enim est qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Dicit, *Quod Filius hominis,* et dicit, *In terra,* et elidit duplicem errorem, scilicet Nestorii et Photini. Dicebat Nestorius quod Filius hominis, et Filius Dei erant duo supposita: nec poterat dici de uno quod dicitur de altero; unde non poterat dici: *Iste puer creavit stellas.* Ideo dicit hominis; quia Dei est dimittere peccata. Item contra Photinum, qui dicebat, quod Christus acceperat initium de Virgine Maria: et merito acquisivit divinitatem: et utebatur super illud infra xxxviii, 18: *Et data est mihi omnis potestas in caelo et in terra;* unde dicit, *In terra.* Unde Baruch iii, 38 dicitur: *Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. Habet potestatem.*

4588 Videtur quod per hoc non ostendatur, quia etiam ipsi Apostoli habebant potestatem. Sed dicendum quod ipsi habebant per viam administrationis, non auctoritatis. Hoc autem quod dicitur, *Ut autem sciatis,* etc. dupliciter potest legi: vel ut sint verba Evangelistae, et ita fuit narratoria; vel sint verba Christi dicentis, *Ut sciatis,* etc., et sic oratio est imperfecta, quia ipsi dubitabant: ideo ut sciatis quia ego habeo potestatem dimittendi peccata, ait paralytico: *Surge,* etc. Unde verbo curavit, quod proprium est Dei, iuxta illud Ps. xxxiii, vers. 9: *Dixit, et facta sunt.*

4589 Tria habebat infirmus: iacebat in lecto, portabatur ab aliis, ire non poterat. Quia ergo iacebat, dixit, *Surge*; quia portabatur, praecepit ut portaret, *Tolle lectum tuum*; quia ire non poterat, dixit, *Et ambula*; Dei enim perfecta sunt opera, Deut. xxxiii, 4. Similiter peccatori in peccato iacenti dicitur, *Surge*, a peccato per contritionem; *tolle lectum*, per satisfactionem; Michaeae vii, 9: *Itan Domini portabo, quia peccavi et. Et vade in domum tuam*, in domum aeternitatis, vel in conscientiam propriam; Sap. viii, 16: *Intrans in domum tuam, conquiescam in illa*. Sequitur executio, *Surrexit, et abiit. Videntes autem turbae*, non scribae, quia isti dedignabantur, *timuerunt*; Habac. c. iii, 2: *Domine, audivi auditum tuum, et timui*. Sed quo timore? quia glorificaverunt Deum, quia omnia in Deum retulerunt; Ps. cxiii, 1: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Qui dedit potestatem talem hominibus*. Unde isti non contempserunt, sicut scribae; sed quia dicitur hominibus, ideo Hilarus exponit: *Qui dedit talem potestatem hominibus ut fiant filii Dei*, ut in Joann. i, vers. 12: *Dedit ei potestatem filios Dei fieri*.

Varia de incertitudine horae mortis.

4590 **D**ies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut foenum arui, (Eccl. i, 21) Hinc videtur enim qui deum vixit amicos, et illum qui mille, postquam idem finis vitae advenit, et irremediabilis mortis necessitas, transactam omne tantundem est, nisi quod magis senex onustus peccatorum facie proficitur, (S. AUGUSTINUS). — Ergo dum tempus habemus sive longum sive breve, praeparationis animae nostrae, et spiritualiter invocemus Matrem misericordiam, ut sic vivere studentes quales in morte fuisse desiderabimus: ad quod statim, hic et nunc piam conversationem incipiamus.

4591 Estote parati, quia, qua hora non potatis, Filius hominis veniet (Lec. xii). — Ecce nunc, qui di-

ctus: Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus: qui ignoratis, quid erit in crastino (Luc. iv, 24). — Unde quocumque te verteris, incerta omnia, sola mors certa. Pauper est, incertum est an ditiosus. Indotus, incertum est an erudiaris. Imbecillus, incertum est an convalescas. Natus es, certum est quia morieris; et in hoc ipso quia mors certa est, dies mortis incertus est: Itaque haec incerta, ubi sola mors est certa, cuius etiam hora incerta, et sola incertum caveatur, quae nullo modo devitatur, (S. AUG.). — *O Moritua, in hora mortis meae, suscipe animam meam!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

CUMBENT. IN MATTH. CAP. 9.

4592 **A**scendens Iesus in naviculam trans fretavit, et venit in civitatem suam. Et ecce offerrebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua*. Civitatem eius non aliam intelligimus quam Nazareth, unde et Nazareus appellatus est. Obtulerunt autem ei, ut supra diximus, secundum paralyticum iacentem in lectulo, quia ipse ingredi non valebat. Videns autem Iesus non eius fidem qui offerebatur, sed eorum qui offerebant, dixit paralytico: *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua*. O mira humilitas, despectum et debilem, totisque membrorum compagibus dissolutum *filium* vocat, quem sacerdotes non dignabantur attingere. Aut certe ideo *filium*, quia dimittuntur ei peccata sua. Iuxta tropologiam interdum anima iacens in corpore suo, totis membrorum virtutibus dissoluta, a perfecto doctore offertur curanda Domino, quae si misericordia eius sanata fuerit, tantum roboris accipit, ut portet statim lectulum suum.

Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemavit. Et cum vidis-

Varia de incertitudine horae mortis.

4593 *et Iesus cogitationes eorum dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Legimus in Propheta, dicentem Deum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas (Is. xliii, 25). Consequenter ergo Scribae, quia hominem putabant, et verba Dei non intelligebant, arguunt eum blasphemiac. Sed Dominus videns cogitationes eorum, ostendit se Deum, qui possit cordis occulta cognoscere, et quodammodo tacens loquitur: Eadem maiestate et potentia qua cogitationes vestras intueor, possum et hominibus peccata dimittere. Ex vobis intelligite quid paralyticus consequatur.*

4594 *Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: surge et ambula? Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico. Inter dicere, et facere, multa distantia est. Utrum sint paralytico peccata dimissa, solus noverat, qui dimittebat. Surge autem et ambula, tam ille qui consurgebat quam hi qui consurgentes videbant, approbare poterant. Fit igitur carnale signum, ut probetur spirituale, quamquam eiusdem virtutis sit, et corporis et animae vitia dimittere. Et datur nobis intelligentia, propter peccata plerasque evenire corporum debilitates. Et ideo forsitan dimittuntur prius peccata tua, ut causis debilitatis ablatis, sanitas restitatur.*

4595 *Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit, et abiit in domum suam. Videntes autem turbae, timuerunt et glorificaverunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et anima paralytica si surrexerit, si pristinum robur recuperaverit, portat lectum suum in quo iacebat antea dissoluta, et portat illum in domum virtutum suarum.*

4596 **S**ic te in omni facto et cogitata deberes tenere, quasi hodie esses mortuus (KEMPER). Nec ullo unquam tempore securum te credas, sed semper vigila. — Cum dixerint, pax, et securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus, (I THIM. v, 3). — Dum nescimus, repente mors venit: dum non aestimamus, improviu tollimur: dum ignoramus, repente subtrahimur, (S. IUST. HIER.). — Vigilemus ergo: iterum dico, vigilemus, et paratum semper habeamus animum nostrum, ut misericorditer iudicetur a Christo Domino. Sicque non timebimus adventum Iudicis. Etenim iustus si morte praeco capatus fuerit, in refrigerio erit, (SAN. iv, 3). Et "numquam mors est meritum improviu, nec in mortuatum incidit finem, qui se novit esse mortuum"; (S. LEA I).

4597 Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur, hano, et sicut aves laqueo comprehenduntur; sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit (ECCL. ix, 12). — In omnibus actibus tuis cogitare debes, si iam mori deberes et occumbere, ante sentias facies, et an auderes mori in eo in quo te sentis statu. (IOANN. GREG.). — Super omnia mala time praevae conscientiae statum. Periculosum est in tali statu vivere, in quo quis mori non velit, (IOANN. TERTI.). — *O Moritua, ubi nunc vis, advenit me, ut semper vigilem, ne iumentis meis desipiam me!*

FERIA SEXTA

Homilia S. Augustini Episcopi.

DE CONCESSIS EVANGELIUM, CAP. 51.

4598 **H**inc ergo sequitur Matthaeus, adhuc temporum ordinem servans, atque ita narrationem contextit: *Et ascendens in naviculam trans fretavit, et venit in civitatem suam. Et ecce offerrebant ei paralyticum iacentem in lecto, etc.*, usque ad illud quod ait, *Videntes autem turbae, timuerunt et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus* (MATTH. ix, 1-8). De hoc paralytico dixerunt etiam Marcus et Lucas. Quod ergo Matthaeus dicit Dominum dixisse, *Confide, fili, dimittuntur tibi peccata tua*, Lucas autem non dixit,

Fili, sed, homo, ad sententiam Domini expressius insinuandam valet: quia homini dimittebantur peccata, qui hoc ipso quod homo erat, non posset dicere, Non peccavi: simul etiam ut ille qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. Marcus autem hoc dixit quod et Matthaeus; sed non dixit, Confide. Potuisti quidem et ita dicere, Confide, homo; dimittantur tibi peccata, fili; aut, Confide, fili; dimittantur tibi peccata, homo; aut quolibet verborum ordine congruenti.

Illud sane potest movere, quod de isto paralytico Matthaeus ita narrat: Et ascendens in naviculam transfretavit, et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: Marcus autem non hoc in eius civitate factum dicit, quae utique Nazareth vocatur, sed in Capharnaum; quod ita narrat: Et iterum intravit in Capharnaum post dies; et auditum est quod in domo esset; et convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad ianua; et loquebatur eis verbum. Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui a quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi propter turbam, vidaverunt lectum ubi erat, et paleficientes submisserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum vidisset autem Iesus fidem illorum, etc. (MARC. II, 1-12). Lucas autem non commemorat quod in loco factum sit, sed ita dicit: Et factum est in una dierum, et ipse sedebat docens; et erant Pharisei sedentes, et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilaeae et Iudaeae et Ierusalem: et virtus erat Domini ad sanandos eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, et inquirebant eum in foro, et ponere ante eum: et non invenientes qua parte illum inferrent praeter turbam, ascenderunt supra tectum, et per tegulas submisserunt illum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remit-

*tuntur tibi peccata tua, etc. (LUC. V, 17-26). Remanet igitur quaestio inter Marcum et Matthaeum, quod Matthaeus ita scribit, tanquam in civitate Domini factum sit, Marcus autem in Capharnaum. Quae difficiliter solveretur, si Matthaeus etiam Nazareth nominaret: nunc vero cum potuerit ipsa Galilaea dici civitas Christi, quia in Galilaea erat Nazareth: sicut unumversum regnum in tot civitatibus constitutum, dicitur Romana civitas; cumque in tot gentibus constituta civitas sit, de qua scriptum est, *Gloriosissima dicta sunt de te, civitas Dei* (PSAL. LXXXVI, 3); et cum ipse prior populus Dei in tot civitatibus habitans, etiam una domus dicitur sit domus Israel (IS. V, 7; IEREM. III, 20, et EZEC. III, 4); quis dubitaverit in civitate sua hoc fecisse Iesum, cum hoc fecerit in civitate Capharnaum civitate Galilaeae, quo transfretando redierat de regione Gerasenorum, ut veniens in Galilaeam, recte diceretur venisse in civitatem suam, in quocumque oppido esset Galilaeae; praesertim quia et ipsa Capharnaum ita excellebat in Galilaea, ut tanquam metropolis haberetur? Quod si prorsus non liceret accipere civitatem Christi, vel ipsam Galilaeam, in qua erat Nazareth, vel ipsam Capharnaum, quae sicut caput Galilaeae civitatibus eminebat; diceremus Matthaeum praetermississe quae gesta sunt, posteaquam venit Iesus in civitatem suam, donec veniret Capharnaum; et hoc adiunxisse de sanato paralytico: sicut in multis ita faciunt, praetermittentes media, tanquam hoc continuo sequatur, quod sine ulla praetermissionis suae significatione subiungunt.*

Varia de incertitudine horae mortis.

A ut stulte, quid cogitas te diu victurum, cum nullum diem habens hic securum? quam multi decepti sunt, et insperato de corpore extracti! Sic omnium finis mors est, et vita hominum tanquam umbra subito pertransit (S. AMB.). — Certum est, quia morieris, sed incertum quomodo, vel quando, vel ubi: quoniam mors ubique te expectat, et tu si sapiens fueris, ubique eam expectabis (S. I.). — Quam felix et prudens, qui talis nunc nititur esse in vita, qualis optat inveniri in morte!

Cum ergo in hac mortalitate nunquam securus existas, memento quod hospes es et peregrinus. — O anima mea, prepara exitum tuum, ut in pace fiat. — Sicut illi, qui migrare capiunt, omnia, quae minus transferre possunt, in pecuniam reliquunt: Ita, qui mortis iter sibi populi quum erant, omne studium in bonis operibus excoercendis impendant. (BESS.). — O bone Iesu, parce mihi antequam adveniat dies rationis, qui certus est, cuius hora incertissima. — Quid in rebus humanis certius morte? quid hora mortis incertius invenitur? non miseretur incipere, non divitas reveretur, non generi cunctislibet, non moribus, non ipsi denique parit aetati. (S. BESS.). — Quid hic certum est, nisi mors? quid sis hodie, hodie sis; quid futurus sis crastino, nescis (S. AUG.). Vigila ergo, anima mea, oca, divertite a malo et fac bonum, sincere poenitere. — Ela charissime, de quanto periculo te poteris liberare, de quam magno timore eripere, si modo semper timeratus fueris, et suspectus de morte (S. AMB.). — O Maria, stultus, ut ad portum salutis; in die mortis meae defende me!

SABBATO

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.
IN MATTHEO, CAP. IX.

*C*IVITATEM suam hic Capernaum appellat: nam quae tulit ipsum Bethlehem fuit; quae educavit, Nazareth; qua diu inhabitantem habuit, Capernaum. Paralyticus autem hic alius est ab eo, qui memoratur a Iohanne. Ille quippe in piscina iacebat; hic autem in Capernaum: et ille quidem triginta octo annis paralyticus fuit; de hoc vero nihil simile dictum est: ille nullus habe-

bat, qui sui curam gereret; hic contra habuit qui se ad Iesum deferret. Huic porro dixit: *Fili, remittuntur tibi peccata; illi vero, Vis sanus esse?* (IOANN. V, 6). Illum in sabbato curavit, hunc non in sabbato; alioquin autem illum hac de re Iudaei accusassent, qui hic tacent, illic vero instant, ipsumque persequuntur. Haec non sine causa dicta sunt a me; sed ne quis unum eundemque esse suspicans paralyticum, dissonantiam hic esse putaret. Tu vero perpendas quam modestus, quam mansuetus sit Dominus. Nam et antea turbas amoverat, et a Gadarenis pulsus non obstitit, sed secessit, etsi non procul. Rursusque, cum ascendisset in naviculam, traiecit, cum posset pedes transire. Neque enim semper mirabilia patrare volebat, ne oeconomiae suae rationem labefactaret. Matthaeus igitur ait, *Attulerunt eum: alii vero dicunt aegrum per diruptum tectum demissum fuisse et ante Christum positum, nihil dicentibus illis qui attulerant, sed totum ipsi permittentibus. Nam initio quidem ille circumibat, neque tantam ab accedentibus postulabat fidem: hic autem et accesserunt, et fides ab ipsis requisita est; nam ait, Videns fidem illorum, id est, eorum qui demiserant paralyticum. Neque enim ubique aegrorum requirit fidem, ut cum desipiunt, vel alio modo mente capti sunt. Hic vero aegroti fides erat magna; alioquin enim non ita se demitti permisisset. Quoniam igitur tantam exhibuere fidem, exhibet et ipse potentiam suam, cum omni potestate peccata solvens, ac per omnia demonstrans se Patri aequalem esse. Hic vero perpende: superius id ostendebat ille, cum docebat eos tanquam potestatem habens; per leprosum, cum dixit, *Volo mundare* (MATTH. VIII, 3); per centurionem, cum dicente illo, *Tantum dic verbo, et sanabitur puer meus,**

(MATTH. VIII, 8), miratus est, ipsumque plus quam omnes laudibus extulit; per mare, cum ipsum verbo tantum frenavit; per daemones, quando ipsum iudicem esse confitebantur, et cum potestate magna ipso eiecit. Hic rursus maiori modo inimicos suos aequalitatem illam confiteri cogit, et per ipsorum verba in conspectum reddit. Ipse namque se ab ambitione alienum commonstrans (nam magnum spectantium theatrum aderat, qui ingressu arcebant, ideo paralyticum superne demiserunt), non statim ad corpus quod videbatur curandum se contulit, sed ab illis occasione sumpta, quod non apparebat primum curavit, nempe animam, cum peccata dimisit: id quod paralytico salutem praebat, ipsi vero non multum gloriae apud illos attulit. Illi enim a nequitia sua exagitati, cum vellet occasiones maledicendi quaerere, illud inviti effecerunt, ut res clarior evaderet. Sagax enim cum esset, ipsorum invidia est usus ad signum celebrandum. Quoniam igitur turbabantur et dicebant: *Hic blasphemat; quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* (Marc. II, 7); videamus quod ipse ait, Num opinionem illam rejecit? Atqui si non aequalis Deo erat, dicere debuit: Quid de me non consentaneam opinionem habetis? Procul absum a tanta potestate. Verum nihil simile dicit; imo vero illam opinionem confirmavit et asseruit, tam voce, quam miraculo. Quia enim de se ipso quaedam proferre auditoribus importunum esse videbatur, per alios illa quae ad se spectant confirmat; quodque mirum fuit, non per amicos tantum, sed etiam per inimicos: quod ex sapientiae eius culmine procedit. Per amicos quidem, cum dixit, *Volo, mandare, itemque cum ait, Non inveni tantam fidem in Israel* (MATTH. VIII, 10); per inimicos autem nunc; cum dixissent enim, *Nemo*

potest dimittere peccata, nisi solus Deus, intulit ipse: Ut autem sciatis, quia potestatem habet Filius hominis dimittere peccata super terram, tunc dixit paralytico: Surgens tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam, Neque solam hic, sed etiam alibi cum dicerent illi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia homo cum sis, facis teipsum Deum (IOANN. X, 33); neque tunc hanc opinionem confutavit, sed illam confirmavit dicens: *Si non facio opera Patris mei, ne vultis creditis; si autem facio, etiam si vultis non creditis, saltem operibus credite* (Ibid. xxxvii, 38).

Hic porro divinitatis suae aliud signum non parvum exhibet, necnon suae cum Patre aequalitatis. Illi namque dicebant, peccata dimittere unus Dei esse: hic vero non modo peccata dimittit, sed antea aliud quiddam exhibet, quod unius Dei est, quod nempe secreta cordis revelet. Neque enim id quod cogitabant in medium protulerunt. Ecce, inquit, *quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et sciens Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid vos cogitatis mala in cordibus vestris? Quod autem unius Dei sit secreta nosse, audi Prophetam dicentem: Tu nosti corda solus* (II PARAL. VI, 30); et rursus, *Scrutans corda et renes Deus* (PSAL. VII, 10). Ieremias vero ait: *Profundum cor est prae omnibus, et homo est, et quis noscet eum?* (Ier. xvii, 9). et, *Homo videt in facie, Deus quem in corde* (I REG. xvi, 7). In multis quoque aliis videre est Deum unum esse qui mentes noverit. Ostendens itaque se Deum esse, aequalem Patri, quae ipsi in se cogitabant, ac timore multitudinis in medium proferre non audebant, ipse revelavit et manifesta reddidit, magnam hic quoque animi lenitatem ostendens. Nam ait: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Certe si indignari quempiam

oportebat, aegrum quasi delusum par fuit indigne ferre, ac dicere: Ad aliud sanandum venisti, aliud tu curas? undenam mihi liquidum erit, dimissa mihi esse peccata? Nunc autem ille nihil dicit huiusmodi, sed in curantis potestatem se tradit; hi autem perversi et invidi, aliorum beneficiis insidiantur. Ideo ipsos cum omni tamen lenitate corripit. Nam si non creditis, inquit, dicto primo, iactantiamque id esse putatis, ecce iam aliud huic adiungo, quod secreta vestra revelem; ad haec tertium adicio. Quodnam illud? Quod paralytico corpus firmum reddam. Ac quando paralyticum alloquebatur, non clare potestatem suam sic declaravit, nec dixit, Dimitto tibi peccata; sed, *Dimittuntur tibi peccata*. Illis autem cogentibus, clarius suam enuntiat potestatem, dicens: *Ut sciatis, quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata*. Videne quantum abest, ut nolit aequalis Patri reputari? Non enim dixit: Filius hominis alio opus habet; neque dicit, Dedit illi potestatem; sed, *Potestatem habet*. Neque illud ex fastu dicit: Sed ut vobis persuadeam, inquit, me non blasphemare, cum me facio aequalem Deo. Ubique enim vult demonstrationes praebere claras firmasque, ut cum dicit: *Vade, ostende te sacerdoti* (MATTH. VIII, 4); socrumque Petri exhibet ministrantem, ac porcos praecipitari permittit. Sic et nunc, remissionis peccatorum signum statuit corporis valetudinem: valetudinis vero, quod grabatum tollat, ne putaretur id quod gestum erat phantasma esse. Neque prius illud fecit, quam ipso interrogasset. *Quid est, inquit, facturus diceres. Dimittuntur tibi peccata, an dicere, Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam?* Quod autem dicit, huiusmodi est: *Quid vobis videtur facilius esse, corpus dissolutum firmare, aut animae peccata di-*

mittere? Corpus firmare certe. Quanto enim anima praestantior est corpore, tanto peccata dimittere maius est corporis curatione: sed quia illud occultum, hoc vero manifestum est, adicio id quod minus est, sed apertius, ut id quod maius occultumque est, per hoc factum demonstretur, iam prius operibus revelans id quod Ioannes dixerat, *Qui tollit peccata mundi* (IOANN. I, 29).

Cum itaque iussu ipsius surrexisset, domum illum remisit: hic rursus ostendens, quam a fastu esset alienus, remque illam phantasma non fuisse: hos enim et morbi et sanitatis testes adhibet. Ego quidem optassem, inquit, per morbum tuum eos, qui sani quidem videntur, sed anima agrotant, sanare: quia vero id nolunt, *Vade in domum, ut eos qui ibi sunt emendes*. Vides quomodo ostendat se et animae et corporis esse creatorem? Utriusque enim substantiae paralytin sanat, et quod occultum erat, ex eo quod manifestum est, notum facit. Attamen illi adhuc humi reprobant: nam *Glorificaverunt Deum, inquit, qui dedit potestatem talem hominibus*; ipsis enim caro resistebat. Ille vero non increpavit eos, sed prodest tamen illis, per opera excitans, eorumque animum in sublime erigens. Interim vero non parvum erat, quod omnium hominum maximum haberetur, quodque a Deo venire putaretur. Nam si haec firmiter mente tenuissent, paulum proficientes agnovissent ipsum esse Deum Filium. Sed haec non firmiter retinebant, ideoque accedere non potuerunt. Rursus enim dicebant: *Hic homo non est a Deo* (IOANN. IX, 16); et, *Quomodo hic a Deo est?* Haecque frequenter versabant, illa vitiorum suorum tegmina obtendentes: quod etiam nunc multi faciunt, qui dum Deum vindicare videntur, omnia indulgent affectibus, cum oporteret omnium cum mansuetudine tra-

ctare. Etenim universorum Deus, qui fulmen vibrare potest in eos qui ipsum blasphemis impetunt, solem suum oriri curat, imbres emittit, ceteraque omnia largiter suppeditat: quem imitari nos oportet, rogare nempe, monere, institere cum mansuetudine, non irasci, nec efferrari. Neque enim ex blasphemia quid nocenti ad Deum accedit, ut tu exaudescas; sed qui blasphemavit ipse vulnus accepit. Itaque ingemiscere, lacrymare: lacrymis enim dignum est hoc vitium, cui curando nullum mansuetudine melius remedium. Mansuetudo quippe omni violentia potentior est. Vide igitur quomodo is ipse, qui iniuria afficitur, et in veteri et in nova lege loquatur: ibi quidem dicens: *Popule meus, quid feci tibi?* (MICH. VI. 3); in nova autem, *Saul, Saul, quid me persequeris?* (ACT. IX. 4). Paulus item iubet adversarios cum mansuetudine corrigere (I. TIM. II. 24). Ipse quoque Christus, quando accesserunt discipuli, rogantes ut ignem de celo emitteret, vehementer increpavit eos dicens, *Nescitis cuius spiritus estis vos* (LUC. IX. 54). Hic autem non dicit ipse, O execranda et praestigiatore! o invidi et hominum salutis inimici! sed, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* (MATTH. XIII. 30). Oportet igitur cum mansuetudine morbum removere. Nam qui ex humano timore melior efficitur, cito ad pravitatem redit. Ideoque zizaniam relinquit insitit, dans tempus ad poenitentiam. Multi namque illorum poenitentiam egerunt, et probi facti sunt, qui perversi prius erant, quemadmodum Paulus, publicanus, latro: nam postquam zizaniam fuerant, in triticum maturum mutati sunt. In seminibus certe id fieri nequit; in proposito et voluntate id certe facile est: non enim naturae terminis ipsa alligatur, sed libertate arbitrii honorata fuit. Cum ergo videris veritatis hostem, ob-

sequium illi praebere, curam illius habe, ad virtutem redire, exemplum vitae optimam praebens, sermone utens inculpato, patrocinium ipsi et curam impendens, modum omnem emendationis admovens, imitando medicos optimos, qui non una tantum medicinae ratione utuntur, sed cum vident ulcus priori pharmaco non cedere, aliud adiciunt, et post illud rursum aliud; et nunc secant, nunc alligant. Et tu itaque animarum medicus effectus, omni utaris curandi ratione secundum Christi leges, ut et salutarium operum tuorum et aliorum partae salutis mercedem accipias, ad Dei gloriam omnia faciens, et inde tibi gloriam concilians: nam ait, *Glorificantes me glorificabo, et qui contemnunt me, contemnentur* (I. REG. II. 30). Omnia itaque ad eius gloriam faciamus, ut beatam illam sortem consequamur: quam utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et imperium, in saecula saeculorum. Amen.

Varia de inertitudine horae mortis.

O frater mi, cuiuscumque aetatis sis ac conditionis, divertite a malo, poenitere, praeparare animam tuam. Nam "nulla aetas de morte periculi est, nullum tempus tutum, locus nullus sub caelo immunitis: aetas hostilem mortuum non excusat, tempus non liberat, locus non praeservat." (IOAN. THOM.). — Praesens vita semper incerta est, tanto semper mors surripientis timere debet, quanto nunquam praevideri valet (S. GREG. MAG.). — Quapropter "nulla vis mori, talis vive: qualem vis inveniri in morte, talis es in vita: nec in eo statu vivere praesumas, in quo mori non audes. Qualis inveniri, o homo, in mortis hora desideras, talis vivere omni tempore non omittas." (IOAN. THOM.).

Considera frequenter, volve et revolve diligenter quod mors non potest declinare, quod hora mortis non potest investigari, quod tempus a Deo praecordinatum non potest immutari (S. BOSAV.). — "Sicut si intrares domum, et scires quod aliquis in domo accideret, ut occideret, procul dubio ad te omnes accedentes timeres, et suspectos ha-

beres: sic tu intrans in mundum hunc, certus esse debes, quod aliqua ora te occidet, et nescis, quae sit illa, et ita omnes suspectas debes habere." (BULLOV.). — O frater mi, dies nostri transierunt; tempus resolutionis nostrae magis instat in dies. Ergo "quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior, atque timidior debes." (S. GREG. MAG.). — O Maria, "ad te, Domine, leveo animam meam: in iudicio Dei tuis precibus non erubescam." (S. BOSAV.).

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. XVIII, 2-14.

In illo tempore: Loquebatur Iesus principibus sacerdotum et pharisaeis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et volebant venire.

4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicitis invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et alium occisis sunt, et omnia parata: venite ad nuptias.

5. Illi autem neglexerunt: et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: 6. reliqui vero tenuerunt servos eius, et contumelias affecerunt occiderunt.

7. Rex autem cum audisset, iratus est: et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit.

8. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni.

9. Itaque ad exitum viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.

10. Et egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos: et impletae sunt nuptiae discumbentium.

11. Intravit autem rex ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.

12. Et ait illi: Amice, quomodo haec intrasti cum habens vestem nuptialem? At ille obmutavit.

13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus eius, mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium.

14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXVIII. DE EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Clementis Martyris.

TEXTUS lectionis evangelicae, fratres charissimi, volo si possum, sub brevitate transcurrere, ut in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed quaerendum prius est, an haec apud Matthaicum ipsa sit lectio

quae apud Lucam sub appellatione coenae describitur, et quidem sunt nonnulla, quae sibi dissona esse videntur: quia hic prandium, illic coena memoratur: hic qui ad nuptias non dignis vestibus intravit repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur, repulsus esse perhibetur. Qua ex re recte colligitur, quod et hic per coenam praesens Ecclesia, et illic per coenam aeternam et ultimum convivium designatur: quia et hanc nonnulli exiit intrant, et ad illud quisquis semel intraverit, ulterius non exiit. At si quis forte contendat, hanc eandem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quam contentione deservire: quoniam et intelligi congrue forsitan potest quia de proiecto eo, qui cum nuptial vestem non venerat, quod Lucas tacuit, Matthaicus dixit. Quod vero per illum coena, per hunc autem prandium dicitur, nequam vel hoc nostrae intelligentiae obstitit: quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium coena vocabatur.

Saepe autem iam me dixisse memini, quod plerumque in sancto Evangelio regnum coelorum praesens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum regnum coelorum dicitur. Quia enim per Prophetam Dominus dicit: *Coelum mihi sedes est* (Is. LXVI, 1); et Salomon ait: *Anima iusti sedes est sapientiae*; Paulus etiam dicit: *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* (I. Cor. I, 24); liquido colligere debemus, quia si Deus sapientia, anima autem iusti sedes sapientiae, dum coelum dicitur sedes Dei, coelum ergo est anima iusti. Hinc per Psalmistam de sanctis praedicatoribus dicitur: *Coeli narrant gloriam Dei* (Psalm. XVII, 2). Regnum ergo coelorum est Ecclesia iustorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc quod ad

ctare. Etenim universorum Deus, qui fulmen vibrare potest in eos qui ipsum blasphemis impetunt, solem suum oriri curat, imbres emittit, ceteraque omnia largiter suppeditat: quem imitari nos oportet, rogare nempe, monere, institere cum mansuetudine, non irasci, nec efferrari. Neque enim ex blasphemia quid nocenti ad Deum accedit, ut tu exaudescas; sed qui blasphemavit ipse vulnus accepit. Itaque ingemiscere, lacrymare: lacrymis enim dignum est hoc vitium, cui curando nullum mansuetudine melius remedium. Mansuetudo quippe omni violentia potentior est. Vide igitur quomodo is ipse, qui iniuria afficitur, et in veteri et in nova lege loquatur: ibi quidem dicens: *Popule meus, quid feci tibi?* (MICH. VI. 3); in nova autem, *Saul, Saul, quid me persequeris?* (ACT. IX. 4). Paulus item iubet adversarios cum mansuetudine corrigere (I. TIM. II. 24). Ipse quoque Christus, quando accesserunt discipuli, rogantes ut ignem de celo emitteret, vehementer increpavit eos dicens, *Nescitis cuius spiritus estis vos* (LUC. IX. 54). Hic autem non dicit ipse, O execranda et praestigiatore! o invidi et hominum salutis inimici! sed, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* (MATTH. XIII. 30). Oportet igitur cum mansuetudine morbum removere. Nam qui ex humano timore melior efficitur, cito ad pravitatem redit. Ideoque zizaniam relinquit insitit, dans tempus ad poenitentiam. Multi namque illorum poenitentiam egerunt, et probi facti sunt, qui perversi prius erant, quemadmodum Paulus, publicanus, latro: nam postquam zizaniam fuerant, in triticum maturum mutati sunt. In seminibus certe id fieri nequit; in proposito et voluntate id certe facile est: non enim naturae terminis ipsa alligatur, sed libertate arbitrii honorata fuit. Cum ergo videris veritatis hostem, ob-

sequium illi praebere, curam illius habe, ad virtutem redire, exemplum vitae optimam praebens, sermone utens inculpato, patrocinium ipsi et curam impendens, modum omnem emendationis admovens, imitando medicos optimos, qui non una tantum medicinae ratione utuntur, sed cum vident ulcus priori pharmaco non cedere, aliud adiciunt, et post illud rursum aliud; et nunc secant, nunc alligant. Et tu itaque animarum medicus effectus, omni utaris curandi ratione secundum Christi leges, ut et salutarium operum tuorum et aliorum partae salutis mercedem accipias, ad Dei gloriam omnia faciens, et inde tibi gloriam concilians: nam ait, *Glorificantes me glorificabo, et qui contemnunt me, contemnentur* (I. REG. II. 30). Omnia itaque ad eius gloriam faciamus, ut beatam illam sortem consequamur: quam utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et imperium, in saecula saeculorum. Amen.

Varia de inertitudine horae mortis.

O frater mi, cuiuscumque aetatis sis ac conditionis, divertite a malo, poenitere, praeparare animam tuam. Nam "nulla aetas de morte periculi est, nullum tempus tutum, locus nullus sub caelo immunitis: aetas hostilem mortuum non excusat, tempus non liberat, locus non praeservat." (IOANN. THOM.). — Praesens vita semper incerta est, tanto semper mors surripientis timere debet, quanto nunquam praevideri valet (S. GREG. MAG.). — Quapropter "nulla vis mori, talis vive: qualem vis inveniri in morte, talis es in vita: nec in eo statu vivere praesumas, in quo mori non audes. Qualis inveniri, o homo, in mortis hora desideras, talis vivere omni tempore non omittas." (IOANN. THOM.).

Considera frequenter, volve et revolve diligenter quod mors non potest declinare, quod hora mortis non potest investigari, quod tempus a Deo praecordinatum non potest immutari (S. BOSAV.). — "Sicut si intrares domum, et scires quod aliquis in domo accideret, ut occideret, procul dubio ad te omnes accedentes timeres, et suspectos ha-

beres: sic tu intrans in mundum hunc, certus esse debes, quod aliqua ora te occidet, et nescis, quae sit illa, et ita omnes suspectas debes habere." (BULLOV.). — O frater mi, dies nostri transierunt; tempus resolutionis nostrae magis instat in dies. Ergo "quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior, atque timidior debes." (S. GREG. MAG.). — O Maria, "ad te, Domine, leveo animam meam: in iudicio Dei tuis precibus non erubescam." (S. BOSAV.).

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. XVII, 2-14.

In illo tempore: Loquebatur Iesus principibus sacerdotum et pharisaeis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et volebant venire.

4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicitis invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et alium occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias.

5. Illi autem neglexerunt: et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: 6. reliqui vero tenuerunt servos eius, et contumelias affecerunt occiderunt.

7. Rex autem cum audisset, iratus est: et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit.

8. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni.

9. Itaque ad exiit viam, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.

10. Et egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos: et impletae sunt nuptiae discumbentium.

11. Intravit autem rex ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.

12. Et ait illi: Amice, quomodo haec intrasti cum habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium.

14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXXVIII. DE EVANGELIO. Habita ad populum in basilica beati Clementis Martyris.

TEXTUS lectionis evangelicae, fratres charissimi, volo si possum, sub brevitate transcurrere, ut in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed quaerendum prius est, an haec apud Matthaicum ipsa sit lectio

quae apud Lucam sub appellatione coenae describitur, et quidem sunt nonnulla, quae sibi dissona esse videntur: quia hic prandium, illic coena memoratur: hic qui ad nuptias non dignis vestibus intravit repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur, repulsus esse perhibetur. Qua ex re recte colligitur, quod et hic per coenam praesens Ecclesia, et illic per coenam aeternam et ultimum convivium designatur: quia et hanc nonnulli exiit intrant, et ad illud quisquis semel intraverit, ulterius non exiit. At si quis forte contendat, hanc eandem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quam contentione deservire: quoniam et intelligi congrue forsitan potest quia de proiecto eo, qui cum nuptial vestem non venerat, quod Lucas tacuit, Matthaicus dixit. Quod vero per illum coena, per hunc autem prandium dicitur, nequam vel hoc nostrae intelligentiae obstitit: quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium coena vocabatur.

Saepe autem iam me dixisse memini, quod plerumque in sancto Evangelio regnum caelorum praesens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum regnum caelorum dicitur. Quia enim per Prophetam Dominus dicit: *Coelum mihi sedes est* (Is. LXVI, 1); et Salomon ait: *Anima iusti sedes est sapientiae*; Paulus etiam dicit: *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* (I. Cor. I, 24); liquido colligere debemus, quia si Deus sapientia, anima autem iusti sedes sapientiae, dum coelum dicitur sedes Dei, coelum ergo est anima iusti. Hinc per Psalmistam de sanctis praedicatoribus dicitur: *Coeli narrant gloriam Dei* (Psalm. XVII, 2). Regnum ergo caelorum est Ecclesia iustorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc quod ad

superna suspirant, iam in eis Dominus quasi in coelestibus regnat. Dicatur ergo: *Simile est regnum eorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*

4609 **I**am intelligit charitas vestra, quis est iste rex, regis filii pater: ille nimirum, cui Psalmista ait: *Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis* (PSAL. LXXI, 1). Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim Deus Pater Deo Filio suo nuptias fecit, quando hinc in utero Virginis humanæ naturæ coniunxit, quando Deum ante saecula fieri voluit hominem in fine saeculorum. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei et hominis Redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus unitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus: sed ex duabus personis compositum credi, ut nefas, vitamus. Aperitius ergo atque securius dici potest, quia in hoc Pater regi Filio nuptias fecit, quo et per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit. Uterus autem Genitricis Virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde et Psalmista dicit: *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo* (PSAL. XLV, 6). Tamquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi Ecclesiam incarnatus Deus de incorrupto utero Virginis exivit. Misit ergo servos suos, ut ad istas nuptias amicos invitarent. Misit semel, misit iterum: quia incarnationis Dominicæ prædicatores et prius prophetas, et postmodum apostolos fecit. Bis itaque servos ad invitandum misit: quia incarnationem Unigeniti et per prophetas dixit futuram, et per apostolos nuntiavit factam. Sed quia hi, qui prius invitati sunt, ad nuptiarum convivium venire noluerunt, in secunda invitatione iam dicitur: *Ecce prandium*

meum paravi, tauri mei et altitia occisa sunt, et omnia parata.

4610 **Q**uid in tauris vel altilibus, fratres charissimi, nisi novi ac veteris Testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipsa me necesse est verba evangelicæ lectionis explanare. Altitia enim saginata dicimus: eb eo enim quod est alere, altitia quasi altitia vocamus. Cum vero in Lege scriptum sit: *Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum*: accepta tunc iustis licentia fuerat, ut Dei suosque adversarios quanta possent virtute comprimerent, eosque iure gladii ferirent. Quod in novo pœcul dubio Testamento compassitur, cum per semetipsam Veritas prædicat dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos* (MATTH. V, 44). Qui ergo per tauros, nisi patres Testamenti veteris significantur? Nam dum ex permissione legis acceperant, quatenus adversarios suos odii retributione percuterent, ut ita dicam, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos virtutis corporæ cornu feriebant? Quid vero per altitia, nisi patres Testamenti novi figurantur? Qui dum gratiam pinguedinis internæ percipiunt, a terrenis desideriis enitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis sublevantur? In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quam quaedam ariditas mentis? Qui autem intellectu coelestium iam per sancta desideria de supernis delectationis intimæ cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari Propheta concipiebat, cum dicebat: *Sicut adipem et pinguedinem replebat, anima mea* (PSAL. LXXII, 6). Quia ergo prædicatores Dominicæ incarnationis missi persecutionem ab infidelibus, et prius prophetæ et postmodum sancti apostoli pertulerunt, invitatis et venire nolentibus dicitur: *Tauri mei*

et altitia occisa sunt, et omnia parata. Ac si apertius dicatur: Patrum præcedentium mortes aspice, et remedia vitæ vestrae cogitate. Notandum vero quod in priori invitatione nil de tauris et altilibus dicitur, in secunda autem iam tauri et altitia maectata esse memorantur: quia omnipotens Deus cum verba eius audire nolumus, adiungit exempla, ut omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hoc transisse iam et alios audimus.

4611 **S**equitur: *Illi autem neglexerunt et abierunt, alius in villam suam, alius vero in negotiationem suam.* In villam quippe ire est labori terreno immoderate incumbere: in negotiationem vero ire est actionum saecularium lucris inhiare. Quia enim alius intentus labori terreno, alius vero mundi huius actionibus deditus, mysterium incarnationis Dominicæ pensare, et secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens, venire ad regis nuptias recusat. Et plerumque, quod est gravius, nonnulli vocantis gratiam non solum respiciunt, sed etiam persequuntur. Unde et subditur: *Reliqui vero tenuerunt servos eius, et contumelios affectos occiderunt.* Sed rex ista cognoscens, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. Homicidas perdidit, quia persequentes interimit. Civitatem eorum igni succendit, quia illorum non solum animæ, sed et caro quoque in qua habitaverant, æterna gehennæ flamma cruciatur. Missis vero exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid namque sunt illa angelorum agmina, nisi exercitus regis nostri? Unde et idem rex Dominus Sabaoth dicitur. Sabaoth quippe exercituum interpretatur. Ad perrendos ergo adversarios

suos exercitum mittit; quia nimirum vindictam Dominus per angelos exercet. Cuius vindictæ potentiam tunc nostri patres audiebant, nos autem iam cernimus. Ubi sunt enim superbi illi martyrum persecutores? Ubi illi qui contra Conditorum suorum cervicem cordis erexerant, et de huius mundi gloria mortifera tumebant? Ecce iam mors martyrum floret in fide viventium, et hi qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt, nequaquam ad memoriam nostram veniunt vel in numero mortuorum. Rebus ergo cognoscimus, quod in parabolis audimus.

4612 **S**ed is qui invitatem se contemni conspicit, regis filii sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit: quia etsi apud aliquos laborat, quandoque tamen sermo Dei inventurus est ubi requiescat. Unde et subditur: *Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Itaque ergo ad exitus viarum, et quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias.* Si in Scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum: quia illi plerumque facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: *Et egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et impletæ sunt nuptiae discumbentium.*

4613 **E**cce iam ipsa qualitate convivantium aperte ostenditur, quia per has regis nuptias præsens Ecclesia designatur, in qua cum bonis et mali conveniunt. Permista quippe est diversitate filiorum, quia sic omnes ad fidem generat, ut tamen omnes per immutationem vitæ ad libertatem spiritualis gratiæ culpis exigentibus non perducatur. Quousque namque hic vivimus, necesse est ut viam præsentis sæculi permixti pergamus. Tunc autem discernimus, cum perveni-

mus. Boni enim soli nusquam sunt, nisi in coelo: et mali soli nusquam sunt, nisi in inferno. Haec autem vita quae inter coelum et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium civis communiter recipit: quos tamen sancta Ecclesia et nunc indiscrete suscipit, et postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, aequanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exerceat. Sic in tritura arcae grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas oriuntur, et rosa quae redolet, crescit cum spina quae pungit. Duos quippe filios habuit primus homo: sed unus horum electus est, alter reprobus fuit. Tres filios Noe arca continuit: sed duo ex his electi sunt, et unus reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit: sed unus electus est, alter reprobus fuit. Duos Isaac filios habuit: sed unus electus est, alter reprobatus. Duodecim filios habuit Iacob: sed ex his unus per innocentiam venditus est, alii vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim apostoli sunt electi: sed unus in his admixtus est qui probaret, undecim qui probarentur. Septem sunt diacones ab apostolis ordinati: sed sex in fide recta permanentibus, unus existit auctor erroris. In hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Anteacta itaque tempora, fratres charissimi, ad mentem reducite, et vos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum filii sumus, restat necesse est, ut per eorum exempla gradiamur. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusavit. Hinc namque est quod de semetipso beatus Iob asserit, dicens: *Frater fui draconum, et so-*

cius struthionum (Iob xxx, 29). Hinc per Salomonem sponsi voce sanctae Ecclesiae dicitur: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias* (CANT. II, 2). Hinc ad Ezechielem Dominus dicit: *Fili hominis, increduli et subversores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas* (EZECH. II, 6). Hinc Petrus beati Lot vitam glorificat dicens: *Et iustum Lot oppressum a nefandorum iniuria [ac luxuriosa] conversatione erunt: aspectu enim et auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant* (II PET. II, 7 sqq.). Hinc Paulus discipulorum vitam et laudat et roborat dicens: *In medio nationis praecae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes* (PHILIP. II, 15). Hinc Iohannes Pergami Ecclesiae attestatur dicens: *Scio ubi habitas, ubi sedes est salanae, et tenes nomen meum, et non negasti filium meum* (APOC. II, 13). Ecce, fratres charissimi, pene omnia percurrendo cognoscimus, quia bonus non fuit, quem malorum pravitas non probavit. Ut enim ita loquar, ferrum animae nostrae nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienae lima pravitatis.

Terrere autem vos non debet, quod in Ecclesia et multi mali et pauci sunt boni: quia arca in undis diluvii, quae huius Ecclesiae typum gessit, et ampla in inferioribus, et angusta in superioribus fuit: quae in summitate etiam sua ad unius mensuram cubiti exerevit. Inferius quippe quadrupedia atque reptilia, superius vero aves et homines habuisse credenda est. Ibi lata existit, ubi bestias habuit; ibi angusta, ubi homines servavit: quia nimirum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritalibus angusta. Ubi enim bestiales hominum mores tolerat, illic latus sinum laxat. Ubi autem eos habet, qui spiritali ra-

tione suffulti sunt, illic quidem ad summum ducitur, sed tamen quia pauci sunt, angustatur. *Lata quippe via est, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui vadunt per eam: et angusta est quae ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam* (MATTH. VII, 13). Eo autem usque arca angustatur in summis, quousque ad mensuram unius cubiti perducatur: quia in sancta Ecclesia quanto sanctiores quique sunt, tanto pauciores. Quae in summo ad illum perducitur, qui solus homo in hominibus et sine alterius comparatione natus est sanctus. Qui iuxta Psalmistae vocem, *factus est sicut passer unicus in aedificio* (PSAL. CI, 8). Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quanto et amplius abundant, quia et in arcae tritura pauca sunt grana, quae servantur horreis, et grandes acervi palearum, qui ignibus comburantur.

Sed quia iam largiente Domino nuptiarum domum, id est sanctam Ecclesiam intrastis, solerter, fratres, aspiciate, ne aliquid de mentis vestrae habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: *Intravit autem rex et videret discubentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*. Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem baptisma vel fidem dicimus, quis sine baptismo et fide has nuptias intravit? Eo enim ipso fors est, quo nec dum creditur. Quid ergo debemus intellegere nuptialem vestem nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Recte enim charitas nuptialis vestis vocatur: quia hanc in se Conditor noster habuit, dum ad sociandae sibi Ecclesiae nuptias venit. Sola quippe dilectione Dei actum est, ut eius Unige-

nitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde et Iohannes dicit: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro nobis* (IOANN. III, 16). Qui ergo per charitatem venit ad homines, eadem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum, qui in Ecclesia positus Deo credidit, iam ad nuptias intravit: sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certe, fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutare, congaudere se sponso et sponsae ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes et festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus, et cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli, cum ad coelum assumuntur electi. Qua ergo mente haec spiritalia festa conspiciamus, qui nuptialem vestem, id est charitatem, quae sola nos speciosos exhibet, non habemus?

Sciendum vero est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet et inferiore vestis textitur: ita in duobus praeceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei et proximi. Scriptum quippe est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua, et proximum tuum sicut teipsum* (MARC. XII, 30). Qua in re notandum est, quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua*. Non enim lubetur quisque quantum diligit, sed ex quanto, cum dicitur: *Ex toto*, quia ille veraciter Deum diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo haec necesse est, ut charitatis praecepta custodiat, quisquis

habere in nuptiis vestem nuptialem curat. Hinc est enim, quod apud Ezechielem prophetam portae ipsius civitatis in monte constitutae vestibulum duobus cubitis mensuratur: quia nimirum accessus quo coelestis civitatis non panditur, si in hac Ecclesia, quae pro eo quod adhuc foris est, vestibulum dicitur, Dei et proximi dilectio non tenetur. Hinc est quod cortinis tabernaculi intexi coccus his tinctus iubetur. Vos estis, fratres, vos estis cortinae tabernaculi, qui per fidem in cordibus vestris secreta coelestia velatis. Sed cortinis tabernaculi his tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid vero est charitas, nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, ut tingatur et per amorem Dei, tingatur et per amorem proximi. Qui enim sic amat Deum, ut per contemplationem illius negligat proximum, coccus quidem est, sed bis tinctus non est. Rursum qui sic amat proximum, ut tamen contemplationem Dei per eius amorem relinquat, coccus est, sed bis tinctus non est. Ut ergo caritas vestra bis tinctus coccus esse valeat, et ad amorem se Dei, et ad amorem proximi accendat: quatenus nec ex compassione proximi contemplationem relinquat Dei, nec plusquam debet inhabere contemplationi Dei, compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines vivens, sic ad eum anhelat quem desiderat, ut tamen hunc non deserat cum quo currebat: et sic huic adiutorium ferat, ut ab illo nullatenus torpeat, ad quem festinat.

Sciendum quoque est, quod ipsa dilectio proximi in duobus praeceptis subdividitur, cum quidam sapiens dicat: *Omne quod tibi odis fieri, vide ne ipse alteri facias* (Tob. iv, 16). Et per semetipsam Veritas praedicat dicens: *Quae vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem fa-*

cite illis (MATTH. VII, 12). Si enim et quod impendi nobis recte volumus, hoc aliis impartitur, et quod nobis fieri volumus, hoc aliis facere ipsi devotamus, charitatis iura illaesa servamus. Sed nemo quempiam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suae dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est, cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit, qui iam et eos diligere, a quibus non diligitur, scit. Probari enim charitas per solam odii adversitatem solet. Unde et per semetipsum Dominus dicit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos* (LUC. VI, 27). Ille ergo securus amat, qui propter Deum illum amat, a quo se intelligit non amari. Magna sunt haec, alta sunt haec, et multis ad exhibendum difficilia: sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem hanc recumbens in nuptiis non habet, iam sollicitus metuat, ingrediente rege quando mittatur foras. Ecce enim dicitur: *Intravit rex ad nuptias et vidit discumbentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*. Nos sumus, fratres charissimi, qui in nuptiis Verbi discumbimus, qui iam fidem in Ecclesia habemus, qui Scripturae sacrae epulis pascimur, qui coniunctam Deo Ecclesiam esse gavidemur. Considerate, rogo, si cum nuptiali veste ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinat, si iam contra nullum odium habetis, si contra felicitatem alienam nulla vos invidiae face succenditis, si per occultam malignam nemini nocere festinat.

Ecce rex ad nuptias ingreditur, et cordis nostri habitum contemplatur, atque

ei, quem charitate vestitum non invenit, protinus iratus dicit: *Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem?* Mirandum valde est, fratres charissimi, quod hunc et amicum vocat, et reprobat: ac si ei apertius dicat: *Amice, et non amice: amice per fidem, sed non amice per operationem. At ille obmutuit:* quia quod dici sine gemitu non potest, in illa distinctione ultimae increpationis omne argumentum cessat excusationis: quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiae intus animum accusat. Sed inter haec sciendum est, quia quisquis hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfecte non habet, ad pii regis ingressum desperare veniam non debet: quia ipse quoque spem nobis per Psalmistam tribuens dicit: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur* (PSAL. CXXXVIII, 16). Sed quia pauca haec in consolatione habentis et infirmantis diximus, nunc ad eum, qui hanc omnimodo non habet, verba vertamus. Sequitur:

Tunc dicit rex ministris: Ligatis manibus eius et pedibus, mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Ligantur tunc pedes et manus per distinctionem sententiae, qui modo a pravis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitae. Vel certe tunc ligat poena, quos modo a bonis operibus ligavit culpa. Pedes enim qui visitare agrum negligunt, manus quae nihil indigentibus tribuunt, a bono opere iam ex voluntate ligatae sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur invite. Bene autem dicitur quod in exteriores tenebras proficiatur. Exteriores quippe tenebras dicimus coelestem noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores, sed in exteriores tenebras mit-

tur: quia ille invitatus proficitur in noctem damnationis, qui hic sponte cecidit in caecitatem cordis. Ubi fletus quoque et stridor dentium esse perhibetur: ut illic dentes strideant, qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus singula quaeque membra supplicio subiaceant, quae hic singulis quibusque vitis subiecta serviebant.

Sed repulso uno, in quo videlicet omne malorum corpus exprimitur, generalis protinus sententia subinfertur, qua dicitur: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi*. Tremendum valde est, fratres charissimi, quod audivimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad coelestis regis nuptias venimus, incarnationis eius mysterium et credimus et confitemur, divini Verbi epulas sumimus; sed futuro die iudicii rex intraturus est. Quia vocati sumus, novimus: si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis, quae incoeperunt, minime persistunt. Alter pene totam vitam ducere in pravitate conspuit, sed iuxta finem vitae a pravitate sua per districtae poenitentiae lamenta revocatur: alter electam videtur vitam ducere, et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem vitae declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat: alius in malis actibus a primaevo aetate se deficit, et in eisdem operibus semper seipso deterior consummat. Tanto ergo sibi unusquisque sollicitè metuat, quanto ignorat quod restat: quia, quod saepe dicendum est, et sine oblivione retinendum: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Sed quia nonnumquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam doctum verba convertunt, volo vobis

aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus, sed eas de quibus testes existunt, easque interfuisse se referunt, memoramus.

493

Tres pater meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuerunt quarum una Tharsilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Uno omnes ardore conversae, uno eodemque tempore sacrae, sub districtione regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Cumque essent diutius in eadem conversatione, coeperunt quotidianis incrementis in amorem Conditoris sui Tharsilla et Aemiliana succrescere, et cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad aeterna transire. At contra Gordianae animus coepit a calore amoris intimi per quotidiana detrimenta tepescere et paulisper ad huius saeculi amorem redire. Crebro autem Tharsilla dicere Aemilianae sorori suae cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse: perpendo enim quia foras defluit, et cor ad quod proposuit non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque a levitate morum ad gravitatem sui habitus reformare. Quae quidem resumebat vultum subito gravitatis inter verba correptionis, sed cum eiusdem correptionis hora transisset, transibat protinus et superflucta gravitatis honestatis, moxque ad levia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum, eique persona valde onerosa erat quaecumque huic mundo dedita non erat. Quadam vero nocte huic Tharsillae amicae meae, quae inter sorores suas virtute continuaae orationis, afflictionis studiosae, abstinenciae singularis, gravitate vitae venerabilis in honore et culmine sanctitatis excreverat, sicut ipsa

narravit, per visionem atavus meus Felix huius Romanae Ecclesiae antistes apparuit, eique mansionem perpetuae claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Quae subsequenti mox febre correpta, ad diem pervenit extremum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi conveniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora eius exitus multi viri ac feminae eius lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque adfuit: cum subito sursum illa respiciens, Iesum venientem vidit, et cum magna animadversione coepit circumstantibus clamare dicens: Recedite, recedite, Iesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima a carne soluta est: tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitatis cunctis ostenderet, illic autorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum, longo orationis usu in cubitis eius et genibus, camelorum more, inventa est obdurata cutis excrevisse, et quid vivens eius spiritus semper egerit, caro mortua testabatur. Haec autem gesta sunt ante Dominici natalis diem. Quo transacto, mox Aemilianae sorori suae per visionem nocturnae visionis apparuit, dicens: Veni, ut quia natalem Dominicum sine te feci, sanctum Theophaniae diem iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suae Gordianae salute sollicita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui, sicut assererat, tristis vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis secuta est, atque ita ut dictum fuerat, ante Dominicae apparitionis diem, eadem molestia ingravescente, defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse

se reperit, eius pravitas excrevit et quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post effectum pravae actionis exerevit. Nam oblita Dominici timoris, oblita pudoris et reverentiae, oblita consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ardore conversae sunt, sed non in uno eodemque studio permanserunt: quia iuxta Dominicam vocem, *multi sunt vocati, pauci vero electi*. Haec ergo dixi, ne quis in bono iam opere positus, sibi vires boni operis tribuat, ne quis de propria actione confidat: quia etsi iam novit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quando adhuc in huius vitae incertitudine qui finis sequatur ignorat. Sed quia rem retuli, quae vos ex divina districtione perterruit, aliud adhuc e vicino refero, quod ex divina misericordia perterrita, vestra corda consoletur: quod tamen in sermone alio iam me dixisse meminisse, sed vos nequaquam adfuitis.

494

Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis et Pauli ecclesiam situm est, gratia conversationis venit: qui diu regulariter protractus, quandoque susceptus est. Quem frater suus ad monasterium non conversationis studio, sed carnali amore secutus est. Is autem qui ad conversationem venerat, valde fratribus placebat, at contra frater illius longe a vita eius ac moribus discrepabat. Vivebat tamen in monasterio necessitate potius, quam voluntate. Et cum in cunctis actibus per-versus existeret, pro fratre suo ab omnibus aequanimiter tolerabatur. Erat enim levis eloquio, pravus actione, cultus vestibus, moribus incultus: ferre vero non poterat si quisquam illi de sancti habitus conversatione loqueretur.

Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus visu gravis, sed tamen, ut dictum est, pro fratre sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur valde si quis sibi aliquid de pravitate suae correctione loqueretur. Bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Numquam se ad sanctae conversationis habitum venire iurando, irascendo, deridendo testabatur. In hac autem pestilentia, quae nuper huius urbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, perductus est ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret, convenerunt fratres, ut egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte praemortuum, in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo coeperunt anxius orare, quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Cum repente coepit eisdem fratribus assistentibus adnisi quo poterat, clamare, et orationes eorum interrompere, dicens: Recedite, recedite: ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram praesentiam devorare me non potest. Caput meum iam in suo ore absorbit; date locum, ut me amplius non cruciet, sed faciat quod facturum est. Si ei ad devorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres coeperunt ei dicere: Quid est quod loqueris, frater? Signum tibi sanctae crucis imprime. Respondit ille ut poterat, dicens: Volo me signare sed non possum, quia a dracone premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terra cum lacrymis coeperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito coepit melioratus aeger quibus valebat vocibus exultare dicens: Gratias Deo, ecce draco, qui me ad devorandum acceperat, fugit: orationibus vestris expulsus, stare non potuit. Pro

peccatis meis modo intercedite, quia converti paratus sum, et saecularem vitam funditus relinquere. Homo ergo, qui, sicut iam dictum est, ab extrema corporis fuerat parte praemortuus, reseratus ad vitam, toto ad Deum corde conversus est. Longis et continuis in conversatione eadem flagellis eruditus, atque ante paucos dies excrecente corporis molestia defunctus est. Qui iam moriens draconem non vidit, quia illum per cordis immutationem vicit. Ecce, fratres mei, Gordiana, quam superius dixi, a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad poenam, et frater hic, de quo ista narraui, ab ipso mortis articulo rediit ad aeternam vitam. Nemo ergo scit, quid de se in oculis Dei iudicis agatur: quia nulli sunt vocati, pauci vero electi. Quia ergo nulli de se certum est electum se esse, restat ut omnes trepidant, omnes de sua actione formident, omnes in sola divina misericordia gaudeant, nullus de suis viribus praesumat. Est qui perficiat fiduciam nostram, ille scilicet qui in se dignatus est assumere naturam nostram, Iesus Christus, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.



desis etiam, quid te post mortem sequatur, (S. AMB.) — O Maria, impetra nobis pacem et salutem in die novissimo, (S. BERNY).

FERIA SECUNDA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.
IN MATH. CAP. 22.

Respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Pharisei intelligentes de se dici parabolas, quaerebant eum tenere et occidere. Hanc eorum sciens Dominus voluntatem, nihilominus increpat saevientes, nec timore superatur, quo minus arguat peccatores. Rex iste qui fecit nuptias filio suo, Deus omnipotens est. Facit autem nuptias Domino nostro Iesu Christo et Ecclesiae, quae tam ex Iudaeis, quam ex gentibus congregata est.

Et misit servum suum vocare invitatos ad nuptias, et nolabant venire. Haud dubium quin Moyses, per quem legem invitatis dedit. Si autem servos legorimus, ut pleraque habent exemplaria, ad prophetas referendum est, quod invitati per eos venire contempserint.

Iterum misit alios servos, dicens: Dicitur invitatis: Ecce prandium meum paravi; tauri mei, et altilia occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Servi qui secundo missi sunt, melius est ut prophetae intelligantur, quam apostoli: ita tamen si supra servus scriptus fuerit. Si autem servos, ibidem legas, hic secundi servi apostoli intelligendi sunt. Prandium paratum, et tauri, et altilia occisa, vel per metaphoram opes regiae describuntur, ut ex carnalibus intelligantur spiritualia; vel certe dogmatum magnitudo, et

Varia de incertitudine horae mortis. Venerunt enim ignorantes hora est, et dum quisque mori non existimat, tollitur. — Ubi unusquisque festinet, ne in iniquitatibus suis rapiatur, simulque finiat vitam cum culpa (S. IACO. HISP.). — Deus dicit mortis incertum salubriter constituit, ut diem ultimum suum quisque adhiberet cogitet. — Misericordia Dei est, quia nascitur homo quando moritur: licet enim illum dies, ut observatur comes dies (S. ARG.). — Vigilemus ergo, et dum tempus habemus operemur bonum. — Quis memorabitur tui post mortem? et quis orabit pro te? Ago, age nunc, charissime, quidquid agere potes, quia nescis, quando morieris;

doctrina Dei lege plenissima sentiri potest.

4627 **A**lterum, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius; et contumeliis affectos, occiderunt. Inter eos, qui non recipiunt Evangelii veritatem, multa diversitas est. Minoris enim criminis sunt qui occupati aliis rebus venire noluerunt, his qui, contempto invitantis affectu, verterunt humanitatem in crudelitatem, et tentos servos regis, vel contumeliis affecerunt, vel occiderunt. In hac parabola sponsi siletur occisio; et per servorum mortes contemptus ostenditur nuptiarum.


4628 **R**ex autem cum audisset, iratus est. De quo dictum supra fuerat: Simile factum est regnum caelorum homini regi, quando invitabat ad nuptias, et agebat opera elementiae, hominis nomen appositum est. nunc quando ad ultionem venit, homo siletur, et rex tantum dicitur. El misit exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. Exercitus seu ultores angelos, de quibus in Psalmis scribitur: Immissiones per angelos pessimos (PSAL. LXXVII, 49); seu Romanos intelligamus, sub duce Vespasiano et Tito, qui occisis Iudaeae populis, praevaticricem succenderunt civitatem.

4629 **T**unc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt; sed qui invitati erant non fuerunt digni. Itaque exiit ad viarum, et quoscumque invenerit, vocat ad nuptias. El egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et impletae sunt nuptiae discumbentium. Gentilium populus non erat in viis, sed in exitibus viarum. Quae ritur autem quomodo in his qui foris erant, inter malos et boni illi qui sint reperti? Hunc locum plenius tractat Apostolus ad Romanos (Rom. 11, 14): quod

gentes naturaliter facientes ea quae legis sunt condemnationem Iudaeos, qui scriptam legem non fecerint. Inter ipsos quoque ethnicos esse diversitas infinita; cum sciamus alios esse proclives ad vitia et ruentes ad mala; alios ob honestatem morum virtutibus deditos.

4630 **I**ntravit autem rex, ut videret discumbentes; et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, et ait illi: Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Hi qui invitati fuerant ad nuptias, de septibus et angulis, et plateis, et diversis locis, coenam regis impleverant. Sed postea cum venisset rex, ut videret discumbentes in convivio suo (hoc est, in sua quasi fide requiescentes; ut in die iudicii visitaret convivas et discerneret merita singulorum), invenit unum qui veste indutus non erat nuptialis. Unus iste, omnes qui sociati sunt malitia intelliguntur. Vestis autem nuptialis, praecipue sunt Domini, et opera quae complentur ex lege et Evangelio, novique hominis efficiunt vestimentum. Si quis igitur in tempore iudicii inventus fuerit sub nomine Christiano non habere vestem nuptialem, hoc est, vestem supercoelestis hominis, sed vestem pollutam, id est, veteris hominis exuvias, hic statim corripitur, et dicitur ei: Amice, quomodo hic intrasti? Amicum vocat quod invitatus ad nuptias est: arguit impudentiae, quod veste sordida munditias poluerit nuptiales. At ille obmutuit. In tempore enim illo non erit locus poenitentiae, nec negandi facultas, cum omnes angeli et mundus ipse testis sit peccatorum.

4631 **T**unc dixit rex ministris: Ligatis pedibus et manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium. Manus ligatas et pedes, fletumque oculorum, et stridorem dentium, vel ad comprobendam resurrectionem



nis intellige veritatem. Vel certe ideo ligantur manus et pedes, ut male operari, et currere desistant ad effundendum sanguinem. In fletu quoque oculorum, et stridore dentium, per metaphoram membrorum corporalium, magnitudo ostenditur tormentorum.

4692 *Mulli autem sunt vocati, pauci vero electi.* Omnes parabolas brevi sententia comprehendit: quod et in opere vineae, et in aedificatione domus, et in convivio nuptiali, non initia, sed finis quaeratur.

Varia de miseria et horrore mortis.

4693 **P**UTERANI dicit: pater meus es, mater mea, et soror mea, veribus (Ios. xvii, 24). — Cum enim moerit homines, haereditatibus serpentes, et bestias, et venomes (Ecc. x, 13). — Cadunt corpora moriendo: nam a cadendo cadavera nomen dantur (S. Aug.). — Anima mea, quis est ille pater, cum dimissis omnibus quocumque praesentia laetitia erat, sola ingresseris ignotam penitus regionem, ubi occurreris catervatim terribissima monstra videbis; quis tibi in die tantae necessitatis succurrat? quis tibiatur a rugientibus praeparatis ad escam? quis consolabitur? quis deducet? (S. Bernardus).

4694 *Si vis vitam aeternam superare non peccare; quia per peccatum mors venit in mundum.* — Mors est meta a motu primi hominis, quia vitiae articulus primus mortis, mortem incurrit. (S. Anton. Patav.). — Ante obitum mortuus sis mundo, ut post obitum in Deo vivas et cum Deo regnes. Abiice ergo vanitates huius mundi, et memento quod locus habitatus est mortui loci, in quo inest: cui enim viventi magna palatia, et ampla domus non sufficiebant pro loco, et mortui parvum spatium sufficit pro loculo; unde mortuo Alexandro dixit quidam philosophus: Quomodo totus mundus non capiebat, hodie parva continet arca. (Euthym. Carp.). — O Maria, inter serculos tuos suscipe me; in hora mortis meae iustificet me!

FERIA TERTIA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN MATTH. CAP. III.

4695 **D**ICTUM est supra quod Christi persecutores provocati sunt ad occidendum eum tribus de causis: ex eius gloria, ex eius sapientia qua confutabat eos, ex eius iustitia qua arguebat eos. Qualiter autem provocati sunt ex gloria Christi, dictum est; nunc autem dicendum qualiter ex sapientia. Et primo in quantum eorum damnationem praemonstrat; secundo in quantum disputando confutat, ibi: *Tunc abiectus pharisaei consilium inierunt ut caperent eum in sermone.* In ista parabola, in qua determinatur de reprobatione Iudaeorum et vocatione gentium, primo ponitur instructio nuptiarum; secundo de vocatione Iudaeorum et recusatione; tertio de vocatione gentium. Secunda ibi, *Et misit servos suos vocare invitatos;* tertia ibi, *Tunc ait servis suis,* etc. Dicit ergo, *Et respondens Iesus dixit.* Cui respondit? Non est dictum quod alicui loqueretur. Sed cum tenere volebant, ideo non verbis, sed malitiae eorum respondit, ideo *in parabolis dicit eis: Simile est regnum coelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.* Hic ponitur parabola de nuptiis, et similis parabola ponitur Luc. cap. xiv. Et non videtur eadem secundum Gregorium, quia ibi fit mentio de coena, hic de nuptiis. Item nullus exclusus est ab illa coena, hic autem est aliquis exclusus. Unde alia est parabola. Per illam convivium coeleste intelligitur, per istam convivium quod fit in terra. Et ideo illud dicitur coena, quia ab eo nullus excluditur, ab isto aliquis excluditur. Potest dici, secundum aliquos, quod eadem est parabola, quia antiquitus prandium et coena idem appellabatur, quia non solebant

comedere homines nisi usque ad nonam. Vel potest dici quod Lucas dicit quod Matthaeus tacuit. Sed credo quod alia est. Circa istam videamus quis est iste homo rex. Et dicitur quod iste est Deus, et intelligitur persona Patris, quia dicit *Filio suo.* Sed quare dicit, *Homini regi?* Ratio est, ut dicit Origenes, quia rex dicitur a regendo. Nos autem non possumus, nec sumus capaces regni eius secundum quod est, sed regit nos secundum modum nostrum. Deuteron. c. xxxii, vers. ii: *Sicut aquila provocans pullos ad volandum.* Et ideo dicitur, *Homini regi,* quia regit nos humano modo. Sed cum videbitur sicuti est, tunc erit rex, quia tunc secundum se reget. Unde Apostolus I Corinth. cap. xiii, vers. 12: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Dicit, *Simile est regnum coelorum homini regi.* Sicut enim in regno sunt multa: est enim rex, regnum, et qui serviunt: sic in illo regno; ideo simile est homini regi qui fecit nuptias filio suo. Filius est Christus, de quo dicitur I Ioann. ult., 20: *Ut simus in vero filio eius.* Hic est verus Deus, et vita aeterna. Quae sint istae nuptiae, quadrupliciter potest exponi. Primo per unitatem naturae humanae ad divinam, ut humana natura sit sponsa; thalamus fuit uterus Virginis. Ps. xviii, 6: *Ipse enim tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Et haec expositio habet aliquid dubietatis, quia posset credi quod non alia esset persona Patris, alia Filii. Unde potest dici quod iste sponsus est Verbum incarnatum; sponsa Ecclesia; unde Apostolus Ephes. v, 32: *Sacramentum, hoc magnum est: ego autem dico in Christo et Ecclesia.* Item ipsius Verbi ad animam nostram. Fit enim anima particeps gloriae Dei per fidem, et sic sunt nuptiae nostrae. Osee ii, 20: *Sponsabo te in fide.* Item nuptiae

erunt in communi resurrectione. Huius autem resurrectionis Christus est via; Ioann. cap. xiv, 6: *Ego sum via.* Tunc erunt nuptiae, quando mortale nostrum absorbebitur a vita, ut habetur I ad Cor. xiii. Sed si loquamur secundum Gregorium, oportet exponere de praesentibus, secundum quod Ecclesia Christo, et anima nostra Deo per fidem desponsatur.

4696 Sequitur de vocatione Iudaeorum. Et primo ponitur duplex vocatio; secundo excusatio, ibi, *Illi autem neglexerunt,* etc. Circa primum duo facit secundum duas vocaciones; unde dicit, *Et misit servos suos vocare invitatos.* Et secundum quod dicit ibi Origenes, duplex est ibi littera, quia quaedam littera habet, *Misit servos suos vocare invitatos.* Si sit littera, *Servos,* sic tria sunt consideranda. Primo invitatio; secundo vocatio; et tertio alia invitatio. Fuerunt ergo Iudaei invitati in patriarchis; unde dicitur est Abrahae (Gen. xxii, 18): *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Ad Galat. iii, 7: *Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius,* etc. Primum fuit missus Moyses. Num. xii, 7: *Non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.* Et sequitur, *Quare non timuisti eum? Et volebant venire.* Deut. cap. xxxi, 27: *Adhuc vivente me, et egrediente vobiscum, semper contumeliose egistis erga Dominum.* Secunda vocatio est per prophetas, de quibus Amos iii, 7: *Non faciet Dominus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas.* Vel potest esse littera, *Servos;* et tunc per primos significantur prophetae, quibus semper Iudaei rebelles fuerunt; Act. cap. vii, 51: *Vos semper Spiritu sancto restitistis.* Per secundos Apostoli, quibus dictum est supra x, 5: *In viam gentium ne obieritis.* Vel per primos prophetas, primos Aposto-

los; per secundos, successores Apostolorum.

4657 *Herum misit alios servos.* Hic ponitur alia invitatio. Et ponitur augmentum benignitatis ex parte invitantis, et augmentum malitiae ex parte excusantis. In prima vocatione nihil promisit; in ista vero promittit, quia dicit, *Die de invitatis: Ecce prandium meum paravi.* Istud prandium est spiritualis refectio; Prov. cap. ix, 2: *Sapientia immolavit victimas, miscuit vinum, et posuit mensam suam, misit ancillas ut vocarent ad arcem. Tauri mei et altitia mea occisa sunt.* Et hoc dictum potest exponi secundum Origenem, quod est dispositio sapientiae Dei: Tauri dicuntur rationes fortes; Is. viii, 11: *In forti manu sua eradicavit.* Altitia dicuntur quasi aves saginatae, quae nutriuntur et impinguantur, et significant subtiles sensus, et fiunt saginatae quando sacris sensibus multiplicantur, quibus anima saginatur; Ps. lxxi, 6: *Sicut ex adipis et pinguedine repleatur anima mea.* Quidquid enim necessarium est, invenitur in sacra Scriptura. Ideo omnia sunt parata. Psal. xvii, 8: *Lex Domini immaculata convertens animas.* Haec est invitatio Sapientiae, Prov. ix, 5: *Venite, comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis.* Vel significat refectioem spirituale. Per tauros significantur exempla sanctorum, quae Dominus praeparavit in exemplum; Iac. v, 10: *Acceptibile in exemplum exitus mali, et longanimitatis, et laboris, et potentiae, prophetas.* Unde tribulationes sanctorum ponit in exemplum. Secundum Gregorium, per tauros significantur patres veteris Testamenti, quia taurus ferit cornibus, et in tempore patrum semper querebatur vindicta, et praecipiebatur oculum dari pro oculo. Per altitia patres novi Testamenti, quia omnia dimiserunt pro

Christo, et impinguantur sapientia Dei, occisi propter Deum, et utrique occisi sunt. *Omnia parata sunt, vitule ad nuptias.* Passus est Christus, aperuit coelos, misit Apostolos. Vel per tauros intelliguntur sacerdotes veteris Testamenti, quia taurus est animal immolabile; per altitia prophetae qui impinguati sunt sapientia Dei. *Sed illi, scilicet indurati in malitia, neglexerunt.* Quidam dimitunt ex negligentia, quidam autem ex malitia, qui persequuntur praedicatorum; unde dicit, *Illi autem neglexerunt.* Et quae fuit causa? Quia abierunt unus in vineam suam, alius ad negotiationem suam. Videbantur habere iustam causam exterris, sed Dominus non recipit, quia nulla temporalia debent detinere de veniendo ad Deum. Secundum Hieronymum, per hoc quod dicit, *In vineam suam,* significat appetitum humanae gloriae; Ioann. xii, 43: *Dilexerunt magis gloriam hominum quam gloriam Dei;* Ier. v, 4: *Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini et iudicium Dei sui.* Per hoc quod dicit, *Alius in negotiationem suam,* significat appetitum avaritiae; Ierem. vi, 13: *A maiori usque ad minorem omnes avaritiae student.* Secundum Chrysostomum quidam habent occupationem laborando propriis manibus, alii in negotiationem, id est in proprium officium suum. Sequitur: *Reliqui vero tenuerunt servos suos, id est Apostolos, et contumelios affectos occiderunt,* quia multos occiderunt ex veteri et novo Testamento. Unde infra xxiii, 34: *Mitto ad vos sapientes et scribas, et ex illis occidetis,* etc. Et non facit hic mentionem de morte sua, sed solum discipulorum, quia satis superius fecerat mentionem.

Tunc sequitur poenitentia eorum; *Rex vero cum audisset, iratus est,* etc. Supra posuit poenam spiritualem, hic autem ponit temporalem; unde supra diceba-

tur, *Homini regi;* hic autem dicitur, *Rex,* quia nomen hominis ad pietatem pertinere videtur, regis vero ad punitionem; ideo hic solum dicitur rex; Sap. cap. xiv, 17: *Hos quos in palam homines honorare non poterant propter hoc quod longo essent, a longinqua figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut illum qui aberat tamquam praesentem colerent sua sollicitudine.*

4659 *Rex autem iratus.* Notandum quod quando ira attribuitur Deo, non commotionem significat, sed vindictam; quia irati punire solent, unde ira poenitentia vocatur. Quod est notandum contra haereticos, quia solent obicere, Deum veteris Testamenti non esse bonum, quia praecipit punitiones, etc.

4640 *Unde missis exercitiis suis perdidit homicidas illos.* Exercitus sunt spiritus angelici, vel cives romani qui sub Tito et Vespasiano occiderunt multos; Psal. xxiii, 1: *Domini est terra, et plenitudo eius.* *Et civitates illorum succendit,* quia combustae sunt; Is. i, 7: *Civitates vestras ignis comburet.* Vel potest mystice intelligi, scilicet corpora eorum, vel congregationes haereticorum.

Varia de miseria et horrore mortis.

4641 *Quoniam se recordatur quoties esse mortuum, contemnit praesentia, et ad futura festinat.* (S. Hieronim.) Quis non perturbetur et consternetur, cum eum, qui hesternis die, aut paucis ante diebus ambulabat, sexcenta domus negotii gerebat, uxoris, filiorum, mancipiorum, saepe etiam integrorum civitatum curam suscipiebat, minabatur, terrebatur, supplicia partim solvebat, partim inferebat, innumera tum in urbibus, tum in regionibus efficebat, repente quocumque lapide surdigenem facientem videt? Cumque innumerabiles homines plerumque et aulicissimi quique plangant, et tunc dolere discorquetur, genus laedat, comas vellat, magnaque cum ululatu avocallum greges circum se collocet, ipsum tamen nihil eorum sentientem; cum etiam omnia repente de medio sublata esse, rationem, ingenium,

animos, ovis flocem et venustatem, membrorum motum; imitanda autem, et inane illi successisse, nimirum silentium, stuporem, corruptionem, saniam, vermes, cinerem, pulverem, foetorem, interitum integrum, carpasque totum eo propterea, ut in villa et deformia atque ignobilia ossa deiciat (S. Chrysostomus). — O Maria, ora pro me, ut vilium gentium habeam et abiectionis habeam in aeternum!

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN MATTH. CAP. XXII.

4642 *Sequitur vocatio gentium, et ponitur examinatio.* Et tria facit. Primo ponitur mandatum; secundo executio; tertio effectus. Secunda, ibi, *Et egressi servi eius,* etc.; tertia, ibi, *Et impletae sunt imptiae discumbentium.* Circa primum duo facit. Primo assignat rationem praeccepti; secundo ponit praecceptum. Dicit ergo, *Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Nuptiae quidem paratae sunt, id est Filius incarnatus est, secundum illud Is. v, 4: Quid ultra potui facere tibi, vinea mea? Sed qui fuerunt invitati, indigni fuerunt, id est, indignos se reddiderunt. Et quomodo? Sicut dicitur ad Rom. x, 3: Ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti; et Act. xii, 46: Sed quoniam repellit illud, et indignos nos iudicatis vitae aeternae, ideo convertimur ad gentes.* Unde per delictum Iudaeorum salus facta est gentibus; Apoc. iii, 11: *Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam.* Sequitur mandatum, *Ite ergo ad exitus viarum,* etc. Per vias intelliguntur diversa dogmata, quia ista sunt viae quaedam, quae ducunt nos ad veritatem. Gentiles sunt in exitibus dogmatum. Unde, *Ite ad exitus viarum,* id est ad illos qui haerent

erroneis dogmatibus. Vel aliter Is. ix, 2: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem.* Unde per vias intelliguntur actiones bonae, de quibus Prov. cap. iv, 27: *Vias quae a dextris sunt, novit Dominus;* per exitus, quaecumque possunt concurrere ad actiones. *Et quoscumque immoneritis, vocate ad nuptias.* Unde infra ult., 19: *Ite, docete omnes gentes;* etc.

4643 Sequitur executio. *Et egressi servi eius in vias, congregaverunt omnes;* Marci ult., 20: *Illi autem profecti praedicaverunt ubique.* *Dominus cooperante.*

4644 Sed quid est quod dicit, *Bonos et malos?* Potest dici quod illos, qui primo mali, et post boni. Vel potest dici, cum dicit, *Bonos et malos,* quod loquitur comparative, quod inter illos aliqui sunt boni secundum virtutes civiles. Vel *bonos et malos,* quia postquam congregati fuerint, commiscetur boni et mali.

4645 *Et impletae suae nuptiae discumbentium,* id est fidelibus. Supra xii, 48 simile ponitur, *Quam cum impleta esset, educentes, et secus litas sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Intraivit autem rex, etc. Hic ponitur examinatio congregatorum. Et primo ponitur examinans; secundo examinatio; tertio condemnatio. Examinans intraivit: intrat enim quando exercet iudicium super eos; Gen. xviii, 21: *Intrao, et videbo;* et hoc in finali iudicio; item in morte; item quando imminet tribulatio Ecclesiae. Sed quis est examinatus? *Vultis hominem non habentem vestem nuptialem.* Quae est ista vestis? Christus. Qui sumus Christi, Christum induamus. Apostolus Rom. xiii, 14: *Induitimini Dominum Iesum Christum.* Quidam enim induunt Christum per Sacramentum; Gal. iii, 27: *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Quidam sunt in Christo per charitatem et amorem; Col. iii, 15: *Super omnia autem charitatem habete,*

quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exsulet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore. Item per mortis rememorationem. Item per operum conformitatem; ad Rom. cap. xiii, 14: *Induitimini Dominum Iesum Christum.* Habere ergo vestem nuptialem est induere Christum per operationem bonam, per conversationem sanctam, per charitatem veram; et si unum deficiat, malum. Tunc sequitur examinatio. Deinde dicit qualiter defecit. Dicit ergo, *Amice.* Amicum vocat per fidem, vel quia ipse amavit eum. Vel potest dici quod ubi cumque vocat aliquem amicum, improperando dicit: unde improperat amorem quo amavit eum. *Quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem?*

4646 Sed posset dicere aliquis: Quia examinatione punivit illum, quia vocavit bonos et malos? Sed noluit quod mali venirent, nisi pararent se et disporerent se, ut essent boni.

4647 Deinde sequitur qualiter defecit; unde sequitur, *At ille obmutuit,* quia non potest habere sufficientem rationem peccator, quare vestem nuptialem contempsit; Iob ix, 3: *Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei.* Et concluditur sententia parabola. Ponitur poena duplex, poena damni et poena sensus: nam in mundo tripliciter perfitur: per intellectum cogitando, per affectum tendendo in summum bonum, item per actum; ideo tripliciter punitur. Unde dicit rex ministris: *Ligatis manibus et pedibus eius, mitte eum in tenebras exteriores.* Per pedes intelliguntur affectus mali. In mundo isto pedes habent, sed non ligatos, quia possunt fieri boni; sed post ligabuntur, quia post redire non poterunt; Eccli. ix, 10: *Quodcumque potest facere manus tua, instantur operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos quo tu prope-*

ras. Item modo potest homo proficere in cogitando veritates, sed tunc non; ideo dicitur, *Mitte eum in tenebras exteriores.* Modo enim aliqui peccatores non sunt tenebrosi quantum ad cognitionem exteriorum, licet quoad cognitionem interiorum; sed tunc habebunt tenebras exteriores. Vel ad litteram, quia non solum quoad animam, sed quoad corpus, quia separabuntur a societate sanctorum. Tunc sequitur poena sensus, *Ibi erit fletus et stridor dentium.* Fletus procedit ex tristitia, stridor ex ira. In Act. vii, 54: *Stridebant dentibus in eum.* Aliqui flet pro peccatis, et humiliantur, et mundantur. Ibi erit tristitia, sed non ad humilitatem, sed vertetur in iram. Item stridor propter impatientiam, quia *superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper,* Ps. lxxiii, 23. Vel potest dici in resurrectione, quia non solum in anima, sed etiam in corpore punientur; vel quia calorem et frigora patientur; Iob cap. xxiv, 19: *Transibunt ab aquis vivum ad calorem nimium.* Deinde concludit, *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* quia quidam nolunt venire, quidam non habent vestem nuptialem. Unde supra vii, 14: *Arcta est via quae ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.*

Varia de miseria et horrore mortis.

4648 **O**mnis, quam amara est memoria tua homini patrem habenti in subdolis suis: viro quiesco, et cuius vix directio sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum! Eccli. xii, 1, 2. — Mira stultitia peccator timet mortem, et quod expectat expectat: dum moritur, adhuc mortem evadere arbitratur; quod cum optat, illud sperat; quod abhorret, quodammodo non expectat. — Cuius vivere, credit vivere; nulli mori, cum credidi mori; et miratur mori, quia omnino nollet mori, et evadere cupit, quia evadere credit. (S. BERN. SER.)

4649 Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos invenire cibum (Eccli. xiv,

17). — Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquet anni de quibus dicas: Non mihi placeat (Eccli. xii, 1). — Salutariter time, et per viam integritatem, per humilem contritionem et poenitentiam, prepara cor tuum, quia * in morte tanto timor fit acrior, quanto retributio viciorum, et quanto viciorum iudicium tangitur, vehementius formidatur; inveniet enim homo post passum, quod in aeternum non poterit vitare. (S. GREGORIUS). — *O Maria, tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Hilarii Episcopi.
DE MATTH. CAP. 22.

4650 **S**MILLA est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias; etc. (MATTH. XXII, 2). Et haec quidem parabola distinguenda temporibus est, et dignoscenda personis. Et de persona regis et filii absoluta intelligentia est. Fecisse autem patrem nuptias filio, et sic invitasse, nova ratio est. Nam nuptias facere, et auctoris et temporis est nuptiarum. Verum hic nuptiae, vitae coelestis et in resurrectione suscipiendae aeternae gloriae sacramentum est. Merito igitur a Patre sunt factae; quia aeternitatis huius societas, et novi corporis desponsa coniunctio, iam perfecta habebatur in Christo. Et in hoc quidem loco admonebimus ita, ut et in superiore (Cap. xix, p. 2), ubi de repudii conditione tractatum est, diligenter quae de ratione resurrectionis significata sunt contueri, et id quod sub persona Adae ad Evam dictum est, quia sacramentum magnum sit, ne incuriose relinquatur (EREN. V, 32).

4651 Qui autem admonentur ut veniant (MATTH. XXII, 3), invitati antea populus Israel est: in gloriam enim aeternitatis per legem est advocatus. Servi missi, qui invitatos vocarent, apostoli sunt: eo-

rum enim erat proprium, commonefacere eos quos invitaverat prophetae. Qui vero iterum cum praeceptorum conditione mituntur, apostolici sunt viri et successores apostolorum. Tauri autem saginati, gloriosa martyrum species est, qui confessioni Dei, tamquam hostia electa, sint immolati. Saginata vero sunt homines spiritales, tamquam coelesti pane ad evolandum aves pastae, ceteros accepti cibi ubertate expleturæ. His enim omnibus iam paratis, et in numerum complexitæ Deo multitudinis collectis, regni coelestis gloria tamquam nuptiæ nuntiantur.

4652 Sed eorum quoque admonitionem ita neglexerunt, ut aliqui eorum ambitione sæculi tamquam agro occuparentur; plures vero ob pecuniæ cupiditatem negotiatione detinerentur. Ceteri autem missos servos, quod in ipsis apostolis expletum est, affectos iniuriis occiderunt. Sed tam immanis facti scelus ultio digna consequitur. Missi exegitibus coelestis omnem eorum congregationem iudicio Dei urent, et flammis æterni ignis succedent; quia contra humanitatis affectum, homicidarum odiis suaverunt.

4653 Quoniam vero de iudicii tempore et resurrectionis ista loquitur, sermonem eundem ad congregationem gentium retulit. Indignis enim repertis his, qui primi invitati fuerant, iubet iri ad exitus viarum. Dono enim gratiæ, vitæ antioris crimina omittuntur. Nam sæpissime viam tempus sæculi intelligendam monimus. Atque ideo ad exitus viarum iubentur ire; quia omnibus retroacta donantur. Vocari deinde omnes sine aliqua exceptione ad nuptias iubet, et mali simul cum bonis veniunt. Vocatio quidem bonos efficere debuerat, quia sancta est, et ex optimo affectu invitantis profecta est: sed per vitium inemendatæ voluntatis discrimen est vocatorum.

Et quia in fallendis hominibus plurimum artis habere solet simulatio, quæ si nos vel secreto mentis alienæ, vel simplicitate iudicii nostri fefellerit, tamen Deum latere non possit; ideo ingressus Deus felicitis resurrectionis istius coctum, et hominem accumbentem sine nuptiali veste conspiciens, interrogat quomodo sit ingressus. Numquid invitandorum habitum designaverat? Deinde cum invitari quoscumque iussisset; quomodo unus omnibus poterat esse vestitus? Aut si certus ex consuetudine convivantium in nuptialis habitus esse solet: et ab invitandis ac ministris potuisset inhiberi. Sed quia malos intelligere non omnium est, et humana simplicitas difficile fraudulentiam simulatæ mentis intelligit; idcirco hunc malum et indignum coetu nuptiali Deus solus invenit. Vestitus autem nuptialis est gloria Spiritus sancti, et candor habitus coelestis: qui bonæ interrogationis confessione susceptus, usque in coetum regni coelorum immaculatus et integer reservetur. Hic itaque tollitur, et in exteriores tenebras mittitur, quia multi vocati sunt, et pauci electi (MATTH. XXI, 14). Non est igitur paucitas in invitatis, sed raritas in electis: quia in invitante sine exceptione publicæ bonitatis humanitas est; in invitatis vero de iudicii merito probitatis electio est.

Varia de miseria et horrore mortis.

4655 **C**MAN moriturus, sed non omnimodo moriturus; tamen comes morientis, aut vita erit, aut poena (S. AUG.). — Sola virtus comes est defunctorum, sola sequitur misericordiam (S. AUG.). — Cogitandum valde est, quantum erit terribilis resolutio hinc hora, quis pavor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quæ oblitio transactæ felicitatis, quæ formido et consideratio iudicii (S. GREG. M. MAG.). — Igitur * talem te præpara, ut mortem timere non possis, ut post-mortem vivere incipias,

qui ante mortem moriendo vivebas, vel vivo moriebatur, (S. AUG.).

4656 **M**ors amara est et terribilis abundantibus iniquitate, affluentiis prosperitate, deficientibus bonitate, carentibus adversitate, et non languentibus infirmitate (LORRA). — Raro accidit ut in morte mereatur divinam obtinere indulgentiam, qui dum sanus est et validus, Deum offendere non fecerit (S. BONAV.). — Petrarium est, ut hominis, cuius semper mala fuit vita, bona sit mors (EUSEB. CAESAR.). — Poenitere, lava animam tuam sincerissima et dolorosa confessione, ut pacem conscientiae obtineas, et mortem non timeas. Siquidem * bona conscientia mortem non metuit. (IOANN. TRITH.) — O Maria, timor mortis conturbat me, quia peccavi. Ora pro me, reconcilia me Filio tuo, salva me.

FERIA SEXTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN MATTH. HOE. 56.

4657 **V**IDISTINE et in præcedenti et in hac parabola quantum interest filium inter et servos? vidistine magnam inter utramque parabolam affinitatem, magnamque differentiam? Nam hæc ipsa ostendit Dei tolerantiam providentiamque magnam, ingratiæque Iudaicam improbitatem. Verum hæc quid amplius quam illa habet. Prænuntiat enim et Iudæorum electionem, et gentium vocationem: post hæc vero ostendit et vivendi disciplinam, et quanta negligentibus poena sit parata. Iureque hæc post illam posita est. Quia enim dixit, *Dabitur genti facienti fructum ipsius* (MATTH. XXI, 43), hic declarat, cui genti; neque hoc tantum, sed et se rursum ineffabili erga Iudæos providentia uti. Ibi enim ante crucem vocat, hic etiam post necem instat, et pergit illos vocare. Et cum gravissima illos poena plectere par fuisset, tunc ad nuptias ipsos trahit, supremoque afficit honore. Et animadvertit quomodo et illic non prius gentes vocet sed Iudæos, et hic simi-

liter: sed quemadmodum ibi, cum illum suscipere noluerunt, imo et venientem occiderunt, tunc vineam dedit: ita et hic, cum noluerunt ad nuptias venire, alios vocavit. Quid ergo illis ingratius fuerit, quando ad nuptias vocati, resiliunt? quis enim ad nuptias venire non optaret, et ad nuptias regis, qui filio nuptiale convivium parat? Et cur, inquires, nuptiæ vocantur? Ut Dei providentiam agnoscas, eiusque erga nos amorem, rerum splendorem, ut nihil tibi triste sit, nihil luctuosum, sed omnia gaudio spirituali plena. Ideoque sponsum illum vocat Iohannes (Cap. III, 29); ideo Paulus dicit, *Despondi vos uni viro* (II COR. XI, 2); et rursum, *Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (EPHES. V, 32). Cur ergo non Patri sponsa responderi dicitur, sed Filio? Quia quæ Filio desponditur, Patri despondetur. Nam in Scriptura hoc vel illud indifferenter dicitur, ob substantiæ identitatem. Ab hinc vero resurrectionem prædicat. Quia enim in præcedentibus mortem dixit, monstrat hic post mortem nuptias sponsumque fore. Verum hi ne ita quidem meliores sunt electi, nec mitiores; quo quid deterius sit? Etenim hæc tertia est accusatio. Prima, quod prophetas occiderint; deinde, quod etiam Filium; demum, quod cum occidissent, et ad nuptias ab occiso invitarentur, non veniant, sed causas comminiscantur, iuga boum, uxores, agros; quamquam hæc videantur rationem habere. Sed inde discimus, etsi necessaria videantur esse illa quæ nos retinent, spiritualia semper esse anteponenda. Vocat autem, non nuper, sed ante multam temporis. Nam ait, *Dicite invitatis*; et iterum, *Vocate invitatis*, quod certe erimen auget. Et quoniam vocati sunt? Per prophetas omnes, per Iohannem rursum, qui omnes ad Christum mittebat dicens, *Illum oportet crescere, me*

autem nimirum (IOANN. III, 30). Per ipsum denique Filium, qui ait, *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ergo reficiam vos* (MATTH. XI, 28); et rursus, *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* (IOANN. VII, 37). Neque verbis tantum, sed et operibus ipsis vocabat, et post assumptionem eius per Petrum et socios; nam *Qui operatus est Petro, inquit, in apostolatum circumcissionis, operatus est et mihi inter gentes* (GAL. II, 8). Quia enim Filium videntes indignati sunt, ipsumque occiderunt, per servos rursus vocat. Et ad quid vocat? Ad labores, aerumnas, sudores? Nequaquam, sed ad delicias: ait enim: *Tauri mei et altilia mactata sunt. Quantae dapes! quanta magnificentia! Neque hoc illos convertit; sed quanto maiorem patientiam exhibebat, tanto magis illi indurabantur. Neque enim impedit negotiis, sed negligentes non venerunt. Cur autem alii nuptias, alii iuga bovum obtundunt? haec enim occupationes sunt? Minime. Cum enim spiritualia nos vocant, nulla est occupationum necessitas. Videntur autem mihi his obtentibus usi, ut haec quasi negligentiae velamina opponerent. Neque id solum grave est, quod non venerint; sed etiam, quod gravissimum atrocissimumque est, quod missos ad se male affecerint, contumeliis oneravit, occiderint; id quod superioribus gravius est. Illi namque venerunt repetentes proventum et fructus, atque occisi sunt; hi vero cum ad nuptias occisi interfectores eius vocant, similiter interficiuntur. Cui furori quid par fuerit? Sic Paulus criminatur illos: *Qui et Dominum et prophetas suos occiderunt, et nos persecuti sunt* (I THESS. II, 15). Deinde ne dicerent, Deo adversarius est, ideoque non accedimus, audi quid dicunt illi qui invitant. Pater est is qui nuptias facit et invitat. Quid ergo postea? Quia no-*

luerunt venire, sed et nuntios occiderunt, urbes eorum incendi, et missis exercitibus occidit eos. Illis porro praenuntiatae quae sub Vespasiano et Tito facta sunt. Et quia Patrem exacerbarunt, quod ipsi non crederint, ipse illos ulciscitur. Ideo non statim post mortem Christi excidium evenit, sed post annos quadraginta, ut patientiam suam exhiberet; cum Stephanum occiderunt, Iacobum interfecerunt, apostolos affecerunt contumeliis. Videne rerum veritatem et celeritatem? Adhuc enim Ioanne evangelista vivente, alisque compluribus qui cum Christo vixerant, haec contigerunt: etenim gestorum testes erant, qui haec audierunt. Vide ergo providentiam ineffabilem. Plantavit vineam, omnia fecit et complevit; servis occisis alios servos misit; his interemptis, Filium misit, quo interfecto, vocat eos ad nuptias, et venire noluerunt. Postea mittit alios servos: illi vero hos etiam occiderunt. Tuncque demum illos interfecit: utpote qui incurabili morbo laborarent. Quod enim incurabiles essent, non prius solum gesta probabant; sed quod etiam meretricibus publicanisque credentibus, illi tela perpetrarint. Itaque non ob sua gesta et scelera tantum, sed etiam ob aliorum bona opera damnantur. Si quispiam dixerit, non tunc vocatos ex gentibus fuisse, cum apostoli flagellati et innumera perpassi sunt, sed statim post resurrectionem (tunc enim discipulis dixit, *Fantes docete omnes gentes*) (MATTH. XXVII, 19) respondebimus, discipulos et ante crucem et post crucem Iudaeis primum loquutos fuisse. Nam ante crucem ait illis Iesus: *Ite ad omnes gentes pervertite nomen Israel;* et post crucem non venit, imo etiam praecipit ut illos docerent. Quamvis enim dixisset, *Docete omnes gentes*; tamen ascensurus in coelum, declaravit primo praedicandum Iudaeis esse;

se; ait enim, *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudaea, et usque ad ultimum terrae* (ACT. I, 8); et Paulus rursus: *Qui operatus est Petro in apostolatum circumcissionis, operatus est et mihi inter gentes* (GAL. II, 8). Propterea et apostoli Iudaeis primo praedicaverunt, et postquam multo tempore Ierosolymae mansissent, deinde ab illis pulsati, sic dispersi sunt apud gentes.

Tu vero hic considera munificentiam Domini. *Quotquot invenietis, inquit, vocate ad nuptias.* Nam antea, ut dixi, et Iudaeis et gentibus praedicabant, ut plurimum in Iudaea versantes: quia vero Iudaei ipsis insidiantes perseverabant, audi Paulum, qui hanc parabolam explicat et dicit: *Vobis erat necesse primum loqui verbum Dei; sed quia vos indignos inducatis, ecce convertimur ad gentes* (ACT. XIII, 46). Propterea enim ipse ait: *Nuptiae quidem paratae sunt, vocati vero digni non erant.* Id vero ille antea sciebat, sed ut nullam ipsis relinqueret impudentis excusationis ansam, licet id sciret, ad illos primum et venit et misit, illis ora obstruens, nosque instituens, ut quae penes nos sunt omnia impleamus, etsi nemo quidpiam inde lucri accepturus esset. Quia ergo *Digni non erant*, inquit: *Ite ad trivium, et quoscunque inveneritis, vocate:* etiam viles et abjectos. Quia enim saepe dicebat, Meretrices et publicani coelum haereditabunt (MATTH. XXI, 31), et, *Erunt novissimi primi, et primi novissimi* (MATTH. XIX, 30): ostendit haec sic iuste dispensari: quod potissimum Iudaeos mordebat, et multo magis quam urbis excidium affligebat, quod viderint gentiles in sua, imo in suis multo excellentiora introduci. Deinde ne hi in sola fide spem haberent, de iudicio et poena pravorum operum edisserit, hortaturque nondum credentes ad am-

plectendam fidem, credentes vero ad vitam recte instituant. Indumentum enim sunt vita et opera. Atqui vocatio gratiae erat; cur ergo tam accurate loquitur et hortatur? Quia vocatio quidem et purgatio ex gratia sunt; vocatum autem et puris indutum vestibus manere, et haec servare, id ex vocatorum cura et studio proficiscitur. Vocamur autem non ex merito, sed ex gratia. Oportebat igitur gratiae vicem rependere per obedientiam, non per tantam post honorem acceptum nequitiam. Sed non tot accipi bona, inquit, quot Iudaei. Imo multo maiora accepisti bona. Nam quae tanto tempore ipsis apparabantur, tu confertim accepisti, licet dignus non esses. Ideo Paulus ait: *Gentes autem pro misericordia glorificare Deum* (ROM. XV, 9). Nam quae illis debebantur, tu accepisti. Quapropter magna negligentibus imminet poena. Quemadmodum enim illi, quod non venerint, contumelia affecerunt: sic et tu, quia ad corruptam vitam sic declinasti. Nam sordidis vestibus intrare, id est, cum impura vita inde discedere; ideoque obmuisse dicitur. Videne quomodo licet res sic manifesta sit, non prius supplicia inferat, quam ipse peccator sententiam tulerit? Quia enim nihil respondere poterat, semetipsum damnabat, et ad ingentes rapitur poenas. Ne putes autem, cum te nebras audis, hoc illum supplicio puniri, quod in obscurum locum tradatur solummodo; sed ubi, *Fletus, et stridor dentium*, quod intolerabiles significat dolores. Audite quotquot mysteriorum consortes estis, et ad nuptias adventatis, sordidisque operibus animam indutis. Audite unde vocati sitis. Ex trivio. Quinam eratis? Claudii et caeci animo, quod longe gravius est corporis caecitate. Revereamini vocantis benignitatem, nemoque sit sordidis indutus vestibus, sed

quisque nostrum animae amictum componat. Audite, mulieres, audite, viri. Non his vestibus opus habetis auro intextis, quae exteriora nostra, sed illis quae interiora ornant. Donec illas retinemus, has induere difficile est. Non possumus animam simul et corpus ornare. Non possumus certe, non possumus inanimatae servire et Christo obedire ut par esset. Deponamus ergo hanc gravem tyrannidem. Neque enim si quis domum tapetibus aureis ornaret, teque nudum cum pannis lacris sedere liberet, id aequo animo ferres. At nunc ipse tibi hanc injuriam facis, cum domum animae tuae, corpus scilicet, innumeris ornas aulaeis, illam vero pannosam sedere sinis. An ignoras, regem magis quam civitatem ornari oportere? Ideoque civitati vela ex lino parantur, regi autem purpura et diadema dantur. Sic et tu corpus longe villore indue amictu, animae vero purpura indutae coronam impone; et in sublimi solio constitue. Tu vero contrarium facis, dum urbem varie ornas, regem vero sive mentem, si nisi victum trahi a pravis affectibus. Non cogitas, te ad nuptias et Dei nuptias vocatum esse? non cogitas quo pacto in hos thalamos vocatam animam intrare oporteat, vestitu deaurato circumdatam, varietate ornatum?

Varia de morte peccatorum.

Morteo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit (Prov. xi, 7). — A verbis viri peccatoris ne timearis; quia gloria eius aeterna et vermis est: hodie extollitur, et cras non invenietur: quia conversus est in terram solum, et cogitatio eius perit (I Mach. vi, 64, 68). — Mors peccatorum pessima. Audi unde pessima. Mala siquidem est in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis, ignisque duplici constrictio (S. BERN.). — Iniquus post mortem dicitur cruciandus, iustus vero post laborem quiescit securus (S. BERN.).

In morte, miserissimi peccatores qui iustorum semitas iridebant, illorum gloriam et propriam poenam videntes "turbantur timore horribili, et mirantur in sublatione imperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et par angustia spiritus genentes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum." (SAP. v, 2, 3). — Et dum iusti suscipiuntur ab Angelis in coelo collocantur, "demonones suscipiunt animas malorum hominum in die mortis eorum, ut ipsi sint tortores in poenis, qui fuerunt suadores in vitis (S. BERN.). — O mors horribilis, mors tremenda, mors peccatorum! mors est perpetua: "Mors aeterna, mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia mors illa semper vivit, et finis semper insipit, et defectus deficere nescit." (URBAN. IV. Papa). — O Mortis, per amorem quo diligit te sua, Filium tuum, libera me a morte perpetua!

SABBATO

Homilia S. Augustini Episcopi.

IN MATTH. SERMO 90.

Nuptias filii regis eiusque convivium norunt omnes fideles, et apparatus mensae dominicae omnium est voluntati propositus. Interest autem quomodo quis accedat, cum accedere non vetatur. Scripturae quippe sanctae docent nos dominica duo esse convivium; unum quo veniunt boni et mali, alterum quo non accedunt mali. Ergo convivium Domini, unde modo cum Evangelium legeretur audivimus, habet utique bonos et malos. Omnes qui ab hoc convivio excusaverunt, mali sunt: sed non omnes qui intraverunt, boni sunt. Alloquor ergo vos, qui in hoc convivio boni discumbitis, quicumque attenditis quod dictum est, *Qui manducant et bibunt indigne, iudicium sibi manducant et bibunt* (I Cor. xi, 29). Omnes qui tales estis, alloquor vos, ut foris non quaeratis bonos, intus toleretis malos.

Non dubito audire velle Charitatem vestram, quinam isti sunt, de quibus alloquens disputavi, ut foris non quae-

rant bonos, intus tolerent malos. Si omnes mali sunt intus, quos sum allocutus? Si autem omnes boni sunt intus, quos monui ut tolerent malos? Prius ergo adjuvante Domino, de hac quaestione ut possumus, exeamus. Bonum si perfecte liquidoque perpendas, nemo bonus nisi unus Deus. Habes apertissime Dominum dicentem, *Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi unus Deus* (MATTH. XIX, 17). Quomodo ergo nuptiae illae habent bonos et malos, si nemo bonus nisi unus Deus? Primo scire debetis, secundum quemdam modum omnes nos esse malos. Prorsus secundum quemdam modum omnes mali sumus; secundum autem quemdam modum, non omnes boni sumus. Possumus enim nos Apostolis comparare? quibus ipse Dominus ait, *Si ergo vos, cum sitis mali, vestris bona data dare filiis vestris*. Si consideremus Scripturas, unus ibi erat malus inter duodecim Apostolos, propter quem Dominus ait quodam loco, *Et vos immodestis, sed non omnes* (IOANN. XIII, 10). Allocutus tamen in commune omnes ait, *Si vos cum sitis mali*. Audivit hoc Petrus, audivit Ioannes, audivit Andraeas, audiverunt ceteri omnes undecim apostoli. Quid audierunt? *Vos cum sitis mali, vestris bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se?* (MATTH. VII, 11). Audito quod mali essent, desperaverunt: audito quod Deus in caelis esset: pater ipsorum, respiraverunt. *Cum sitis, inquit, mali*: quid ergo debetur malis, nisi supplicium? *Quanto magis, inquit, Pater vester, qui in caelis est? quid debetur filiis, nisi praemium?* In nomine malorum, metus poenarum: in nomine filiorum, spes haeredum.

Secundum quid ergo mali erant iidem ipsi, qui secundum aliquid boni erant. Quibus enim dictum est, *Cum sitis*

mali, vestris bona data dare filiis vestris; continuo subiectum, *Quanto magis Pater vester qui in caelis est?* Pater ergo malorum, sed non relinquendorum; quia medicus sanandorum. Secundum ergo quemdam modum mali erant. Et tamen illi convivae patrisfamilias in regis nuptiis, puto quia non erant de illo numero, de quibus dictum est, *Invitaverunt bonos et malos*; ut in numero malorum deputentur, quos audivimus exclusos in illo, qui inventus est non habere vestem nuptialem. Secundum quid mali erant: mali erant qui boni erant: secundum quid boni erant qui mali erant. Audi Ioannem secundum quid mali erant: *Si diximus quia non habemus peccatum, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est*. Ecce secundum quid mali erant: quia habebant peccatum. Secundum quid boni erant? *Si confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui dimittit nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* (IOANN. I, 8, 9). Si ergo dixerimus, secundum hanc expositionem, quam audistis me de sanctis Scripturis, ut arbitror, protulisse, eosdem homines et bonos esse secundum quemdam modum, et malos secundum quemdam modum: si secundum hunc sensum voluerimus accipere quod dictum est, *Invitaverunt bonos et malos*, id est eosdem ipsos et bonos et malos; si hoc voluerimus accipere, non permittitur, propter illum qui inventus est non habens vestem nuptialem, et non utinamque prociectus, ut tantum illo convivio privaretur, sed ut aeterno in tenebrarum supplicio damnaretur.

Sed dicit aliquis: Quid de uno homine? quid mirum? quid magnum, si servis patrisfamilias subrepsit unus ia turba non habens vestem nuptialem? Numquid propter illum poterat dici, *Invitaverunt bonos et malos?* Intendite ergo

et intelligite, fratres mei. Unus ille unum genus erat; nam multi erant. Respondet hic mihi diligens auditor, et dicat: Noto mihi narres suspiciones tuas; probari mihi volo quia unus ille multi erant. Aderit Dominus, probabo plane, nec longius requiram ut possim probare. In ipsis suis verbis Deus aduivabit me, et quod vobis apertum sit ministrabit per me. *Eccc ingressus paterfamilias, ut inspicere discumbentes.* Videte, fratres mei, quia non pertinuit ad servos, nisi invitare et adducere bonos et malos; videte quia non dictum est, Consideraverunt servi discumbentes, et ibi inveniunt hominem non habentem vestem nuptialem, et dixerunt ei, Non hoc scriptum est. Paterfamilias inspicit, paterfamilias invenit, paterfamilias distinguit, paterfamilias separat. Hoc quidem praetereundum non fuit. Aliud autem probare suscepimus, quomodo multi essent ille unus. *Intrauit ergo paterfamilias inspicere discumbentes, et invenit hominem non habentem vestem nuptialem: et ait illi, Amice, quomodo hic venisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutavit.* Talls enim interrogabat, cui ille fingere nihil poterat. Vestis quippe illa in corde, non in carne inspiciebatur: quae si desuper fuisset induta, etiam servis non fuisset occultata. Ubi sit induenda vestis nuptialis accipite, ubi loquitur, *Sacerdotes tui induuntur ustuliam* (PSAL. CXX, 9). De ea veste dicit Apostolus, *Si lamina multum, et non: multum inveniamur* (II COR. V, 3). Ergo inventus est a Domino qui servos latebat. Interrogatus obmutescit: ligatur, proicitur, damnatur unus a multis. Domine, dixeram, quia tu admones omnes admonere. Recolle mecum verba quae audistis, et multos fuisse unum illum modo invenietis, modo iudicabitis. Unum certe interrogaverat Dominus, uni dixerat, *Amice, quomodo hic intrasti?*

Unus obmuterat, et de ipso uno dictum fuerat, *Ligate illi manus et pedes, et mitte illum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.* Quare hoc? *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Quid huic manifestationi veritatis quispiam contradicat? *Mitte, inquit, illum in tenebras exteriores.* Illum certe unum, de quo dicit Dominus, *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Ergo pauci non mittuntur foras. Certe unus erat ille, qui non habebat vestem nuptialem. *Proieci eum.* Quare proicitur? *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Dimittite paucos, proicite multos. Certe unus erat. Unus omnino iste, non solum multi erant, sed multitudinem bonorum numerum superabant. Multi enim et boni: sed in comparatione malorum pauci sunt boni. Multa frumenta nata sunt: compara paleis, et pauca grana sunt. Iidem ipsi in se ipsis multi, in comparatione malorum pauci. Quomodo probamus quia in se ipsis multi? *Multi ab oriente et ab occidente veniunt.* Quo venient? Ad illud convivium, in quod boni et mali intrant. De alio convivio locutus adiunxit, *Et recubant cum Abraham, Isaac et Jacob, in regno caelorum* (MATTH. VIII, 11). Illud est convivium quo non accessuri sunt mali. Hoc quod modo est digne accipiatur, ut ad illud perveniatur. Iidem ergo multi, qui pauci: multi in se ipsis, pauci in malorum comparatione. Ergo quid ait Dominus? Invenit unum, et ait, Proicite multum, remaneant pauci. Dicere enim, *Multi vocati, pauci vero electi,* nihil est aliud, quam aperte ostendere, qui in isto convivio tales habeantur, ut ad aliud convivium perducantur, quo nullus accedat malorum.

Quid ergo est? Omnes qui acceditis ad mensam dominicam, quae hic est, noto esse cum multis separandis, sed cum paucis conservandis. Unde hoc poteritis? Ac-

capite vestem nuptialem. Expone, inquit, nobis vestem nuptialem. Procul dubio illa vestis est, quam non habent nisi boni, in convivio relinquendi, servandi ad convivium quo nullus malus accedit, per Domini gratiam perducendi: ipsi habent vestem nuptialem. Quaeramus ergo, fratres mei, inter fideles qui sunt qui habent aliquid, quod mali non habent, et ipsa erit vestis nuptialis. Si Sacramenta dixerimus, videtis quemadmodum sint malis bonisque communia. Baptismus est? Sine Baptismo quidem nemo ad Deum pervenit: sed non omnis qui habet Baptismum ad Deum pervenit. Non ergo possum intelligere Baptismum esse vestem nuptialem, id est ipsum sacramentum; quam vestem video in bonis, video in malis. Forte altare est, vel quod accipitur de altari. Videmus quia multi manducant, et iudicium sibi manducant et bibunt. Quid ergo est? Ieiunatur? Ieiunant et mali. Ad Ecclesiam concurrunt? Concurrunt et mali. Postremo miracula sunt? Non solum boni faciunt et mali, sed aliquando non faciunt boni. Ecce in veteri populo magi Pharaonis miracula faciebant (EXOD. VII ET VIII), Israelitae non faciebant: in Israelitis solus Moyses et Aaron faciebant; ceteri non faciebant, sed videbant, timebant, credebant. Numquid meliores magi Pharaonis miracula facientes, quam populus Israel, qui miracula facere non valebat, et ad Deum tamen populus pertinebat? In ipsa Ecclesia. Apostolum audi, *Numquid omnes prophetae? numquid omnes dona habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur?* (I COR. XII, 29, 30). Quae est ergo vestis illa nuptialis? Haec est vestis nuptialis? *Panis autem praecepti* dicit, Apostolus dicit, *charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta* (I TIM. I, 5). Haec est vestis nuptialis. Non quaecumque cha-

ritas: nam plerumque videtur se diligere etiam homines participes malae conscientiae. Qui simul atrocitiam faciunt, qui simul maleficia, qui simul histriocines amant, qui simul auribus et venatoribus clamant, plerumque diligunt se: sed non est in eis *charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta*. Talls charitas vestis est nuptialis. *Si linguis hominum loquar et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum, inquit, ut amentum sonans, aut cymbalum tintiens.* Advenerunt linguae solae, et dicitur eis, Quid hic intrastis non habentes vestem nuptialem? *Si habuero, inquit, prophetiam, et sciero omnia sacramenta, et omnem scientiam, et habuero fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.* Ecce sunt illa miracula hominum plerumque non habentium vestem nuptialem. Si haec, inquit, habeam omnia, et Christum non habeam, nihil sum. *Nihil, inquit, sum.* Ergo prophetia nihil est? ergo scientia sacramentorum nihil est? Non illa nihil sunt: sed ego, si illa habeam, et charitatem non habeam, nihil sum. Quanta bona nihil prosunt sine uno bono? Si non habeam charitatem, si eleemosynas largior in pauperes, si ad confessionem nominis Christi usque ad sanguinem, usque ad ignes accedo, possunt ista fieri et amore gloriae, inania sunt. Quia ergo possunt fieri etiam amore gloriae inania, non charitate pinguisissima pietatis, etiam ipsa commemorat, et ipsa audi: *Si distribuero omnia mea in usum pauperum, et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem non habeam, nihil mihi prodest* (I COR. XIII, 1-3). Haec est vestis nuptialis. Interrogate vos; si habetis illam, securi estis in convivio dominico. Duae sunt in homine uno, charitas et cupiditas. Charitas nascatur in te, si nondum nata est; et si nata est,

alatur, nutriatur, crescat. Illa vero cupiditas, et si in hac vita exstingui penitus non potest; quia si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est; in quantum autem est in nobis cupiditas, in tantum sine peccato non sumus: charitas crescat, cupiditas decreseat, ut aliquando illa perficiatur, hoc est charitas, cupiditas consumatur. Induite vos vestem nuptialem: vos alloquor, qui necdum habetis. Iam intus estis, iam ad convivium acceditis, et vestem in honorem sponsi nondum habetis; vestra adhuc quaeritis, non quae Iesu Christi. Vestis enim nuptialis in honore accipitur conjugationis, id est sponsi et sponsae. Nostis sponsum: Christus est. Nostis sponsam: Ecclesia est. Deferte nubenti, deferte ducenti. Si istis bene detuleritis qui nubent, vos filii eritis. Ergo in hoc proficite. Diligite Dominum, et ibi discite diligere vos: ut cum diligendo Dominum dilexeritis vos, securi diligatis proximos sicut vos. Quando enim non invenio se ipsum diligentem, quomodo ei permitto proximum, quem diligit sicut seipsum? Et quis est, inquit, qui non diligit se ipsum? Ecce quis est: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam (Psal. x, 6). Numquid diligit se, qui amat carnem suam, et odit animam suam, malo suo, malo animae suae et carnis suae? Quis autem diligit animam suam? Qui diligit Deum ex toto corde suo, et ex tota mente sua. Iam tali committo proximum. Diligete proximos, tamquam vos ipsos.

Varia de morte peccatorum.

4667 **U**NA mente ab omni morte creditur, etiam cum scriptis (S. GREG. MAGN.) — Qui in peccatis moritur, miser est: etiam super lectum, etiam presentibus amicis omnibus spiritum exhalet, semper miser est (S. IOAN. CHRYSOSTOM.) — Ut autem pericula mortis animae devite, time peccatum, fuge iniquitatem, accurate examine, in-

tegra confessione varaque contritione te ipsum proba. Et frequenter de morte cogita, iuxta illud Spiritus sancti monitum: "Melius est ire ad domum Iustus, quam ad domum convivi: in illa enim finis conviviatorum admittitur hominum, et vivens cogitat, quid futurum sit (Eccle. vii, 3).

Peccatum mors animae est; si mora corporis est cavenda, et timenda, et pro illa differenda tantum multi laborant homines; multis magis pro morte culpae cavenda, et pro morte poenae vitanda (S. BO. XAV.). — Mors quam timeant homines, separatio est animae a corpore: mors autem vera quam non timeant homines, separatio est a Deo. — Et plerumque cum timeant homines istam, quae separat animam a corpore, insidant in illam ubi animam separatur a Deo (S. AUG.). — Quis est qui mortem salubriter timeat? qui timendo bene vivit. Mortem impii timeant et metuunt, sed timeantes male vivunt: nihil prodest metui, ubi non est profectus (IOAN. TRITH.). — *O Maria, per dolorem et gaudia vultus tui, libera me a subitanea et improvisa morte: salva me!*

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDEI IOANNEM.
Iohan. xv, 10-13.

In illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

17. Hic cum audisset quia Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium eius: incipiebat enim mori.

18. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.

19. Dixit ad eum regulus: Domine, descende scias quam moriatur filius meus.

20. Dixit et Iesus: Vade, filius tuus vivit. Credit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, et abiit.

21. Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nuntiaverunt dicentes, quia filius eius vixisset. Interrogabat ergo horum ab eis, in qui melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia haec hora septimana deliquit cum febris.

22. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: Filius tuus vivit, et credit: ipse, et domus eius tota.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXVIIII. IN EVANGELIO. *Hic filius ad populum in basilica sanctorum Petri et Pauli de vestibus coram.*

4669 **L**ECTIO sancti Evangelii, quam modo, fratres, audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti praeterisse videamur, exhortando potius, quam exponendo in ea aliquid

loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is, qui ad salutem filio petendam venerat, audivit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*. Qui enim salutem filio quaerebat, proculdubio credebatur. Neque enim ab eo quaereret salutem, quem non crederet Salvatorem. Quare ego dicitur: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*, qui ante credidit, quam signum videret? Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis, quia in fide dubitavit. Poposcit namque, ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo praesentiam Domini quaerebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putavit posse salutem dare, nisi praesens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, proculdubio sciret, quia non esset locus, ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffusus est: quia honorem non dedit maiestati, sed praesentiae corporali. Salutem itaque filio petiit, et tamen in fide dubitavit: quia eum ad quem venerat, et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus, qui rogatur ut vadat, quia non desit ubi invitatur, indicat: solo iussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creavit.

4670 **Q**uia in re hoc est nobis solerter intendendum, quod sicut Evangelista alio testante didicimus, Centurio ad Dominum venit dicens: *Domine, puer meus facit paralyticus in domo mea, et male torquetur* (MATH. VIII, 6, 7). Cui a Iesu protinus respondetur: *Ego veniam et curabo eum*. Quid est quod Regulus rogat, ut ad eum filium veniat, et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero Centurionis non invitatur, et tamen se corporaliter pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse. Centurionis servo non dedigna-

tur occurrere. Quid est hoc nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramus? Cumque pensamus quae circa eos sunt, profecto interiora mihi provideamus, dum ea consideramus quae in corporibus despecta sunt, negligimus pensare quod sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet, quia quae alta sunt hominum, despicienda sunt; et quae despecta sunt hominum, sanctis despicienda non sunt: ad filium Reguli ire noluit, ad servum Centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra, quae necesse pensare homines propter homines. Sola, ut diximus, quae circumstant hominibus pensat, naturam non aspiciit, honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult Filius Dei ad filium Reguli: et tamen venire paratus est ad salutem servi. Certe si nos cuiuspiam servus rogaret ut ad eum ire deberemus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: Non eas, quia temetipsum degeneras, honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de coelo venit qui servo in terra occurrere non despicit: et tamen humiliter in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid vero apud Deum vilius, quid despectius esse potest, quam servare honorem apud homines, et interni testis oculos non timere? Unde et in sacro Evangelio ad phariseos Dominus ait: *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum* (LUC. XVI, 15). Notate, fratres, notate quod dicitur. Si enim quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum; cordis nostri cogitatio tanto apud Deum in imo est, quanto hominibus in alto: et humilitas cordis nostri tanto apud

alatur, nutriatur, crescat. Illa vero cupiditas, et si in hac vita exstingui penitus non potest; quia si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est; in quantum autem est in nobis cupiditas, in tantum sine peccato non sumus: charitas crescat, cupiditas decrescat, ut aliquando illa perficiatur, hoc est charitas, cupiditas consumatur. Induite vos vestem nuptialem: vos alloquor, qui necdum habetis. Iam intus estis, iam ad convivium acceditis, et vestem in honorem sponsi nondum habetis; vestra adhuc quaeritis, non quae Iesu Christi. Vestis enim nuptialis in honore accipitur conjugationis, id est sponsi et sponsae. Nostis sponsum: Christus est. Nostis sponsam: Ecclesia est. Deferte nubenti, deferte ducenti. Si istis bene detuleritis qui nubent, vos filii eritis. Ergo in hoc proficite. Diligite Dominum, et ibi discite diligere vos: ut cum diligendo Dominum dilexeritis vos, securi diligatis proximos sicut vos. Quando enim non invenio se ipsum diligentem, quomodo ei permitto proximum, quem diligit sicut seipsum? Et quis est, inquit, qui non diligit se ipsum? Ecce quis est: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam (PSAL. X, 6). Numquid diligit se, qui amat carnem suam, et odit animam suam, malo suo, malo animae suae et carnis suae? Quis autem diligit animam suam? Qui diligit Deum ex toto corde suo, et ex tota mente sua. Iam tali committo proximum. Diligete proximos, tamquam vos ipsos.

Varia de morte peccatorum.

4667 **U**NA mente ab omni morte creditur, etiam cum scriptis (S. GREG. MAGN.) — Qui in peccatis moritur, miser est: etiam super lectum, etiam presentibus amicis omnibus spiritum exhalet, semper miser est (S. IOAN. CHRYSOSTOM.). — Ut autem pericula mortis animae devite, time peccatum, fuge iniquitatem, accurate examine, in-

tegra confessione varaque contritione te ipsum proba. Et frequenter de morte cogita, iuxta illud Spiritus sancti monitum: "Melius est ire ad domum Iustus, quam ad domum convivi: in illa enim finis conviviatorum admostrat hominum, et vivens cogitat, quid futurum sit (ECCLES. VII, 3).

Peccatum mors animae est; si mora corporis est cavenda, et timenda, et pro illa differenda tantum multi laborant homines; multis magis pro morte culpae cavenda, et pro morte poenae vitanda (S. BOXAV.). — Mors quam timeant homines, separatio est animae a corpore: mors autem vera quam non timeant homines, separatio est a Deo. — Et plerumque cum timeant homines istam, quae separat animam a corpore, insidant in illam ubi animam separatur a Deo (S. AUG.). — Quis est qui mortem salutis timeat? qui timendo bene vivit. Mortem impii timeant et metuunt, sed timeantes male vivunt: nihil prodest metui, ubi non est profectus (IOAN. TRITH.). — *O Maria, per dolorem et gaudium vultu tuo, libera me a subitanea et improvisa morte: salva me!*

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECONDEI IOANNEM.
Iohann. IV, 46-53.

In illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

4677 **E**cce cum audisset quia Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium eius: incipiebat enim mori.

48. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.

49. Dixit ad eum regulus: Domine, descende scias quam moriatur filius meus.

50. Dixit et Iesus: Vade, filius tuus vivit. Credit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, et abiit.

51. Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nuntiaverunt dicentes, quia filius eius viveret. Interrogavit ergo horum ab eis, in qui melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia haec hora septimana deliquit cum febris.

52. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: Filius tuus vivit, et credit: ipse, et domus eius tota.

Homilia S. Gregorii Papae.

HOMILIA XXVIIII IN EVANGELIO. *Regulus ad populum in basilica sanctorum Petri et Pauli de vestibus coronatus.*

4669 **L**ECTIO sancti Evangelii, quam modo, fratres, audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti praeterisse videamur, exhortando potius, quam exponendo in ea aliquid

loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is, qui ad salutem filio petendam venerat, audivit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*. Qui enim salutem filio quaerebat, proculdubio credebatur. Neque enim ab eo quaereret salutem, quem non crederet Salvatore. Quare ego dicitur: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*, qui ante credidit, quam signum videret? Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis, quia in fide dubitavit. Poposcit namque, ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo praesentiam Domini quaerebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putavit posse salutem dare, nisi praesens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, proculdubio sciret, quia non esset locus, ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffusus est: quia honorem non dedit maiestati, sed praesentiae corporali. Salutem itaque filio petiit, et tamen in fide dubitavit: quia eum ad quem venerat, et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus, qui rogatur ut vadat, quia non desit ubi invitatur, indicat: solo iussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creavit.

4670 **Q**uia in re hoc est nobis solerter intendendum, quod sicut Evangelista alio testante didicimus, Centurio ad Dominum venit dicens: *Domine, puer meus facit paralyticus in domo mea, et male torquetur* (MATH. VIII, 6, 7). Cui a Iesu protinus respondetur: *Ego veniam et curabo eum*. Quid est quod Regulus rogat, ut ad eum filium veniat, et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero Centurionis non invitatur, et tamen se corporaliter pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse. Centurionis servo non dedigna-

tur occurrere. Quid est hoc nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramus? Cumque pensamus quae circa eos sunt, profecto interiora mihi provideamus, dum ea consideramus quae in corporibus despecta sunt, negligimus pensare quod sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet, quia quae alta sunt hominum, despicienda sunt; et quae despecta sunt hominum, sanctis despicienda non sunt: ad filium Reguli ire noluit, ad servum Centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra, quae necesse pensare homines propter homines. Sola, ut diximus, quae circumstant hominibus pensat, naturam non aspiciit, honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult Filius Dei ad filium Reguli: et tamen venire paratus est ad salutem servi. Certe si nos cuiuspiam servus rogaret ut ad eum ire deberemus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: Non eas, quia temetipsum degeneras, honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de coelo venit qui servo in terra occurrere non despicit: et tamen humiliter in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid vero apud Deum vilis, quid despectus esse potest, quam servare honorem apud homines, et interni testis oculos non timere? Unde et in sacro Evangelio ad phariseos Dominus ait: *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum* (LUC. XVI, 15). Notate, fratres, notate quod dicitur. Si enim quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum; cordis nostri cogitatio tanto apud Deum in imo est, quanto hominibus in alto: et humilitas cordis nostri tanto apud

Deum in alto est, quanto hominibus in imo.

4671 Despiciamus ergo si quid boni gerimus: nulla nos nostra inleat operatio, non rerum abundantia, non gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intus intumescimus, Deo despecti sumus. Quo contra de humilibus Psalmista dicit: *Casidiosis parvulus Dominus* (PSAL. CXIV, 6). Quia parvulos humiles appellat, postquam sententiam protulit, consilium subiungit: nam quasi quaererecimus quid ipse ad haec faceret, adiunxit: *Humilitatus sum, et liberavit me*. Haec ergo cogitate, fratres, haec tota intentione pensate. Nolite in proximis vestris mundi huius bona venerari. Hoc propter Deum honorate in hominibus, quibus tamen commisi non estis, quod facti sunt ad imaginem Dei. Quod tunc proximis vere servatis, si apud vosmet ipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriiis extollit, nescit in proximo venerari quod maneat. Nolite ergo in vobismetipsis pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur, fugit. Sancti isti, ad quorum tumbam consistimus, florentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in diurna pace: et tamen cum in seipso floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris floret. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replemur: et tamen caeca mente carnalis concupiscentiae ipsas eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhaeremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus delectatione sibi tenuit: nunc tantis

plagis plenus est, ut ipse nos iam mundus mittat ad Deum. Pensate ergo, quia nulla sunt quae temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit, quam nihil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat, quia res transiens et tunc prope nihil fuit cum stare videretur. Haec ergo, fratres charissimi, sollicita consideratione pensate, in aeternitatis amore cor figite: ut dum terrena culmina adipisci contemnitis, perveniatis ad gloriam, quam per fidem tenetis, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat Deus cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Varia de memoria mortis.

4672 **S**ed diem mortis tuae ad memoriam redueris, si tu sis eris (S. BERN.). — Facit nunquam contemneri citius consideratio: nam concupiscentia oculorum contemnitur, quando quis cogitat, quod in deliciis corpus nutritum erit cibis vernium; superbia vitae contemnitur, quando quis cogitat, quod ille, qui vult esse super alios, ponetur sub terra, quae est infimum elementorum (S. BONA.). — Nihil tantum movet peccatorem ad emendandum suus defectus, et corrigendum peccata sua, quantum memoria mortis (S.).

4673 Qui considerat qualis erit in morte, semper sit timidus in operatione: atque unde in oculis suis iam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui Conditoris vivit (S. GREG. MAG.). — Optimus corporis et animae praedagogus est, indelebilis memoria mortis (HIERON.). — Sicut nemo prudens inter Oceani fluctus in tabula latit: nemo ubi ingenti praecipiti pendulas sceleris meditatur, nemo inter medios armatos hostes iterum hilariter ita, qui in perpetuo mortis metus versatur, nunquam audebit ea perpetrare, quae aeternam inferentem afferunt mortem (DREX.). — *O Maria, ad te confugio; tu es mater volentium se emendare; converte me; a morte aeterna libera me!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Augustini Episcopi.
IN IOHANN. TRACTATUS XL.

4674 **H**OMINIA evangelica lectio hesterni diei sequitur lectionem, quae nobis ad disputandum proponitur. In qua quidem sensus non sunt investigatione difficiles, sed digni praedicatione, digni admiratione et laudatione. Proinde locum istum Evangelii cum commendatione commemoremus, potius quam cum difficultate tractemus. *Abil enim Iesus post biduum, quod fecerat in Samaria, in Galilaeam ubi nutritus erat. Secutus autem Evangelista ait: Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet.* Non propterea post biduum discessit Iesus de Samaria, quia honorem in Samaria non habebat: non enim Samaria patria ipsius erat, sed Galilaea. Cum ergo istam deseruisset tam cito, et ad Galilaeam venisset, ubi nutritus erat: quomodo attestatur: *Quia propheta in patria sua honorem non habet?* Magis videtur attestari potuisse quod propheta in patria sua honorem non haberet, si contemneret pergere in Galilaeam, et in Samaria remansisset.

4675 Intendat ergo Charitas vestra insinuatam nobis non modicum sacramentum, suggerente Domino et donante quod loquitur. Questionem propositam cognovisti, solutionem eius exquirite. Sed repetamus propositionem, ut solutionem desiderabilem faciamus. Movet nos, cur Evangelista dixerit: *Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quod propheta in patria sua honorem non habet.* Hoc permoti reteximus verba superiora, ut inveniamus cur hoc Evangelista dicere voluerit: et invenimus superiora verba eius ita narrantis, quoniam post biduum profectus est de Samaria in Galilaeam,

Propter hoc ergo dixisti, o Evangelista, testimonium perhibuisse Iesum, quod propheta in patria sua honorem non haberet: quia post biduum reliquit Samariam, et propravit venire in Galilaeam? Imo vero quasi videor tibi congruentius intelligere, quia si honorem in patria sua Iesus non haberet, non ad eandem relicta Samaria festinaret. Sed ni fallor, imo quia verum est, et non fallor, melius enim quam ego, vidit Evangelista quid diceret; melius me veritatem videbat, qui eam de pectore Domini bibebat (IOHANN. XIII, 25). Ipse est enim Ioannes Evangelista, qui inter omnes discipulos super pectus Domini discumbebat; et quem Dominus charitatem debens omnibus, tamen praeceteris diligebat. Ergo ille falleretur, et ego recta sentirem? Imo si pie sapio, obedienter audiam quod dixit, ut merear sentire quod sensit.

4676 Accipite itaque, charissimi, quid sint sentiam, sine praedudicio, si vos melius aliquid senseritis. Magistrum enim unum omnes habemus, et in una schola discipuli sumus. Hoc ergo sentio, et videte si non aut verum est, aut propinquat veritati quod sentio. In Samaria biduum fecit, et crediderunt in eum samaritani: tot dies in Galilaea fecit, et non in eum crediderunt galilaei. Retexite vel recolite memoria hesterni diei et lectionem et sermonem. Venit in Samariam, ubi cum primo mulier illa praedicaverat, cum qua ad puteum Iacob locutus erat magna mysteria: et viso samaritani et audito crediderunt in eum propter verbum mulieris, et firmus crediderunt propter verbum eius, et plures crediderunt; sic scriptum est. Ibi factu biduo (quo numero dierum mystice commemoratus est duorum numerus praecipitum tota lex pendet et prophetae, sicut he-

sterno die nos commendasse meministis, pergit in Gallilaeam, et venit in civitatem Canan Galilaeae, ubi equum vinum fecit (IOANS. IV, 46). Ibi autem quando aquam in vinum convertit, sicut scribit ipse Ioannes, crediderunt in eum discipuli eius (Ibid. II, 2): et utique plena erat domus turbis convivantium. Factum est tam magnum miraculum, et non in eum crediderunt nisi discipuli eius. Hanc civitatem Gallilaeae modo repetit: *Et ecce quidam Regulus, cuius filius infirmabatur, venit ad eum, et rogare coepit ut descenderet ad illam civitatem vel domum, et sanaret filium eius, inceperat enim mori* (Ibid. IX, 46 s.). Qui rogabat, non credebatur? Quid a me expectas audire? Dominum interroga, quid de illo senserit. Rogatus enim talia respondit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*. Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei: sed tentare cupientem de sanitate filii sui, qualis esset Christus, quis esset, quantum posset. Verba enim rogantis audivimus, eor diffidentis non videmus: sed ille pronuntiavit, qui et verba audivit et cor insperxit. Denique et ipse Evangelista testimonio narrationis suae ostendit, quia nondum crederat, qui venire ad domum suam Dominum cupiebat ad sanandum filium eius. Nam posteaquam ei nuntiatum est, sanum esse filium eius, et invenit ea hora sanatum, qua hora Dominus dixerat: *Vade, filius tuus vivit. Et credidit, inquit, ipsa et domus eius tota*. Si ergo propterea credidit ipse et domus eius tota, quia nuntiatus est ei filius eius sanus, et comparavit horam nuntiantium horae praenuntiantis; quando rogabat, nondum credebatur. Samaritani nullum signum expectaverant, verbo eius tantummodo crederant: cives autem eius audire meruerunt, *Nisi signa et*

prodigia videritis, non creditis: et ibi tamen facta tanto miraculo, non credidit nisi ipse et domus eius. Ad solum sermonem crediderunt plures samaritani: ad illud miraculum sola illa domus credidit, ubi factum est. Quid igitur, fratres, quid nobis commendat Dominus? Tunc Gallilaea Iudaeae patria erat Domini, quia ibi nutritus est: nunc vero quia portendit aliquid res illa, non enim sine causa dicta sunt prodigia, nisi quia aliquid portendunt: prodigium enim appellatum est quasi porrodictium, quod porro dicat, porro significet, et aliquid futurum esse portendat: quia ergo aliquid illa omnia portendebant, aliquid illa omnia praedicebant: faciamus modo nos patriam Domini nostri Iesu Christi secundum carnem (non enim habuit patriam in terra, nisi secundum carnem, quam accepit in terra); faciamus ergo patriam Domini populum Iudaeorum. Ecce in patria sua honorem non habet. Modo attende Iudaeorum turbas, attende iam gentem illam dispersam toto orbe terrarum et evulsam radicibus suis; attende ramos fractos, concisos, dispersos, aridos, quibus fractis inserti meruit oleaster (ROM. XI, 17): vide turbam Iudaeorum, quid dicit modo? Quem colitis, quem adoratis, frater noster erat. Et nos respondeamus: *Propheta in patria sua honorem non habet*. Denique illi ambulantes Dominum Iesum in terra facientemque miracula; caecos illuminantem, surdis aures aperientem, mutorum ora solventem, paralyticorum membra stringentem, super mare ambulantem, ventis imperantem et fluctibus, mortuos suscitantem, tanta signa facientem viderunt, et vix inde pauci crediderunt. Populo Dei loquor. Tam multi credidimus, quae signa vidimus? Illud ergo quod factum est tunc, hoc quod nunc agitur portendebat. Iudaei fuerunt vel sunt si-

miles Gallilaeis, nos similes illis Samaritanis. Evangelium audivimus, Evangelio evansimus, per Evangelium in Christum credidimus; nulla signa vidimus, nulla exigitur.

677 Quamvis enim unus ex duodecim electis et sanctis, tamen israelita fuit, de gente scilicet Domini, Thomas ille, qui in loca vulnerum digitos cupiebat mittere. Sic eum arguit Dominus, quomodo istum Regulum. Huic dixit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*: illi autem dixit: *Quia vidisti, credidisti* (IOANS. XX, 29). Ad Gallilaeos venerat post Samaritanos, qui sermoni eius crediderant, apud quos nulla miracula fecerat, quos firmos in fide securus cito dimiserat, quia divinitatis praesentia non dimiserat. Ergo quando dicebat Dominus Thomae: *Veni, mitte manum tuam, et noli esse incredulus, sed fidelis*; et cum ille exclamaret tactis vulnerum locis, et diceret: *Dominus meus et Deus meus*: increpatur et dicitur ei: *Quia vidisti, credidisti*. Quare, nisi quia propheta in patria sua honorem non habet? Quia vero apud alienigenas propheta iste honorem habet, quid sequitur? *Beati qui non viderunt et crediderunt* (IOANS. XX, 25-29). Praedicti sumus nos: et quod Dominus ante laudavit, et in nobis implere dignatus est. Viderunt qui crucifixerunt, palpaverunt, et sic pauci crediderunt: nos non vidimus, non conrectavimus, audivimus, credidimus. Fiat in nobis, perficiatur in nobis beatitudo quam promisit; et hic, quia patriae ipsius praelati sumus; et in futuro saeculo, quia pro ramis fractis inserti sumus.

678 Hos enim ramos se fracturum esse monstrabat, et hunc oleastrum inserturum, quando commotus Centurionis fide, qui ei dixit: *Non sum dignus, ut sub tectum meum intres, sed tantum hic verbo, et sanabitur puer meus*: nam et ego homo

sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et huic, Veni, et venit; et serbo meo, Fec hoc, et fecit. Conversus ad eos qui se sequebantur, dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel (MATTH. VII, 8 ss.). Quare non invenit tantam fidem in Israel? *Quia propheta in patria sua honorem non habet*. Numquid non et illi Centurioni poterat dicere Dominus, quod dixit huic Regulo: *Vade, puer tuus vivit*? Videte distinctionem. Regulus iste Dominum ad domum suam descendere cupiebat: ille Centurio indignum se esse dicebat. Illi dicebatur: *Ego venio et curabo eum*; huic dictum est, *Vade, filius tuus vivit*. Illi praesentiam promittebat: hunc verbo sanabat. Iste tamen praesentiam eius extorquebat: ille se praesentia eius indignum esse dicebat. Hic cessum est elationi: illic concessum est humilitati. Tamquam huic diceret: *Vade, filius tuus vivit*, noli mihi taedium facere. *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*: praesentiam meam vis in domo tua, possum et verbo iubere; noli tu de signis credere: Centurio alienigena credidit me verbo posse facere, et antequam facerem credidit; vos nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Ergo si ita est, frangantur superbi rami, humilis inseratur oleaster; maneat tamen radix, illis praecisis, istis receptis. Ubi manet radix? in patriarchis. Etenim patria Christi populus Israel, quia ex eis venit secundum carnem: sed huic arboris radix, Abraham, Isaac et Iacob, patriarchae sancti. Et ubi isti? In requie apud Deum, in honore magno: ut in Abraham sinum adiutus ille pauper post corporis exitum levaretur, et in Abraham sinu de loginquo a superbo divite videretur (LUC. XVI, 24, 25). Ergo radix manet, radix laudatur: sed rami superbi et praedicti et aescere meruerunt; olea-

ster autem humilis illorum praecisione invenit locum.

4679 Audi ergo quemadmodum praecidantur rami naturales, quemadmodum inseratur oleaster, ex ipso Centurione, quem propter comparationem huius Reguli commemorandum putavi. Amen, inquit, dico vobis, non invenit tantam fidem in Israel, propterea dico vobis, quia multi ab Oriente et Occidente venient (MATTH. VIII, 10). Quam late terram occupaverat oleaster! Amara silya mundus hic fuit: sed propter humilitatem, propter Non sum dignus ut sub tectum meum intres, multi ab Oriente et Occidente venient. Et puta quia venient; quid de illis fiet? Si enim venient, iam praecisi sunt de silva: ubi inserendi sunt, ne arescant? Et recumbent, inquit, cum Abraham et Isaac et Jacob. In quo convivio? ne forte non invites ad semper vivendum, sed ad multum bibendum. Recumbent cum Abraham, et Isaac et Jacob. Ubi? In regno, inquit, caelorum. Et quid erit de illis, qui venerunt de stirpe Abraham? quid fiet de ramis, quibus arbor plena erat? quid, nisi quia praecidentur, ut isti inserantur? Doce quia praecidentur: *Fili autem regni ibunt in tenebras exteriores* (MATTH. VIII, 5-12).

4680 Habet ergo apud nos honorem propheta, quia non habuit honorem in patria sua. Non habuit honorem in patria, in qua conditus est: habeat honorem in patria quam condidit. In illa enim conditus est conditor omnium, conditus in illa est secundum formam servi. Nam ipsam civitatem, in qua conditus est, ipsam Sion, ipsam Iudaeorum gentem, ipsam Ierusalem, ipse condidit cum esset apud Patrem Verbum Dei: *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (IOANN. 1, 3). De illo ergo homine de quo hodie audivimus: *Unus mediator Dei et hominum homo Christus*

Jesus (I TIM. II, 5), etiam Psalmus praec locutus est, dicens: *Mater Sion, dicethomo* (PSAL. LXXXVI, 5). Quidam homo, mediator Dei et hominum homo, *Mater Sion dicit*. Quare mater Sion dicit? quia inde accepit carnem, inde virgo Maria, de cuius utero servi forma suscepta est, in qua dignatus est apparere humillimus. Mater Sion dicit homo, et homo iste, qui dicit mater Sion, factus est in ea, homo factus est in ea. Nam Deus erat ante eam, et homo factus est in ea. Qui homo factus est in ea, ipse fundavit eam Altissimus, non humillimus. Homo factus est in ea humillimus; quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (IOANN. 1, 14): ipse fundavit eam Altissimus; quia *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt* (Ibid. 1, 1 ss.). Quia vero condidit istam patriam, hic habet honorem. Repudit eum patria in qua generatus est: suscipiat cum patria, quam regeneravit.

Varia de memoria mortis.

Nihil tantum valet ad docenda desideria, quantum cogitare qualis sit ipsa futura mors (DOSTA). — Nulla doctrina sic superat superbiam, nec sic vincit malitiam, nec sic extinguit libidinem, nec sic mundi calcat vanitatem, sicut hominis hereditae mortis recordatio (S. AUGUST.). — Memoriam mortis a mente relinquit impii, ne tristes cogitatione laetitiam cordis eorum perturbet (S. AUGUST.). — Mortem meditari hominum est ac utile; et ante atque sollicitudine necesseque cogitare, necessarium, qui enim semper mortis recordatur, raro aut nunquam peccabit (S. ERASMI). — Memoria mortis facit peccata fugere, mundum contemnere, se ipsam despiciere, vitam recte regere (S. BONAV.). — Mortis incertitudo est continentiae mater, pudicitiae adiutrix, sollicitudinis quies, incedentium confortio victorum, cogitationum turpium adversatrix, contritio animae (S. IOANN. CL.). — *O Maria, gratiosus vultus tuus mihi apparet in externis; formositas faciei tuae inefficet egredientem spiritum meum!* (S. BONAV.).

FERIA TERTIA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN IOANN. HOM. 35

4683 **V**enit ergo Iesus iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Miraculum in memoriam revocatur, ad maiorem Samaritanorum laudem. Hi namque post signa et Ierosolymis et apud se edita, ipsum susceperunt: Samaritani vero ex doctrina tantum. Istuc venisse narrat; qua de causa venerit non addit. In Galilaeam enim propter Iudaeorum invidiam venit; sed cur in Cana? Primum vocatus ad nuptias illo concesserat; sed nunc quare? Mihi quidem venisse videtur ut fidem patri miraculi praesentia sua firmaret, utque non vocatus accedens, magis illos alliceret, cum relicta patria, illos suis anteferet. *Erat autem quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic cum vidisset quia Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam, venit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium eius;* sive ex genere regio cum esset, vel ex quadam dignitate Regulus appellaretur. Quidam putent hunc ipsum esse qui memoratur a Matthaeo; sed alius esse probatur non ex dignitate modo, sed etiam ex fide. Ille namque Christum ire volentem, ne eat rogat; hic nec sese offerentem, domum trahit. Ille dicit: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum;* hic urget dicens: *Descende prorsusquam moriatur filius meus* (MATTH. VIII, 8). Ille de monte descendens Capernaum venit; hic vero a Samaria, non in Capernaum, sed in Cana venientem adit. Illius puer paralyti laborabat, huius filius febril.

4684 *Et veniens rogabat eum ut sanaret filium eius; incipiebat enim mori.* Quid ergo Christus? *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Atqui quod veniret et

rogaret, id fides erat; et postea hoc ipsum testificatur Evangelista dicens: *Cum Iesus dixisset, Vado, filius tuus vivit; credidit sermoni eius, et ibat.* Quid ergo sibi vult hic? Vel hoc Samaritanos, qui sine signis crederent, admirans dixit, vel eam, quae sua videbatur esse, civitatem, Capernaum nempe, perstringit. Siquidem cum alius apud Lucam diceret: *Credo, Domine, adiuva incredulitatem meam* (MARC. IX, 23), isdem usus est verbis. Itaque licet hic crederit, non tamen plene et integre: quod declarat cum seiscitatur, qua hora reliquit eum febris. Volebat enim dicere, num sponte sua, num ex Christi praeecepto febris abscisisset. *Ut vero cognovisset quia heri hora septima, credidit ipse et domus eius tota.* Videne illum creditisse, servis nuntiantibus, non Christo loquente? Mentem ergo eius, qua venerat, arguit ita enim magis illum ad fidem inducebat: ante signum enim non admodum credebat. Quod si et venerit et rogaverit, nihil mirum. Solent enim patres ardentis amore ducti, non solum eos, quibus fidem, medicos adire, verum etiam eos quibus non ita fidem, ne quidpiam praeteriisse videantur. Si quidem oblata solum occasione accessit quando venit ille in Galilaeam: qui si admodum illi credidisset, filio in extremis laborante, non neglexisset in Iudaeam venire. Quod si timebat, neque illud excusandum erat. Consideres velim, vel ipsa verba quantum demonstrant viri infirmitatem. Cum opportuisset enim, si non prius saltem post reprehensam animi sui sententiam, magnum quidpiam de Christo cogitare, audi quomodo adhuc humi serpat. *Descende, inquit, prorsusquam moriatur filius meus,* quasi non posset mortuum suscitare, et quasi non posset quo statu puer esset. Ideo illum coarguit, et conscientiam perstringit,

ostendens signa animae causa maxime edi. Hic enim non minus patrem animo laborantem curat, quam filium; ut nobis suadet, non tam signis, quam doctrinae eius attendendum esse. Signa quippe non fidelibus, sed infidelibus et crassioribus parata sunt.

4685 Tunc ille mœstus non multum dictis attendebat, nisi his quae ad filium spectabant. Postea vero illa in mentem revocatus erat, atque hinc magnum consequutus lucrum: quod et evenit. Cur autem Christus Centurioni se ultro obtulit iturum: hic autem ne rogatus quidem? Quia ibi fides perfecta erat. Ideo se iturum obtulit, ut viri probitatem disceremus: at Regulus adhuc imperfectus erat. Quia ergo admodum instabat dicens, *Descende*, necdum sciebat ipsum vel absentem posse sanare; id se posse ostendit; ut quam per se Centurio notitiam habebat, eam Regulus non accedente Iesu acquireret. Cum itaque dicit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*, hoc significat, congruenti fide nondum instructi estis; sed adhuc me ut prophetam habetis. Quis ergo ipse sit revelans, et ostendens etiam sine miraculis sibi credendum esse, eadem ipsa quae Philippo dixit: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Etsi mihi non vultis credere, operibus credite* (IOANN. XIV, 10). *Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei licetentes, quia filius eius vivebat. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius haberit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, quod filius eius viveret. Et credidit ipse, et domus eius tota.* Videne quo pacto miraculum evulgatum sit? neque vulgari modo a periculo liberatus est, sed confestim, ita ut liqueat rem non ex naturali serie, sed ex Christi operatione factam esse. Nam cum

ad ipsa mortis limina pervenisset, ut declaravit pater his verbis, *Descende, priusquam moriatur filius meus*, subito ex morbo creptus est: quae res etiam servos excitavit. Servi enim fortasse non ut nuntiaturi tantum, sed ut superfluum Christi adventum putantes, obviam venerunt. Sciebant enim ipsum iam illuc adventare: unde eodem itinere illum convenerunt. Regulus autem,posito timore, ad fidem accedit, ut ostendat ex ipsius professione hoc opus sequutum esse, ac demum id diligenter agit, ut ne videatur ipsum frustra profectum esse; quare accurate omnia seiscitatur. *Et credidit ipse, et domus eius tota.* Nam nulli prorsus dubio obnoxium erat testimonium. Qui enim neque adfuerant, neque Christum audierant, neque tempus noverant, ubi ab hero suo didicerunt, idem ipsum esse tempus, certissimam habuere Christi potentiae demonstrationem; ideo et ipsi crediderunt. Quid ergo per haec doceamus? Ne miracula expectemus, neque divinae potentiae pignora quaeramus. Hic namque multos video, qui cum vel filio vel uxore aegrotante, aliquid solati accipere, maiore erga Deum pietatem exhibuerunt. Etiam si vero non exaudiamur, in gratiarum actione et laude perseverare par est. Hoc quippe fidelium servorum est, hoc diligentium et Dominum ut par est amantium, ut non modo in tranquillitate, sed etiam in acrimonia ad illum accurrant. Haec quippe sunt Dei providentiae opera: *Quoniam enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem suscipit* (HEBR. XII, 6). Qui autem illum in tranquillitate solum colit, non tanti amoris signa exhibet, neque pure Christum amat. Ecce quid de valetudine, de opibus loquor, quid de paupertate et morbo? Licet enim gehennam, licet aliud quidpiam

gravissimum audieris; neque sic a Deo laudibus celebrando assistendum; sed omnia pro eius dilectione ferenda. Hoc fidelis servi, hoc constantis animi est. Qui hoc affectus modo est, et praesentia facile sustinebit, et futura consequetur bona, et multa apud Deum fiducia fruetur, quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini Iesu Christi, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

Varia de morte Iustorum.

4687 INTER omnes timores, timor mortis est maximus, est enim suis terribilium; unde si homo timorem mortis superat, superat omnes timores, et hoc superato superatur omnis amor mundi inordinatus (S. THOM. AQ.). — Quanto viveamus in hoc mundo diutius, tanto mortem amplius formidamus (IOANN. TRITEM.). — Nihil habemus quod in morte mememus, si nihil quod timeamus sit, vita nostra commisit (S. AUG.).

4688 Docet bene mori, si didiceris bene vivere (S. AUGUST.). — Qualitas mortis ex vitae ratione pendet: nam sicut ipsa vita bonum est, si cum virtute vivitur, malum si cum scelere: ita et mors ex praeteritis vitae actibus ponderanda est (IACQ. FIRM.). — Bone mori, si peccato moriaris, ut iustitiae vias: haec mora necesse est ut praecurrit, ut sequatur illa occurrat (S. BERN.). — O Maria, ut de reliquias me in vita, auget in morte; salva me!

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOANN. CAP. 4.

4689 POSITO loco miraculi, consequenter agit de ipso miraculo; et ponuntur tria, scilicet persona infirmans, persona interpellans et persona sanans. Persona infirmans est filius Reguli, persona interpellans est pater eius, sed persona sanans est Christus. Circa personam infirmam primo ponitur eius conditio, quia filius Reguli; secundo locus infirmitatis, quia Capharnaum; ter-

tio conditio morbi, quia febris. Quantum ad primum dicit: *Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur.* Dicitur autem Regulus multipliciter. Uno modo qui praesertim parvo regno; et hoc modo non accipitur hic: quia tunc temporis nullus erat rex in Iudaea; infra XIX, 15: *Non habemus regem nisi Caesarem.* Alio modo, secundum Chrysostomum, aliquis de stirpe regia; nec hoc modo accipitur. Sed tertio modo Regulus dicitur aliquis officialis regis; et isto modo accipitur hic Regulus. Unde, secundum quod Chrysostomus dicit, quidam eundem ipsum aestimant Centurionem, de quo habetur Matth. VIII. Sed hoc non est verum: nam quantum ad quatuor differunt. Primo quidem quantum ad genus infirmitatis; nam ille Centurionis erat paralyticus; unde dicebat (ibid. VI): *Puer meus iacet paralyticus in domo.* Filius autem Reguli erat febricitans; unde dicit: *Heri hora septima reliquit eum febris.* Secundo quantum ad personam infirmatam, quia ille erat servus; unde dicit, *Puer meus*: iste vero erat filius; unde dicit, *Cuius filius.* Tertio quantum ad petitionem; nam Centurio Christum volentem ad domum suam ire, rogabat remanere, dicens: *Domine, non sum dignus ut intres sub lectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.* Regulus vero cum rogabat descendere in domum suam, dicens: *Domine, descende prius quam moriatur.* Quarto quantum ad locum; quia illud fuit in Capharnaum: istud vero in Cana Galilaeae. Ergo iste Regulus non est idem quod Centurio; sed erat quidam de familia Herodis Tetrarchae, sive nuntius, sive officialis Imperatoris. Allegoricè autem Regulus iste, Abra-

constitutus sum rex ab eo. Huic autem Abraham adhaesit, secundum illud infra cap. vii, 56: *Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum*. Filius eius est populus Iudaeorum; infra viii, 33: *Senem Abrahae sumus, et nemini servimus unquam*. Qui infirmatur pravis voluptatibus et dogmatibus, sed in Capharnaum, idest in abundantia, quae fuit Iudaeis causa recedendi a Deo; secundum illud Deut. xxxii, 15: *Incrassatus est dilactus, et recalcitavit*; et sequitur: *derehiquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salvatori suo*.

Moraliter vero in regno animae, rex est ipsa ratio, secundum illud Prov. xx, vers. 8: *Rex qui sedet in solio suo*. Quare dicitur rex? Quia totum corpus hominis per eam regitur, et affectus hominis ab ea dirigitur et informatur, nec non et aliae vires animae eam sequuntur. Sed quandoque dicitur regulus, quando scilicet diminuitur in cognitione, qua obscurata, sequitur inordinatas passionnes, et non resistit eis, secundum illud Ephes. cap. iv, 17: *Ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum*. Et ideo filius eius, idest affectus, infirmatur, idest deviat a bono, et declinat ad malum. Si enim ratio fuisset rex, idest fortis, filius eius non infirmaretur; sed quia regulus est, ideo filius eius infirmatur. Et hoc Capharnaum; quia abundantia temporalium est causa spiritualis infirmitati; Ezech. xvi, 49: *Haece fuit iniquitas sororis tuae Sodomae, abundantia, saturitas panis, et olivum ipsius et filiarum eius*.

Consequenter cum dicit, *Hic cum didisset, etc.*, ponitur persona interpellans; et primo ponitur motivum ad interpellandum; secundo ipsa interpellatio; et tertio necessitas interpellandi. Motivum ad interpellandum fuit adventus Christi; unde dicit: *Hic*, scilicet Regulus, cum

audisset quod Iesus adveniret a Iudaea in Galileam abiit ad eum. Nam quaedam adventus Christi diserebatur, spes hominum invalidior erat de sanatione a peccatis; sed cum audiret adventus Christi appropinquare, spes sanitatis confortatur in nobis; et tunc imus ad eum: nam ad hoc ipse venit in mundum, ut peccatores salvos faceret; Luc. xix, 10: *Veni Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat*. Sed, sicut dicit Eccli. xviii, ante orationem animam parare debemus, quod fit occurrendo Deo per desiderium: et hoc fecit iste; unde dicitur quod abiit ad eum. Amos iv, 12: *Præparare in occursum Dei tui Israel*. Petitio autem fit de sanatione filii sui; unde dicit: *Rogabat eum ut descenderet, scilicet per misericordiam*; Is. lxiv, 1: *Ultimam dirumpes caelos, et descenderes; et sanare filium eius*. Sic et nos debemus rogare ut sanemur a peccatis, secundum illud Ps. xi, 5: *Sana animam meam, quia peccati libi*. Nam nullus per se potest ad statum iustitiae redire, nisi a Deo sanetur, secundum illud Iob vi, 13: *Non est auxilium mihi ex me*. Sic et patres veteris Testamenti rogabant pro populo Israel. Unde de uno eorum dicitur Il Machab. ult. 14: *Hic est fratrum amator, quia multum orat pro sancta civitate et pro populo Israel, Ieremias propheta Dei*. Sed necessitas interpellandi est urgens; *incipiebat enim mori*. Quando enim homo tentatur, incipit infirmari; sed quando tentatio praevalet ita ut inclinet ad consensus, est prope mortem, sed quando iam consentit, incipit mori. Cum ergo consummat peccatum, moritur, quia, ut dicitur Iac. 1, 15: *Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem*. De qua dicitur in Ps. xxxiii, 22: *Mors peccatorum pessima*: quia hic incipit, et in futuro absque fine terminatur.

Consequenter cum dicit, *Dixit ergo*.

Iesus ad eum, agitur de petitione sanitatis, quae fit per Christum. Et primo ponitur reprehensio Domini; secundo petitio Reguli; tertio impetratio petitionis. Reprehendit autem eum Dominus de infidelitate; unde dicit ad eum: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*.

Sed hoc habet quaestionem. Primo quidem videtur inconvenienter dictum de Regulo: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*; nisi enim eum Salvatorem credidisset, non petivisset ab eo sanitatem. Ad quod dicendum est, quod Regulus iste adhuc non credebat perfecte: erat enim in eo duplex defectus fidei. Unus, quia licet crederet Christum esse verum hominem, non tamen credebat eum habere virtutem divinam; alias credidisset cum absentem posse sanare, cum Deus ubique sit praesens, secundum illud Ier. xxxii, 24: *Coelum et terram ego impleo*. Et sic non rogasset eum quod descenderet in domum suam, sed quod mandaret tantum. Secundus defectus fuit, quia, secundum Chrysostomum, dubitabat utrum Christus sanare posset filium suum: nam si pro certo hoc credidisset, non expectasset adventum Christi ad terram suam, sed ipse potius ivisset in Iudaeam. Sed modo quasi desperatus de salute filii, nolens negligere quidquid circa hoc facere posset, abiit ad eum more parentum, qui desperantes de salute filiorum, etiam imperitos medicos consulunt.

Secundo vero, quia non videtur reprehendus de hoc quod signa quaerebat: nam fides per signa probatur. Et ad hoc dicendum est quod aliter trahuntur ad fidem Christi infideles; et aliter fideles. Infideles non possunt trahi nec adduci auctoritate sacrae Scripturae, quia ei non credunt; nec per rationem naturalem, quia fides est supra rationem; et ideo ducendi sunt per miracula;

I Cor. cap. xiv, 22: *Signa data sunt infidelibus, non fidelibus*. Fideles autem ducendi sunt et dirigendi in fidem auctoritate Scripturae, cui acquiescere tenentur. In hoc ergo Regulus redarguitur: quia cum esset nutritus inter Iudaeos, et de lege instructus, non per Scripturae auctoritatem, sed per signa credere volebat; et ideo Dominus eum reprehendens dicit: *Nisi signa et prodigia, idest miracula quae sunt aliquando signa, inquantum sunt demonstrativa Domini cae veritatis; prodigia vero, vel quia certissime indicent, ut sic dicatur prodigium, quasi porrodictum; vel quia aliquid futurum portendant, ut sic dicatur prodigium, quasi procul ostendens aliquid effectum futurum*.

Consequenter ponitur instantia Reguli: non enim ad reprehensionem Domini desisit; sed cum instantia dicit ad eum: *Domine, descende prorsquam moriatur filius meus*; Luc. xviii, 1: *Oportet semper orare, et non deficere*. Ostenditur in hoc profectus fidei eius quantum ad aliquid, quia scilicet vocat eum Dominum: licet non totaliter in fide profecerit; adhuc enim corporalem praesentiam Christi ad salutem filii sui necessariam credens, rogabat eum ut descenderet. Sed quia oratio perseverans impetrat, ideo quod petit, conceditur ei a Domino; unde dicit ei Iesus: *Vade: filius tuus vivit*. Ubi primo ponitur annuntiatio sanitatis per Christum, qui eam fecit; secundo ponitur personae, quae eam factam viderunt, ibi, *Iam autem eo descendente, etc.* Circa primum duo ponuntur: mandatum Domini et obedientia Reguli, ibi, *Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus*. Circa primum Dominus duo facit. Primo quidem praecipit; secundo vero annuntiat. Praecipit autem ut vadat: unde dicit, *Vade*; idest dispone te praeparando ad gratiam per motum liberi arbitrii in Deum;

Is. XLV. vers. 22: *Concertimini ad me, et salvi eritis.* Et per motum liberi arbitrii in peccatum. Nam in iustificatione impij quatuor exiguntur, specialiter in adultis: scilicet infusio gratiae et remissio culpae, motus liberi arbitrii in Deum, qui est fides, et in peccatum, qui est contritio. Annuntiat autem salutem filii, quam petierat, dicens: *Filius tuus vivit.*

4597 Sed quaeritur cum Christus rogatus a Regulo ut descenderet in domum suam, corporaliter ire recusavit; ad servum vero Centurionis corporaliter ire pollicetur? Huius autem duplex ratio assignatur. Una secundum Gregorium, ut in hoc superbiam nostram retundat, qui magnis hominibus nos ad serviendum offerimus; parvis autem servire recusamus: cum ipse, qui est Dominus omnium, ad servum Centurionis se iterum obtulit, ire vero ad filium Reguli recusavit; Eccli. cap. IV. 7: *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Alia ratio, secundum Chrysostomum, quia Centurio iam confirmatus erat in fide Christi, credens quod etiam absens salvare posset; et ideo ad fidem et devotionem eius ostendam Dominus ire promisit. Iste vero adhuc imperfectus erat, nondum noverat manifeste quod absens curare poterat; et ideo non accedit, ut eum imperfectionem suam cognoscere faciat.

Varia de morte Iustorum.

4598 **D**UM vivit in carnis, mercede mundit, ut post mortem carnis, Deo vivere incipias (S. BERN.). — Corrige male vivere, time male mori, sed noli timere, non potest male mori, qui bene vixerit (S. AUGUST.). — Timens Dominum bene erit in extremis, et in die destinationis suae benedictus (Eccl. I. 18). — Mors non est timenda virginitate, tum quia certa est, et necessaria, tum quia brevis est, et transitoria, tum quia utilis est, et meritoria (IDEM).

4599 O anima mea, Deum dilige, B. Mariae Virginis servire non omittas, et mitiga timorem mortis,

ipsamque naturalem timorem pro vitijs deponere. * Sicut Apostoli navigantes viso Domino timerunt omnes, et putabant phantasma esse; ita nos in hoc mari appropinquante morte, quae adjuvat non, arbitramur inimicum esse; cum vero ad litus Patriae coelestis appulsi fuerimus, agnoscimus, vel maxime salutarem fuisse. (BRASSIUS). — Invis mors quietis est portus: nocentibus naufragium potatur (S. ALBAN.). — Exitus et hinc decessus praefosus est et illustris, non omnium hominum, sed eorum qui sancto et iuste vitam hanc transegerunt (S. BASILIUS). — Et quamvis plures inferni poenas meritis, noli tamen de divina pietate diffidere. Bonus enim est Deus tuus, qui eos contritum et humillimum non despicit. — O Maria, pro me, ut ad coelestem vitam per sanctam conversationem indesinenter pergami!

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN IOHANN. CAP. 4.

4700 **O**BEDIENTIA Reguli ponitur quantum ad duo. Primo quia annuntiant credidit; unde dicit: *Credidit homo sermoni quem dixit Iesus, scilicet, Filius tuus vivit.* Secundo vero, quia mandato obedivit; unde dicit, *Et ibat,* proficundo in fide; licet adhuc neque integre neque sane, ut Origenes dicit. In quo signatur, quod ex fide iustificari oportet; Rom. v. 1: *Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* Oportet nos proficundo ire: quia qui stat, exponit se periculo ut vitam gratiae conservare non possit; in via enim Dei non proficere, deficere est.

4701 Annuntiatio autem sanitatis facta per servos ponitur consequenter, cum dicit: *Iam autem eo descendente, servi occurrunt ei,* etc. Et primo ponitur denuntiatio salutis; secundo fit inquisitio de tempore sanationis, ibi, *Interrogabat autem horam ab eis.* Dicit ergo: *Iam autem eo descendente, a Caua Gallaeae in domum suam, servi occurrunt ei:* ex quo patet

quod Regulus iste dives erat, habens multos servos: et amittentur, dicentes, quia filius tuus vivit: et hoc ideo quia credebant Christum personaliter accedere, eius praesentia iam curato filio superflua videbatur.

4702 Mystice autem servi Reguli, scilicet rationis, sunt opera hominis, quia homo est dominus suorum actuum, et affectus sensitivae partis, quia obediunt rationi imperanti et dirigenti. Isti autem servi annuntiant quidem quod filius Reguli, scilicet rationis, vivit, quando relincent in homine bona opera, et vires inferiores magis obediunt rationi, secundum illud Eccli. XIX. 37: *Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis annuntiant de illo.*

4703 Sed quia Regulus neque integre neque sane adhuc credebatur, adhuc volebat scire utrum casu an praecepto Christi filius curatus esset: et ideo tempus curationis inquit; et hoc est quod dicitur: *Interrogabat ergo horam ab eis, scilicet servis, in qua melius habuerat, scilicet filius suus; et invenit quod illa hora curatus fuit statim quando Dominus dixit ei: Vade: filius tuus vivit.* Nec mirum, quia ipse Christus est Verbum, quo factum est coelum et terra, secundum Psal. cxi. viii. 5: *Ipsa dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt;* Eccli. cap. x. 5: *Facile est in conspectu Domini, etc.* Et ideo dixerunt ei, scilicet servi, quod huiusmodi septima reliquit cum febris.

4704 Mystice autem per horam septimanam, in qua puer a febre dimittitur, significantur septem dona Spiritus sancti, per quem fit remissio peccatorum, secundum illud Ioann. xx. 22: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisit peccata, remittuntur eis.* Per quem etiam vita spiritualis causatur in anima; infra, vi. 64: *Spiritus est qui vivificat.* Etiam per horam septimanam signatur tempus quieti conveniens,

nam Dominus septimo die requievit ab omni opere quod patrarat: in quo significatur quod vita spiritualis hominis in quiete spirituali consistit, secundum illud Is. xxx. 15: *Si quieveritis, salvi eritis.* De malis dicit Is. cap. lvi. 20: *Carum inquam quasi mare fervens, quod quiescere non potest.*

4705 Consequenter cum dicit, *Cognovit ergo pater, etc.,* ponitur effectus miraculi: et primo ponitur miraculi fructus; secundo ipsum miraculum altero miraculo continuatur, ibi, *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus.* Dixit ergo: *Cognovit ergo pater, comparans horam nuntiantium servorum horae Christi praenuntiantis, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: Vade: filius tuus vivit.* Ex hoc conversus est ad Christum, cognoscens miraculum eius virtute factum: *Credidit ipse, et dominus eius tota, scilicet servi et ministri:* quia secundum conditionem dominorum, sive bonam sive malam, servi disponuntur: secundum illud Eccli. x. 2: *Secundum iudicium populi, sic et ministri eius;* Gen. xviii. 19: *Scio enim quod praecipturus sit filius tuus.* Patet autem ex hoc quod fides istius semper profecit: nam a principio quando interpellavit pro filio infirmo, debilis erat; postea plus firmitatis habere coepit, quando vocavit eum Dominum; deinde quando credidit homo sermoni, et ibat, magis perfecta erat; tamen non integre, quia adhuc dubitavit: hic cognita manifeste Dei virtute in Christo, perficitur in eius fide: quia, ut dicitur Prov. ix. 18: *Iustorum semita quasi lux splens procedit, et crescit usque ad perfectum diem.*

Varia de morte Iustorum.

4706 **O**tu, qui Deo servite peroptas, et ex nimio timore mortis, ad coelestem patriam languide tantum suspiras: spera, ora, et mitiga timorem tuum! * Habes quod agas, ut nunquam moriaris;

et si times mortem, ama vitam: vita tua Deus est, vita tua Spiritus sanctus est. (S. AUGUST.). Bona mors, et nequaquam abhorrerenda, quae vitam, etsi admittit, non perimit; admittit quidem, sed ad tempus, restituendam in tempore duratam sine tempore. (S. BERN.).

4707 O tu qui Deum times, eique ex corde servire curas, ad patriam coelestem humilissime aspira; in Deo similiter spera. * Volo te mortem etsi non effugere, certe vel non timere; iustus quippe mortem etsi non optat, tamen non pavet. Denique si morte praecoccupatus fueris, in refrigerio eris. (S. BERN.). Igitur aeterna bona querentes, abiciamus terrestria, et sic sancteque vivere studeamus. Siquidem in ubi in morte nobiscum ferre possumus, nisi vitam bene atque innocenter actam. (L. ACN. FIRM.). * Beati mortui, qui in Paradiso morantur. Amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequantur illos. (ApoC. XIV. 13.). O Maria, in hora mortis meae memento mei, et salva me!

FERIA SEXTA

Homilia S. Cyrilli Alexandrini.
DE IOHANN. CAP. 4.

4748 **P**ROFICISCI quidem ille Regulus, tamquam ad eum cui sit sanandi potestas: sed nondum intelligit secundum naturam esse Deum: et Dominum quidem eum appellat, sed veram dominationis dignitatem nequaquam ei tribuit. Alioqui enim illico ad genua eius accideret, rogaretque non ut domum se conferret, et secum ad agrostantem puerum descenderet, sed potius ut pro sua potestate et nutu divino morbum infestum abigeret. Quid enim necesse erat aegrotum astare eum cui etiam absentis facile poterat reddere sanitatem? Quomodo vero non valde stultum est existimare ipsum morte potius fore, et eum qui repletus sit divina virtute nequaquam Deum esse putare?

4709 Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Dicit Regulus ad eum. Durus quidem adhuc in iis est animus, sed exhortatione ad fidem potiora futura sunt mi-

racula. Proindeque prodigiis opus illis esse Salvator aiebat, ut facile possent ad meliorem frugem erudiri, et agnoscerent Deum esse secundum naturam.

4710 *Domine, descende priusquam moriar* filius meus. Angustus valde est Reguli animus, quin puerum se prodit in petenda gratia, nec sentit se scensim delirare. Nam si non modo praesentem, sed etiam absentem Christum vim suam exserere posse credidisset, de illo pro eo ac decet sensisset. Nunc autem absurdissime sentit ac facit qui virtutem Deo quidem convenientem postulat, sed ut Deum implere cuncta ipsum non existimat, sed nec mortem superaturum, licet iam sepe morituro ipsum optulari rogaret: incipiebat enim mori puer.

4711 *Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit.* Sic oportebat credentem accedere, sed nostram imperitiam Christus non reiecit, quin peccantes etiam beneficiis afficit, ut Deus. Quod igitur laudi esset homini, si faceret, hoc etiam non fecisse docet, simul virtutum magister et bonorum quae petuntur largitor constitutus. Nam in eo quod ait, *Vade, fides est*; in eo vero quod dicit, *Filius tuus vivit*, rei optatae consummatio cum ingenti quadam et Deo convenienti potestate elucet.

4712 *Credidit homo sermone quem dixit ei Iesus, et ibat.* Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nuntiaverunt, dicentes, quia filius tuus vivit. Unum Salvatoris mandatum dias sanat animas. In Regulo quippe insolitam fidem operatur, et ex corporea morte adolescentulum eripit. Uter autem prior sanatur, difficile dictum est; ambo enim, ut reor, eodem tempore Salvatoris nostri fusu morbo soluto sanati fuerunt. Servi autem occurrentes, pueri curationem annuntiant iuxta et divini mandati celeritatem, Christo il utique palam ordinante

et infirmum dominum illum spei eventu ad fidem cito confirmante.

4713 *Interrogabat ergo horum ab eis in qua melius haberet. Et dixerunt ei quia, Huiusmodi hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: Filius tuus vivit. Et credidit ipse, et domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam.* Sciscitatur quae hora aegrotus convalescere coeperat, ut exploraret an momentum illud gratiae tempori congrueret. Postquam autem ita rem esse comperit, cum tota domo salvatur, miraculi virtutem Christo tribuens, et quemdam veluti grati animi fructum, firmiorem nempe fidem, offerens.

Varia de morte iustorum.

4714 **P**RELUZA immortalitas fuit, posse non mori; novissima erit, non posse mori (S. AUGUST.). — Pretiosa mors Sanctorum, pretiosa plane tamquam finis laborum, tamquam vitae ianua, et perfectae securitatis ingressus (S. BERN.). — Pius mors ultra non est mors, sed nomen tantum habet mortis: imo et ipsum nomen sublatum est (S. CHRYSOST.).

4715 Diligamus Deum nostrum, et nimium timorem mortis abiciamus. * Quid est mors nisi vitiorum sepultura, virtutum suscitatio? (S. AUGUST.). — Mors nihil aliud est, quam peregrinationis terminus, finis miseriae, laborum meta, exili limitis, ianua patriae, natalis vitae, principium beatitudinis, primitiae praemiorum (Petr. BLESS.). Scimus enim quoniam si terrestri domus nostra iuius habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in caelis (II Cor. V. 1.). — O Maria, Mater vitam nostram, in hora mortis nostrae deside me et salva me!

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DE I. XX. POST PENT. SERMO 3.

4716 **C**REDIDIT homo sermone, quem dixit ei Iesus, et ibat, Ioannis quarto.

4717 Verbum est Evangelistae Ioannis re-

guli devoti perfectionem aliis in exemplum proponens. Ostendit autem ipsius perfectionem: primo, quantum ad *fidei* sive intelligentiae *rectitudinem*; secundo, quantum ad verae *obedientiae promptitudinem*. Primum, ibi: *Credidit homo sermone, quem dixit ei Iesus*; secundum ibi: *et ibat*.

4718 Quantum ad totum nota, quod exemplo huius reguli debemus *fidei* sive intelligentiae *rectitudinem* et *obedientiae Evangelii promptitudinem* conari habere propter quatuor bona, quae inde proveniunt omnibus. Primum est abditio inficientis *maculae*; Ioannis undecimo: *Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet*. Secundum est fortitudo *proficientis iustitiae*; Ioannis decimo quarto: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipsa faciet*. Tertium est plenitudo *reficientis gratiae*; Ioannis undecimo: *Omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum*. Quartum est altitudo *perficentis gloriae*; Ioannis decimo quarto: *Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multae sunt*.

Varia de morte iustorum.

4719 **O**mnis bonae voluntatis, exal es in hac mortuato: coelestia desiderare non timere mortem, quae vitae ianua tibi erit ex infinita Dei misericordia. * Quis dubitet de bono mortis, cum id quod inquietat, id quod erubescendum, id quod inimicum nobis est, id quod violentum, id quod procellosum, et ad omnia vita illecebrorum conquiscat et taceat, et quasi fervida cavea claudatur sepulchri? (S. AUGUST.). — Mors iusti est fuitis regis, et initium dilecti, finis miseriae et ingressus beatitudinis (S. ANTON. PATAV.). — Non est iustus mors, sed transiitio: quippe qui transferuntur ex hoc mundo in vitam aeternam (S. ATHAN. MAGE.). — O Maria, Vita, Dulcedo, Spes mea, salva me!

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
Matth. XVIII. 12-15.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.

24. Et cum coepisset rationem ponere, oblatas est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.

25. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius venditque, et uxorem eius, et filios, et omnia quae habebat, et reddi.

26. Proccidens autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

27. Misertus autem dominus, servum illum dimisit cum eo, et debitu dimisit ei.

28. Egressus itaque servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

29. Et proccidens conservus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habere in me, et omnia reddam tibi.

30. Ille autem noluit, sed abiecit eum in carcerem, donec redderet debitum.

31. Videntes autem conservi eius quae fiebant, coarctati sunt valde: et venerunt, et narraverunt domino suo omnia quae facta fuerant.

32. Tunc vocavit illum dominus, et ait illi: Serve, noquam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me:

33. nunc ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui miseris sum?

34. Et tratis dominus illic tradidit cum tormentibus, quoad usque redderet universum debitum.

35. Sic et Pater meus caelestis faciet vobis, si non remisistis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.
IN HIERON. CAP. 42.

In deo assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.

Familia est Syris et maxime Palaestinis ad omnem sermonem suum parabolis iungere: ut quod per simplex praecipuum fieri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur. Praecepti itaque Petro sub comparatione regis et domini, et servi, qui debitor decem millium talentorum, a domino rogans, veniam impetraverat: ut ipse quoque dimittat conservis suis minora peccantibus. Si enim ille rex et dominus servo debitori decem millia talentorum tam facile dimisit, quanto magis servi conservis suis debent minora dimittere?

Quod ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo: Si quis nostrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decem millium talentorum, rogantibus dimittuntur, si et ipsi dimittant minora peccantibus. Sin autem ob factam contumeliam simul implacabiles, et propter amarum verbum perpetes habeamus discordias: nonne nobis videmur recte redigendi in carcerem, et sub exemplo operis nostri hoc agere, et maiorum nobis delictorum venia non relaxetur?

Et cum coepisset rationem ponere, oblatas est ei unus qui debebat decem millia talenta, etc. Scio quosdam istum qui debebat decem millia talenta, diabolum interpretari, cuius uxorem et filios venundum perseverante illo in malitia, insipientiam et malas cogitationes intelligi volunt. Sicut enim iusti uxor dicitur sapientia, sic uxorem iniusti et peccatoris appellari stultitiam. Sed quomodo ei dimittat dominus decem millia talenta; et ille nobis conservis suis centum denarios non dimiserit, nec ecclesiasticae interpretationis est, nec a prudentibus viris recipiendae.

Varia de morte iustorum.

Obno Iesu, miserere mei! Timor mortis conturbavit me. Sana animam meam, et da mihi desiderium aeternae iucunditatis, ut quondam despiciam vanitates! O anima mea, confide in Deo, et tempus resolutionis corporis tui humiliter accipias: alacritate et desiderio spera. Et dicitur: mors nihil aliud est, quam exitus de carcere, finis exilii, laboris consummatio, ad portam applicatio, peregrinationis finitio, oneris gravissimi, scilicet corporis, depositio, de equo furioso, id est de carne, descensio, de riuibus domo liberatio, omnium sepe perditionum terminatio, omnium periculorum evasio, omnium malorum consumptio, omnium vinculorum disruptio, debiti naturalis solutio, reditus ad patriam, ingressus ad gloriam. (Hicco Card.). — O Maria, omnia nostra iustitiae, fac ut renovetur ut aquilae iuventus nostra in libertate gaudiorum aeternorum!

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.
DOM. XXI. POST FEST. SERMO 3.

ASSIMILATUM est regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis, Matthaei decimo octavo.

4774 Invitat hic Dominus ad pietatem et benignitatem fraternam sub metaphora similitudinis congruentis et examinis detentis; quorum primum repraesentat aliquid, quod legitur in Ecclesia; secundum vero id quod agitur in disceptatione extrema.

4775 Circa primum nota, quod rex iste est Dei Filius sive tota Trinitas; regnum vero caelorum ipsi coelesti Regi conforme nihil aliud est quam deformitas impressa animae rationali, per quam superferatur omnibus rebus creatis et in coelo figurat, stabilitur et collocatur; et ista deformitas fit in anima per triplicem influentiam regis in regnum suum, scilicet per influentiam informantem, et hoc fuit in hominis conditione; Matthaei decimo tertio: *Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.* Per influentiam restantem, et hoc fuit in hominis reformatione; Matthaei vigesimo secundo: *Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit multas filio suo.* Per influentiam remunerantem, et hoc erit in hominis glorificatione, et de illa habetur hic.

4780 Circa secundum nota, quod Rex ille regnum et Dominus dominantiam ponet rationem et requiret de quatuor, scilicet de muneribus collatis quantum ad naturam, quantum ad industriam, quantum ad veniam, quantum ad gratiam; *Filium propter in pretium, Spiritum sanctum in pignus hereditarium; sive quia contu-*

lit nobis: *elementa ad corpus perficiendum, clementata ad sustentandum, coelestia ad considerandum et conservandum, supercoelestia ad possidendum.* De hoc habetur ad Romanos decimo quarto: *Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.* De sermonibus prolatis, scilicet si fuerint veri, utiles, honesti, benigni; et de hoc habetur Matthaei duodecimo: *Dico autem vobis, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* De operibus perpetratis, scilicet si fuerint iusta, discreta, temperata, fortia; et de hoc habetur Lucae decimo sexto: *Redde rationem villicationis tuae; iam enim non poteris villicare.* De temporibus expressis, scilicet si mane fuit in exaltatione divina; meridies, in aedificatione fraterna; sero, in compunctione interna; nox, in contemplatione superna; et de hoc habetur primae Petri quarto: *Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare vivos et mortuos.*

4781 Quoniam autem non sufficimus ad reddendam rationem secundum iustitiam, et necesse est, ut petamus misericordiam, sciendum est, quod, ut fiat nobis misericordia, debet hic quilibet misericordiam: primo, sibi ipsi; Ecclesiastici trigesimo: *Miserere animae tuae placens Deo, etc.* ad Romanos secundo: *An ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit?* Secundo, fratri invidiam; Lucae sexto: *Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est.* Tertio, pauperi indulgenti; Iob trigesimo primo: *Ab infantia mea crevit mecum misericordia et de utero matris meae egressa est mecum.* Quarto, domestico morienti; Iob sexto: *Qui tollit ab amico suo misericordiam, lintorem Domini derelinquit.*

Varia de morte iustorum.

4728 **P**er vitam in combustione cordis, et in fiducia erga divinam pietatem conversum, et mortem minime timeamus; imo illam ex animo desideremus. * O quam beate moritur, qui moriendo oritur, quam feliciter temporalem finit vitam, qui vivere perpetually incipit. Hinc est, quod S. Ecclesia dies migrationis Sanctorum Natales vocare consuevit, quia protinus in coelo nascuntur, cum in terra visibiliter moriuntur, et tunc verè incipiunt vivere, cum mortalem videantur vitam finire. (S. PATER, D. A. S.) Deo igitur feliciter servamus, et nihil timebimus. Homo enim * est in aliena terra — est, nisi humi facies, etiam in latrones incidat, etiam a bestia devoretur, virtute autem praeditus sit, preciosa eius mors erit. (S. CANTUARI.)

4729 **T**iment Dominum * mors nihil est, quam somnus et peregrinatio et transigratio a deterioribus ad meliora. (S. CANTUARI.) — Qui reverent et amorem Christiani sunt, conplent et gaudent migrantes e corpore. (S. MACHARI, AQUIVAT, GENOVI.) — Regni est mors nisi propter regnum, iustis propter civitatem, optima propter sanctitatem. (S. BEATI.) — O Maria, suscipe pauperes anime tuae, et salve me!

FERIA TERTIA

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN MATTH. CAP. 13.

4730 **H**ic ponitur similitudo; et tria facta sunt. Primo innuitur divina misericordia; secundo tangitur ingratitude, ibi, *Egressus autem servus ille, etc.*; tertio ingratitude poena, ibi, *Videntes autem conservi eius, etc.* Circa primum primo ponitur examinatio debitorum; secundo magnitudo debiti, ibi, *Et cum coepisset rationem ponere, obligatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta*; tertio iustitia exigendi, ibi, *Cum autem non haberet unde redderet, etc.*; quarto debiti remissio, ibi, *Miseratus autem dominus servi illius, etc.* Dicit ergo: Quia semper debetis esse parati ad remittendum, ideo debetis hanc similitudinem intelligere. *Regnum caelorum est lex regni*: ipsam Verbum Dei

est iustitia et veritas; I ad Cor. 1, 30: *Qui factus est nobis sapientia, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio*. Istud ergo assimilatum est homini regi, quando Verbum caro factum est. Vel per regnum praesens Ecclesia designatur, ut supra XIII, 41: *Colligent de regno eius omnia scandala*. Et bene dicitur regnum, si consideremus omnia quae sunt in regno. In regno est rex, servi, et huiusmodi.

Homini regi. Iste rex est Deus, sive intelligitur de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu sancto. *Qui voluit ponere rationem cum servis suis*. Per servos Domini intelliguntur praelati Ecclesiae, quibus commissa est cura animarum.

Luc. c. XII, vers. 42: *Fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam*. Quid est ergo rationem ponere de commissis, nisi quod obligantur ut rationem reddant? Ad Hebraeos XIII, 17: *Ipsi pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri*. Quia etiam unicuique anima sua commissa est, ideo quilibet potest dici servus; unde Iob 1, 8: *Numquid considerasti servum meum Iob?* etc. Unde positus est quilibet ut reddat rationem de omnibus: nam etiam de quolibet verbo otioso oportet reddere rationem, supra c. XII. *Et cum coepisset ponere rationem*. Finis huius rationis erit in die iudicii; principium, quando primo inducit aliquam tribulationem. I Petr. IV, 19: *Itaque et hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei creatori commendent animas suas*. Ezech. IX, 6: *A sanctuario meo incipite*. Item tangitur diligens examinatio meritorum. Thren. III, 40: *Scrutemur vias nostras, per quod intelligitur examinatione oblati est ei servus, qui debebat decem millia talenta*. Si ad praelatos referimus haec talenta, peccata subditorum intelligimus: quia quoties

peccat subditus per negligentiam suam, efficitur debitor talentorum. Unde dicitur III Reg. XX, 39: *Erit anima tua pro anima sua*. Vel potest dici, quod mille est numerus perfectus, quia est cubicus. Item per decem intelligitur numerus decalogi. Item per talentum gravitas peccati. Zachar. V, 7: *Et ecce talentum plumbi portabatur, etc.* Unde significatur homo habens multitudinem maximorum criminum; unde quando Deus vult ponere rationem, et examinare conscientiam suam, invenit massam criminum. I Paralip. ult.: *Peccavi super arcem maris*. Cum autem fit haec examinatio debiti, petuntur tria. Primo significatur causa examinationis, vel causa poenae; secundo describitur poena; tertio fructus poenae. Aliquis punitur quando ex seipso non habet unde satisfaciat; unde dicit, *Cum autem non haberet unde redderet*, quia totum quod habet, non sufficit. Unde Michaeae VI, 6: *Quid dignum offeram Domino?* etc. Ideo cum non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius venundari, etc., quia cum Dominus facit rationem cum homine, et non habet homo unde solvat, et considerat iustitiam Dei, quae est poena, iubet quod venundetur. Quando venundatur, pretium peccati est poena: pretium est quod aliquis accipit pro eo: et sic venundatur, quando poena infligitur. Is. I, 1: *In iniquitatibus vestris venundati estis. Et uxorem, et filios*. De uxore generat filios. Filii autem sunt opera, uxor concupiscentia, vel radix peccati. *Et omnia quae habebat, quae sunt Dei dona*. Osee II, 8: *Dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicavi ei, et aurum, etc.* Punitur ergo pro uxore, et filiis, et donis sibi datis. Sap. XIV, 9: *Similiter autem odio sunt Deo impius et impietas eius*. Psal. CVIII, vers. 9: *Fiant filii eius orphani, et uxor eius vidua*.

4731 *Procedens autem servus ille rogabat eum, dicens*. Hic ponitur misericordia domini. Et primo ponitur provocativum misericordiae: quod enim multum provocat misericordiam, est oratio. Unde quando homo sentit se in peccato, debet recurrere ad orationem. Eccli. XXI, vers. 1: *Fili, peccasti? non adicias ultra, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur*. Commendatur autem huius humilitas; item commendatur discretio; item commendatur iustitia. Humilitas, quia *procedens*. Psal. CI, 18: *Respectit Dominus in orationem iumentum*. Unde *rogabat eum*. Origenes scribit, *Orabat eum*. Item tangitur discretio eius, quia non petit totum sibi dimitti debitum, sed tantum petit tempus; unde dicit: *Patientiam habet in me*, id est, da mihi tempus, ut possim satisfacere. Sic petebat Iob X, 20: *Dimitte me paululum, ut plangam dolorem meum*. Item tangitur iustitia, *Et omnia reddam tibi*. Ps. I, 21: *Tunc imponent super altare tuum vitulos*. Item ponitur miseratione domini relaxantis, *Miseratus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitan dimisit ei*. Unde dolor poenitentis non causat remissionem, sed misericordia Domini: unde ad Roman. IX, 26: *Non est currentis, sed miserentis Dei. Miseratus autem dominus, etc.* Notate, quod Dominus plura dat, quam homo nudeat petere: ut in illa oratione dicitur: "Qui merita supplicum excedis et vota". Unde *dimisit eum*, id est absolvit, et debitum, peccati, dimisit. Potest enim esse tanta contritio quod totum dimittat.

Varia de morte iustorum.

4732 **Q**uo tempore vitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiori veniatur sarcina peccatorum? ipse Dominus ait: Sufficit diei malitia sua (S. AUGUSTINUS). — Servus Dei, cui peccator fuerit, poenitentem quidem, sed sperat frater, et memor quod valera Christi merita non

stra efficiuntur ex divina pietate, viriliter clamant cum S. Chrysostomo: "Homo mortem contemnit, non tremi, non metuit: quicumque talos non sunt, brutis prioris sunt..." — Fiat voluntarium, quod futurum est necessarium: offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere illi. — *O Maria, ad te confugio; ora pro me, conforta me, salva me!*

FERIA QUARTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN MATTH. CAP. II.

Sequitur ingratitude. *Egressus autem servus ille, etc.*, et ponuntur quinque quae aggravant ingratitude eius. Primo enim aggravatur ex tempore, quia si post novem vel decem annos accidisset, non esset mirum; sed quia eodem die deliquit, ingratus efficitur; sicut de peccatore, qui quando sunt dimissa eius peccata, in eodem die ad peccata regreditur. Unde dicitur, *Egressus*. Iacobi 1, 24: *Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit*. Item ex simulatione, quoniam in consideratione domini humilis fuit, sed egressus statim ostendit qualis esset. III Regum c. xxii, vers. 22: *Egredietur, et iraspiritus mendax in ore omnium prophetarum eius*. Item ostenditur ex cognatione, quoniam *invenit unum de servis suis*. Ecdi. xxviii, 3: *Homo homini servat iram, et a Deo petit medelam*. Item ex parvitate debiti, quia *debebat centum denarios*; unde in numero erat differentia, quia ipse decem millia: in pondere, quia ille denarios, et ipse talenta. Unde peccata quae in Deum committuntur, sunt et plura et gravia magis quam peccata quae in hominem, quae levia sunt, quia ex infirmitate; unde differens ibi est gravitas, sicut inter talenta et denarios. Gravius enim esset regem percutere, quam unum famulum. Item designatur crudelitas in

exigendo; quia *tenebat eum*, quia traherat in causam, et vexabat eum, et *suffocabat eum*, et respirare non dimittebat. Item ex crudelitate, quia noluit remittere. Unde primo ponitur supplicatio debitoris; secundo crudelitas ipsius, ibi, *Ille autem noluit*, etc. Notandum quod omnia, quae ille servus fecit domino, iste fecit ei; unde *precidens rogabat*. Supra dicitur *Orabat*, hic *Rogabat*, quia supra reddebat honorem, qui debetur Deo; hic autem tangit honorem, qui debetur homini: ideo dicit *Rogabat*. Sed nihil valuit ei; unde dicitur, *Ille autem noluit*. Prov. xii, 10: *Viscera impiorum crudelia. Et misit eum in carcerem*, id est in tribulationem, donec redderet debitum, id est ad hoc, ut redderet debitum. Prov. cap. vi, 34: *Ira et furor viri non parcent in die vindictae*.

Videntes autem conservi eius. Hic tanguntur quatuor. Primo ponitur reprobatio istius peccati; secundo obiurgatio peccati ex parte Dei, ibi, *Tunc vocavit illum dominus suus*; tertio poena, ibi, *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus*; quarto applicatur similitudo, ibi, *Sic et Pater meus coelestis faciet vobis*, etc. Dicit ergo, *Videntes autem conservi eius*, etc. Videmus enim, quod si patitur unum membrum, compatiuntur alia; unde videntes hominem affligi, compatiuntur ei naturaliter. Ps. cxviii, 158: *Vidi praevaricantes, et subscebam*. Unde contrastati sunt, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*, ad Rom. xii, vers. 15. *Et venerunt, et ministraverunt domino suo*, id est divinam iustitiam imploraverunt. *Desiderium pauperum exaudiit Dominus, praeparationes cordis domini audivit auris tua*, Ps. lxx, 17.

Consequenter ponitur obiurgatio, *Tunc vocavit eum dominus suus*, etc. Vocat dominus per mortem. Iob xix, 16: *Vocabis me, et ego respondebo tibi*. Et ait

illi. Primo exprobat malitiam; secundo beneficium collatum; tertio commemorat quod debuit facere. Dicit ergo, *Serve nequam*. Superius cum deberet ei, non dixit ei opprobrium; sed nunc cum facere debuit quod non fecit, dixit, *Serve nequam*; quia quod homo peccet, hoc humanum est; sed si perseveret, hoc diabolicum est. *Omne debitum dimisi tibi*. Hic exprobat beneficium illatum, quod supra non fecerat, *Namquid non oportuit et te misereri conservi tui?* quasi dicit: Tu receperisti magna, et non vis impendere parva? *Et iratus dominus*, etc. Et primo agit de poena, per quam fit separatio a Deo. Quando supra dominus iussit venundari, non dixit quod esset iratus, quia monitiones non sunt ex divina iustitia, sed ex misericordia; sed obiurgatio est ex ira Dei. Prov. xix, vers. 12: *Sicut fremitus leonis, ita et ira regis*. Secundo quia subicitur daemonibus; unde *tradidit eum tortoribus*. Ecdi. xxxiii, 14: *Reddet illis secundum iudicium suum*. Item tangitur poenae perpetuitas, *Quoadusque redderet universum debitum*; et hoc erit in infinitum. Si enim poena cessare non debet, donec fiat satisfactio debiti, et nullus sine gratia potest satisfacere; qui decedit sine charitate, non poterit satisfacere.

Sic et Pater meus coelestis faciet vobis. Hic adaptat similitudinem. Pater est Deus, sicut supra vi, 9: *Pater noster, qui es coelis*. *Faciet vobis*, id est non remittet peccata vestra, nisi remiseritis minus; quae fratri suo de cordibus vestris. Hic videtur innuere, quod peccata dimissa redeant, sicut vult Origenes, quod dimissa redeant in aliquibus, sicut in apostasia. Item si dolet poenuisse, sed hoc non videtur, eo quod remissio efficacia habet a sacramentis: ideo peccata et manifesta et occulta remittuntur; dicuntur autem redire per ingratitude.

Varia de specie infortium.

Mortuus debemus, voluntatem nos non nosse 4737
stram, sed Dei facere debere, secundum quod nos Dominus quotidie iussit orare. Quam praeposteram est, quamque perversam, ut cum Dei voluntatem fieri postulamus, quando evocat nos et accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntati eius imperio pareamus! (S. CHRYS.). — Quid oramus et petimus, ut adveniat regnum colorum, si captivitas terrena delictorum? quid precibus frequenter iteratis rogamus et poscimus, ut acceleret dies regni, si maiora desideria et vota postiora sunt servare isthuc diabolo, quam regnare cum Christo? (Id.)

Quando enim bene considerat homo, quod Filius Dei, Dominus mortis, mori voluit, non timet mori (S. THOM. AQ.). — Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur (S. AUGUST.). Laudandus quidem ille est, qui mortem tanquam hodie venturam expectat; sed ille sanctus, qui eandem semper desiderat (S. CLYMAC.). — Coarctor autem et duobus: desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo (PHILIPP. 1, 23). — Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, et delectantur anima mea in atria Domini! (PSAL. LXXXIII). — *O Maria, per mortem Filii tui, preciosa sit in conspectu eius mors indignissimi servuli tui, qui ad te confugio!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

IN MATTH. HOUL. 54.

SIMILE est regnum colorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum coepisset ponere rationem, oblitus est ei unus qui debebat decem millia talenta. Non habent autem eo unde redderet, iussit vendi eum, et axorera et filios et omnia quae haberet. Deinde cum misericordiam impetrasset ille, *Egressus conservum debentem sibi centum denarios suffocabat*; quare commotus dominus, ipsum in carcerem donici iussit, donec totum solveret. Videne quantum sit discrimen inter peccata in hominem, et in Deum? Quantum scilicet discrimen inter decem millia talenta, et centum denarios; imo

dium exigunt; et haec, cum is, a quo exigunt, et uxorem et liberos alat, pauperque sit, qui suis laboribus et aream et torcularia implet. Sed nihil horum cogitant. Quare opportune Prophetam in medium adducamus dicentem, *Obstupescite, coelum, et horresce, terra*: in quantum feritatem genus humanum prorupit? Haec porro dico, non quod artes, agriculturam et militiam criminer, sed nos ipsos. Nam Cornelius centurio erat, et Paulus coriarius, et post praedicationem arte sua utebatur; et David rex erat; Iob vero multorum praediorum dominus, innumeris fruebatur redditibus, quibus nihil horum impedimento fuit ad virtutem colendam. Haec itaque omnia cogitantes, decemque millia talenta in mentem revocantes, hinc incitemur ut pauca illa et villa proximo remittamus. Nam rationes nobis reddendae erunt de praeceptis nobis traditis, nec poterimus, quidquid tandem faciamus, omnia persolvere. Ideoque nobis Deus viam facilem aperuit, qua omnia solvere possimus, oblivionem dico iniuriarum. Ut igitur illud probe discamus, audiamus ultra progressi parabolam totam. *Oblitus est, enim, inquit, unus qui debebat illi decem millia talenta. Non habente autem illo unde redderet, iussit eum vendi, et uxorem eius, et filios.* Cur uxorem quaeso? Non ex crudelitate vel inhumanitate; nam in alioj detrimentum incidisset, cum uxor eius et ipsa serva esset; sed ex ineffabili providentia. Vult enim illum tali comminatione perterre, facere, ut ad supplicandum induceret, ne venderetur. Si enim propter debitum id fecisset, non ammisset eius petitioni, neque gratiam dedisset. Cur ergo antequam rationes datae essent debitum non dimisit? Ut doceret quanto ipsum debito absolveret; ut haec ratione ille indulgentior circa conservum esset. Si

enim postquam debiti magnitudinem didicit, et ingentem remissionem, conservum suum tam aspere egit: nisi illum talibus remediis prius lenivisset, quo non crudelitatis processurus erat? Quid igitur ille? *Paticulam habe in me, et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei.* Vidistine rursus benignitatis magnitudinem? Dilationem tantum petebat servus; ille vero plus quam petebat concessit, remissionem totius debiti atque veniam. Ab initio nempe dare volebat, sed nolebat donum ex se totum esse, sed eius supplicationem intervenire, ne incoronatus ille discederet. Quod tamen totum ex Deo esse, etiamsi ille procumbens supplicaverit, causa concessionis declaravit: *Misertus enim, inquit, dimisit illi.* Attamen sic quoque volebat ut ille aliquid conferre videretur, ne nimio afficeretur pudore; utque propria caritate institutus, indulgens conservo foret.

Hucusque ergo ille bonus et acceptus fuit: nam confessus est et promisit se debitum redditurum esse, prociidit, et rogavit, sua peccata damnavit, debiti que magnitudinem agnovit: sed quae sequuntur indigna prioribus sunt. Egressus statim, nec multo elapso tempore, sed statim, cum praesens adhuc beneficium esset, dono, necnon libertate a domino sibi concessa ad nequitiam usus est. *Cum invenisset enim unum ex conservis qui debebat illi centum denarios, suffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Vidistine domini misericordiam? vidistine servi crudelitatem? Audite qui pro pecuniis haec facitis. Cum enim pro peccatis id non liceat facere, quanto minus pro pecuniis? Quid igitur ille? *Paticulam habe in me, et omnia reddam tibi.* Ille vero ne verba quidem reveritus est, per quae ipse servatus fuerat. Nam ipse his

FERIA SEXTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

DE MATTH. HOM. 61.

VIDENTES autem conservi, accusaverunt illum apud dominum, *dominoque retulerunt.* Ne hominibus quidem hoc placebat, nedum Deo. Una ergo contristati sunt vel illi qui nihil debebant. Quid ergo dominus? *Serve nequam, omne debitum illud dimisi tibi, quia rogasti me. Nonne oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui miserus sum?* Vide rursus mansuetudinem domini. Cum illo iudicio contendit, et sese purgat, donum revocaturus; imo vero non ipse revocavit, sed is qui acceperat. Ideo dicit: *Omne debitum illud dimisi tibi, quia rogasti me. Nonne oportuit, et te misereri conservi tui?* Etsi enim onerosum tibi videatur, at oportuit ad lucrum respicere iam factum, et ad futurum. Et si onerosum sit praecipuum, praemium cogitare oportuit; atque in mente versare, non quod ille tibi damnum inferat, sed quod Deum tu offerendas, quem simplici precatione placasti. Et si etiam sic tibi onerosum videtur, si te laedentis amicus fias, longe gravius erit in gehennam incidere: et si illud ipsi retulisses, tunc cognovisses, id multo levius esse. Et cum millia talenta deberet, Deus non vocavit malum, nec injuria affecti, sed miserus est: quando autem circa conservum immanis effectus est, tunc dicit: *Serve nequam.* Audite, avari; nam vos haec respiciunt. Audite, immisericoordes et crudeliter, vos non alius esse crudeliter, sed vobis ipsis. Cum ergo volueris iniurias in mentem revocare, cogitate contra te ipsum illas revocare, non contra alium; te tua peccata colligere, non proximi. Tu quidem quidquid contra illum agis, ut homo agis, et in praesenti vita; Deus vero non

dicis a decem millium talentorum debito absolutus est: nec portum cognovit, per quem naufragium eflugisset: nec supplicationis modus domini benignitatem in mentem ipsi revocavit; sed illa omnia ex avaritia, crudelitate et duritie abiciens ex animo, fera quavis saevius conservum suffocabat. Quid facis, o homo? non sentis, ut te ipsum decipias, gladium contra te adigas, ac sententiam donumque revoces? Sed nihil horum cogitavit, nec rerum suarum recordatus est, neque cessit omnino: quamquam non de paribus supplicatio erat. Hic namque pro decem millibus talentis, ille pro centum denariis precabatur; ille conservum, hic dominum; hic perfectam remissionem accepit, ille dilationem petebat: *et ne illum quidem hic concessit illi: In carcerem enim illum coniecit.*

Varia de iudicio particulari.

NOVISSIMA tua sunt: mors, iudicium, gehenna. Quod horribilius morte? quid iudicio terribilius? gehenna nihil potest intollerabilius cogitari: quid metuet, si quis ad ista non trepidat, non expavescit, non timore concutitur? (S. BERN.) — Omnes enim has manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum (II Cor. v. 10). — Time, o homo, quod in terribili iudicio ei praesentandus es, in cuius manus horrendum est incidere, et ab eo examinandus, quem nihil latet (S. BERN.).

Futura iudicium est timendum propter tria: propter iudicium terrorem, propter iudicium rigorem, propter suppliciorum horrorem (S. BOSAV.). — Elias Abbas, qui septuaginta annis sanctissime viscerat in deserto, gliscere solebat is, qui ad ipsum ventitabant: Tria timeo. Primum est, animae e corpore discessio; alteram, inevitabilem necessitatem componendi coram Deo; tertium est, sententia, quam in me laturus est Iudex (PALLAD.). — Terribile erit iudicium, horrendum tribunal, plenae tremoris poenae, et fluvius igneus, qui reos corripit (S. CHRYSOST.). — O Maria, in die iudicii defende me!

sic, sed maiori te et aeterno illic supplicio afficiet: nam ait: *Tradidit eum tortoribus, donec omne debitum persolveret*; id est, perpetuo; numquam enim solvet. Quia ex beneficio non melior evasisti, unum relinquatur, ut supplicio emenderis. Licet gratiae, et dona Dei sine poenitentia sint; at tantum valuit nequitia, ut hanc legem solveret. Quid ergo iniuriarum recordatione deterius, quae donum divinum tale ac tantum evertere possit? Neque illum simpliciter, sed iratus tradidit. Quando enim iussit illum vendi, non irati verba erant; ideo non id fecit; sed hoc occasio grandis misericordiae fuit: nunc vero indignationis magnae sententia est, supplicii atque ultionis. Quid ergo tibi vult parabola? *Sic vobis faciet Pater meus*, inquit, *nisi remiseritis unusquisque fratri suo de corde peccata ipsorum*. Non dixit, Pater vester; sed, *Pater meus*. Non enim dignus est sic improbus et inhumans, qui Deum vocet Patrem.

4740 Duo igitur hic quaerit, ut peccata nostra dampnemur, et aliis remittantur; et hoc propter illud, ut facilius illud sit tamen qui cogitat peccata sua, indulgentior erit conservo; neque solum ore, sed corde dimittendum est, ne contra nos gladium adigamus ob iniuriarum memoriam. Quid enim tibi tantum mali intulit qui offendit, quantum tibi inferis, cum iram animo versas, et sententiam Dei te dampnante tibi attrahis? Nam si tu vigiles et philosophis, in caput illius mali torquetur, et is ipse erit qui male patitur; sin tu perseveres moleste et graviter ferens, solus dampnum referes, non ab illo, sed a teipso. Ne dixeris ergo, Me contumelia affecti, calumniatus es, innumera intulit mala: quanto enim plura dixeris, tanto magis beneficium illum ostendis. Occasionem quippe tibi dedit peccata deponendi; ita

ut quanto magis te laeserit, tanto maiorem peccatorum tibi remissionem conciliabit. Nam si velimus, nemo nos laedere poterit: sed et ipsi inimici nobis maxime prosunt. Equid de hominibus loquor? Ipso diabolo quid scleritatus est? Attamen ab illo magnam beneficii occasionem mutamur, ut Iob comprobat. Si porro diabolus occasio est coronarum, cur inimicum times? Vide quanta lucreris, dum inimicorum molestias fers patienter. Primo quidem, id quod maximum est, peccatorum remissionem; secundo, perseverantiam et patientiam; tertio, mansuetudinem et benignitatem. Qui enim nescit irasci adversus eos qui se offendunt, multo magis erga amicos mitis erit. Quarto, quod semper ira vacui simus, cui bono nihil par esse possit. Nam qui nunquam irascitur, nullo moerore premitur, ut liquidum est, neque vitam aget in vanis laboribus doloribusque: qui enim odisse nescit, nec dolore afficitur, sed deliciis milleque bonis fruitur. Itaque nos ipsos supplicio afficimus, dum alios, odio habemus; sicut et nobis beneficia conferimus, dum diligimus. Ad haec venerabilis ipsis inimicis eris, etiamsi daemones essent; imo potius, si ita sis affectus, nemo tibi inimicus erit: quod autem omnium maximum primumque est, Dei misericordiam tibi attrahis: atque etiamsi peccaveris, veniam impetrabis; si bene egeris maiorem assumes fiduciam. Illud ergo assequamur, neminem odio habere, ut nos Deus amet: ut etiamsi decem millium talentorum debitores simus, nostri misceretur. Sed laesus fuisti ab illo? Miserrare illum, nec odio habere; iuge illum, nec averseris. Non enim tu offendisti Deum, sed ille; tu vero probe rem gessisti, si patienter tuleris. In mentem revoca, Christum, cum esset crucifigendus, pro seipso gavisum, et

pro crucifigentibus lacrymatum fuisse. Sic nos oportet esse affectos: et quanto magis laedimur, tanto magis debemus nos laedentes deslere. Nobis enim multa inde bona accedunt; illis vero contra. Sed coram omnibus contumeliis affecti et verberavit? Ergo coram omnibus sese deturpavit et dehonestavit, et mille accusatorum ora aperuit, pluresque tibi textit coronas, multos patientiae tuae praecones collegit. Sed apud alios me calumniatus est. Et quid hoc, cum Deus sit de his orationes expetiturus, non autem illi qui audierunt? Sibi namque ipsi supplicii causam curavit, ut non modo de suis delictis, sed de iis etiam, quae contra se loquutus est, rationem sit redditurus. Te ille apud homines calumniatus est, ipse vero apud Deum est accusatus. Si vero haec tibi non sint satis, cogita Dominum quoque tuum calumniis impetum fuisse, et a satana et ab hominibus, atque apud eos quos maxime diligebat; illius quoque Unigenitus similiter. Ideo dicebat: *Si patrem familias Beldacub voverunt, multo magis domesticos eius* (MATTH. 23). Neque solum calumniatus illum est malignus daemon, sed fides illi adhibita est; calumniatusque est, non de rebus nihil, sed de magnis criminibus. Nam et daemonicum illum vocavit, et deceptorem et Deo adversarium. At postquam beneficia contulisti, male passus es? Ideoque maxime pro iniuriam inferente iuge, pro teipso gaude, quia similis Deo factus es. *Qui solum suum oriri facit super malos et bonos* (MATTH. 5, 45). Quod si Deum imitari supra vires tuas esse videatur: quamquam studioso id non difficile sit; attamen si id tibi sublimius esse videatur, age, te ad conservos ducamus: ad Iosephum, qui innumera passus, fratres suos beneficiis affecti; ad Moysen, qui post mille insidias, pro Iudaeis precatus est; ad beatum

Paulum, qui quae passus ab illis esset enumerare non poterat; et tamen optabatur anathema esse pro illis (ROM. IX, 3); ad Stephanum, qui lapidatus est, et rogavit ut hoc peccatum remitteretur eis. Et haec omnia cogitans, iam omnem eice, ut Deus nobis omnia peccata remittat, gratia et misericordia Domini nostri Iesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Varia de iudicio particulari.

4747 Iste et summi Iudicis tremendus aspectus: cui pervicax est omne solidum, et aspectum omne secretum: cui obscura clarescit, muta respondent, silentium confitentur, et sine voce mens loquitur (S. LEO L.). — Quid tam parvulum, ait S. Bernardus, quam iudicandum adstare illi tam terrifico tribunal! et inertem adhuc expectare sub tam stricto Iudicis sententiam? — S. Arsenius, annorum centum viginti senex, post vitam sanctissimam actam cum in fatali lecto flere coepisset, et ab astantibus interrogatus fuisset, num et ipse sub a Iudice timeret? respondit: In veritate timeo, et isto timore, qui nunc mecum est, semper in me fuit, ex quo factus sum Monachus (REFFUS).

4748 Christiani iudicium Dei magis debent timere, quam hominum (S. Hieron.). — Supremus Iudex noster non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terrae. (Is. xi, 3). Novit Deus quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat (S. August.). O Maria, place Iudicem meum, convertite me!

SABBATO

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 13.

4749 **D**EUS assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui soluit rationem ponere cum servis suis, etc. Iuxta morem Syriorum, et maxime Palaestinarum parabolam posuit: ut quid

per similitudinem teneatur. Qui rationem cum servis suis posuit: quis melius quam Redemptor noster intelligitur, de quo Psalmista: *Deus, inquit, iudicium tuum regi da, etc.*

4759 *Et cum corpisset rationem ponere.* Servus hic qui decem talenta debuit, Iudaeus est populus, qui Decalogo legis constructus, multarum transgressionum debitus fuerat obnoxius, quem Dominus suis iussit veniendi eum omnibus, quae habuit: quia propter delictorum magnitudinem, in exteram tradidit potestatem nationum, ut quod noluerunt voto persolvere, cogerentur tormento.

4758 *Procidens autem servus ille, etc.* Cum ergo se legis populus coangustatus senserat, ad preces conversus, quod prius sponte noluit, postea vi coactus se facturum promisit: et cui poenitenti per Isaiam dicitur: *Delevi iniquitates tuas ut nubem, et quasi nebulam peccata tua.* Sed quid postea servus hic ingratus fecerit, audiamus.

4759 *Egressus autem servus ille, etc.* Liberatus ergo de captivitate Iudaicus populus, non solum Redemptori suo minime gratias egit: sed etiam peccatis pristinis, nova superadiciens, in contemptum domini sui, conservum suum, hoc est, gentilem populum quasi sibi obnoxium, fatigare non distulit.

4753 *Videntes autem conservi eius quae fiebant, etc.* Qui autem conservi isti, nisi Apostoli et praedicatoris Evangelii, qui quotidie pro salute credentium contra dolum persecutorum Dominum implorant: ut in Actibus Apostolorum legitur: *Et nunc, Domine, respice in misera eorum, etc.*

4754 *Serve nequam, omnes debent dimisi tibi, etc.* Liberati ab angustiis, nullam potestea compassionem erga proximos pauperes habebant: sed debitores suos atrociter repetebant.

4755 *Et iratus Dominus eius tradidit eum*

tormentoribus, etc. Id est, blasphemum populum in manus Romanorum: sive malignis spiritibus, qui incorrigibilem animam nequitiamque eorum aeternis cruciatibus sine fine punirent

4756 *Sic et pater meus caelestis faciet vobis, etc.* Ex quibus videlicet dicitur constat, quia si hoc quod in nos delinquitur, non ex corde dimittimus: et illud rursus a nobis exigitur, quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus,

Varia de iudicio particulari.

4757 **D**e iudicio nullus absconditur, quia nullatenus potest, aut non videre quod facimus, aut illi visci quod videt (S. GREG. MAGN.). — Omnia non solum facta, sed et cogitata districte pensantur: quid faciemus de inessu mali operis, si sic occulte Deo licet gressus cordis? — Ecce ocella mentis nostrae itinera nullis hominum videt, et tamen ante Dei oculos tot gressus potius, quot affectus movemus (id.).

4758 *Nam iudicium Dei potest, nec virus effugere, nec mortuus (LACT. FIAN.).* — Deum, cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec iudicem homines fugiunt (S. AUGUST.). — Sic Dominus iniquitatisque considerat vias, sic dinumerat gressus, ut ne minutissime quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima iniquitatis roneant (S. GREG. MAGN.). — *O Maria, ab omni peccato libera nos!*

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCITI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.
Matth. XXII. 13-14.

In illo tempore: Abecantes Pharisaei, consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone.

13. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, et vram Deum veritate dicis, et non est tibi cura de aliquo: non enim respicias personam hominum:

14. Ille ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Caesari, an non?

15. Respondit autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritae?

16. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

17. Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec, et superscriptio?

18. Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: et quae sunt Dei, Deo.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Hebraei in Herod. Eten.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 22.

4759 **T**unc abecantes Pharisaei, etc. Caesar Augustus Herodem filium Antipatri alienigenam et proselitum Regem Iudaeis constituerat, ut tributis praesesset, et Romano pareret imperio. Mittunt igitur Pharisaei discipulos suos, quasi minus notos atque suspectos cum Herodis militibus seu illudentes quod tributa Romanis solvebant, et non divino cultui dediti tantum erant: aut ut abscondite faecule deciperent eum, vel ut deprehensi, minus erubescerent apud eum. Nam consilio malo deprehensio, tanto minus nascitur confusio, quanto fuerit persona deterior.

4760 *Magister, scimus quia verax es, etc.* Magistrum et veracem vocant, ut quasi homo honoratus et laudatus, mysterium eis sui cordis simpliciter aperiret: et fraudulenter provocant, ut magis Dominum quam Caesarem timens, dicat tributa solvi non debere, ut statim Herodiani audientes teneant quasi principem contra Romanos seditionis.

4761 *Cognita autem Iesus nequitia eorum, etc.* Non secundum sermones eorum pacificus blande respondit, sed secundum conscientiam eorum crudeliter aspera dixit: quia Deus plerumque ad animam loquitur, non ad corpus: voluntatibus respondet, non verbis.

4762 *Ostendite mihi numisma census, etc.* Sapientia sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confitentur: et ad hoc interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat.

4763 *Dicunt ei Caesaris, etc.* Illic Caesarem Tiberium significari, privignum ei qui in loco praecesserat vitrici, sub quo et Dominus passus est, intelligere debemus.

4764 *Reddite, inquit, Caesari quae eius sunt.*

Numquam, tributum et pecuniam: et quae sunt Deo Deo, decimas et primitias. Aliter, quemadmodum a vobis Caesar exigit impressionem imaginis suae, sic et Deus, ut quemadmodum illi redditur nummus, sic Deo anima, lumine vultus eius illustrata atque signata.

Varia de iudicio particulari.

4765 **D**ominus mihi, non suppetit quid dicam, non occurrat quid respondeam: et cum iam interitum saevo illi discrimini, torquet me conscientia, cruciant cordis arcana, coarctat me avaritia, accuepsit aperia, consumit invidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat me gula, ebrietatis confusio, detractio laecrat, ambitio supplantat, rapacitas obumbrat, dissidia me dissipat, ira perturbat, levitas dissolvit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frangit, favor atillit, calumnia pinguet (S. AUGUST.). Eten, ergo, miserere mihi Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

4766 *Quando Deus iudex erit, alius testis quam conscientia tua non erit: inter iudicem iustum et conscientiam tuam, noli timere nisi causam tuam (S. AUGUST.).* — Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et tradent in illos ex adverso iniquitates ipsorum (SAP. IV. 20). — Cum venerit iudicii tempus, correctio locus non erit, sed tantum damnatio. Et erit tibi poenitentia, sed infructuosa, quia sera. Hicte hortatur te, ne iudicet te; et qui iudex tunc futurus est, ipse est hodie Adversarius tuus (S. AUGUST.). — *O Maly misericordiam, mi serere mi!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 22.

4767 **T**unc abecantes Pharisaei, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Nuper sub Caesare Augusto Iudaea subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata desertio (Luc. II. 1, 2), stipendiaria facta fuerat, et erat in populo magna seditio, dicentibus aliis pro securitate et

per similitudinem teneatur. Qui rationem cum servis suis posuit: quis melius quam Redemptor noster intelligitur, de quo Psalmista: *Deus, inquit, iudicium tuum regi da, etc.*

4759 *Et cum corpisset rationem ponere.* Servus hic qui decem talenta debuit, Iudaeus est populus, qui Decalogo legis constructus, multarum transgressionum debitus fuerat obnoxius, quem Dominus suis iussit veniendi eum omnibus, quae habuit: quia propter delictorum magnitudinem, in exteram tradidit potestatem nationum, ut quod noluerunt voto persolvere, cogerentur tormento.

4758 *Procidens autem servus ille, etc.* Cum ergo se legis populus eoangustatus senserat, ad preces conversus, quod prius sponte noluit, postea vi coactus se facturum promisit: et cui poenitenti per Isaiam dicitur: *Delevi iniquitates tuas ut nubem, et quasi nebulam peccata tua.* Sed quid postea servus hic ingratus fecerit, audiamus.

4759 *Egressus autem servus ille, etc.* Liberatus ergo de captivitate Iudaicus populus, non solum Redemptori suo minime gratias egit: sed etiam peccatis pristinis, nova superadiciens, in contemptum domini sui, conservum suum, hoc est, gentilem populum quasi sibi obnoxium, fatigare non distulit.

4753 *Videntes autem conservi eius quae fiebant, etc.* Qui autem conservi isti, nisi Apostoli et praedicatoris Evangelii, qui quotidie pro salute credentium contra dolum persecutorum Dominum implorant: ut in Actibus Apostolorum legitur: *Et nunc, Domine, respice in misera eorum, etc.*

4754 *Serve nequam, omnes debent dimisi tibi, etc.* Liberati ab angustiis, nullam potestea compassionem erga proximos pauperes habebant: sed debitores suos atrociter repetebant.

4755 *Et iratus Dominus eius tradidit eum*

tormentoribus, etc. Id est, blasphemum populum in manus Romanorum: sive malignis spiritibus, qui incorrigibilem animam nequitiamque eorum aeternis cruciatibus sine fine punirent

4756 *Sic et pater meus coelestis faciet vobis, etc.* Ex quibus videlicet dicitur constat, quia si hoc quod in nos delinquitur, non ex corde dimittimus: et illud rursus a nobis exigitur, quod nobis iam per poenitentiam dimissum fuisse gaudebamus,

Varia de iudicio particulari.

4757 **D**e iudicio nullus absconditur, quia nullatenus potest, aut non videre quod facimus, aut illi visci quod videt (S. GREG. MAGN.). — Omnia non solum facta, sed et cogitata districte pensantur: quid faciemus de inessu mali operis, si sic occulte Deo licet gressus cordis? — Ecce ocella mentis nostrae itinera nullis hominum videt, et tamen ante Dei oculos tot gressus potius, quot affectus movemus (id.).

4758 *Nam iudicium Dei potest, nec virus effugere, nec mortuus (LACT. FIAN.).* — Deum, cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec iudicem homines fugiunt (S. AUGUST.). — Sic Dominus iniquitatisque considerat vias, sic dinumerat gressus, ut ne minutissime quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima iniquitatis roneant (S. GREG. MAGN.). — *O Maria, ab omni peccato libera nos!*

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN

LECTIO SANCITI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.
Matth. XXII. 13-14.

In illo tempore: Abecantes Pharisaei, consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone.

13. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, et vram Deum in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo: non enim respicias personam hominum:

14. Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Caesari, an non?

15. Respondit autem Iesus nequitia eorum, ait: Quis me tentatis hypocritae?

16. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

17. Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec, et superscriptio?

18. Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: et quae sunt Dei, Deo.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 22.

4759 **T**unc abecantes Pharisaei, etc. Caesar Augustus Herodem filium Antipatri alienigenam et proselitum Regem Iudaeis constituerat, ut tributis praesesset, et Romano pareret imperio. Mittunt igitur Pharisaei discipulos suos, quasi minus notos atque suspectos cum Herodis militibus seu illudentes quod tributa Romanis solvebant, et non divino cultui dediti tantum erant: aut ut abscondite faecule deciperent eum, vel ut deprehensi, minus erubescerent apud eum. Nam consilio malo deprehensio, tanto minus nascitur confusio, quanto fuerit persona deterior.

4760 *Magister, scimus quia verax es, etc.* Magistrum et veracem vocant, ut quasi homo honoratus et laudatus, mysterium eis sui cordis simpliciter aperiret: et fraudulenter provocant, ut magis Dominum quam Caesarem timens, dicat tributa solvi non debere, ut statim Herodiani audientes teneant quasi principem contra Romanos seditionis.

4761 *Cognita autem Iesus nequitia eorum, etc.* Non secundum sermones eorum pacificus blande respondit, sed secundum conscientiam eorum crudeliter aspera dixit: quia Deus plerumque ad animam loquitur, non ad corpus: voluntatibus respondet, non verbis.

4762 *Ostendite mihi numisma census, etc.* Sapientia sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confitentur: et ad hoc interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat.

4763 *Dicunt ei Caesaris, etc.* Illic Caesarem Tiberium significari, privignum ei qui in loco praecesserat vitrici, sub quo et Dominus passus est, intelligere debemus.

4764 *Reddite, inquit, Caesari quae eius sunt.*

Numquam, tributum et pecuniam: et quae sunt Deo Deo, decimas et primitias. Aliter, quemadmodum a vobis Caesar exigit impressionem imaginis suae, sic et Deus, ut quemadmodum illi redditur nummus, sic Deo anima, lumine vultus eius illustrata atque signata.

Varia de iudicio particulari.

4765 **D**ominus mihi, non suppetit quid dicam, non occurrat quid respondeam: et cum iam interitum saevo illi discrimini, torquet me conscientia, cruciant cordis arvana, coarctat me avaritia, accuepsit aperia, consumit invidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat me gula, ebrietatis confusio, detractio laecrat, ambitio supplantat, rapacitas obumbrat, dissidia me dissipat, ira perturbat, levitas dissolvit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frangit, favor atillit, calumnia pinguet (S. AUGUST.). Eia, ergo, miserere mihi Deus, secundam magnam misericordiam tuam.

4766 *Quando Deus iudex erit, alius testis quam conscientia tua non erit: inter iudicem iustum et conscientiam tuam, non timere nisi causam tuam (S. AUGUST.).* — Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et tradent illis ex adverso iniquitates ipsorum (SAP. IV. 20). — Cum venerit iudicii tempus, correctiois locus non erit, sed tantum damnationis. Et erit tibi poenitentia, sed infructuosa, quia sera. Hicte hortatur te, ne iudicet te; et qui iudex tunc futurus est, ipse est hodie Adversarius tuus (S. AUGUST.). — *O Maly misericordiam, mi serere mi!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 22.

4767 **T**unc abecantes Pharisaei, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Nuper sub Caesare Augusto Iudaea subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata desertio (Luc. II. 1, 2), stipendiaria facta fuerat, et erat in populo magna seditio, dicentibus aliis pro securitate et

quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolvi: Pharisaeis vero, qui sibi applaudebant de iustitia, econtrario dicentibus, non debere populum Dei (qui decimas solveret, et primitiva daret, et cetera quae in lege scripta sunt, faceret) humanis legibus subiacere. Caesar Augustus Herodem filium Antipatri alicigenum et proelytum, regem Iudaeis constituerat, qui tributis processet, et Romano pareret imperio. Mittunt igitur Pharisaei discipulos suos cum Herodianis, id est, militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisaei quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, et non divino cultui deditos. Quidam Latiorum ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebant, quod nusquam omnino legimus.

4768 *Magister, scimus quae exas es, et viam Dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum: Dic ergo nobis quid tibi vultur: licet censum dari Caesari, an non? Blanda et fraudolenta interrogatio, illuc provocat respondentem, ut magis Deum quam Caesarem timeat, et dicat non debere tributa solvi, ut statim audientes Herodianis, seditionis contra Romanos principem teneant.*

4769 *Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritae? Prima virtus est respondentis interrogantium mentem cognoscere, et non discipulos, sed tentatores vocare. Hypocritae ergo appellatur, qui aliud est, et aliud simulat, id est, aliud opere agit, et aliud voce praetendit.*

4770 *Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Sapientia semper sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confutentur. Ostendite, inquit, mihi denarium, hoc est, genus nummi, quod pro decem nummis*

imputabatur, et habebat imaginem Caesaris.

4771 *Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec, et superscriptio? Qui putant interrogationem Salvatoris ignorantiam esse, et non dispensationem, discant ex praesenti loco, quod utique potuerit scire Iesus cuius imago esset in nummo; sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter responderent.*

4772 *Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Caesarem non putemus Augustum, sed Tiberium significari privignum eius, qui in locum successit ipsius, sub quo passus est Dominus. Omnes autem reges Romani a primo Caio Caesare, qui imperium arripuerat, Caesares appellati sunt. Porro quod ait: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, id est, nummum tributum, et pecuniam: et quae sunt Dei Deo, decimas, primitias et oblationes, ac victimas sentiamus: quomodo et ipse reddidit tributa pro se et Petro (MATTH. XVII, 26); et Deo reddidit quae Dei sunt, Patris faciens voluntatem (IOANN. VI, 38).*

Varia de iudicio particulari.

4773 *Iustus Deus corrumpi non potest, quia iustus est: ei resisti non potest, quia fortis est: impetiose non iudicat, quia patiens est (IACO. I, S. VI, 11). — Zelus et furor viri (Christi) non parit in die vindictae, nec acquiescet cuiusquam peccatis, nec suscipiet pro redemptione dona plurima (IACO. VI, 34, 35). — Illic magnum iudicium aethoris nulla decipiet, et nullius potentia mitigatur, dignitati non condescendit, non venietur personam, sed tremendum et implacabile erit iudicium (S. CATHARUS).*

4774 *Sicut potentia Christi, iudicantis erit insuperabilis, ita sapientia ineffabilis, iustitia indefectibilis (S. THOM. 2^o 2^{ae}). — Ille iudex Christus, nec gratia praevenerit, nec misericordia fleatur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione mitigatur. — Hic dum tempus est, quidquid potest anima agat pro se, ubi locus est misericordiae: hic agat anima*

penitentiam, et index ille Deus possit mutare sententiam (S. AUGUST. I. — O Maria, ora pro me, et libera me ab omni malo!

FERIA TERTIA

Homilia S. Augustini Episcopi.
SERMO 90.

4775 **E**XTENDITE ergo dilectionem, non usque ad coniuges et filios vestros. Ista dilectio etiam in peccatoribus et passeribus invenitur. Scitis istos passeres et hirundines quemadmodum diligant coniuges, simul ova foveant, simul pullos nutriant, grata quadam et naturali bonitate, nulla cogitata mercede. Non enim dicit passer: Nutriam filios meos, ut cum senuero, pascant me. Nihil horum cogitat: gratis amat, gratis pascit: affectum parentis exhibet, retributionem non requirit. Et nos, novi, scio, sic amatis filios vestros. Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis (I. COR. XII, 14). Hinc etiam multi excitatis avaritiam vestram, quia filios vestros acquiritis, eisque servatis. Sed extendite dilectionem, crescat ista dilectio: amare autem filios et coniuges, nondum vestis illa nuptialis est. Habete fidem ad Deum. Prius diligite Deum. Extendite ad Deum; et quos poteritis, rapite ad Deum. Inimicus est: rapiatur ad Deum. Filius est, uxor est, servus est: rapiatur ad Deum. Peregrinus est: rapiatur ad Deum. Inimicus est: rapiatur ad Deum. Rape, rape inimicum: rapiendo non erit inimicus. Sic proficiatur, sic charitas nutriatur, ut nutrita perficiatur: sic vestis nuptialis induatur: sic imago Dei, ad quam creati sumus, proficiendo resculpatur. Peccando enim obsolefacta erat, attrita erat. Unde attrita? unde obsolefacta? Cum fricatur ad terram. Quid est, ad terram fricatur? Ter-

renis cupiditatibus teritur. *Quantquam enim in imagine ambulet homo, laqueum tunc conturbatur (PSAL. XXXVIII, 7). Veritas quaeritur in Dei imagine, non vanitas. Amando enim veritatem imago illa, ad quam creati sumus, resculpatur, et proprius nummus Caesari nostro reddatur. Sic enim ex responsione Domini audistis, tentantibus Iudaeis dicentem Dominum, Quid me tentatis, hypocritae? Ostendite mihi numisma census; id est, expressionem imaginis et superscriptionem. Ostendite mihi quid solvitis, quid paratis, quid a vobis exigitur; ostendite mihi. Ostenderunt illi denarium: et quaesivit cuius haberet imaginem et superscriptionem. Responderunt, Caesaris (MARTH. XXII, 18-21). Caesar iste et imaginem suam quaerit. Caesar non vult sibi perire quod iussit, et Deus non vult perire quod fecit. Caesar, fratres mei, non lexit nummum: monetarii faciunt; artificibus iubetur, suis ministris imperavit. Imago exprimebatur in nummo: in nummo est imago Caesaris. Et tamen quod alii impresserunt quaeritur: ille thesaurizat, ille non vult sibi negari. Moneta Christi homo est. Ibi imago Christi, ibi nomen Christi, munus Christi, et officia Christi.*

Varia de iudicio particulari.

4776 *NON est finis super te, et immittam furorem meum in te: et iudicabo te iuxta viam tuam: et ponam contra te omnes abominaciones tuas. Et non patiet oculus meus super te; et non miserebor: sed vias tuas ponam super te, et abominaciones tuas in medio tui erant (EZECH. VII, 3, 4). — Iudicium durissimum fiat his, qui praesunt durum, si non bene rexerint seipos; durus, si non bene gubernaverint familiam propriam; durissimum, si iustitiam legalem omnibus non ministraverint (S. ASTONIA). — Pro diversitate conscientiarum, et motis apparuit in iudicio Christus electis, et terribilis reprobis (S. IUST. HESAL.).*

4777 *Sicut Deus erga piis indulgentissimus est Pater, sic adversus impios relictissimus Iudex (LACT. FURCA).*

— Iudicium Dei formidandum est, et amandum: formidandum malis propter poenam, amandum bonis propter coronam (S. AUGUST.). — Iudicium extremum venire non trepidat, nisi quem conscientia de peccatis accusat (S. GREG. MAG.). — *O Maria, per vitam et mortem Filii tui, libera mihi ab omni peccato!*

FERIA QUARTA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XXII. POST PENT. SERMO L.

MAGISTER scimus, qui verax es et viam Dei in veritate doces, Matthaei vigesimo secundo.

Quamvis illi tentative sive simulatorie proposuerint Deo verba haec, nos tamen sic et catholice possumus dicere, quod commendatur in verbis is divina Veritas in se, primo; et in suo effectu, secundo. Primum, ibi: *Magister, scimus, quia verax es*; secundum, ibi: *et viam Dei in veritate doces*. Sed quoniam scrutinium ex Veritate in se est arcanum omnino, ideo, eo dimisso, convolvendum est ad veritatem Dei in suis effectibus, cum dicitur: *et viam Dei*, etc.

Circa quod nota, quod triplex est via scilicet a Deo, secundum quod est principium omnium effectivum, et hoc secundum condensationem gratiarum salvificantium, et secundum hoc dicitur fons gratiae; Iob trigesimo octavo: *Per quam viam spargitur lux dividitur aestus super terram? Secundum Deum*, secundum quod est exemplar omnium, et hoc secundum operationem virtutum exercitantium, et secundum hoc dicitur forma iustitiae; Psalmus: *Viam iustificationum tuarum instrue me, et exercebor in mirabilibus tuis. Ad Deum*, secundum quod est finis omnium, et hoc secundum considerationem theoriarum sursum agentium, et secundum hoc dicitur finis vel consummatio vitae; Psalmus: *Notas mihi feci-*

cisti vias vitae, adimplebis me laetitia cum vultu tuo.

Primo via, scilicet fontis gratiae, habet quadrivium perveniendi; de quo Proverbiorum trigesimo: *Tria sunt difficultia mihi, et quartum penitus ignoro*; et ista quatuor sunt haec, scilicet *via aquilae in coelo* quantum ad ascensionem, quia tunc colavit *super pennas ventorum*; *via colubri supra petram* quantum ad resurrectionem, quia tunc depositus mortalitatis vetustatem in sepulchro; *via navis in medio mari* quantum ad passionem, quia tunc sustinuit discrimina mortis; *via viri in adolescentia*, secundum veram litteram, quantum ad incarnationem, quae penitus ignoratur. Quae singula et omnia considerata ducunt ad fontem gratiae et fecerunt nobis fontem gloriae.

Secunda via, scilicet formae iustitiae, similiter habet quadrivium perveniendi. Est enim et esse debet arcta per rigorem austeritatis; Matthaei septimo: *Quam angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam*; Psalmus: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Munda per nitorem integritatis*; Psalmus: *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Recta per celsitudinem paupertatis*; Psalmus: *Deducit eus in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis. Pacifica per mansuetudinem humilitatis*; Proverbiorum tertio: *Via eius via publicanae, et omnes semitas illius pacificae.*

Tertia via, scilicet consummationis vitae, habet quadrivium suum, scilicet comprehensionem latitudinis divinae benevolentiae; longitudinis divinae persistentiae; sublimitatis divinae potentiae; profunditatis divinae sapientiae, iuxta formam Apostoli ad Ephesios tertio: *Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum.*

Varia de iudicio particulari.

PER flagella huius vitae iudicii nobis districtio commendatur; si enim ita districto modo percussit, quando parit; quomodo percussurus est, quando non parcens iudicabit? (S. GREG.). — Si taliter flagellatur Iob, qui sic timuit, qualiter ferendus est, qui contemnit? Ex verbere praesentis iudicia aeterna pensanda sunt. Quomodo enim toleranda est poena, quae recipiat, si ferri non potest ira, quae purgat? (id.). — Quot tribulationes, quot infirmitates patimur, tot stillas de Dei iudicio mittimus. Si ergo tanta est illa, quanta erit abyssus iudicii? (Hoc. Card.).

S. Vincentius Ferrerius de quodam iuvene, qui quantum pulcher aspectu, tantum moribus et conversatione torpulis et deformis erat, refert, quod nocte quadam se ante tribunal Dei, ad reddendas vitae suae rationes praesentandum mox esse, somnando, adeo exhorruit, ut sequenti diluculo omnes capilli capitis eius perfectissime incanuerint (S. VINC. FERR.). — Quis faciet de iniusta iudicis, qui ipsas quoque iustitias indicabit? — Venit, inquam, venit dies iudicii, ubi plus valebunt para corda, quam astuta verba; et conscientia boni, quam mersupia plena. Quandoquidem iudex ille nec falleret verba, nec flecteret duntaxat (S. BERN.). *O Mater Iudicis mei, ora pro me!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN MATTH. CAP. II.

SUPRA Dominus confutavit pharisaeos per parabolam; secundo hic manifestat disputando. Et primo respondendo; secundo obliendo; ibi: *Congregatis autem pharisaeis, interrogavit*. Et respondet Dominus triplici quaestioni. Primo de solutione tributi; secundo de resurrectione; tertio de lege. Secunda ibi: *In illo die accesserunt ad eum sadducaei*; tertia ibi: *Pharisaei autem audientes, etc.* Circa primum tria facit. Primo ponitur interrogatio; secundo responsio; tertio effectus. Secunda ibi: *Cognita autem Iesus nequitia eorum*; tertia ibi: *Et audientes mirati sunt*. In ista interrogatione tria sunt

consideranda. Primo interrogantium intentio; secundo ministri interrogantes; tertio interrogatio. Intentio interrogantium aperitur cum dicitur: *Abantes inierunt*, id est inter se, *consilium*, scilicet stultum fecerunt, *ut Iesum caperent in sermone*. Et hoc erat stultum, quia ipse erat Verbum Dei, et Verbum Dei non est comprehensibile; Eccli. cap. XIII, 29: *Mulla loquimur, et deficiemus in verbis*. Fuit autem consilium impium; Ps. I, 1: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit*. Et Genes. penult. 6: *In consilium eorum non venit anima mea*. Ministri describuntur cum dicit: *Et mittunt discipulos suos cum herodianis*. Sed quare non ierunt? Ratio est, quia dolose interrogare voluerunt: unde si iussent, non haberet locum dolus; sed ipsi etiam discipuli dolosi erant; Eccli. x, 2: *Secundum iudicium populi, sic et ministri eius. Cum herodianis*.

Qui sunt isti herodiani? Secundum quod in Luca tangitur, sub Herode facta est Iudaea tributaria Romanis. Iste filius Antipatris alienigenae constitutus est rex a Romanis; ideo voluit compellere Iudaeos reddere censum Romanis. Unde herodiani, id est famuli deputati ad colligendum institutionem Herodis. Sed iste iam mortuus erat, et dimisit tres filios. Unus fuit Herodes, et iste erat tunc praesens, sicut dicitur in Luc. cap. XXII, quod fuit etiam in morte Domini: ideo facie fuit quod famuli sui ierent cum aliis.

Sed quare ierunt cum herodianis? Una ratio, quia herodiani zelabant pro Imperatore. Ideo discipuli pharisaeorum secum duxerunt eos, ut si diceret quod esset solvendum tributum, accusarent eum ad pharisaeos: si diceret quod non, tunc herodiani caperent eum. Item isti non cognoscebantur, ideo credebant quod

non perciperet; unde faciebant contra Iud. Ps. xxv, 4: *Non sedit in consilio vanitatis et cum iniqua agentibus non introibo.* Vel aliter, quia cum Iudaea facta esset tributaria Romanis, divisi sunt, quia quidam dicebant quod plebs Deo dedicata non debebat esse homini tributaria; alii vero dicebant, quod quia pro pace militabat omnium, quod omnes debebant Caesari dare tributum. Ideo illi qui sivebant solvi tributa Caesari, dicebantur herodiani.

Positis ministris, ponitur interrogatio. Et primo ponitur adulatione; secundo interrogatio, ibi, *Dic quid tibi videtur.* Homines mali ab adulatione incipiunt. *Loquuntur bona, mala autem in cordibus suis,* Ps. xxviii, 3. Et primo commendant personam; secundo doctrinam; tertio constantiam. Personam commendat ex auctoritate et virtute; ex auctoritate cum dicunt, *Magister.* Et licet mentirentur secundum cor suum, quia non eam magistrum putabant, sed seductorem, ut habetur infra xxvii, 63: *Recordati sumus quod seductor ille dixit, quia die tertia resurgam,* etc., tamen in veritate erat magister, ut infra xxvii, 8: *Unus est Magister vestri,* etc. Item, *Scimus quia verax es.* Verax est qui veritatem loquitur; et hoc est proprium Dei, et eius qui Deo coniunctus est; Ps. cxv, vers. 11: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax;* Rom. iii, 4: *Est autem Deus verax, inanis autem homo mendax.* Christus autem est Deo coniunctus per unionem, et ideo verax est. Et sic commendatur ab auctoritate. Deinde a virtute, *Et vnum Dei in veritate doces.* Primo oportet quod sciat quae doceat; Sap. vi, 13: *Quam sine fictione didici, et sine invidia communito.* Item aliqui docent, sed non utilia; sed iste docet utilia, scilicet viam Dei; Is. cap. xlvi, vers. 17: *Ego sum Deus tuus docens te utilia.* Item ali-

qui docent quae Dei sunt, sed non in veritate, ut haeretici; iste autem docet in veritate. De isto in Ps. xxiv, 4: *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua,* etc. Item commendat de constantia; unde dicunt, *Non est tibi cura de aliquo,* non praetermittis timore alicuius quod debes dicere vel facere; Is. ii, 12: *Quis tu ut timeas ob homine mortali?* Et quare? *Non enim respicis personam hominum,* scilicet contra Deum. Ille enim accipit personam, qui ratione hominis dimittit dicere veritatem quam debet dicere; Deut. i, 17: *Non accipietis personam cuiusquam.* Et videte qualiter malitiosi erant. Quaestio habebat duo membra, scilicet quod non solverent, ad honorem Dei pertinebat; quod solverent, ad favorem hominum. Unde voverunt quod favorem Dei quaereret, et viam Dei doceret; et sic si diceret quod non, quod magis volebant, statim caperetur ab herodianis. Sequitur interrogatio, *Dic ergo nobis... licet ne censum dari Caesari, aut non?* Censum erat tributum quod pro capite dabatur. Sequitur responsio, *Cognita autem Iesus malitia eorum ait.* Et primo respondet ad mentem eorum; secundo ad verba, ibi, *Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari.* Quia hominis est respondere ad verba, Dei autem respondere ad mentem; ideo quia Christus erat Deus et homo, ideo ad utrumque respondet. *Scrutans corda et reins Deus,* Ps. vii, 11. *Hypocritae.* Et bene dicit hypocritas, quia hypocritae sunt proprie qui aliud in ore habent, aliud in corde. *Quid me tentatis?* Hoc enim erat prohibitum. Deut. vi, 16: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Item isti blande allocuti sunt Christum; Christus autem aspere respondit, quia respondit ad cor eorum, non ad verba. Item datur nobis exemplum, quod non debemus adula-

ribus credere; Prov. xxix, 12: *Principes qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros suos habet impios.* Item quando vult aliquid respondere, non potest melius confutare opponentem, quam secundum verba sua. Unde primo ponit quaestionem; secundo ex responsione elicit veritatem. Et primo quaerit de numismate; secundo de forma; sensibilibiter enim volebat ostendere intentum; Prov. xiv, 6: *Doctrina prudentium factilis.* Dicit: *Ostendite mihi numisma census,* id est denarius qui pro censu datur. Iste denarius valet decem usuales, et quilibet solvit unum denarium.

Deinde quaerit de forma, *Cuius est imago haec et superscriptio?* In qualibet enim denarii publici forma ponitur inscriptio, sic erat in isto. Dicunt, *Caesaris;* intelligis non Caesaris Augusti, sed Tiberii Caesaris. Et debetis intelligere: quod Dominus interrogabat, non erat ex ignorantia, sed potius ex dispensatione. Bene erat tantae actatis, et tantum inter homines conversatus fuerat, quod bene noverat formam denarii, sed petit ad significationem. Consequenter concludit veritatem, *Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo;* quasi dicat: Vos estis Dei et Caesaris, et habetis in usu vestro et quae Dei sunt et quae Caesaris. Habetis divitias naturales a Deo, scilicet panem et vinum, et de his date Deo: habetis ista artificialia, ut denarios, a Caesare, et haec Caesari reddite. Mystice sic: Nos habemus animam quae est ad imaginem Dei, ideo eam Deo reddere debemus; secundum ea quae a mundo habemus, pacem cum mundo habere debemus. Etiam sancti viri hic elevati a mundo, quia tamen in mundo cum aliis conversantur, debent pacem requirere Babylonis, ut habetur Baruch i. Et hoc est quod omnia quae sunt carnis, quae

sunt mundi, vel hominum cum quibus conversantur, reddant Deo. Sequitur effectus, *Et audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt.* Mirum fuit, quia statim, sapientia sua visa, debuissent esse conversi; sed non potuerunt capere, et recesserunt; Psalmi. cxxxviii, 6: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam.*

Varia de iudicio particulari.

Ad districtum examen Iudicis, nec iustitia huius secura est, nisi pietas divina, ut et ipsa iustitia, quia quisque iustus est, Deo iustificante iustificatur (S. Iulio HISPAL.). — Vae etiam laudabili vino, si remota misericordia Domine, discutiatur eam (S. ACOSTA.). — S. Theresia, cum Christus Iudex in pulcherrima luce se illi spectabiliter exhibuisset, et quaedam venialia peccata ostendisset, tanto pudore confusa est ex eorum aspectu, ut peccata inferni tolerabiliores esse putaret, et indequaque quaereret quae se absconderet. Unde inquit: Si tantilla lux tanto animi stupore conternat, quid futurum est in die iudicii, quando se clare ostendet illa Maestas, et foeditatem peccatorum ostendet? — O Maria, ora pro me, ut Deo fideliter deserviam!

FERIA SEXTA

HOMILIA S. IOHANNIS CHRYSOSTOMI
IN MATTH. HOM. 70.

Tunc abeuntes pharisaei consilium amirunt, ut cum in sermone caperent.

Tunc, quando nam? Quando maxime illos compungi oportuit, quando benignitatem eius admirari, quando futura formidare par erat, quando ex praeteritis de futuris credendum erat. Nam cum factis dicta clamabant; publicani et meretricis crederent, prophetae et iusti interfecti fuerant: ab his vero instituti non debebant futuram suam perniciem negare, sed et credere et resistere. Attamen neque sic desinit illo-

rum nequitia, sed crescit et ulterius progreditur. Verum quia turbas timentes, illum apprehendere non audebant, aliam inire viam, ut in periculum conicerent, et publicarum iniquitatum reum constituerent. *Mittunt enim ei discipulos suos cum Herodiamis dicentes: Magister, scimus quia verax es, et vitam Dei in veritate doces, nec de aliquo tibi cura est: non enim respicis ad personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videatur? licet censum dare Caesari, an non?* Tributum enim iam solvebant, cum res ipsorum in Romanorum imperium transissent. Quia igitur videbant Theudam et Iudam hac de causa paulo ante perisse, ut qui rebellionem meditantur, cupiebant ipsum quoque circa res easdem suspicioni obnoxium reddere. Ideoque discipulos suos cum Herodis militibus miserunt, duplex praecipitum parantes, ut putabant, et undique laqueum tendentes ut, quicquid diceret, caperetur ab eis, ac si pro Herodianis responderet, ipsi accusarent, sin pro ipsis, alii criminerentur. Atque didrachma iam solvebat: sed hoc illi ignorabant, ex utrumvis diceret, se captivos eum sperabant. Maluissent tamen eum contra Herodianos aliquid dicere. Ideoque discipulos mittunt, qui illum praesentia sua ad id inducerent, ut illum praesidi traderent ut tyrannum. Hoc enim et Lucas subindicat dicens, eos turbis praesentibus interrogasse, ut maius esset testimonium. Contrarium autem omnino evenit: in maiori quippe theatro stultitiae suae argumentum dederunt. Ac vide adulationem eorum, occultumque dolum: *Nocimus, inquit, quia verax es. Cur ergo dicebatis, Seducor est, et, Seducit turbam, et Dacmonium habet* (IOANN. VII, 12, et X, 20), et, Non est ex Deo? cur paulo ante consultabatis quomodo illum occideretis? Sed omnia illi fiunt, prout

insidiae suggerunt. Quia enim paulo ante cum arrogantia dixerant, *In qua potestate haec facis?* (MATTH. XXI, 23), nec responsionem extorquere poterunt, sperant illum adulatione emolliendum esse, et inducendum ut quidpiam dicat contra leges, quae tunc vigeant, et dominanti potentiae contrarium. Quapropter ipsum veracem dicunt, id quod erat confitentes; verum non recta sententia, neque volentes id dicunt, et hoc adiciunt: *Non est tibi cura de aliquo.* Vide quam liquidum sit, velle eos in huiusmodi sermonem conicere eum, quo Herodes offendatur et in tyrannidis suspicionem veniat, ut qui contra legem insurrexerit, quo illum ut seditiosum et tyrannum supplicio traderent. Illud enim, *Non est tibi cura de aliquo, et, Non respicis ad personas hominum*, de Herode et Caesare sub umbra quadam dicebatur, *Dic igitur nobis, quid tibi videatur?* Nunc honoratis, et doctorem putatis, qui illum, cum de salute vestra disserteret, contempsistis, saepe et contumelia affecistis? Unde etiam hic concordia sententia fuerunt. Ac vide illorum vafritem. Non dicunt, Dic nobis quid bonum, quid utile, quid legale? Sed, *Quid tibi videatur?* Ita hoc unum spectabant, ut traderent eum, et ut imperantis hostem declararent. Id significans Marcus, arrogantiamque ipsorum sanguinariūque animum ostendens, dixisse illos ait: *Demusne Caesari censum, an non demus?* (MARC. XII, 14). Ita factorem quidem spirabant, et insidias parturiebant, dum cultum simularent. Quid igitur ille? *Quid me tentatis hypocritae?* Vidistine quomodo maiore cum acrimonia respondeat? Quia enim nequitia et perfecta et manifesta erat, acrius pungit illos, primo confundens, illorumque ora obstruens, ut secreta illorum in medium adduceret, et palam

omnibus redderet, quo ad illum animo accessissent. Id porro faciebat, ut eorum nequitiam reprimeret, ne talia iterum auderent ad nocendum. Quamvis verba honorifica admodum essent; nam et magistrum vocabant, et veracem, et personam non accipientem: sed Deus cum esset, his decipi non poterat. Unde poterant illi suspicari, ipsum non coniectando increpasse, sed id esse signum illum secreta eorum nosse.

4791 Nec satis illi fuit increpasse: etiamsi sufficeret, illum cum animum eorum redarguisset, de tanta nequitia pudorem illis ingroere. Sed non hic stetit, verum alio etiam modo illorum ora consult, cum ait: *Ostendite mihi numisma census.* Ut autem ostenderunt, pro more suo eorum lingua sententiam effert, ipsosque decernere cogit, id licere: quae erat splendida claraque victoria. Itaque cum interrogaret, non ignorans interrogabat, sed ut ex illorum responsione reos illos esse evinceret. Nam cum interrogati, *Cuius est imago?* responderent, *Caesaris*, ait illic: *Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, et quae sunt Dei, Deo.* Hoc enim non est dare, sed reddere: id quod ex imagine et ex inscriptione ostendebatur. Deinde ne dicerent, *Hominihusne nos subiciis?* subiunxit, *Et quae sunt Dei, Deo.* Licet enim et hominibus sua reddere, et Deo dare, quae ab hominibus ipsi debentur. Ideo dicit Paulus: *Reddite omnibus debita: cui vectigal vectigal: cui tributum, tributum: cui honorem, honorem* (ROM. XIII, 7). Tu vero cum audis, Redde quae sunt Caesaris, Caesari, de iis id solum intellige, quae nihil pietatem laedunt, ita ut si laedant, iam non Caesaris, sed diaboli tributum et vectigal sint. Haec audientes obtulerunt inviti, et sapientiam eius admirati sunt. Ergo credere, ergo stupere oportebat. Nam divinitatis suae

demonstrationem exhibebat, cum secreta revelasset, et leniter ipsorum ora obstruxit. Quid igitur: num crediderunt? Minime; sed, ait, *Dimittentes eum abiierunt, et post eos accesserunt sadducari.* O mentiam! Illis ad obmutescendum compulsi, hi aggrediuntur, cum oportuisset illos timidius accedere. Sed huiusmodi est audacia, impudens petulansque, ita ut illa tentet quae effici non possant.

Varis de iudicio particulari.

4795 **N**ihil est, quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus cum iudicem futurum, quem et ocella non fallat, et indecora offundit, et honesta delectat (S. AMBROS.). — In omni vitae nostrae genere memoria divini iudicii inserenda et confidenda est, ut cum aliquis agimus, residente in nobis iudicii memoria, vel nunquam potius abeunte, praecipitis Dei opera nostra famulentur. Beatus erit, quisquis non sine memoria divini iudicii omnia gesserit: quod de se proficitur Propheta, dicens: Memoratus sum iudiciorum tuorum a saeculo, Domine, et consolatus sum (S. HIERON.).

4796 Memoria iudicii sit assidua in mente tua; et in omnibus operibus tuis attende ad diem rationis, quando stabis ante conspectum iustissimi iudicis. Vae illi qui novissimorum immemor existit! Etenim * animus male sibi conscius, dum sibi videtur nullum poenam pati, credit quod non iudicet Deus, et sic aufertur iudicia Dei a facie eius, cum haec ipsa sit magna damnatio. (S. AUGUST.). — Beatus qui iudicium recipitans, talis esse stultus, qualis inveniri velle in die novissimo! Igitur * rogo vos, Fratres charissimi, ut lectionem istam attento corde audiat, et memoriter retineat; qui enim istam lectionem diligenter mente attendit, etiamsi reliquas Scripturas minime intelligat, ista sola lectio sufficere potest ad omne opus bonum faciendum, et ad omne opus malum fugiendum. (S. CASSIAN. ALEXAND.). — O Maria, redde omnium meum Dignitatem; ora pro me!

SABBATO

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DNI. XXI. POST PENT. XXXIII. 5.

4797 **D**icitur Iesus discipulis Pharisaeorum et Herodianis: *Cuius est imago haec et superscriptio?* Matthaei vigesimo secundo.

4798 In verbis his duo facit Dominus circa genus humanum: primo requirit in eo conservationem dignitatis naturae; secundo, conservationem dignitatis gratiae. Per primum, quia imago est similitudo rei interior, dirigit ad animae spirituales nobilitatem attendendam; per secundum vero, quia superscriptio est circumiacens figuratio, mittit ad vitae commendabilem venustatem ostendendam.

4799 Quantum ergo ad primum dicitur: *Cuius est imago haec?* Circa quod nota, quod duplex est imago, scilicet naturae, et haec attenditur secundum potentias naturales; Genesis primo: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram;* (eti gratiae, et haec attenditur secundum habitus virtuales; primae ad Corinthios decimo quinto: *Sicut portavimus imaginem terrae, portemus et imaginem caelestis.* Secundum ergo imaginem, quam habemus, illius filii comprobatur. Si enim habemus imaginem Dei in esse moris, probamur filii Dei per habitus virtuales et eorum actus; si habemus imaginem diaboli sive antichristi, de quo Apocalypsis decimo quarto, comprobatur filii eius. Si ergo sumus filii Dei, assimilamur ei: per splendorem sapientiae quoad rationalem; secundae ad Corinthios tertio: *Nos vero omnes, repletae facti gloriae Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu.* Per ardorem benevolentiae quoad concupiscibilem; ad Romanos octavo: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in*

bonum, etc. Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Per vigorem confidentiae quoad irascibilem; ad Colossenses tertio: *Induentes notum rium qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem eius qui creavit illum.*

Si autem sumus filii diaboli, assimilamur ei: per caliginem ignorantiae; Psalmus: *Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Per amaritudinem melancholiae sive malitiae; Apocalypsis decimo quarto: *Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius, etc.* Per inconstitudinem diffidentiae; Sapientiae decimo quarto: *Cito sibi rapti filii fecit imaginem;* Psalmus: *Veruntamen in imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur.*

Quantum ad secundum sequitur: et superscriptio. Circa quod nota, quod superscriptio habentis imaginem Dei est rigor disciplinae in conversatione; qui quidem rigor consistit in crucifixione exterioris hominis et configuratione ad vitam et mortem Christi. Qui quidem habet et portat secum humilitatem habitationis, acerbiter compunctionis, integritatem castitatis, celsitudinem paupertatis, latitudinem charitatis, rectitudinem simplicitatis, affectum clementiae, zelum iustitiae, firmitatem constantiae, instantiam in orando, vigiliam in meditando, excedentiam in exultando; de qua superscriptione Lucae vigesimo tertio: *Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris Graecis et Latinis et Hebraicis;* et Apocalypsis septimo: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivit.*

Superscriptio autem habentis imaginem diaboli est libido lasciviae in conversatione. Quae quidem libido habet et portat secum fastum, delectationem, luxum, divitias, frigiditatem, dolositatem, protervitatem, favorem malorum, incon-

stantiam, vagationem, pigritationem, miseriam; de qua superscriptione Apocalypsis decimo quarto: *Si quis acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, et hic bibit de vino irae Dei.*

Varia de iudicio universali.

4803 **O**mnes enim stabimus ante tribunal Christi. Ita unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo (ROM. XIV, 12, 13). — Sive operi, sive orationi intentus sis; sive ambulans, sive sedens; sive comedens, sive ieiunans; sive quid aliud agas, non desistat mens tua cogitare de extremo Dei iudicio (S. EPHEMUS). — Iusti viri cum districtiorum venturi iudicis contemplantur, peccata sua ad memoriam reducant, et deflent quae commiserunt, et districtae se iudicant, ne iudicentur (S. GREG. MAG.).

4804 In illo die nihil est, quod respiciamus, ubi coelum, terra, aer, aqua, et totus mundus stabit adversum nos in testimonium peccatorum nostrorum; et si omnia taceant, ipsae cogitationes nostrae, et ipsa opera spud alterum stabunt ante oculos nostros, nos ante Deum agnoscentes (S. CHRYSOST.). — Quoties diem iudicii cogito, toto corpore contremisco (B. ALB. MAG.). S. Hieronymus lassus est, se, quoties diem illum consideravit, toto corpore contremuisse, et semper illam turbam: *Surgite, mortui, venite ad iudicium! In auribus suis somnasset (Sensus). — O Maria, ab aeterno iudicio libera me!*

DOMINICA XXIII. POST PENT.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.

Matth. 12, 18-26.

18 In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps tuus accessit, et adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet.

19 Et surgens Iesus, sequebatur eum, et discipuli eius.

20 Et ecce mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti eius.

21 Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero.

22 At Iesus conversus, et videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora.

23 Et cum venisset Iesus in domum principis,

et vidisset tibificas et turbam tumultuantem, dicebat:

24 Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.

25 Et cum ejecta esset turba, intravit: et tenuit manum eius. Et surrexit puella.

26 Et exiit fama haec in universam terram illam.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

IN MATTH. CAP. 2

4805 **Q**UATUOR signum est, in quo princeps suscitari postulat filiam suam, nolens de mysterio verae circumcisionis excludi; sed subintrat mulier sanguine fluens, et octavo sanatur loco, ut principis filia de hoc exclusa numero veniat ad nomen, iuxta illud quod in Psalmis dicitur: *Ethiopia, praecient manus eius Deo* (PSAL. LXXVI, 32). Et: *Cum intraverit pleududo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet* (ROM. XI, 25, 26).

4806 *Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti eius.* In Evangelio secundum Lucam scribitur, quod principis filia duodecim annos haberet aetatis (LUC. VIII, 42). Nota ergo quod eo tempore haec mulier, id est, gentium populus coeperit aegrotare, quo gens Iudaeorum crederetur. Nisi enim ex comparatione virtutum vitium non ostenditur. Haec autem mulier sanguine fluens, non in domo, non in urbe accedit ad Dominum, quia iuxta Legem uribus excludebatur (LEVIT. XV, 19; NUM. V, 31); sed in itinere, ambulante Domino, ut dum pergit ad aliam, alia curaretur. Unde dicitur et apostoli: *Vobis quidem oportebat praedicari verbum Dei; sed quoniam vos iudicatis indignos salute, transgredimur ad gentes* (ACT. XIII, 46).

4807 *Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero. At Iesus conversus, et videns eam, dixit, iuxta legem qui mulierem menstruatam aut fluentem sanguine tetigerit, immundus est* (LEVIT. XV, 11). Ista ideo tangit Do-

minum, ut sanguinis vitio etiam ipsa curaretur.

4808 **Confide, filia, fides tua salvam te fecit: et salva facta est mulier ex illa hora.** Ideo filia, quia fides tua te salvam fecit. Nec dixit, fides tua te salvam factura est, sed salvam te fecit. In eo enim quod credidisti, iam salva facta es.

4809 **Et cum venisset Iesus in domum principis, et vidisset libicinas, et turbam tumultuantem, dicebat.** Usque hodie puella jacet in domo principis mortua, et qui videntur magistri libicines sunt, carmen lugubre canentes. Turba quoque Iudaeorum non est turba credentium, sed turba tumultuantium.

4810 **Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eam.** Quia Deo vivunt omnia.

4811 **Et cum ciecta esset turba, intravit. Non enim erant digni, ut viderent mysterium resurgentis, qui resuscitantem indignis contumeliis deridebant.**

4812 **Et tenuit manum eius. Et surrexit puella: et exiit fama haec in unquam terram illam.** Nisi prius mundatae fuerint manus Iudaeorum, quae sanguine pleneae sunt, Synagoga eorum mortua non resurget.

Varia de iudicio universali.

4813 **T**ANTA erit in iudicio aequitas, in iudice feritas, in maiestate sublimitas, novitas in facie ipsa terrum, ut non possit cogitari (S. BERN.). — Iudicium extremum erit horribile, intolerabile, inevitabile, incipitabile, inexorable, erubescibile (S. BERN.). — Eodem die Dominus veniet, crudelis, et indignationis plenus, et irae furiosusque, ad puniendam terram in soliditatem, et peccatores eius conterecondos de eis (Is. xlii, 9).

4814 **U**ltimum iudicium erit horribile ex omni parte, quia supra erit Iudex austerus et iratus, subitus patens infernus, imus conscientia remordens, extra mundum ardens, a dextris peccantia, accusantia, a sinistris daemonia terrentia (S. BERN.). — A dextris erunt peccata accusantia, a sinistris infinita daemonia, subitus horrendum chaos inferni, desu-

per frater Iudex, feris mundus ardens, iustus conscientia urens, ibi vix iustus salvabitur. Hec! miser peccator, sic deprehensus quo fugies? (S. AX. SELM.). — In extremo iudicio latere erit impossibile, apparere intolerabile (S. BERN.). — *O Maria, ad te veni iudicis scripta me! Divinae pietatis commendam me!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XXIII. POST PENT. SERMO 2.

4815 **CONFIDE, filia, fides tua te salvam fecit,** Matthaei nono.

4816 In his verbis spiritualiter intellectus duo facit clemens Salvator noster; primo, *dat fiduciam* infallibilem reconciliationis; secundo, *relaxat iniuriam* universalis offensionis.

4817 Circa primum nota, quod *confidere* debemus ut filii de Dei indenegabili *miserericordia*: propter *pretium redemptionis* effusum; Ioannis decimo sexto: *Confidite, ego vici mundum*; Marci sexto: *Confidite, ego sum; nolite timere*. Propter *donum sanctificationis* infusum; Ieremiae decimo septimo: *Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad honorem mittit radices suas*. Propter *lavacrum regenerationis* superinfusum; Matthaei nono: *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua*.

4818 De Dei *iusiura* inobligabili: per *fides* *liberam animi* quoad Deum; Sapientiae tertio: *Qui confidunt in illo intelligunt veritatem, et fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum et pax est electis eius*. Per *securitatem iudicii* quoad proprium animum; Isaiae quadagesimo: *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumunt pennis sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficiunt. Per liberalitatem beneficii* quoad

proximum; Tobiae quarto: *Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus facientibus eam*.

4819 Circa secundum nota, quod *fides salvat* hominem per *remissionem universalium peccaminum*; Actuum decimo quinto: *Fide purificans corda eorum*. Per *immissionem sapientialium hominum*; Lucae decimo octavo: *Respice, fides tua te salvam fecit. Et confestim vidit. Per infusionem spiritualium charismatum*; ad Hebraeos decimo: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala et abili corpus aqua munda*. Per *directionem irreprehensibilium operum*; Habacuc secundo: *Iustus in fide sua vivit*.

Varia de iudicio universali.

4820 **I**n die iudicii ultimo, ipse peccata indicabit, qui nunc peccatumum delisiones portat (S. GREG. MAG.). Manifestus veniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste, qui prius venit occultus ab iniustis iudicandus iniuste (S. AUGUST.). — Illic enim ante omnium oculos peccata proponuntur ac deteguntur, atque ignorantibus ostenduntur (S. IOANN. DAMASC.).

4821 Illic coram nostrorum libri aperiantur, atque in medio tam perspicui, quam obstrusa, tam quae noctu, quam quae interdiu perpetrata sunt, legentur. — Coram uno homine indecori aliquid facere non pudet, illic autem coram tot myriadibus quid faciemus? (S. IOANN. DAMASC.). — Tunc sine minimum dignitate sola indicantur laetitia, sive epleccus, sive sit laicus, imperator aut dominus, miles aut servus, aut purpura et serico, aut villissimo panno laeet: non honorum diversitate, sed operum merito indicabitur (S. HIERON.). — *O Maria, per misericordiam, comerte me! salva me!*

FERIA TERTIA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

DE MATTH. CAP. 9.

4822 **H**aec illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, usque, *Impone manum tuam super eam, et vivet*.

4823 Hunc et Marcus et Lucas archisyna-

gogum, et nomine laicum esse dicunt, et Domino nuntiasse non defunctum, sed morti proximam: Matthaeus vero causa brevitas, attendens non verba patris, sed voluntatem, non credebatur enim pater vivam invenire posse filiam, pro qua rogaverat. Mystice lairus, qui interpretatur illuminatus, sive illuminans, Moyses intelligitur, qui de Spiritu sancto illuminatus, verba vitae acceperat, ut per haec alios illuminaret. Quid enim per pedes Iesu, nisi ipsius humanitas intelligitur, ad quem iuxta alios Evangelistas, prociidit legislator cum tota progenie patrum, mediatorem Dei et hominum longe sibi dignitatis gloria praeferendum esse cognovit. Filia namque Synagoga est, quae unica erat Moysi, et quam fere pater duodecim annorum modo defunctam esse conqueritur, quia post educationem legislatoris, et post instructionem Prophetarum, postquam ad intelligibiles aetates animus pervenerat, et spiritalem solem generare debebat, errorum languore consternata est, et morte extincta: sed eam veniens Redemptor dextera potentiae revocavit ad vitam.

4824 **Et surgens Iesus sequabatur eam, et discipuli eius.** Ubi enim adventus Iesu cum doctoribus appropinquat, statim ibi mortis exitus, et vitae patet introitus.

4825 **Et ecce, mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti eius.** Mulier ista sanguine fluens, sed a Domino curata, Ecclesia est de gentibus congregata. Et notandum, quod archisynagogi duodecim annis sit filia, et mulier haec duodecim annis sanguine fluens, hoc est, eodem tempore, quo nata sit ista, illa coeperit infirmari. Una enim pene aetate huius saeculi, et Synagoga in Patriarchis nasci, et externa natio coepit idolatris per orbem foedari. Accessit autem retro, sive iuxta quod

ipse ait, *Qui mihi ministrat, me sequatur*: sive quia transacto incarnationis sacramento iam per fidem coepit cum sequi.

4826 *Dicebat intra se: Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salva ero.* Id est, si fidem percepero incarnationis eius, ab omni peccatorum meorum iniquitate mundabor: credidit, dixit, tetigit. In his enim tribus speciebus omnis sanitas promeretur, id est, fide, verbo et opere.

4827 *At Iesus conversis, et videns eam dixit: Confide, filia, fides tua te salvam fecit.* Conversus a severitate iusti iudicii, ad suae largitatem misericordiae: unde per Prophetam dicitur, *Convertimini ad me, et ego revertar ad vos.* Videns eam dixit. *Quia quos praescivit et praedestinavit, hos et vocavit.* *Confide, filia*, namque iam fidem habebat, sed ab ea fidei perseverantiam postulabat.

4828 *Et salva facta est mulier ex illa hora.* Ex hora ergo Domini adventus ad fidem convertuntur, et a Domino, qui salvi fiant, quotidie in ipsum augentur.

4829 *Et cum venisset Iesus in domum principis, et vultisset ibi carere et turbam fluctuantem, atque tumultuantem, dicebat: Recedite thibicines.* Magistri sunt, carmen lugubre canentes, et qui Synagogam laetitiam Dominicæ inhabitationis, merito infidelitatis amisit: quasi inter flentes et eulantes usque hodie in domo principis mortua latet; nec tamen funditus a Domino dimissa, sed circa finem saeculi criti restituta saluti, unde apte subiungitur:

4830 *Non est mortua puella, sed dormit.* Allegorice cum anima peccaverit, et nobis quasi mortua esse videtur, tamen illi ad vitam eam revocanti, non incongrue viva esse dicitur.

4831 *Et deridebant eam.* Quod proprie Iudaeorum perfidiam blasphemiamque osten-

dit, et demonstrat puerilitatem sensuum, et lasciviam morum, unde dicitur: *Tentaverunt me, et deriserunt.*

4832 *Et cum ciecta esset turba, intravit.* Moraliter non resurget anima, quae intrinsecus iacet mortua, nisi prius a secretioribus cordis excludatur inopportuna saecularium cogitationum multitudo.

4833 *Et tenuit manum eius, et surrexit puella.* Quia nisi prius mundatae fuerint manus Iudaeorum sanguine plenae, mortua eorum non consurgit Synagoga: quae bene ad tactum divinae pietatis surgit et ambulat, quia non solum a sordibus scelerum surgit, sed continuo in bonis operibus proficit.

4834 *Exiit fuma haec in universam terram illam.* Quia caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiant firmiter. Moraliter tres illi mortui a Domino suscitati, tria resurrectionis animarum significant genera, sicut superius monstravimus.

Varia de iudicio universali.

4835 **I**udicaturus Domino lugubre inundis immingiet, tribus ad tribum peccata fecient, potentissimi quondam reges nudo latere palpabant; exhibebatur eum prole sua vere tunc ignitus Iupiter, adducetur et cum suis stultus Plato discipulis, Aristotelis argumenta non proderunt (S. Hieron.). — Ecce mora non erit, et ardente coelo, ardente terra, coruscantibus clementis, cum angelis, cum thronis et dominationibus, cum principibus et potentatibus, tremendus Index apparebit (S. Greg. Mag.). — Luxa est dies Domini magnus, luxa est et velox nimis: vix dies Domini amara, tribulatio et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinae, dies tubae et clangoris super civitates munitas, et super angulum excelsum (SOPHON. I. 14, 22, 26). — *O Magia, vincetis me; ne derelinquas me!*

FERIA QUARTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN MATTH. ROM. 31.

4836 **Q**UES sermones sequutum est, ita ut magis Pharisaeorum ora comanderentur; nam qui accessit synagogae princeps erat, luctusque gravis: unica enim puella erat, annorumque duodecim, quod flos erat aetatis: et statim illam suscitavit. Quod si Lucas narrat venisse qui dicerent: *Noli vexare magistrum; mortua enim est* (Luc. viii, 49): dicemus illud, *Modo defuncta est*, a tempore in itinere insumpto concientis fuisse, vel calamitatem aegritudinis. Mos enim supplicum est, mala sua verbis extollere, et plus quam vere sit dicere, ut facilius rogatos exorent. Vide autem quam rudis sit. Duo enim postulat a Christo, ut veniat, et manum imponat: quod signum erat ipsum eam adhuc spirantem reliquisse. Hoc et Syrus ille Neeman a propheta petebat his verbis: *Exibit, et manum suam imponet* (IV Reg. v, 11). Nam visu et rebus sub sensum cadentibus opus habent ii qui rudioris animi sunt. Marcus (Cap. v, 37) porro dicit ipsum tres assumpsisse discipulos, Lucasque (Cap. vii, 51) similiter; hic vero discipulos simpliciter. Cur ergo Matthaeum non accepit, qui nuper accesserat? Ut illum in maiorem cupiditatem impiteret, et quod imperfectior adhuc esset. Ideo enim illos honorat, ut si illos imitentur, Matthaeo autem satis erat, quod sanguinis fluxu laborantem vidisset, et quod eadem mensa dignatus fuisset, eiusdem satis participatione. Surgentem porro multi sequuti sunt, quasi ad magnum miraculum, et ob dignitatem accidentis, tum etiam quia multi adhuc rudiores non tam animae curam, quam corporis sanitatem querebant; et confluebant, alii suis compulsi morbis,

alii curationis aliorum spectatores esse cupientes; doctrinae autem causa pauci interim ad eum accedebant. Nec concessit eos domum ingredi, sed discipulos tantum, neque omnes, ubique nos instituens ad vulgi existimationem depellendam.

4837 *Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur a duodecim annis, accessit retro; et tetigit fimbriam vestimenti eius.* *Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero.* Cur non fidenter ad illum accessit? Quod puderet de morbo; sese namque immundam putabat. Nam si menstruata non munda putabatur, multo magis illa quae tali morbo laborabat id credere poterat: huiusmodi enim immundities magna secundum legem putabatur esse. Ideo sese abdit et occultat. Alioquin vero nondum illa consentaneam et perfectam de illo opinionem habebat; neque enim putasset se latere posse. Prima vero haec mulier publice accedit: etenim audivit, ipsum etiam mulieres curare, et puellam mortuam adire. In domum autem vocare non ausa est, etsi dives esset: neque publice accessit, sed clam cum fide vestimenta tetigit. Non dubitavit, neque in seipsa dixit: Num liberabor a morbo, necne? sed de sanitate recuperanda confidens accessit. *Dicebat enim, inquit, intra se: Si solum tetigero vestimentum eius salva ero.* Noverat enim ea quae egrederetur domo, nempe publicanos et quinam sequerentur, nimirum peccatores et publicani: haec vero omnia fidem ipsi indebant. Quid igitur Christus? Non permisit eam latere, sed in medium adduxit, et multis de causis illam manifestam esse voluit. Quamquam quidam stolidi dicant, hoc ipsum ideo fecisse, quod gloriam amaret. Cur enim, inquam, non permisit illam latere? Quid dicis, execranda? qui iubet tacere, qui sex-

centa miracula praetercurrit, gloriam amat? Cur ergo illam in medium adducit? Primo solvit mulieris timorem, ne conscientiae stimulis agitata, utpote quae gratiam illam suffurata esset, scrupulo laboraret. Secundo, ipsam corrigit, quod se latere putaret. Tertio, fidem eius omnibus notam reddit, ut alii eam imitentur; neque minus signum edit, cum ostendit se omnia scire, quam cum fluxum sanguinis cohibet. Deinde archisynagogum, cuius fides periclitabatur, quo pacto omnia perdidisset, per mulierem illam confirmabat. Nam venerant qui dicebant: *Noli vexare magistrum; non mortua est puella* (Luc. viii, 49). Qui autem in domo erant irridebant eum, quod diceret illam dormire; verisimiliter erat patrem etiam quidpiam simile passum esse.

Ideo illam infirmitatem prius emendans, mulierculam adducit in medium. Quod enim admodum rudis ille esset, audi quid ipsi dicat: *Ne timeas, tu solam crede et salva eris* (Luc. vii, 50). Nam de industria morabatur, ut tunc accederet, cum mortua esset, ut clara resurrectio esset. Idcirco tardius incidit, et mulieri multa loquitur, ut interim illa moreretur, et accederent qui haec nuntiarent, ac dicerent: *Noli vexare magistrum*. Hoc et Evangelista subindicat dicens: *Adhuc eo loquente, venerunt de domo dicebant: Mortua est filia tua; noli vexare magistrum*. Volebat enim vulgari et credi mortem, ne resurrectio suspecta esset. Et hoc ubique facit. Sic et in morte Lazari, post primam, secundam tertiamque diem accessit. Ideoque illam in medium adducit et ait: *Confide, filii*; sicut et paralytico dicebat: *Confide, fili*, (Matth. ix, 2). Formidolosa quippe mulier erat, ideoque dicit, *Confide*, et filiam vocat: nam fides illam filiam effecerat; hinc in laudem eius dicit: *Fides tua*

te salvam fecit. Lucas vero plura alia nobis de muliere narrat. Cum enim accessisset, inquit, et curata fuisset, non statim illam Christus vocavit, sed prius dixit: *Quis me tetigit?* Deinde Petro et aliis dicentibus: *Praeceptor, turbae te constringunt et comprimunt, et dicis, Quis me tetigit?* (Luc. vii, 45). Quod maximum signum erat, ipsum carne vere circumdatum fuisse, et factum omnem calcasse: neque enim procul sequebantur, sed undique comprimebant; ille vero, inquit, dicere perstitit: *Tetigit me aliquis: novi enim virtutem ex me exivisse* (Ibid. 46); rudiorem responsionem pro auditorum captu et opinione concinnans. Haec autem dicebat, ut illam ad confidendum induceret. Ideoque non statim illam arguit, quo ostendens se omnia perfecte scire, suaderet illi ut omnia sua sponte declararet, et quod factum erat praedicaret, ne si ipse dixisset, suspectus videretur.

Videne mulierem archisynagogo praestantior? Non retinuit, non apprehendit; sed summis tantum digitis tetigit, et cum ultima venisset, prior sanata discessit. Ille medicum adduxit domum; huic tactus solus satis fuit: nam etsi aegritudine ligaretur, fide ceu alis adtollebatur. Perpende autem quomodo illam consoletur dicens: *Fides tua te salvam fecit*. Atqui si ostentationis causa in medium illam produxisset, nequam illud adiecturus erat; sed haec dixit ut archisynagogum ad credendum institueret, et mulierem commendaret, atque his verbis voluptatem ipsi utilitatemque praerberet corporis curatione non minorem. Quod autem ad mulierem celebrandam ceterosque emendandos id fecerit, non autem sui ostentandi causa vel hinc conspicuum est, quod ipse, hoc etiam dempto signo, nihilo minus admirandus futurus esset, cum crebriora

nivalibus imbribus circumfluerent eum miracula, et longe maiora fecisset facturisque esset: mulier vero, nisi id ita factum esset, latens et tantis vacua laudibus abscessisset. Ideoque ipsam in medium adductam celebravit, eiusque timorem depulit: nam *Tremens accessit* (Ibid., 47), inquit, ipseque illi fiduciam indidit, et cum corporis valetudine, alia ipsi viatica dedit, dicens: *Vade in pace* (Ibid. 48).

Varia de iudicio universali.

4840 **C**ONVERSUS est ut (Christus iudex vivorum et mortuorum) in forma humanitatis venit (iudicaturus, in qua venerat iudicandus (S. THOM. AQ.). — Iudicare auctoritate et dictamine sententiae, est totius Trinitatis. Iudicare prolatione sententiae, et evidentiæ formae, sive ministerii, erit Filius hominis. Iudicare vero assistentiæ et approbatione, erit Apostolorum, et Apostolicorum virorum (S. BONAVENTURA). — In adventu districti iudicis in maiestate visuri sunt quoniam in humilitate positum audire noluerunt: ut virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad eius patientiam non inclinavit. (S. GREG. MAG.). — Modo tacet Christus, tacet iudicio, sed non tacet praecipio: sicut ut iudicaretur, non silet; cum coeperit iudicare (S. AUGUSTINUS).

4841 **M**alus tormentum malis erit, furorcm vultus divini tolerare, quam cruciatu infernalis perpetui (S. AUGUSTINUS). — Igitur, si peccatum aliquod perpetraturus sis, resolve prius animo tu liberandum illud Christi iudicium: in quo iudex in alto atque sublimi praesidebit throno, stabit omnis creatura tremehunda coram glorioso et illustri eius conspectu. (S. EPIDORUS). — O Maria, in memis tunc pietatis commendo animam meam!

FERIA QUINTA

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

IN MATTH. HOM. 31.

4842 **V**ENERENS autem in domum principis, vidensque liberos et turbam tumultuantem, dixit: *Discedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum*. Pulchra certe

archisynagogorum indicia, cum post mortem tibae et cymbala ad fletum moverent. Quid igitur Christus? Alios omnes expulsi, parentes autem introduxit, ne dici posset alium curavisse: et antequam suscitaret, voce illud efficit, cum ait, *Non est mortua puella, sed dormit*. Multis quoque aliis in locis hoc facit: ne sicut in mari primum discipulos increpavit: sic et hoc loco ex praesentium mentibus perturbationem eicit, simul ostendens, facile sibi esse mortuos suscitando (quod etiam in Lazaro fecit dicens: *Lazarus amicus noster dormit*) (IOANN. xi, 11), una docens non timendam esse mortem: neque enim iam esse mortem, sed somnum. Nam quia ipse moriturus erat, aliorum corpora suscitando discipulos praeparabat ad fiduciam sumendam, mortemque suam leniter ferendam. Postquam enim ipse advenerat, mors iam nonnisi somnus erat. Attamen deridebant eum: ipse vero non indigne tulit, cum non crederent iis quae mox ipse mirabiliter operaturus erat: neque increpavit ridentes, ut et risus et libas et cymbala aliaque omnia, mortis essent testimonia.

Quia enim saepe miracula patrata non credunt homines, sua ipsorum responsione illos praeventit, ut et in Lazaro et in Moysae factum est. Moysi namque dixit: *Quid hoc est in manu tua?* (Exod. iv, 2) ut cum videret serpente factum, non oblivisceretur, virgam prius fuisse; sed vocis propriae recordatus, de re gesta obstupesceret. Et de Lazaro ait: *Ubi posuistis eum?* ut qui dixerunt, *Veni*, et vide; et, *Iam foetet, quadriduanus enim est* (IOANN. xi, 34, 39), non dubitare possent, quin ipsum mortuum suscitavisset. Videns igitur cymbala et turbas, omnes eicit, et in praesentia parentum miraculum operatur, non aliam inducens animam, sed illam ipsam quae exierat re-

ducens, et quasi ex somno excitans. Apprehendit vero manum, ut spectatores certiores fierent, et hoc exemplo viam pararet ad fidem resurrectionis. Pater namque dicebat: *Impone manum* (MATTH. IX, 18); ille vero plus facit; non imponit enim, sed apprehendit, et suscitavit mortuam, ostendens omnia ipsi prompta parataque esse. Neque modo suscitavit, sed cibum ipsi dare iubet, ne videretur res esse phantasma. Neque ipse dat, sed alios dare iubet: quemadmodum et de Lazaro ait: *Solite illum, et simite a-bire* (IOANN. XI, 44), et postea mensae consortem efficit. Etenim semper utrumque comprobare solet, et mortem et resurrectionem accuratissime assertam. Tu vero ne solam resurrectionem perpendas velim, sed etiam quod praeciperit ut nemini dicerent: et per omnia discas, fastum vanamque gloriam esse omnino vitandam: illudque praetera discas, ipsum lugentes extra domum eiecisse, atque velut indignos tali spectaculo declarasse. Tu vero ne ex eas cum tibi in tibus; sed mane cum Petro, Ioanne et Iacobo. Nam si tunc illos foras eiecit, multo magis nunc id faciat. Tunc enim nondum palam erat mortem iam somnum esse factam: nunc autem ipso sole clarius est. At nunc non filiam tuam suscitavit? Sed suscitavit illam cum maiore gloria. Illa enim quae surrexit, iterum mortua est; tua vero cum surrexerit, manebit immortalis. Nemo itaque delaticeps lugeat, neque lamentetur, nemo Christi victoriam calumnietur. Vicit enim ille mortem. Quid ergo frustra ploras? Mors somnus effecta est. Quid lamentaris et luges? Illud enim si gentiles facerent, irridendi essent: cum autem fidelis hoc turpiter fecerit, quam habebit excusationem? quae venia erit haec insipienter agentibus post tantum temporis et claram resurrectionis probationem? Tu vero ac si

studeas hoc peccatum amplificare, praeficas nobis gentiles adducis, luctum excitans et fornacem incendens: nec audis Paulum dicentem: *Quae societas Christi cum Belial? aut quae portio fidelis cum infideli?* (II COR. VI, 15). Certe gentiles qui nihil de resurrectione sciunt, consolandi tamen rationes inveniunt, dicentes: Fortiter feras; neque poteris id quod factum est, infectum reddere, vel lamentis rem mutare; tu vero qui sublimioris utiliorisque philosophiae praeccepta audis, non erubescis turpiora quam illi agens? Neque enim dicimus nos: Fortiter feras; non possumus enim quod factum est infectum reddere; sed, Fortiter feras; nam omnino resurget; dormit enim puella, non mortua est: quiescit, nec periit. Illam excipiet resurrectio, vita sempiterna, immortalitas, sors angelica. Non audis Psalmum dicentem: *Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi?* (PSAL. CXXV, 7). Deus mortem beneficium vocat, et tu luges? Et quid amplius faceres si defuncti inimicus et hostis esses? Si lugendum, diabolo lugendum est. Ille lugeat, ille lamentetur, quia ad maiora bona pergimus. Illius nequitiae digna est huiusmodi lamentatio; secus tu, qui ad coronam et requiem vocaris. Nam portus tranquillae mors est. Perpende igitur quot malis plena sit vita praesens: cogita quoties ipsi maledixeris. Nam in peius semper res vertuntur, atque a principio non modicam damnationem sortitus es. *In doloribus*, inquit, *paries filios* (GEN. II, 16); et: *In sudore vultus tui comedes panem tuum* (IBID. 17); et: *In mundo tribulationem habebitis* (IOANN. XVI, 33). At de futuris rebus nihil huiusmodi dicitur, imo contrarium prorsus: *Effugit dolor, tristitia et gemitus* (IS. XXXV, 10); et: *Ab oriente et occidente venient, et recumbent in sinu Abrahae, et Isaac, et Ia-*

cob (MATTH. VIII, 11); et illic sponsus spiritualis, lucernae fulgidae, translatio in coelum.

484 Cur ergo mortuum deturpas? cur aliis timorem tremoremque mortis accersis? cur occasione multis praebes incusandi Deum, utpote qui magna fecerit mala? Imo vero cur postea pauperes vocas, et sacerdotes rogas ad precandum? Ut in requiem abeat inquires, is qui mortuus est, ut propitium habeat iudicem. Ea igitur de causa ploras et ingemiscis? Ergo tecum ipse pugnas, cum illi tempestates paras qui ad portum abiit. Et quid faciam? inquires: id natura exigit. Non est naturae culpa neque rerum seriei; sed nos qui omnia sus deque vertimus, molles nimium sumus, nostram prodimus nobilitatem, et infideles deteriores facimus. Quomodo enim cum alio de immortalitate disserimus? qua ratione gentilem ad illam credendam inducimus, cum magis quam ille mortem horreamus et timeamus? Multi certe ex gentilibus, qui immortalitatem non credebant, mortuis filiis, imposita sibi corona, vestem candidam induerunt, ut praesentem gloriam auceparentur; tu vero ne ob futuram quidem gloriam cessas effeminato more lamentari, et plangere. Sed haeredem non habes, neque successorem? Quid vero malis, bonorum tuorum haeredem esse, an colorum? quid malis, an ut ille tua excipiat bona, quae brevi relinquenda erunt, an mentientia aeternaque bona? Illum haeredem non habuisti, sed habuit Deus; non fuit coheres fratrum suorum, sed fuit Christi. Et cui vestes, inquires, cui aedes, cui servos et agros relinqueamus? Ipsi profecto, et sic tutius repones, quam si viveret; nihil quippe te impedit. Nam si barbari una cum defunctis res ipsorum cremare solent, multo magis te par est ad defunctum mittere

ea quae ad ipsum pertinent, non ut in cinerem reducatur ut illa, sed ut maiorem illi gloriam pariant; et si peccator decessit, ut peccata eluantur; si iustus, ut illi mercedis ac retributionis augmentum accedat! At videre ipsum desideras? Eademem igitur quam ipse vitam transige, et cito illa sacra visione frueris. Illud etiam cogita, te si nos non audieris, in futuro id omnino experturum esse. Verum nulla tibi merces erit: nam a temporis diuturnitate consolatio illa tibi accedit. Si porro nunc philosophari volueris, duo praecipua lucraberis; te quippe a malis circumstantibus erues, et splendidiore corona a Deo donaberis. Eleemosynam enim multasque alias virtutes superat calamitatum tolerantia. Cogita ipsum Dei Filium mortuum esse; ille pro te mortuus est, tu pro teipso. Dixit autem: *Si possibile est, transeat a me calix iste* (MATTH. XXVI, 39); ac tristitia moeroreque affectus mortem non effugit, sed etiam plurimis tormentis cruciatibus, mortem subito non vulgarem, sed omnium turpissimam: et ante mortem flagella, ante flagella vero convicia, derisiones, contumelias, te instituens ad omnia fortiter ferenda. Sed post mortem, postquam corpus deposuerat, illud cum maiore gloria resumpsit, teque bona spe fuit. Haec si non fabula sunt, ne ploras; haec si credibilia putas, ne lacrymeris; si vero fleveteris, quomodo poteris gentilibus persuadere te vere credere?

At tibi adhuc intolerabilis casus ille videtur? Ergo non lugendus ideo ille est, qui a tot calamitatibus iam est liber. Ne itaque ipsi invidias. Nam tibi ob immaturum eius obitum mortem optare, lugereque, quia non vivit, ut talia multa patiat, invidi certe est. Noli ergo cogitare ipsum nunquam domum esse rediturum, sed te brevi ad illum

esse migraturum. Ne cogites ipsum non ultra hoc esse venturum, sed cogita haec visibilia non ita ut sunt mansura, sed transformanda esse. Nam coelum, terra, mare et omnia transmutantur, tuncque filium tuum recipies maiori gloria coronatum. Et si quidem peccator abiit, nequitiæ cursus interceptus fuit; neque enim si mutandum illum fore Deus praevideret, illum ante poenitentiam abripisset; si vero iustus discessit, in tuto bona sua possidet. Unde manifestum est lacrymas tuas non esse lacrymas amoris, sed irrationabilis affectus. Nam si defunctum amares, gaudere oporteret et laetari, quod a praesentibus fluctibus sit ereptus. Quid enim amplius, quaeso, videre est? Quid insolitum et novum? Nomen eadem ipsa quotidie revolvi videmus? Diem nox excipit, nocte dies, hiemem aestas, aetatem hiems, et nihil amplius. Et haec quidem semper eadem: mala vero semper insolita et nova. Haec ergo volebas illum quotidie haurire, et hic manere, aegrotare, lugere, timere, tremere, et alia mali pati, alia formidare? Neque enim dicere ausis, potuisse illum longum hoc pelagus transicentem, moeroribus sollicitudinibusque vacuum esse. Ad haec perpende te non genuisse immortalem; ac si non iam mortuus esset, paulo postea moriturum fuisse. At non satius eras illius consuetudine? Sed ibi semper illo frueris. At velles hic ipsum videre? Et quid viderat? Licet tibi illum videre, si sapias: spes enim futurorum ipso visu clarior est. Tu vero si in regia esset, ibique floreret, non quaesisses illum videre: ac cum ad longe meliorem sortem abierit, propter parvum absentiae tempus animo deficiis, cum maxime consortem tecum habebas? Sed virum non habes? At consolatorem habes Patrem orphanorum et Iudicem viduarum. Audi Pau-

lum hanc viduitatem beatam praedicantem, ac dicentem: *Quae autem vere vidua est et solitaria speravit in Domino* (I TIM. v. 5). Etenim haec probator erit, quae maiorem exhibuerit patientiam. Noli igitur lugere de ea re quae tibi coronam parat, de qua mercedem postulas. Reddidisti enim depositum, si id quod tibi creditum erat exhibuisti. Ne sis ergo sollicita, si in thesauro invidiabili quod possidebas deposuisti. Si porro didiceris, quae sit praesens vita, quae futura; quodque haec sit aranea et umbra, omnia vero quae in illa sunt, immota immortaliaque, non alio egebis sermone. Nunc enim filius tuus ab omni mutatione ereptus est: si autem hic mansisset, forte bonus, forte malus futurus erat. Annon vides, quot homines filios suos abdicant? et quot peiores abdicatis coguntur domi retinere? Haec itaque in mente versantes philosophemur: ita enim et defuncto grati erimus, et apud homines multis laudibus fruemur, atque a Deo magnam patientiae mercedem; referentius, aeternaque bona consequamur; quae utinam nos omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et imperium, in saecula saeculorum. Amen.

Varia de iudicio universali.

PAVO gehennam, pavo Iudicis cultum, ipsi
4846
quique tremendum angelicis praestantibus. —
Contremisco ab ira potestatis, a fide futuris diebus,
a fragore identis mundi, a conflagratione elementorum,
a tempestate valida, a voce Archangelii, a verbo aspero. — Contremisco a dentibus bestiae infernalis, a ventre inferi, a rugientibus praeparatis ad escam. Horreo verumem rodentem, et ignem torquentem, fumum et vaporem et sulphur, et spiritum procellarum: horreo tenebras exteriores. —
Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut praevenciam stultis fletum, et stridorem dentium, et manuum pedumque dura vincula, et pondus catonarum praementium, strigentium, urentium, nec consumentium? (S. BERN.).

4847
Qua fiducia stabit desertor ante Regem suum, vulneratus ante Medicum suum, perditus ante pretium suum? Unde misericordiam petimus est, primum de misericordiae contemptu iudicandus? (EUSEBII. EPIST. 1. — O anima, nunquam excidat a tua memoria: *Ite, maledicti, in ignem aeternum! Venite, benedicti, percipite Regnum!* Oh! quid potest lamentabilis et terribilis cogitari, quam, *ite?* Quid delectabilius exprimi, quam, *venite?* Duo sunt voces, quarum nihil horribilius una, et nihil iocundius altera poteri audiri (S. BONAV.). — O Mater sanctae spei, ad te confugio; libera me ab omni malo!

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.

IN MATTH. CAP. 5.

4848
Posuit miracula quibus adhibentur remedia contra pericula peccati; hic ponit illa quibus adhibentur remedia contra pericula mortis. Et dividit in partes duas: quia primo narrat quomodo vitam restituit; secundo, quomodo opera vitae, ibi, *Et transiente inde Iesu*. Circa primum primo ponitur invitatio ad miraculum peragendum; secundo iudicium, ibi, *Et ecce mulier*, etc.; tertio miraculi preparatio, ibi, *Et cum eiecit esset turbo*. Circa primum quatuor facit. Primo describitur tempus invitationis; secundo persona invitans; tertio invitatio; quarto admissio invitationis. Dicit ergo, *Haec illo loquente*, scilicet in domo Matthaei.

4849
Sed est obiectio: quia Marcus et Lucas alio ordine recitant, scilicet quod iste accessit ad Iesum postquam transfretaverat. August. solvit quod quando ponitur in Evangelistis aliquid ad tempus pertinens, si statim ponitur, praesentatur tunc ordo historiae; et ideo cum dicitur hic, *Haec eo loquente*, significatur ordo historiae; sed in Marco et Luca refertur ad ordinem memoriae suae. Vel

potest dici quod fuit aliquis locus medius ubi istud accidit. Aliquando enim non dicitur utrum statim, post, vel quando factum quid sit.

4850
Sequitur, *Ecce princeps*. Hic ponitur persona invitans, scilicet princeps synagoga; et dicitur Iairus illuminans vel illuminatus. In Gen. xxiii, 6: *Princeps Dei est apud nos*. Sequitur invitatio; et duo facit. Primo exhibuit reverentiam, quia personaliter accessit. Item adoravit. Item potestatem confitetur, quia dicit, *Domine*. Iste princeps significat antiquos patres, quia isti accesserunt per desiderium, et credentes Christum venturum adoraverunt; Psal. cxxxii, 7: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius*. Item confitebantur, *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus*, Ps. xcix.

4851
Sequitur periculum: *Filia mea modo defuncta est*. Contrarium habetur in Luca et in Marco: quia ibi (MAR. v, 23) dicitur: *Filia mea in extremis est. Et cum esset in vita, occurrerunt ei famuli*, etc.

Solvit Augustinus: quia quando iste Iairus recessit, iam erat in extremis, et credebatur quod eam non inveniret vivam; ideo magis petebat ut veniret, et resuscitaret eam, quam ut curaret; unde dicit, *Filia mea modo defuncta est*, etc., quasi dicat: Credo quod iam mortua sit. Alii igitur dixerunt secundum quod fuit; sed Matthaeus ad intentionem recitavit. Ideo Augustinus dicit bonum documentum, quod non est necessarium quod eadem verba referantur; sed sufficit quod solum intentio dicatur.

4852
Sed quare dixerunt famuli (ibid. 35)? *Noli vexare magistrum?* Videtur hoc fuisse incredulitatis. Dicendum quod hoc verum esset, si hoc dicerent ex intentione domini; sed ipsi nesciebant eius intentionem. Chrysostomus sic exponit: Consuetudo est aliquorum quando volunt movere ad pietatem, quod exage-

rant malum; ideo ut magis moveret eam, dixit, *Defuncta est.*

4853 *Ista filia est Synagoga, quae filia est principis, scilicet Moysi, quae mortua est per infidelitatem; Luc. xix, 42: Non autem abscondita est ab oculis tuis, etc. Sed videtur esse in isto fides infidelitati coniuncta, quia quod credebatur quod resuscitaret, erat fides; sed quod credebatur quod absens non posset, hoc erat infidelitatis. Unde iste videtur similis Naaman, qui dixit: Pulchrum quod egredere- tur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manum sua locum leprosi, et curaret me, etc. IV Reg. v, 11.*

4854 *Sed veni, impone manum tuam super eam, et tunc.* Mystice hic significatur appetitus patrum de venturo Christo; unde dicebant: *Veni, impone manum tuam, idest Christum, ut in Ps. cxliii, vers. 7: Emitte manum tuam de alto. Et surgens Iesus secutus est eam. Surgens, scilicet a prandio. Hic habetur documentum misericordiae Christi, quia ad petitionem illius statim ivit, ut habetur Is. xxx, 19: Statim ut audiverit, respondit tibi Dominus. Item dat exemplum praclatis de sollicitudine, quod statim solliciti sint ad subvertendum peccatum. Item dat documentum obediendi, quia discipulos secum duxit, ut habetur Hebr. xii, 17: *Obedite praepositis vestris.* Sed non duxit Matthaeum, quia adhuc infirmus erat. *Et ecce mulier.* Dat exemplum virtutis; et tria facit. Primo describitur eius infirmitas; secundo commendatio mulieris, ibi, *Dicebat enim intra se etc.*; tertio benignitas Christi sanantis, ibi, *At Iesus conversus, etc.* Dicit ergo, *Et ecce mulier.* Ut habetur Lev. xii, mulier quae patiebatur fluxum sanguinis, immunda erat, et non habitabat cum hominibus; ideo non accessit in domo, sed in via. Et haec significat gentilitatem, quae ingressa est in plenitudinem Iu-*

daeorum, ut habetur ad Rom. xi, 25: *Caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.* Haec, scilicet Synagoga, habet fluxum sanguinis, scilicet errorem immolati sanguinis. Vel potest retorqueri ad peccata carnalia; unde *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*, I Cor. xv, 50. Haec mulier patiebatur duodecim annis, et filia principis erat duodecim annorum; unde haec incepit pati, quando filia principis nata fuit. *Accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius.* Hic ponitur commendatio ipsius mulieris ex ipsius humilitate, et ex fide quae maxima est ad impetrandum. *Accessit, et tetigit fimbriam a retro.* Quare a retro? Quia immunda reputabatur; unde quidquid tangebatur, immundum erat secundum legem, ideo timebat ne repudiaret eam. Item non est ausa tangere nisi fimbriam. Praecipiebatur in lege quod in quatuor angularis vestis portarent fimbrias, et ibi habebant tympana ad memoriam mandatorum Dei, et ut sic ab aliis dignoscerentur; et hanc vestem Christus habebat. Mystice hoc significat gentilitatem, quae accessit per fidem. Sed retro quia non ipso vivente. Item tetigit vestimentum, scilicet humanitatem, et solum fimbriam, quia per Apostolos tantum. *Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero.* Hilarius dicit: *« Multa est virtus Christi, quia non solum in animam sed ex anima in corpus, et ex corpore in vestes redundat. »* Et sic omnia quae tetigerunt Christi corpus, habere debemus in reverentiam; Ps. cxxxii, 2: *Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, etc.* Quod descendit in barbam, idest divinitas in carnem: et in oram vestimenti, idest in Apostolos. *Salva ero.* Sic si fecerimus, et ei adhaeserimus, salvi erimus.

(Ioel, II, 32) *Omnis enim qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. At Iesus conversus, et videns eam, dixit: Confide, filia. Hic ponitur Christi benignitas. Et primo ostenditur factum, quia conversus ad eam. Et quare? Ne diffideret: quia enim furtive accesserat, non credebatur quia converteretur ad eam. Item ut traheretur ad exemplum fides istius. Item ut se Deum ostenderet: unde conversus est conversione misericordiae, et vidit eam oculo pietatis; Zach. I, 3: *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos.* Item ostenditur eius benignitas verbo, cum dicit, *Confide:* quia timens accessit, ideo blande eam alloquitur; Is. xxx, 15: *Si revertimini, et quiescatis, salvi eritis.* Item vocat eam filiam, ne diffidat; Ioann. I, 12: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Item dat spem, *Fides tua te salvam fecit.* Unde *nostra salus ex fide est*, ut habetur ad Rom. III. Et sequitur effectus, *Et salva facta est mulier ex illa hora;* et non ex hora qua Christus dixit, sed ex hora qua tetigit.*

Varia de iudicio universalis.

4855 **Q**uam lugubre erit reprobis videre, et perire Deum, atque ante sui Salvatoris perire conspectum! Ubi tunc erunt deliciae tunc, de quibus sola remanebit recordatio in tui accusacionem et obligatio in tormentum? (PAPA BRASSA.) — Agite solatia vestra, in deliciis explete voluptates, seminate in corruptione, ut de corruptione colligatis divinum sententiam, quam iustus ille dabit iudex in magni iudicii die, dicens: Ite, maledicti, in ignem aeternum. — Heu! vos sapientum, si cum talen tibi cogitas ob huius mundi prava solatia immisere sententiam, non formidas (S. EUSTAZIUS CASSAR.).

4856 **Q**uam lugubre erit in extremo iudicii die homini reprobo Deum videre et perdere, et ante praesentia sui conspectum perire? (EUSTAZIUS CASSAR.). — Et enim, * in iudicio extremo ex iudicis passionis et Crucis Christi apparuit gloriosior salus electorum, et iustior damnatio reproborum. (S. THOMAS AQUIN.). — Si ergo vocem iudicis retinueris, audi vocem Patris et Redemptoris qui te

ad emendationem vitae dulcissimis monitis invitat. * Utilius et multo salubrius est homini audire Deum consulentem, consolantem, admonentem, docentem, et ut nihil argumentum, increpationem, corripcionem, quam in die illi iudicii tibi amara, tam lugubri, tam tenebrosa voce audire illum (iudicantem, indignantem, ulciscentem, saevientem, condemnantem. (S. BRASSA.). — O Maria, oro pro me, ut a via simulacionum Dei nunquam declinem!

SARBATO

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN MARTIN. CAL. 9.

4857 **R**e: cum venisset Iesus in domum principis, et vidisset tibicines, etc. Hic ponitur resuscitatio: et quatuor facit. Primo mortis indicia describuntur; secundo datur spes, ibi, *Recordite, etc.*; tertio ponitur resuscitatio; quarto ponitur effectus. Dicit ergo, *Cum venisset... et vidisset, etc.* Et quare venerunt tibicines? Turba venit sicut solet fieri etiam de mortuis modo; sed tibicines, quia fuit consuetudo quod veniebant tibicines, et cantabant lugubria, ut alios excitarent ad fletum, ut habetur Ier. ix, 17: *Contemplamini, et vocate lamentationes, et veniant.* Hi tibicines sunt falsi doctores: lingua enim eorum et adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos maiestatis eius (Is. III, 8). Turba autem populus Iudaicus; Exod. xxxii, 2: *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Haec suscitavit Dominus in domo: tres enim mortuos suscitavit Dominus: puellam in domo, iuvenem in porta, Lazarum in sepulchro. Quidam enim peccato moriuntur; sed non extra feruntur, et hoc est per consensum in peccatum; sed non exeunt ad extra per opera. Quidam autem extra fertur ad actum; et hic significatur per eum quem suscitavit in porta. Quidam vero ex consuetudine iacet in sepulchro, qui signi-

ficatur per Lazarum. Haec igitur puella significat peccatorem, qui est in peccato occulto, scilicet in mente. Tibicines sunt qui fovent eum in peccato; Ps. 3, vers. 3: *Laudatur peccator in desideris animae suae*. Turba est cogitationes: et haec sanat Dominus; unde dicit, *Recedite, non est mortua*. Hic dat spem. *Non est mortua*, scilicet sibi, *sed dormit*, quia est ita sibi facile resuscitare, sicut alicui aliquem excitare a somno. Simile habetur Ioann. 11, 11: *Lazarus amicus noster dormit*, etc. *Non est mortua*. Et quare dixit hoc modo? Quia deridebant eum. Sed quare voluit derideri? Hoc fuit ut non possent contra miraculum dicere. Uade primo adversarios faciebat confiteri, ut post contradicere non possent. *Et cum cieca esset turba, intravit*. Et quare cieca fuit turba? Quia videre non fuit digna. Turba sunt Iudaei qui non convertuntur. Et moraliter ad hoc quod anima suscitetur, oportet quod turba cogitationum expellatur; et tunc intrat Dominus. *Intravit et tenuit manum eius*, etc. Ps. 11, 16: *Dextera Domini fecit virtutem*. Tenet manum peccatoris, quando adiutorium ei praebet. *Et surrexit puella*, scilicet ad vitam; sic nos per Dei adiutorium a peccato. Sequitur divulgatio in omnem terram.

Variis de iudicio universali.

⁴⁸⁵⁸ **O**amina, sive vigiles, sive dormitas, semper in auribus tuis illa horribilis tuba resonet: Surgite, mortui, venite ad iudicium. (S. BOETII). — Cogita, quanta gloria, quantus honor, quanta corona illa futura sit, cum iudex dixerit: Iste verbum meum servavit, iste fidem meam praedilexit, iste pauperem meum non desepit, iste avaritiam concollexit, et iustitiam illi praestulit, iste mundum, quasi non esset, derisit, iste verbum meum honore affecit (S. CASSIODORI). — O Maria, inter oves laetum pascuis, et ab haereticis me sequentibus, stantibus in parte dextra!

DOMINICA XXIV. POST PENT.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
MATH. XXIV, 13-31

13. Illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sacro: qui legit, intelligat.

16. Tunc qui Iudaea sunt, fugiant ad montes: et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua:

18. et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.

19. Vac autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus.

20. Quae autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato.

21. Erunt enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.

22. Et nisi breviantur dies illi, non heret salva omnis caro: sed propter electos breviantur dies illi.

23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illi: nolite credere.

24. Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophetae: et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri poterit) citam electi.

25. Ecce praedixi vobis:

26. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

27. Sicut enim fulgur exit ab oriente, et parat usque in occidentem: ita erit et adventus Filii hominis.

28. Ubiunque fuerit corpus, illic congregabuntur et agellae.

29. Sicut enim post tribulationem dierum Iherosolymae, sed obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes coelorum commovebuntur:

30. et tunc parebit signum Filii hominis in caelo: et tunc plangent omnes tribus terrae: et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, et maiestate.

31. Et mittet angelos suos cum tuba, et rota magna: et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum.

32. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas:

33. ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in aetas.

34. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant.

35. Coelum et terra transibunt, verba autem meae non praeteribunt.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

IN MATH. CAP. 24.

⁴⁸⁵⁹ **C**um ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sacro, qui legit, intelligat. Quando ad intelligentiam provocamur, mysticum, monstratur esse quod dictum est. Legi-

mus autem in Daniele hoc modo: *Et in dividio hebdomadis auferetur sacrificium et libamina, et in templo abominatio desolationum erit usque ad consummationem temporis, et consummatio dabitur super solitudinem*. (DAN. IX, 7). De hoc et Apostolus loquitur, quod homo iniquitatis et adversarius elevandus sit contra omne quod dicitur Deus, et colitur; ita ut audeat stare in templo Dei, et ostendere quod ipse sit Deus (II THESS. II, 3, 4), cuius adventus secundum operationem satanae destruat eos, et ad Dei solitudinem redigat, qui se susceperit (Ibid. 8, 9). Potest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Caesaris, quam Pilatus posuit in templo; aut de Adriani equestri statua, quae in ipso sancto sanctorum loco usque in praesentem diem stetit. Abominatio quoque, secundum veterem Scripturam, idolum nuncupatur; et ideo additur, *desolationis*; quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit.

⁴⁸⁶⁰ *Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes; et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua; et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam*. Abominatio desolationis intelligi potest, et omne dogma perversum; quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est, in Ecclesia, et se ostendere Deum, debemus fugere de Iudaea ad montes, hoc est dimissa occidente littera et Iudaea pravitare, appropinquare montibus aeternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus (PSAL. LXXV, 5); et esse in tecto et in domate, quo non possint ignita diaboli incula pervenire; nec descendere et tollere aliquid de domo conversationis pristinae; nec quaerere quae retrorsum sunt; sed magis serere in agro spiritualium Scripturarum, ut fructus capiamus ex eo. Nec tollere alteram tu-

nicam, quam apostoli habere prohibentur. De hoc loco, id est, de abominatione desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stante in loco sacro, multa Porphyrius tertio docimo operis sui volumine contra nos blasphemavit, cui Eusebius Caesariensis episcopus tribus respondit voluminibus, decimo octavo, decimo nono, et vicesimo. Apollinaris quoque scripsit plenissime superflueque conatus est uno capitulo velle disserere, de quo tantis versuum millibus disputatum est.

Vac autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Vac illis animabus, quae non in perfectum virum sua genimina perduerunt, sed initia habent fidei, ut nutritione indigeant magistro. Hoc quoque dici potest, quod in persecutione Antichristi, seu Romanae captivitate, praegnantem et nutriendam, uteri et filiorum sarcina praegravati, expeditam fugam habere non quiverint.

⁴⁸⁶² *Orate autem, ut non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato*. Si de captivitate Iherosalem voluerimus accipere, quando a Tito et Vespasiano capta est, orare debent, ne fuga eorum hieme, vel sabbato fiat; quia in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, et in montibus desertisque latitare: in altero, aut transgressio Legis est, si fugere voluerint, aut mors imminens, si remanserint. Si autem de consummatione mundi intelligitur, hoc praecipit, ut non refrigeret fides nostra et in Christum charitas, neque ut otiosi in opere Dei torpescamus virtutum sabbato.

⁴⁸⁶³ *Et nisi breviantur dies illi, non fiet salva omnis caro; sed propter electos breviantur dies illi*. Abbreviatis dies, non secundum deliramenta quorundam (qui putant temporum momenta mutari; nec recordantur illius scripti: *Ordinatione tua permanet dies*) (PSAL. CXViii, 91), sed iuxta

ficatur per Lazarum. Haec igitur puella significat peccatorem, qui est in peccato occulto, scilicet in mente. Tibicines sunt qui fovent eum in peccato; Ps. 3, vers. 3: *Laudatur peccator in desideris animae suae*. Turba est cogitationes: et haec sanat Dominus; unde dicit, *Recedite, non est mortua*. Hic dat spem. *Non est mortua*, scilicet sibi, *sed dormit*, quia est ita sibi facile resuscitare, sicut alicui aliquem excitare a somno. Simile habetur Ioan. 11, 11: *Lazarus amicus noster dormit*, etc. *Non est mortua*. Et quare dixit hoc modo? Quia deridebant eum. Sed quare voluit derideri? Hoc fuit ut non possent contra miraculum dicere. Uade primo adversarios faciebat confiteri, ut post contradicere non possent. *Et cum cieca esset turba, intravit*. Et quare cieca fuit turba? Quia videre non fuit digna. Turba sunt Iudaei qui non convertuntur. Et moraliter ad hoc quod anima suscitetur, oportet quod turba cogitationum expellatur; et tunc intrat Dominus. *Intravit et tenuit manum eius*, etc. Ps. 11, 16: *Dextera Domini fecit virtutem*. Tenet manum peccatoris, quando adiutorium ei praebet. *Et surrexit puella*, scilicet ad vitam; sic nos per Dei adiutorium a peccato. Sequitur divulgatio in omnem terram.

Varia de iudicio universalis.

⁴⁸⁵⁸ **O**mina, sive vigiles, sive dormitas, semper in auribus tuis illa horribilis tuba resonet: Surgite, mortui, venite ad iudicium. (S. BOETII). — Cogita, quanta gloria, quantus honor, quanta corona illa futura sit, cum iudex dixerit: Iste verbum meum servavit, iste fidem meam praedilexit, iste pauperem meum non desepit, iste avaritiam concollexit, et iustitiam illi praestulit, iste mundum, quasi non esset, derisit, iste verbum meum honore affecit (S. CASSIODORI). — *O Maria, inter omnes laetum penetra, et ab haereticis me sequentibus, stantibus in parte dextra!*

DOMINICA XXIV. POST PENT.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.
MATH. XXIV, 13-33

13. Illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco saeculo: qui legit, intelligat.

16. Tunc qui Iudaea sunt, fugiant ad montes: et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua:

18. et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.

19. Vac autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus.

20. Quae autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato.

21. Erunt enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.

22. Et nisi brevissimi fuissent dies illi, non heret salva omnis caro: sed propter electos breviantur dies illi.

23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illi: nolite credere.

24. Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophetae: et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri poterit) citam electi.

25. Ecce praedixi vobis:

26. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

27. Sicut enim fulgur exit ab oriente, et parat usque in occidentem: ita erit et adventus Filii hominis.

28. Ubiunque fuerit corpus, illic congregabuntur et agellae.

29. Sicut enim post tribulationem dierum Iherosolymae, sed obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes coelorum commovebuntur:

30. et tunc parebit signum Filii hominis in caelo: et tunc plangent omnes tribus terrae: et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, et maiestate.

31. Et mittet angelos suos cum tuba, et rota magna: et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum.

32. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas:

33. ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in annis.

34. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant.

35. Coelum et terra transibunt, verba autem meae non praeteribunt.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

IN MATH. CAP. 24.

⁴⁸⁵⁹ **C**um ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Quando ad intelligentiam provocamur, mysticum, monstratur esse quod dictum est. Legi-

mus autem in Daniele hoc modo: *Et in dividio hebdomadis auferetur sacrificium et libamina, et in templo abominatio desolationum erit usque ad consummationem temporis, et consummatio dabitur super solitudinem*. (DAN. IX, 7). De hoc et Apostolus loquitur, quod homo iniquitatis et adversarius elevandus sit contra omne quod dicitur Deus, et colitur; ita ut audeat stare in templo Dei, et ostendere quod ipse sit Deus (II THESS. II, 3, 4), cuius adventus secundum operationem satanae destruat eos, et ad Dei solitudinem redigat, qui se susceperit (Ibid. 8, 9). Potest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Caesaris, quam Pilatus posuit in templo; aut de Adriani equestri statua, quae in ipso sancto sanctorum loco usque in praesentem diem stetit. Abominatio quoque, secundum veterem Scripturam, idolum nuncupatur; et ideo additur, *desolationis*; quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit.

⁴⁸⁶⁰ *Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes; et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua; et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam*. Abominatio desolationis intelligi potest, et omne dogma perversum; quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est, in Ecclesia, et se ostendere Deum, debemus fugere de Iudaea ad montes, hoc est dimissa occidente littera et Iudaea pravitare, appropinquare montibus aeternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus (PSAL. LXXV, 5); et esse in tecto et in domate, quo non possint ignita diaboli iacula pervenire; nec descendere et tollere aliquid de domo conversationis pristinae; nec quaerere quae retrorsum sunt; sed magis serere in agro spiritualium Scripturarum, ut fructus capiamus ex eo. Nec tollere alteram tu-

nicam, quam apostoli habere prohibentur. De hoc loco, id est, de abominatione desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertio docimo operis sui volumine contra nos blasphemavit, cui Eusebius Caesariensis episcopus tribus respondit voluminibus, decimo octavo, decimo nono, et vicesimo. Apollinaris quoque scripsit plenissime superflueque conatus est uno capitulo velle disserere, de quo tantis versuum millibus disputatum est.

Vac autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Vac illis animabus, quae non in perfectum virum sua genimina perduerunt, sed initia habent fidei, ut nutritione indigeant magistro. Hoc quoque dici potest, quod in persecutione Antichristi, seu Romanae captivitatis, praegnantem et nutriendam, uteri et filiorum sarcina praegravati, expeditam fugam habere non quiverint.

Orate autem, ut non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato. Si de captivitate Iherosalem voluerimus accipere, quando a Tito et Vespasiano capta est, orare debent, ne fuga eorum hieme, vel sabbato fiat; quia in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, et in montibus desertisque latitare: in altero, aut transgressio Legis est, si fugere voluerint, aut mors imminens, si remanserint. Si autem de consummatione mundi intelligitur, hoc praecipit, ut non refrigeret fides nostra et in Christum charitas, neque ut otiosi in opere Dei torpescamus virtutum sabbato.

Et nisi brevissimi fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos breviantur dies illi. Abbreviatis dies, non secundum deliramenta quorundam (qui putant temporum momenta mutari; nec recordantur illius scripti: *Ordinatione tua permanet dies*) (PSAL. CXViii, 91), sed iuxta

temporum qualitatem sentire debemus, id est, abbreviatis non mensura, sed numero; ut quomodo in benedictione dicitur: *Longitudine dierum replebo eum* (PSAL. XC, 16); sic et nunc abbreviati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutiatur credentium.

4864 *Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic Christus, aut illic; nolite credere.* Multi captivitate Iudaicae tempore principes exstitere, qui Christus esse se dicebant: intantum ut obsidentibus Romanis, tres intus fuerint factiones. Sed melius de consummatione mundi intelligitur.

4865 *Surgant enim pseudochristi, et pseudo-prophetae, et dabunt signa magna et prodigia; ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce praedixi vobis.* Tripliciter, ut ante iam dixi, locis hic disserendus est; aut de tempore obsequii Romae; aut de consummatione mundi; aut de haereticorum contra Ecclesiam pugna, et istiusmodi antichristis, qui sub opinione falsae scientiae contra Christum dmicant.

4866 *Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere.* Si quis promiserit vobis quod in deserto gentium et philosophorum dogmate Christus moretur; aut in haereticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere; sive (quia persecutionis et angustiarum tempore semper pseudo-prophetae decipiendi inveniunt locum) si quis sub nomine Christi se iactare voluerit, non statim accomodetis fidem.

4867 *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, et parat usque in Occidentem; ita erit et adventus Filii hominis.* Nolite exire, nolite credere, quod Filius hominis vel in deserto gentium sit, vel in penetralibus haereticorum; sed quod ab Oriente usque in Occidentem, fides eius in catholicis Ecclesiis fulgeat. Hoc quoque dicendum,

quod secundus Salvatoris adventus non in humilitate ut prius, sed in gloria demonstrandus sit. Stultum est itaque eum in parvo loco vel abscondito quaerere, qui totius mundi lumen sit.

4868 *Ubiicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae.* De exemplo naturali quod quotidie cernimus, Christi instrumur sacramento. Aquilae et vultures etiam trans maria dicuntur sentire cadavera, et ad escam huiusmodi congregari. Si ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spatiis, et maris fluctibus separatae, parvum cadaver sentiunt ubi iaceat: quanto magis nos et omnis multitudo credentium debet festinare ad eum, cuius fulgur exit ad Oriente, et parat usque ad Occidentem! Possumus autem corpus, id est *corpus*, quod significantius Latine dicitur *cadaver*, ab eo quod per mortem cadat, passionem Christi intelligere, ad quam provocamur; ut ubicumque in Scripturis legatur, congregemur, et per illam venire possimus ad Verbum Dei, ut est illud: *Foderunt manus meas et pedes meos* (PSAL. XXI, 17). Et in Isaia: *sicut ovis ad victimam ductus* (Is. LIII, 7); et cetera his similia. Aquilae autem appellantur sancti, quibus innovata est iuventus ut aquilae; et qui iuxta Isaia plumescunt, et assumunt alas (Is. XL, 31) ut ad Christi veniant passionem.

4869 *Statin autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes coelorum commovebuntur.* Sol et luna obscurabuntur, et non dabunt lumen suum; et cetera astra cadent de caelo, virtutesque coelorum commovebuntur, non diminutione luminis (alioquin legimus solem septuplum habiturum luninis) (Ibid. xxx, 26), sed quod ad comparationem verae lucis omnia visui tenebrosa sint. Si itaque iste sol,

qui nunc per totum orbem rutilat, et luna quae secundum est luminare, et stellae quae ad solatium noctis accensae sunt, omnesque virtutes (quas angelorum multitudines intelligimus) in adventu Christi in tenebras reputabuntur; decutiatur supercilium eorum, qui se sanctos arbitantes praesentiam iudicii non formidant.

4870 *Et tunc parebit signum Filii hominis in caelo.* Signum hic, aut crucis intelligamus, ut videant iuxta Zachariam (ZACH. XII, 37) et Ioannem (IOANN. XIX, 10) Iudaei quem compunxerunt: aut vexillum victoriae triumphantis.

4871 *Et tunc plangent omnes tribus terrae, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate.* Plangent hi qui municipatum non habuere in caelis, sed scripti sunt in terra.

4872 *Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna; et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum.* De hac tuba et Apollolus loquitur (I COR. XV, 52; I THESS. IV, 15), et in Apocalypsi Ioannis legimus (APOC. VIII, 6); et in Veteri Testamento (NUM. X, 2), tubae ductiles ex auro, et aere argenteoque fieri praecipiantur, ut sublimia doctrinarum resonent sacramenta.

4873 *Ab arbore autem ficu discite parabolam: cum iam rianus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in iannus.* Sub exemplo arboris, docuit consummationis adventum. Quomodo, inquit, quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, et gemma erumpit in florem, cortexque folia parturit, intelligitis aestatis adventum, et favonii ac veris introitum: ita cum haec omnia quae scripta sunt, videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi,

sed quoad proemia et praecursores quosdam venire; ut ostendant quod prope sit et in iannus.

4874 *Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia ista fiant.* Supra diximus generationes bonorum, et e contrario malorum esse singulas. Igitur aut omne genus hominum significat, aut specialiter Iudaeorum.

4875 *Coelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt.* Coelum et terra transibunt immutatione, non abolitione sui: alioquin quomodo sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent, si coelum in qua ista sunt terraque non fuerit?

Varia de Inferno.

4876 **M**ENDESSERE nevisitas tua, et in acheram non accubis. — Dum recognosce Iob scientiam in sterquilino, Iosinem esurientem in erario, Petrum pendente in patibulo, Iacobum decollatum Herodis gladio, cogito, qualiter Deus in futurum cruciabit, quos reprobat, qui ita dure affligit, quos amat. Si cum intimis amicis sic agitur tempore gratiae, quid hostibus fiet tempore vindictae et iustinae? (S. GREG.) — Nisi fuisset intentata gehenna, in eam omnes concidissent; nisi praenuntiatus ignis fuisset, ignem fugisset nemo; si nunc enim timore animas nostras concutiente, sunt aliqui tam facile peccantes, tanquam nec ipsa sit; si nihil horum dictum fuisset, aut intentatum, quid mali non fecissemus? (S. CYPRIANUS). — *O Maria, a morte perpetua libera me! Ad te confugio, salva me!*

FERIA SECUNDA

Homilia S. Bonaventurae Episcopi.

DOM. XXIV. POST PENT. SERMO 3.

4877 **Q**ui legit intelligit, Matthaei vigesimo quarto.

4878 Duo facit Dominus in his verbis: primo sollicitat cognitionem ad speculationem intentam et arduam de futuris, cum dicit: *Qui legit; secundo incipit affectivam ad degustationem mundi,*

tionem devotam et plenam super aeternis, ibi: *intelligat.*

4879 Circa primum nota, quod debemus legere in triplici libro: *conscientie* per explorationem defectuum et profectuum; *Danielis septimo: Iudicium sedit, et libri aperti sunt. Scripturae* per investigationem divinarum voluntatum; Baruch quarto: *Hic est liber mandatorum Dei et lex, quae est in aeternum, etc. Naturae* sive creaturae per contemplationem et recognitionem aeternorum vestigiorum; *Isaiae trigesimo quarto: Requirit diligenter in libro Domini et legis.*

4880 Circa secundum nota, quod applicare debemus intellectum et affectum legendo in libris dictis: per studium meditationis vigilantis; Iosue primo: *Meditaberis in volumine Legis diebus ac noctibus; tunc diriget viam tuam, et intelliges eam. Per usum devotionis* sursum agentis; tertii Regum tertio: *Eccc, deus tui cor sapiens et intelligens. Per exercitium considerationis* castificantis; Danielis primo: *Danieli dedit Deus intelligentiam omnium visionum et somniorum.*

Varia de inferno.

4881 **S**icut ignis et fumi iniquitas fletum et lacrymas provocat; sic et meditatio ignis et fumi infernalis lacrymas compunctionis extorquet. Usque quidam dicit: Si non potes habere lacrymas, pone oculos tuos ad fumum inferni et ardorem eius, et sic habebis (Bettov.). — S. Iohannes Climacus tunc coquim quemdam apud lignum assiduum flentem vidisset; causam huius fletus ex eo quarens intellexit, quod quiescens ignem inferni intueretur, toties aeterni ignis, atque eorum, qui ibi cruciantur, memoria subiret, quorum proin tam miserandam sortem non posset non delere (in vita.). — Die ergo et frequenter considera: Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? a. G. xxxiii, 14.

4882 Duce nunc in modico pati, ut tunc a gravius valeas liberari. Hic primo proba, quid possis potest. Si tunc tam parum vales sustinere, quomodo aeterna tormenta poteris sustinere? Si

modo modica passio tam impatientem efficit, quid gehenna tunc faciet? (Keris). — Bonum est, ut, si nequam amor a malo te revocat, saltem timor gehennalis coerceat te. — Iortanus, Generalis Ordinis S. Dominici, cum die frustra iuveni nobili suaderet ingressum sui Ordinis, tandem ei dixit: "Rogo te, inspicere manus tuas, et membra corporis tui tam firmosa, et cogita, quantum damnatum sit, tota membra fieri pabulum aeterni ignis." Quod ille faciens commotus, Ordinem ingressus est. — O Maria, intercede pro me, ut sic visum et iustifictus moriar!

FERIA TERTIA

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.
IN MATTHEO, CAP. 24.

4883 **T**unc ergo videritis abominationem desolationis, etc. Haec de adventu Antichristi intelligi possunt, sicut manifestissime Apostolus Paulus praedicabat; potest et simpliciter aut de Christo accipi, aut de imagine Caesaris, quam Pilatus posuit in templo; aut de Adriani equestri statua, quae in ipso sancto sanctorum loco usque in praesentem diem stetit; abominatio quoque secundum veritatem scripturarum idolum nuncupatur.

4884 **T**unc qui in Iudaea sunt, fugient ad montes, usque, non revertatur tollere lunicam suam. Haec iuxta historiam facta esse constat, iuxta vero sensus spiritalis, cum viderimus abominationem desolationis stare ubi non decet, hoc est, haereses et flagitia regnare inter eos qui coelestibus mysteriis videbantur esse consecrati, et operantes iniquitatem, pacem fidelium perturbare, tunc qui in Iudaea, hoc est, in confessione verae fidei persistimus, virtutum culmen ascendere debemus. *Tunc qui super tectum est*, hoc est, carnalia animo excedens spiritaliter vivit, ne descendat ad infimos actus pristinae conversationis, neque ea quae reliquerat mundi carnisve desideria re-

petat. Domus namque nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus, nostra intelligenda est caro. Et qui in agro, hoc est, Ecclesia, non respiciat rem saecularem, et labentis vitae retinacula, quibus renuntiavit.

4885 **Vae praegnantibus**, etc. Hoc quoque secundum historiam dici potest, quod in persecutione Antichristi seu Romanae captivitatis, praegnantibus et nutrices uteri, filiorum sarcina praegravati, expeditam fugam habere non quiverint. Spiritualiter anima, quae desideriis carnalibus in illa ultima persecutione occupata invenitur, aeternum vae subire oppressa cogitur.

4886 **Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato.** In hyeme duritia frigiditatis prohibet ad solitudinem pergere, et in montibus desertisque latitare: in sabbato transgressio legis est, si fugere voluerint, aut mors imminens si remanserint. Si autem de consummatione intelligitur, hoc praecipit, ut non refrigescat fides nostra, et in Christum charitas, neque otiosi in opere Dei virtutum sabbato torpeamus.

4887 **Et nisi breviter fuissent dies illi, et reliqua.** Haec enim tribulatio, quanto ceteris pondere gravior, tanto est temporis brevitate futura moderatior; tribus namque annis et dimidio Ecclesiam impugnatu esse creditur, quantum de Prophetia Danielis et Apocalypsi S. Iohannis cognosci potest.

4888 **Si dixerint vobis, Ecce in deserto est, et reliqua.** Si quis promiserit vobis quod in deserto gentium et Philosophorum dogmate Christus moratur, aut haereticorum penetratibus, qui Dei pollicentur arcanis se nosse, nolite fidem accommodare, ne locum decipiendi inveniant.

4889 **Sicut enim fulgur ab oriente exiit, et reliqua.** Quod ergo dixit ab oriente in occidentem perventurum adventum suum,

contra illos valet, qui per terrarum particulas nominantur, et dicunt apud se esse Christum. Quod autem ait, *Sicut fulgur*, contra eos valet, qui occulte congregant tamquam in penetralibus, et paucos tamquam in deserto, ad manifestationem quoque claritatemque pertinet Ecclesiae fulguris nomen: significans etiam noctem, vel nubila saeculi huius, tunc enim fulguris candor apparet.

4890 **Ubi cumque fuerit corpus, illic congregabuntur aquilae.** Id est, in coelum, quo hinc secum levavit corpus, in homine suscepto: quod secundum Apostolum, *Rapiemur in nubibus obviam Christo in aera*, et sic semper cum Deo erimus: innuit etiam studium sanctorum, quod aquila ceteras aves volatu transgrediens, in ipsum solis radium oculos gaudet infigere: nec non et illud quod lapidem venenis resistentem, suis nidis solet adferre, illum qui excisus de monte sine manibus diaboli regnum stravit.

4891 **Statim autem post tribulationem dierum illorum, usque, Et stellae cadent de caelo.** Sidera in die iudicii videbantur obscurari, non de minutione suae lucis accedente, sed superveniente verae lucis claritate. Quod vero dicit, *Et stellae caeli erunt decedentes*: hoc est, suo lumine carentes.

4892 **Et virtutes caelorum commovebuntur.** Hoc est, Angelicae tremant potestates. Mystice vero Ecclesia est sol et luna et stellae, cui dictum est: *Speciosa ut luna, electa ut sol*; quia tunc non apparebit impiis persecutoribus ultra modum saevientibus.

4893 **Tunc stellae cadent de caelis, et virtutes caelorum commovebuntur.** Quoniam multi qui gratia fulgere videbantur, persecuentibus impiis: et cadent quidem fideles, et firmissimi turbabuntur.

4894 **Et tunc apparebit signum Filii hominis in caelo.** Signum hic aut crucis intelli-

gamus, ut videant Iudaei, in quem compunxerunt: aut vexillum victoriae triumphantis.

4895 *Et tunc plangent se omnes tribus terrae. Illae scilicet, quae in terris genitae, honorem suum non intellexerunt: sed comparatae sunt iumentis insipientibus, et similes facti sunt illis.*

4896 *Et mittet Angelos suos cum tuba, et reliqua. De hac tuba loquitur Apostolus, quae sublimis divinae laudis resonet Sacramenta.*

4897 *Et congregabunt electos eius a quatuor ventis, et reliqua. Id est, a quatuor mundi climatibus, et non solum hoc, sed a summo terrae usque ad summum coeli, id est, ab extremis terrae finibus per directum usque ad ultimos fines eius, ubi longe a spectantibus circulus coeli terrae videtur insidere.*

4898 *Ab arboribus autem fieri discite parabolam usque, Scitote, quod prope est in ianuis. Ac si dicat, Aestatis adventum, et favonii ac veris introitum: ita cum omnia haec quae scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi, sed quasi proemia et praecursores quosdam venire, ut ostendant quod prope sit, et in ianuis. Mystice cum videris Synagogam fructum iustitiae, quem veniens ad se Dominus non venit, proferentem, diem extremi discriminis et aetatem verae pacis ac lae esse in proximo non ambiges.*

4899 *Caelum et terra transibunt, et reliqua. Caelum enim et terra per commutationem innovationis transibunt, sed verbum Domini sine effectu completionis nullo modo praeterbit. Unde et Propheta ex persona Domini ait: Verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum.*

Varia de inferno.

1890 **I**n erit sletus et stridor dentium, gemitus et ululatus, luctus et cruciatus, stridor et clamor, timor et tremor, dolor et labor, ardor et fletor, obscuritas et anxietas, acerbitas et crudelitas, calamitas et egestas, angustia et tristitia, oblivio et confusio, torsiones et punctiones, amaritudines et sollicitudines, fames et sitis, frigus et calor, sulphur et ignis (LXXX. III). — Quindecim poenae sunt inferni: fames insatiabilis, sitis inextinguibilis, aestus inremediabilis, frigiditas intolerabilis, ignis interminabilis, fetor horribilis, fumus incredibilis, laceratio bestiarum insatiabilis, dolor sensibilis, clausio carceris inflexibilis, desperatio insanabilis, horror excrucians, invidia incessabilis, vermis corrosivus, poena insubilis (Hugo Caro).

4901 **I**n inferno est vermis conscientiae, ignitae lacrymae, sulphuris, miseriae, dolor sine remedio, vincula sine solutione, mors aeterna, poena sine fine, absentia Christi quod visionem eius, quae sola omnia supralicita superat, et omnibus poenis intolerabilior (S. AUGUST.). — In inferno cuncta poenarum plena sunt, atque cruciatum (S. HIERON.). — Regio gehennalis, regio dura, regio circumfusa, terra afflictionis, terra oblivionis, terra miseriarum, terra tenebrarum, terra turbis et caliginis, terra maledictionis et mortis (S. PETER. DAM.). — *O Maria, Refugium peccatorum, ora pro me, tuam me!*

FERIA QUARTA

Homilia S. Hilarii Episcopi.
DE MATTH. CAP. 24.

4902 **S**EQUITUR deinde et iudicium adventus futuri: cum abominatorem desolationis stantem in loco sancto videbit, tunc claritas redditum intelligendum. Et de hoc quidem, beatissimo Daniele et Paulo praedicantibus, superfluum nos puto habere sermonem (DAN. IX, 27; II. THESS. II, 4): de Antichristi enim temporibus haec locutus est. Abominatio ex eo dictus, quod adversus Deum veniens honorem sibi Dei vindicet: desolationis autem abominatio, quia bellis et caedibus terram cum piaculo desolaturus sit. Atque ob id a

Iudaeis susceptus loco sanctificationis insistet; ut ubi sanctorum precibus Deus invocabatur, illic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit.

4903 **E**t quia proprius iste Iudaeorum erit error, ut qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem; Iudaeam deserit monet, et transfugere in montes; ne admixtione plebis illius Antichristo credituræ vis aut contagio afferatur; sed omnibus, qui tunc fideles erunt, tutiora futura sint deserta montium, quam frequentia Iudaeae.

4904 **Q**uod autem ait: *Et qui in tecto sunt, non descendant tollere aliquid de domo: praeceptum istud secundum humanam intelligentiam rationem dicti factique non recipit. Qui enim in tecto est, et Iudaeam sit relictus, nisi descendens ex eo abire non poterit. Aut quae utilitas est, consistere in tecto, et non in domo manere?* Sed frequenter admonuimus, proprietates verborum et locorum contendas, ut momenta praeceptorum coelestium consequamur. Tectum est domus fastigium, et habitationis totius celsa perfectio. Dominus enim nulla dici poterit vel esse sine tecto. Qui igitur in consummatione domus suae, id est, in corporis sui perfectione constitit, regeneratione novus, spiritu celsus, et divini muneris absolute perfectus, non descendere in humilia rerum saecularium cupiditate debet, neque inferioribus corporis illecebris provocatus de tecto sui sublimitate decedere. *Et qui in agro erit, non revertatur tollere tunicam suam.* Scilicet positus in operatione praecepti, non ad curas pristinas revertatur; neque aliqua corporis indumenta desideret, ob quae reversus, veterum exinde peccantium, quibus antea contegebatur, erit tunicam relaturus.

4905 *Vae praegnantibus et nutriendis.* Simpliciter quidem istud propter moram fu-

gae accipi potest: quia ventris onere impeditas, imminente temporum ruinam effugere sit molestum. Sed quid conditio, sexus et generatio ordo commeruit? Nisi forte actas illa mulierum, quae in illa tempora inciderint, proprie sit futura maledicta. Sed absit istud, ut quidquam sit, quod homini nisi sua culpa malum fiat. Non igitur de fetarum onere Dominum admonuisse credendum est, cum dicit: *Vae praegnantibus*: sed animarum peccatis repletarum ostendisse gravitatem, quae neque in tecto posita, neque in agro manentes repositae irae tempestantem vitare possint. Dolor enim praegnantem ex natura consequitur: et partus sine totius corporis vexatione non funditur. Quae ergo tales animae reperientur, in suo et onere et dolore continebuntur. Illis quoque vac erit quae nutriuntur. Est infantia lacte depulsa non minus ad fugam inutilis, quam ea quae etiam lacte alatur. Et quomodo vac illi quae nutriatur, cum nihil intersit aetatis ac temporis, nutriti lacte, et decessisse de lacte? Sed perinde hic etiam infirmitatem animarum, quae ad cognitionem Dei tamquam lacte adhuc alantur ostendit: quae perfecti cibi virtute indigentes, tenui divinae cognitionis infirmoque gustatu imbuantur. Et idcirco vac ipsis erit: quia et ad effugiendum Antichristum graves, et ad sustinendum imperitae, nec peccata effugerint, nec cibum veri panis acciperint.

4906 **Atque idcirco orare admonemur, ne vel hyeme fuga nostra vel sabbato sit, id est, ne aut in peccatum frigidet, aut in otio bonorum operum reperiamur: quia gravis vexatio incumbet et intolerabilis cunctis, nisi quod causa electorum Dei diebus illis sit brevitatis afferenda, ut vim incumbentium malorum coarctatum digrassandi tempus exsuperet.**

4907 Et quia in magna vexatione positus pseudoprophetae, tamquam praesentem in Christo operam sint indicaturi, multis in locis Christum esse atque haberi mentientur, ut in Antichristi famulatum depressos vexatosque deducant; nunc in desertis esse dicentes, ut errore depravent; nunc in penetralibus asserentes, ut dominantis potestate concludant: sed se Dominus non loco occultandum, nec a singulis contuendum esse proficitur; sed ubicumque et in conspectu omnium praesentem futurum modo fulguris, quod ab oriente elatum, lumen suum usque ad occidentis plagas spargit, et undecumque micans ubicumque cernitur (MATTH. XXIV, 22-27). Ac ne vel loci quidem eius, in quo futurus esset, essemus ignari, ait: *Ubi cumque fuerit corpus, ibi congregabuntur uulpes* (Ibid., 28). Sanctos de volatu spiritalis corporis aquilas nuncupavit: quorum, congregantibus angelis, conventum futurum in loco passionis ostendit. Et digne illic claritatis adventus expectabitur, ubi nobis gloriam aeternitatis passione corporeae humilitatis operatus est.

Varia de inferno.

4908 Quis potest horrenda inferni loca enarrare, tortores terribiles animas infelices duro cruciatus torquentes? Quis potest enarrare ignem incorruptibilem et temper ardentem, tenebras inspicibiles, asperos et rigidos iudices, et ultores? (S. DOMINI.) — *Tanta erit in inferno via doloris, ut se non ferat alijus intentio exultationis* (S. BONAV.). — *Potentius tamen poterit tormentis patientur.* Ferrierius autem fortior instat cruciatus (SAP. VI, 7, 9). — *Regno peccatorum, regio dura et extimerenda, terra afflictionis et miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinae et colligens, terra maledictionis et mortuositatis, terra sili et timis, terra combustionis et frigoris* (S. BERN.). — *In inferno nihil invenitur quod desideratur: in lacu miseriae perennis, nihil videtur, nihil sentitur, nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat* (S. AUGUST.). — *Nulla ibi vox, nisi vac, vac, vac habent, vac sonant, tortores diaboli torquent pariter et*

torquentur, et eorum nunquam finis erit aut remedium. Talis est infernus, et milles prior (Hugo a S. VICT.) — *O Mater pietatis, per tuas lacrymas, converte me; salva me!*

FERIA QUINTA

Homilia S. Hilarii Episcopi.
IN MATTH. CAP. 24.

4910 **S**TATIM autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et reliqua (MATTH. XXIV, 29). Gloriam adventus sui et claritatis reditum indicat obscuritate solis, defectione lunae, casu stellarum, virtutum coelestium motu, ostensione signi salutaris, lamentatione gentium cognoscentium Filium hominis in Dei gloria, et ad collectionem sanctorum destinatione angelorum cum tubae, id est, iam publicae libertatis hortatu. Sic erit de grano sinapis arbor ingens (MATTH. XIII, 31): sic de lapide montis contrita imagine orbem terrae mons occupans (DAN. II, 34): sic civitas omnibus contemplabilis (MATTH. V, 14 et 15): sic lucens universis lumen in ligno: sic ex humilitate mortis Dei gloria. Quarum omnium rerum iudicio, scire nos voluit tempus nostrae redemptionis, quo ex corruptione corporum in honorem spiritalis substantiae transferemur.

4911 Cognoscendi autem temporis signum in similitudine ficus arboris posuit (MATTH. XXIV, 32): cuius cum ramus tener fuerit atque fronderit, tum prope esse aestas intelligitur. Sed longe alia natura et aestatis et arboris est: In veris (verni temporis) enim intus intumescit: et non exiguum tempus est medium, inter id quod aestas ingruit, et arboris ramus tenerescit in frondes. Ex quo, non de arbore hoc dictum esse noscitur.

dum est. Et quidem iam superius de arboris istius proprietate tractavimus. Huius etiam foliis Adam legimus indutum, et pudorem conscientiae texisse, id est, tamquam peccati veste sub lege circumdatum. Ramus igitur ficus Antichristus esse intelligitur, diaboli filius, peccati portio, legis assertor. Qui cum tenerescere coepit atque frondescere, tunc proxima esse aestas, id est, dies iudicii sentietur. Frondescere autem quadam peccatorum exultantium viriditate noscetur: erit enim tum flos criminorum, et honor facinorosorum, et gratia profanorum: quibus tamen aestas, id est, calor aeterni ignis in proximo est.

4912 Atque ut fides certa esset futurorum, amen dicendo professione veritatis, adiecit generationem nostram praeterire non posse, nisi universa ista transcurrerent, eaque quae firma existimantur, coelum videbunt e terram, non futura; verba autem sua non posse non esse: quia illa ex conditione creationis suae, id est, profecta de nihilo, habeant id in se necessitatis ut non sint: haec autem ex aeternitate deducta, id in se contineant virtutis ut maneant (MATTH. XXIV, 34 et 35).

Varia de inferno.

4913 **L**acus inferni plenus est tenebrarum, discordiae, odii, stultitiae, miseriae, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adustionis, siliis, famis, ignis inextinguibili, tristitiae, viriditiae perennis, et omnis inextinguibili mali, quod nec illi nec cogitari potest (S. AUGUST.). — *Damnatae hominis domus, infernus est: ubi nulla inveniri poterunt consilia salutis* (S. GREG. MAG.). — *Infernum insatiabilis est, et nunquam mortuorum multitudine completur* (S. HIERON.).

4914 In inferno est: siliis intolerabilis, poena famis, poena foderis, poena horris, poena timoris, poena angustiae, poena tenebrarum, severitas tortoris, praesentia daemonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, dilaceratio immortalium vermium (S. AUGUST.). — *Ibi transitur a frigore nivium ad calorem ignium, et utrimque intolerabile.*

(Hugo a S. VICT.). — *Sicut in hoc mundo duo peccata magis abundant, luxuria et avaritia: sic in inferno dicitur sunt poenae, quae magis cruciant, scilicet ignis et frigus* (S. AXE. PATAV.). — *O Maria, intercede pro me; salva me!*

FERIA SEXTA

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN MATTH. CAP. 24.

4915 **C**UM ergo videritis abominationem desolationis, etc. Quid est quod vocat abominationem? Potest dici quod abominatio dicitur exercitus Romanorum, et dicuntur abominations desolationis, quia fuerunt desolatores terrae. Vel per abominations idola: et de duplici idolo potest dici. Legitur quod Pilatus introduxit aquilam in templum, quod erat signum Romanorum, quod Iudaei abominationem dicebant. Unde tunc cum videritis idolum positum in loco sancto, tunc potestis cognoscere impletionem prophetae Danielis de destructione Ierusalem. Vel potest dici quod Ierusalem destructa fuit dupliciter. Primo a Tito et Vespasiano, et tunc combustum fuit templum, et tunc adhuc dimissi fuerunt aliqui. Postmodum adhuc aliqui rebellaverunt, et tunc Adrianus qui successit Traiano, destruxit penitus, et dedit legem quod nullus Iudaeus ibi de cetero habitaret, et vocavit civitatem nomine suo. Item posuit in sacro loco idolum; unde illud idolum, quod posuit Adrianus, potest dici abominatio; unde cum hoc videritis, etc. De hac defectione satis habetur Thren. vi. *Qui legi intelligat.* Et quare hoc dicit? Quia in illa propheta Danielis multa dicuntur de passione Christi. Sunt enim haec verba observanda; unde ibi dicitur: *Occidit Christus... et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio*

(Dan. ix, 26 et 27). Unde qui videt, intelligit quod talia acciderunt. *Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes.* Ponit admonitionem utilem. Et primo ponit eam; secundo excludit impedimenta fugae. Quaedam enim sunt impedimenta evitabilia, quaedam inevitabilia. Dicit, *Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes.* Tunc, scilicet in tempore Vespasiani. Tunc temporis quidam dicitur Agrippa dominabatur in montibus, et iste obediens Romanis, nec rebellabat eis: unde cum aliae gentes haberent guerram, iste et gens sua in pace erat. Unde ex Dei providentia admoniti fuerunt fideles qui erant in Iudaea quod recederent et irent ad regnum istius Agrippae, et sic fecerunt: unde *tunc qui in Iudaea sunt, scilicet fideles, fugiant in montes;* Zach. ii, 6: *Fugite a terra aquilonis, etc.* Tunc remouet impedimenta fugae. Et quia quaedam impedimenta sunt evitabilia, quaedam non, ideo primo ponit pericula evitabilia; secundo inevitabilia, ibi, *Vae praegnantibus, etc.* Quae sunt vitabilia, sunt negotia terrenorum: et istorum quaedam accidunt in civitate, quaedam extra; ideo utrumque ponit. Secundum ibi, *Et qui in agro, non receritur tollere tunicam suam.* Dicit ergo, *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua;* id est quicumque habitat in civitate, etiam si in domo, non revertatur tollere etc. Item *et qui in agro non revertatur, in domum, tollere tunicam suam,* scilicet quaecumque sint necessaria, quia cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua. Et quare hoc dicit? Quia imminente festo paschae convenerunt multi in Ierusalem: quod sciens Titus obsedit civitatem, cum ita essent congregati. Unde vult dicere: Ita cito accidit istud malum, quod non poterit aliquis sibi cavere. Item ponit impedimenta inevitabilia. Et quia erant quaedam inevitabilia virtute hominum

et simpliciter, quaedam licet inevitabilia, tamen virtute Dei vitabilia; ideo primo de primo; secundo de secundo, ibi, *Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme vel sabbato.* Illud quod cum est, nullo modo vitari potest, est onus filiorum: quomvis enim posset alicui dici, Salva animam tuam, posset dicere, Quomodo possum dimittere filium? Ideo hoc exponit: *Vae praegnantibus et nutricibus,* quia tales non poterant fugere, quia nec illis erat dicendum quod abortum procurarent, nec nutricibus ut filios occiderent; et sic impletur quod dicitur Luc. xxiii, 25: *Beata ubera quae non lactaverunt.* Item alia sunt impedimenta ubi non potest homo ponere remedium nisi per Deum. Aliquod enim tempus est ineptum vel per naturam, vel per legem: per naturam, ut tempus hiemale, quia tunc impeditur homo fugere propter asperitatem temporis. Item propter legem, ut si accidat in sabbato, quia Deus praecepit quod non irent ultra unum milliare. Et quia istud non est in potestate nostra, sed Dei, ideo *orate ne fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato,* quia in talibus ad Deum solum est recurrendum. Unde Osee vi, 1: *Venite et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit et salvabit nos.* *Orate quod non fiat in hieme, quia impedit fugam naturaliter propter discrimen viae; nec sabbato, quia impedit secundam legem Dei.* Item notate quod dicit, *Sabbato,* in quo designat, quod in die festo fuerunt debite interfecti. Unde necessitas fugiendi? Ex magnitudine tribulationis. Unde primo ponit tribulationem et magnitudinem tribulationis; secunda ponit causam, ibi, *Et nisi breviati fuissent dies illi, etc.* Dicit ergo: *Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi.* Et hoc satis potest perpendere qui legit historiam Iosephi, quod multi fame mortui sunt. Item erant se-

ditiones in civitate, ita quod ipsi se invicem interficiebant: unde cum Titus, qui erat mitissimus, vellet eis parcere, ipsi volebant. Item erant latrones inter eos qui interficiebant multos. Et quaedam mulier comedit filium suum. Unde fuit talis tribulatio, qualis numquam visa est. Et hoc dicit Lucas cap. xxi: *Erit tribulatio et cadent in ore gladii.*

4916 Sed numquid erit maior in tempore Antichristi? Sic; sed non erit inter Iudaeos. Et quaerit Chrysostomus propter quod peccatum accidit, quia nec poena Sodomorum fuit tanta, unde non esset poena gravior nisi peccatum gravius.

4917 Et quia possent dicere quod ista acciderant eis propter peccata Christianorum, ideo dicit quod non; unde: *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro.* Augustinus dicit quod quidam sic exposerunt, quod dies tunc facti sunt breviores, sicut tempore Iosue longior. Sed contra dicit Psal. cxviii, vers. 91: *Oratione tua perseverant dies;* ideo dupliciter potest dici. Primo quod dies tribulationis sunt breviati primo in numero. Unde si durasset tempus illud, omnes essent interfecti, quia nullus remansisset. Et quare? Quia Romani dominabantur per totum orbem, et iam Iudaei dispersi sunt per universum mundum; ideo si durasset tempus illud, interfecti fuissent ubique terrarum. Vel dicuntur dies breviati, quando mala breviantur. Et quare breviantur? *Propheti electos:* non quod exiderit verbum Dei. Multi enim conversi erant de populo illo, et rogabant pro populo ut relinquere semem; is. i, 9: *Nisi Dominus reliquisset semen, quasi Sodoma essemus, etc.*

4918 Tunc ponit Chrysostomus duas considerationes, quare hoc dicatur, quia ibi erant aliqui discipuli, item Ioannes adhuc ultra vixit; ideo dicit quod Ioan-

nes non fecit mentionem de hoc in evangelio suo, quia scripsit post hoc factum: unde dixisset praeriter; sed Matthaeus et Lucas, qui ante scripserunt, fecerunt mentionem, quia tunc erat futurum: ideo dicit quod manifestum fuit miraculum cum Romani impugnarent Iudaeos, et quasi tota gens Iudaeorum pateretur excidium, quod tam pauci Iudaei poterant ire per universum orbem ad convertendum quasi totum mundum, et haec fuit mirabilis virtus Christi.

4919 Hilarius exponit quod referuntur haec verba ad finem mundi. *Cum videritis abominationem hanc,* nominat Antichristum. II ad Thess. ii, 2: *Nec terramini nec per spiritum, nec per sermonem, quasi instet dies Domini, nec quis vos seducat ullo modo.*

4920 *Et tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes;* quia Iudaei deficient, unde fugient terram Iudaeorum, et convertentur ad montes christianitatis. *Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua.* Vult dicere quod perfecti non moveantur a sua perfectione. Unde tangit contemplativam vitam, quae signatur per tectum; unde tales a sua contemplatione non debent recedere. Item *qui in agro, tangit vitam activam.* Tales non revertantur ad pristinam vitam, sed manent in suo proposito. Et quid per praegnantem? Homines graves peccatis. Homines nutriendi sunt homines imperfecti. Unde vult dicere, quod vae hominibus oneratis peccatis, et non confirmatis. Secundum August. praegnantem sunt qui concipiunt male agere; nutriendi, qui iam opere complent. Et quid dicit, *Hieme et sabbato?* Per hiemem signatur tristitia, per sabbatum laetitia. Unde ne fiat in hieme, per tristitiam absorbentem, vel sabbato per laetitiam animum elevantem. Vel per sabbatum otium bonae operationis, per hiemem

refrigerationem charitatis. *El nisi breuiati fuissent dies illi*, quia parum durabit, et si duraret, non salva feret omnis caro, id est omnis carnalis. Item possunt referri ad adventum Christi per Ecclesiam; et sic dicit Origenes quod sicut verbum Evangelii divulgatum est adueniente ipso, sic falsa doctrina divulgabitur adueniente Antieristo; et sicut Christus habuit suos prophetas, sic et Antichristus. Tunc qui in civitate fugiant ad montes, perfectae iustitiae. Praegnantem dicantur, qui adhuc petierunt verbum salutis, nutrices qui aliquid iam fecerunt. *Orate ergo ut non impediatur per desidiam et torporem. Erunt tunc tribulatio magna*, quia erit peruersio doctrinae christianae per falsam doctrinam. *El nisi esset dies breuiati*, scilicet decem doctrinae, per additamenta verae doctrinae, non feret salva omnis caro, id est omnes converterentur ad falsam doctrinam.

Varia de inferno.

4921 **Q**uasi in gehennam et in delictis suis; tunc tunc date illi tormentum et lucem. (Apo. xviii, 7.) — Pravi tanto in inferno graviori vindictae supplicia sentient, quanto hic maiora providentiae gratiam calcant. (S. GREG. MAG.) — Tria sunt deteriora omni malo: anima peccatoria, quae nigrior est corvo; mali angelus, qui cum rapiunt; et infernus, in quem ducitur. (S. AUGUST.) — Par crucis flamma supplicii, quae in igne luxuriae per succendit flamma peccati. (S. GREG. MAG.)

4922 Ibi accessi ardentibus stimulis pungentur, et gelosi ingenti siti ac fame cruciantur. Ibi luxuriosi et volupatum amatores, ardenti pice et tepido sulphure perfundentur; et sicut furiosi canes praedolore lividiosi strabunt. Ibi superbi omni eorum fusione replebuntur; et avari miserima egestate ardebunt. (KELSES.) — Nullum vitium erit in inferno, quod suum proprium cruciatum non habeat: ibi erit una hora gravior in poena, quam hic centum anni in gravissima poenitentia. (S.) — Sicut in domo Patris mansiones multae sunt pro diversitate virtutis; sic damnatos diverso supplicio gehennae

ignibus subicit disparitatis cruciatum. (S. GREG.) — *O Maria, tuus sum ego, doce me, converte me, salva me!*

SABBATO

Homilia S. Thomae Aquinatis.
IN MATTH. CAP. 24.

4923 **P**OSTQUEAM Dominus respondit interrogationi discipulorum de destructione civitatis; hic incipit respondere his quae ad secundum adventum pertinent. Iste autem adventus est adventus ad iudicium: ideo dividitur. Quia primo proponit signa et modum veniendi; secundo tractat de iudicio, infra xxv, 1: *Simile est regnum caelorum decem virgibus*. Circa primum duo facit. Primo praemittit signa praecedentia Christi adventum; secundo agit de ipso, ibi, *Et videbitur Filius hominis*, etc. Circa primum duo, quia duo praecedentia erunt, primo ex parte hominum, et electorum; secundo ex parte elementorum ibi, *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur*, etc. Circa primum duo facit. Primo praemittit quamdam admonitionem; secundo rationem huius admonitionis, ibi, *Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae*. Dicit ergo, *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus*, etc. Notandum quod ly *tunc* non dicit tempus determinatum, sed tempus confusum, quia hoc non statim factum est post destructionem Ierusalem, sed expectatur futurum in fine. Simile habetur supra ii cap. quod habitavit Dominus in Nazareth, unde Nazarenus dicitur, et sequitur (cap. iii, 1): *Tunc venit Ioannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae*;

hic. Futurum enim est quod multi seductores venient, et dicent Antichristum esse Deum. *Tunc si quis dixerit vobis: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere*. II ad Thess. ii, 2: *Non torreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, quasi per nos misam, quasi instet dies Domini*.

4924 Deinde cum dicit, *Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae*, assignat rationem admonitionis. Et primo ponit rationem ex necessitate; secundo ex falsitate doctrinae, ibi, *Sicut enim fulgur exit ab oriente, etc.* Circa primum tria facit. Primo introducit seductores; secundo vehementiam seductionis; tertio admonitionem. Dicit ergo, *Tu dicis quod aliqui erunt qui dicent se Christum: sed numquid alii erunt? Ita. Surgent enim pseudochristi*, id est qui dicent se Christos, et hoc factum est ante destructionem Ierusalem; I Ioann. ii, 18: *Sed audistis quod venit Antichristus, unde antichristi facti sunt multi. Et pseudoprophetae*. Sicut enim Christus habuit veros prophetas, qui praenuntiaverunt eum, sic Antichristus falsos: et hoc est quod dicitur I Ioann. iv, 1: *Multi pseudoprophetae exierunt in mundum*. Sed numquid facient isti miracula et effectus? Unde *dabunt signa et prodigia*; II ad Thess. c. ii, 9: *Cuius adventus est secundum operationem Satanae*; Apoc. xvi, 13: *Et vidi de ore draconis, et de ore bestiae, et de ore pseudoprophetae exire spiritus tres immundos in modum ranarum*.

4925 Sed est quaestio: Numquid daemones possunt facere miracula? Dicendum quod non, si proprie sumatur miraculum: quia miraculum proprie non est quod fit praeter ordinem alicuius causae particularis, sed quando praeter ordinem totius creaturae, et hoc fit per solam virtutem divinam. Sed bene possibile

est, quod creatura superior non contineatur in ordine creaturae inferioris; unde aliquid fit per virtutem superiorum, quod non fit per virtutem elementorum: sic in hominibus aliquis facit per artificium aliquid, quod mirum videtur aliis; sic de daemonibus, quia subtilioris sunt intelligentiae; ideo sicut artifices aliquid faciunt quod videtur mirum aliis, sic et daemones aliqua faciunt naturaliter, quae videantur nobis mira.

4926 Sed quomodo fiet istud? Opinio fuit Avicennae quod natura corporalis obedit ad nutum intelligentis, unde ad apprehensionem immutatur corpus. Sed Augustinus istud amovet, quia non obedit ad nutum alicuius creaturae, sed solius Dei. Ideo dicendum quod in rebus naturalibus sunt virtutes determinatae ad procreandum aliqua, ut ranas, et huiusmodi: istas virtutes noverunt melius daemones quam alii. Et hoc probat Augustinus, quia ignis qui descendit super oves Iob, fuit naturalis. Potest enim excitare corpora, et congregare, ut faciant talia miracula. Illa vero miracula quae non procedunt ex virtutis alicuius rei naturalis, haec non possunt facere, scilicet ut mortuus suscitetur. Unde talia non faciunt nisi in praestigis, ut Simon magus fecit movere caput. Unde ista quae non fiunt ex virtute naturae, non possunt; unde *dabunt signa magna*, id est, quae homines reputant magna.

4927 Sed quis erit effectus? *Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*. Et dicit Origenes quod sermo dictus est per exaggerationem, quia quicumque homo est in hac vita, si secundum se consideretur, seduci potest; tamen comparando ad electionem Dei, ut sit sensus, electum seduci, hoc est impossibile; ideo aggravando dicit quod tanta erit vis, quod nisi praeservaren-

tur ex praedestinatione divina, seducere-
rentur. Vel dicendum quod non vere
electi, sed electi secundum apparentiam;
I ad Tim. 4, 19: *Quam quidam repellentes
circa fidem naufragaverunt*; Is. xix, 14:
*Dominus miscuit spiritum vertiginis in
medio eius, et errare fecerunt Aegyptum.
Ecco praedixi, quia secundum Gregorium
minus nocent laeula quae praevidentur*;
Amos. c. iii, 7: *Non faciet Dominus ver-
bum, nisi revelaverit secretum suum*. Un-
de si dixerint vobis: *Ecco in deserto est, ni-
lite exire*. Posita necessitate in generali
ponit magis in speciali: *Si dixerint vobis,
Ecco in deserto*, etc. Notandum quod vera
doctrina fit in publico, supra c. x, 27:
*Quod dico vobis in occulto, dicite super te-
cta*; sed falsa semper quaerit angulos;
Prov. 1, 20: *Sapientia dat vocem in pla-
tis*. Unde veritas est lumen, et quaerit
in lumine videri: sed si fuerit perversum
dogma, quaerit occulta; Prov. ix,
vers. 14: *Sapientia sedet in foribus*. Et
sequitur: *Aequae furtivae dulciores sunt*.
Unde desertus est locus occultus, quia ca-
ret hominibus, vel quia est interclusus;
unde si dixerint vobis, *Ecco in deserto est,
nolite exire*. Et quid vult dicere? Isti
infideles et haeretici dum sunt fideles
in societate vel congregatione, non pos-
sunt decipere, sed nituntur quod a so-
cietate separentur, et tunc decipiant; et
hoc est quod vult dicere: *Si dixerint vobis,
Ecco in deserto est, nolite exire*. Nolite a
bona societate et congregatione sepa-
rari. Item, *si in penetralibus*, quia sem-
per intendunt locum secretum, nec do-
ctrinam in publico audent dicere; unde
Ioann. xviii, 20: *Ego palam locutus sum
mundo. Nolite credere, quia qui cito cre-
dit, levis est corde*. Ezech. xix, 4. Secun-
dum Hieronymum potest retorqueri ad
tempus ante destructionem: sed melius
est ut retorqueatur ad finem. Item po-
test intelligi de seductione facta in Ec-

clesia. Pseudochristi dant documentum
mendacii, et dicitur unum documentum,
quia omnia in uno ununtur: et quod-
libet mendacium habet suos prophetas;
unde dicitur: *Hic est Christus, aut illic*;
Ezech. xiii, 6: *Perseveraverunt confir-
mare sermonem*; et aliquando volunt confir-
mare per scripturas apocryphas, ali-
quando per occultos sensus Scripturae.
Quando per apocryphas, dicunt quod in
deserto est; quando per occultos sensus,
dicunt quod in penetralibus. Vel secun-
dum Augustinum vera doctrina duo ha-
bet, quia et idem in omni loco et publice
proferri debet, et ab istis deficit haere-
sis; unde dicit, *Hic est Christus*, id est
in hac terra, et non in alia. Item, quia
doctrina sua non est publica, ideo dicitur,
In penetralibus est; unde *nolite credere*.

Sicut enim fulgur exit ab oriente etc.
Hic aliam rationem assignat, quia fal-
sum dicunt quod Christus venit occul-
tus, sed non est verum, immo venit
manifestus. Et ponit duas rationes. U-
nam ex manifestatione Christi, aliam
ex congregatione sanctorum. Dicit, *No-
lite credere*, quod non veniat manife-
stus: *Sicut enim fulgur exit ab oriente, et
paret usque ad occidentem, ita erit adven-
tus Filii hominis*; Psal. xlii, 3: *Deus
manifeste venit*.

Sed numquid venit sicut fulgur qui-
modo videtur hic, et post versus orien-
tem? Ideo non intelligatur quod sic so-
lum manifestetur in uno oriente, sed in
omnibus. Si vellimus referre ad myste-
rium, fulgur est adventus veritatis. No-
lite ergo quaerere occultum dogma, quia
veritas manifestatur per totum mundum.
Vel oriens principium, occidens finis.
Unde veritas dogmatis semper habet con-
cordantiam a principio usque ad finem:
verum enim dogma totam Scripturam
recipit. Quidam non recipiunt vetus Te-
stamentum: quidam non recipiunt pro-

phetas, et ita non possent confirmari
per alias scripturas; sed vera doctrina
a principio nascentia Ecclesiae usque
ad finem habebit confirmationem; unde
dicitur infra ult. 20: *Ecco ego vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consumma-
tionem saeculi*.

⁴⁹³⁰ *Ubi cumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilae*. Posset enim aliquis
dicere: Isti dicunt: *Hic est Christus, aut
illic*, quomodo cognoscemus quando ve-
niet? Ostendit autem quod non indige-
bit quaerere, quia manifestus fiet ad-
ventus eius quandoquidem et alii con-
gregabuntur, et erit simile et quod ac-
cidit, cum quidam petit a domino suo
multum celante consilium suum de mo-
vendo castra, et dixit: Quando movebis
castra? et ille: Nonne audies tubam?
ad quid peris? Sic dicitur hic. Tu dicis
quod erit hic, vel illic; scio quod *ubi
fuerit corpus, illic congregabuntur et a-
quilae*. Notate quod in Hebraeo habetur
Anathe, quod idem est quod cadaver:
unde voluit signare passionem Christi,
quia tunc venit Christus ostendens si-
gna passionis: et loquitur per similitu-
dinem: *Ubi fuerit corpus*, etc. I ad Thess.
c. iv, 16: *Occurrerunt in nubibus obviam
Christo*. Sed quidam sunt aquilae, qui-
dam vultures, vel corvi. Sed *aquilae*, per quas
sancti signantur. Is. xl, 31: *Assument
penas ut aquilae, volabunt, et non defi-
cient*. Sic, ut dicit Hieronymus, ubicum-
que fit memoria Christi passionis, viri
sancti debent congregari per iugem me-
morianam passionis eius. Ad Hebr. x, 32:
*Memorantini pristinos dies, in quibus il-
luminati magnam certantem sustinistis
passionum*.

⁴⁹³¹ Et quia non solum erunt haec mani-
festa per tribulationes, ideo ait: *Stanim
autem post tribulationem dierum illorum
sol obscurabitur*, etc. Et agit de signis

sumptis ab aliis rebus quae supra nos
sunt. Et primo ponit signa; secundo ef-
fectus. Secunda ibi, *Et tunc plangent omnes
tribus terrarum*. In his autem quae supra
nos ostendit, triplex est ordo: corpora
coelestia, angeli, Christus. Ad Ephes. i, 21:
*Constituit eum super omnem potesta-
tem et principatum*, etc. Quantum ergo
ad primum dicitur: *Stanim autem post tri-
bulationem dierum illorum*, quando scilicet
veniet Antichristus. *Stanim*, quia
non diu post, quia multis esset in pe-
riculum; et hoc est contra illos qui fa-
bulam ponunt de mille annis. *Sol obscu-
rabitur, et luna non dabit lumen suum*.
Et quid est? Hoc dictum habet sensum
litteralem et mysticum. Secundum quod
ad ultimum adventum refertur, habet
sensum litteralem; secundum quod ad
alium, mysticum.

⁴⁹³² Sed videtur obici quod dicit, quod
sol obscurabitur, quia dicitur Is. xxx,
vers. 26: *Et erit lux lunae sicut lux solis,
et lux solis sicut septemfliciter*. Unde ad
hoc videndum debetis distinguere tria
tempora: tempus ante adventum, tem-
pus in adventu, et post adventum. Ante
adventum Christi huiusmodi observa-
tiones fiunt, de quibus hic dicitur, et
Ioel. ii, 31: *Sol convertetur in tenebras,
et luna in sanguinem, antequam veniat
dies Domini magnus et horribilis*. In Chri-
sti adventu non mutabuntur secundum
substantiam, sed secundum comparatio-
nem, quia tanta erit claritas Christi et san-
ctorum, quod nec apparebit claritas eo-
rum; Is. xxiv, 23: *Erubescet luna et con-
fundetur sol*. Sed post diem iudicii au-
gebitur claritas lunae et stellarum. Et
tunc erit verum quod dicitur Is. xxx,
vers. 26, scilicet quod *solis lumen erit se-
ptemfliciter sicut lumen septem dierum*.

⁴⁹³³ Sed videtur falsum quod dicitur, quod
stellae cadent de coelo, quia una stella
maior est tota terra. Rabanus solvit per

litteram Marci xiii, 25, quod, *stellae erunt decidentes in lumine*, idest in lumine minoratae. Sed unde ista minoratio poterit esse? Ex duobus est quod lumen alicuius luminaris minoratur: vel in se ipso, vel propter interpositum aliquod, ut si nubes interponatur, ut cum celsatur luna, minuitur lumen eius: unde dicit Origenes quod dupliciter potest intelligi. Primo quod hoc interpositum erit ignis, qui ante Christum praecedet, et consumet omnia usque ad medium spatium aeris, quantum scilicet elevatae sunt aquae diluvi, quem ignem sequetur multus fumus, ita quod tenebrabuntur luminaria coeli. Vel potest dici quod quidam tenebant ista corpora esse corruptibilia; et sicut elementaria immutabuntur, ita et ista. De istis tribus habetur una auctoritas Apoc. vi, 13: *Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus et luna tota facta est sicut sanguis, et stellae de coelo ceciderunt.*

⁴⁹³⁴ *Stellae cadent de coelo.* Stellae de coelo videntur cadere, quando suo lumine privantur. Sic ergo erit immutatio in corporibus coelestibus. Item in angelis; unde dicitur: *Et virtutes coelorum movebuntur*, idest virtutes quae Deo ministrant. Et dicit Augustinus quod omnia corpora administrantur per spiritum vitae; unde dicuntur moveri in effectu, quia in adventu Domini cessabit motus coeli. Unde illae dicuntur moveri, quando illa quae ad suum officium pertinent, in alium statum mutantur. Vel angeli movebuntur non commotione timoris, sed admirationis, quia admirabuntur virtutem Christi. Vel commovebuntur commotione gaudii super glorificatione sanctorum. De hoc potest accipi quod dicitur Iob c. xxvi, 11, quod *columnae coeli contremiscunt et pavent ad motum eius.*

⁴⁹³⁵ *Et tunc apparebit signum Filii hominis in coelo.* Hic ponitur signum Filii hominis super angelos existentis. Filii signum, idest signum victoriae Christi; quia quando totus mundus innovabitur, signabitur quod obtinuit victoriam omnium per passionem suam, quod modo non apparet. Vel apparebit signum crucis, ad ostendendum quod tota ista gloria est per passionem eius. Item significabitur quod omnem iudiciariam potestatem acquisivit per passionem suam. Iob xxxvi, 29: *Si voluerit nubes extendere quasi leprosum suum*, etc. Et sequitur: *Per haec enim iudicat populos.* Item apparebit ad confundendum malos qui Christum noluerunt sequi. Item signum crucis erit clarior quam sol.

⁴⁹³⁶ *Sed quis erit effectus? Tunc plangent omnes tribus terrae, videntes tantam Christi potestatem quam despexerunt, et tantam sapientiam, cui non obediunt, et tantam claritatem sanctorum; unde dicent illud quod dicitur Sap. v, 3: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem improprie. Nos insensati vitam illorum aestimabimus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce nunc quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.* Item tribus coeli, idest illi qui portaverunt imaginem coeli; Is. xl, 18: *Cui similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Imputabunt sibiipsis quod talia sustinent; Apoc. i, 7: *Videbit enim omnis oculus, et qui eum pupugerunt, et plangent se super eum omnes fines terrae.* Et Zach. xii, 10: *Aspiciet ad me quem confixerunt, et plangent eum: placent quasi super unigenitum, et dolebunt super eum ut doleri solet in morte primum genitum.* Haec est literalis expositio. Sed si referatur ad secundum adventum, tunc tantum exponitur mystice. Origenes: *Per solem diabolus signatur, per lunam Antichristus.* De his dicitur Iob c. xxxi, 27: *Si*

⁴⁹³⁷ *vidi solem cum fulgeret, et lunam incendente clarere, et lactatum est in abscondito cor meum.* Vidi, idest approbavi solem, idest ea quae videntur habere claritatem et sanctitatem, et qui virtutem, tunc apparebunt; I ad Cor. e, iv, 5: *Illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.* Unde tota doctrina, tota claritas tunc apparebit, quia imago Christi apparebit in omnibus. Vel per solem Ecclesia signatur; unde Ecclesia propter tribulationes videbitur non lucere.

⁴⁹³⁷ *Et quare dicit, Post tribulationem? Respondet Origenes: " Et post, et simul "*

⁴⁹³⁸ *Item stellae, idest illi qui post videbantur splendere. Virtutes coeli, idest sancti, movebuntur.*

⁴⁹³⁹ *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus coeli, etc.* Supra Dominus praenuntiaverat quae futura erant ante secundum adventum; hic autem praenuntiat ipsum adventum; et circa hoc tria facit. Primo ponit suum adventum; secundo certitudinem adventus; tertio incertitudinem horae, vel diei. Secunda ibi, *Ab arbore feci discite parabolas;* tertia ibi, *De die autem illa et hora nemo scit.* Circa primum duo facit. Primo ponit adventum, sive apparitionem Filii hominis; secundo congregationem sanctorum ad ipsum, ibi, *Et mittet angelos, etc.* Et attendite quod ubi fecit mentionem de adventu, duo posuit, videlicet quod manifestus esset adventus, et quod sancti congregarentur; unde dixit: *Sicut enim fulgur... ita erit et adventus Filii hominis.* Et hoc ad manifestationem. Item dixit: *Ubi corpus, ibi congregabuntur et aquilae.* Et haec duo vult magis explanare. Et quomodo veniet? *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus coeli.* Et qui videbunt? Omnes homines: ipse enim ad iudicandum veniet. Habet enim naturam humanam et divinam. Secundum divinam non videbitur nisi a mundo

corde, etc., secundum quod dicitur supra v, 8: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* sed secundum humanam naturam videbunt eum etiam mali; Luc. c. iii, 6: *Videbit omnis caro salutare Dei nostri.* Ideo videbunt Filium hominis, quia idem est Filius hominis et Dei; sed non videbunt ut Filium Dei, sed ut Filium hominis; Ioann. v, 27: *Dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.*

⁴⁹⁴⁰ *Sed potest esse quaestio, utrum tam boni quam mali sint eum visuri in specie gloriosa; et dicendum quod sic.* Et ratio assignatur Is. xxvi, 19, ubi disputans Dominus cum Propheta, dicit: *Non videbit gloriam Domini.* Et respondet Propheta: *Domine, exaltetur manus tua, ut non videant.* Cui respondit Dominus: *Videant et confundantur.* Unde boni videbunt ad laetitiam, mali ad cruciatum et tristitiam: quando enim aliquis timet puniri, quanto magis potestas iudicis contra ipsum apparet maior, magis affligitur; sic quanto Christus apparebit gloriosior, tanto magis cruciabuntur mali. Et hoc signatur cum dicitur, *Venientem in nubibus coeli.* Et hoc respondet huic quod supra dixerat, quod *sicut fulgur... ita erit et adventus Filii hominis.* In fulgure duo sunt, splendor et terror. Splendor aliquam iucunditatem repraesentat, sed terror fit ex sono, et nubes ad refrigerium fit; Is. xviii, 4: *Et erit sicut nubes viridis in die messis, quae tunc iucunda est.* Item nubes habet obscuritatem, et quando spissa est, est terribilis propter fulgura et pluvias quae ex nubibus oriuntur; et hoc convenit terrori impiorum; Psal. xcvi, 2: *Nubes et caligo in circuitu eius.* Item competit quod in nubibus veniat ad designandum divinitatem Christi, quia maiestas Dei apparuit in nube, Exod. xxv, 10; unde dicitur III Regum cap. vii, vers. 12: *Dixit Dominus quod habitaret in nebula:* ideo

in nubibus veniet. Item competit ad ostendendum humanitatem eius; quia, sicut habetur Act. 1, 9: *Videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum, et audiverunt angelos dicentes: Quemadmodum vidistis eum eundem in caelum, sic veniet.* Ut ergo ostendatur quod sit ille idem qui in nube sublatus est, apparebit in nube. Competit etiam ad significandum glorificationem. Quando enim transfiguratus est, apparuit nubes lucida; et tunc fuit una; sed tunc erunt plures, quia tunc solum tribus apparuit, sed tunc pluribus apparebit; Apoc. 1, 7: *Ecce veniet in nubibus, et videbit eum omnis oculus.* Et quid erunt iste nubes? Non erunt nisi quaedam claritates redundantes ex corpore Christi et aliorum sanctorum. Origenes dicit quod erunt angeli assumptes non solum intelligibiles, sed veraciter ministrantes. In primo enim adventu venit humilis; Zach. 1x, 9: *Ecce rex tuus venit libi mansuetus.* Sed post veniet in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate. In primo enim adventu duo fuerunt: habuit enim infirmitatem et ignominiam. Infirmitatem, quia dicit Apostolus, II ad Cor. xiii, 4: *Crucifixus est ex infirmitate.* Ignominiam, secundum quod habetur Is. lxx, 14: *Sic inglorius erit inter viros aspectus eius, et forma eius inter filios hominum.* Consequenter ad haec duo, duo dicit. Consequenter ad infirmitatem, ponit virtutem; unde de ista dicitur infra ult, 18: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra;* et haec data est ei per generationem, in quantum Filius Dei. Sed ipse promeruit in quantum homo; et hoc manifestabitur quando omnes angeli et omnia elementa ministrabunt ei. Item contra ignominiam dicit quod veniet in maiestate, quasi iudex vivorum et mortuorum.

4941 Tunc veniet, et mittet angelos suos

cum tuba et voce magna. Hic agit de congregatione sanctorum; et tria ponit. Primo ponit ministros; secundo congregatos; tertio unde congregantur. Ministri sunt angeli, ut habetur Psal. cii: *Ministri eius qui faciunt voluntatem eius.* Sed dicit: *Cum voce magna et tuba.* In resurrectione triplex virtus operabitur. Primo virtus divina; secundario virtus humanitatis Christi, quia sua resurrectione est causa nostrae resurrectionis, ut dicit Apostolus I ad Cor. xv, 22: *Sicut in Adam omnes mortui sumus, ita in Christo omnes resurgemus.* Item operabitur ibi virtus angelica ad quaedam praecambula, scilicet ad colligendos pulveres. Et haec tria tangit. Virtutem angelicam, cum dicit, *Mittet angelos;* virtutem Dei, cum dicit, *Cum tuba;* virtutem humanitatis in hoc quod dicit, *Et in voce magna.* De ista habetur in Ioann. cap. v, 25: *Omnes qui audiverint vocem Filii Dei, vivent.* Et oportebit quod illa vox sit magna, quia dabit voci suae vocem virtutis, Psal. lxxv, 34. Per tubam bene signatur divinitas, quia maior est vox tubae, quam vox humana; Apoc. cap. xi, 12: *Et audiverunt vocem magnam de caelo dicentem eis, Ascendite huc.* Et paulo post: *Et septimus angelus tuba cecidit, et factae sunt voces magnae in caelo.* Et notate quod tuba satis ei congruit, quia Num. x mandavit Dominus Moysi duas tubas fieri; et clangebant tubis ad concilium, ad festa, ad pugnam, et ad commotionem castrorum; et sic erit in iudicio, quia erit ibi concilium, idest adunatio omnium sanctorum, quia non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum, Psal. i, 6. Item erit tunc solemnitas sempiterna. Item erit ibi pugna contra malos, ut habetur Zach. ult, 14: *Sed et Iudas pugnabit adversus Ierusalem.* Item erit ibi commotio castrorum, quia sancti transferentur ad vitam

sanctorum; Zach. ii, 11: *Et applicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa.* Item quidam modo congregantur, sed non omnes; sed tunc omnes; infra c. xxv, 32: *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Hic congregantur solum electi, quia solum congregantur ut regnent cum ipso; Psal. xlix, 5: *Congregate illi sanctos eius.* Unde dicit: *Et congregabunt electos eius.* Sed unde congregabuntur? *A quatuor ventis coeli, a summis coelorum usque ad terminos eorum.* Venti coeli distinguuntur per quatuor partes mundi. Ab oriente provenit subsolanus; ob occidentem favonius; a septentrione boreas; a meridie auster; et sub his omnes alij continentur: unde a quatuor ventis coeli; idest ab omnibus partibus mundi. Sequitur, *A summis coelorum usque ad terminos eorum.* Istud potest dupliciter exponi. Origenes dicit sic: *Congregabuntur.* Posset aliquis dicere, quod solum ista congregatio esset vivorum, et non mortuorum; quod remonet ad ostendendum quod etiam mortui congregabuntur; ideo dicit, *A summis coelorum,* etc. Scitis quod sancti ascendant in coelos, et quidam sunt inferiores, quidam superiores: quia secundum modum meritorum erit modus praemij, unde hoc est quod dicit Augustinus, quod a quatuor ventis, hoc est propter corpora: quod a summis coelorum, hoc dicit propter animas. Remigius dicit sic, et est in Glossa: *Congregabo,* etc. Posset aliquis credere quod solum esset congregatio ab extremis terrae; sed quid erit de medietate terrae? unde, *usque ad terminos eorum.* Et vult dicere, quod non solum fiet congregatio ab extremis terrae, sed a caelo, idest a medietate mundi.

4942 Ab arbore ficij discite parabolam. Hic docet de certitudine adventus sui. Magna dixerat, et a quibusdam incredibi-

lia; modo tripliciter certificat. Primo similitudine; secundo assertionem; tertio ratione. Secunda ibi, *Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant.* Tertia ibi, *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt.* Dicit ergo: *Ab arbore ficij discite parabolam.* Dicit Chrysostomus: Quando vult Deus ostendere aliquid, semper inducit similitudinem naturalem. Arbores in hieme vitam habent, tamen occulte, unde non producant folia, neque fructus; sed in principio veris incipiunt pullulare, et tunc apparet vita: sic etiam sancti modo non apparent, ut habetur ad Coloss. iii, 3: *Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo;* sed tunc vita sanctorum apparebit, eorum scilicet qui non seducuntur tempore Antichristi. Tunc veniet aestas, idest aeterna retributio; Psal. cxxv, 6: *Euntes ibant et stabant millentes semina sua; et sequitur, Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Unde dicit: *Ab arbore ficij discite parabolam.* Per ficum signatur Synagoga, de qua habetur Luc. xiii, 6: *Arborem ficij habebat quidam plantatam in vinea sua.*

Cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est aestas. Et hoc potest exponi sic: Ramus tener Antichristus est, cuius potestas parum durabit, et sicut folia multum adhaerent ei, tunc potestas eius manifestabitur. Vel potest exponi in bono. Per ramum virtus et fortitudo sanctorum. Quando Ecclesia incipit finire, virtus Christi et sanctorum apparebit qui sustinebunt eam; Cant. ii, 13: *Ficus produit grossos suos. Ita et vos, cum videritis haec omnia; idest cum videritis signa praecedentia evenire, scitote quod prope est in ianuis.* Sicut dicitur aliquid esse prope, quando est in ianuis; Iac. v, 4: *Ecce merces operariorum vestrorum, quae defraudata est a*

vobis, clamat, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiit.

494

Notat quod Augustinus facit vim in hoc quod dicit, *Omnia*, cum dicit: *Cum videritis haec omnia*, etc. Supra dixerat quod Dominus prope est; sed quid est? Semper enim Dominus prope est. Ideo dicit: "Si vellimus, dicamus quod nihil pertinet ad finem mundi, sed ad adventum Christi per Ecclesiam; unde quod dictum est, *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus*, idest in praedicatoribus, cum *virtute magna*, quoniam dat Dominus verbum evangelizantibus virtute multa; et tunc veniet cum maiestate, quoniam dant ei reverentiam. Tamen secundum expositionem aliorum, referre ad finem mundi possumus, et aliter dicere. Secundum quod Augustinus exponit, dat intelligere aliquid quod prope est, idest aliqua esse signa quod prope est; unde quod dictum est, *Videbunt*, etc. refertur ad omnia supra dicta, scilicet ad signa, fulgura et terrae motus.

495

Manifestavit ergo per similitudinem, nunc manifestat per assertionem, scilicet cum iuramento, dicens: *Amen dico vobis*, idest infallibiliter verum est, *quia non praeribit generatio haec donec omnia fiant*. Dicit Origenes: "Quasi in promptu esset quod audietis. Posset enim aliquis credere haec esse dicta de destructione Ierusalem, et quia tunc completa sunt ad destructionem, quia multi supervixerunt usque ad tempus illud; unde *non praeribit generatio haec*, idest homines nunc viventes, *donec omnia fiant*. Sed magnum esset omnia dicta ad destructionem Ierusalem referre; ideo aliter dicendum, quod omnes fideles sunt una generatio; Psal. xxii, 6: *Haec est generatio quaerentium Dominum*; et praemiserat quod *Dominus est terra*. Unde vult dicere: *Non praeribit generatio haec*, idest non cessabit fides Ecclesiae usque

ad finem mundi, contra aliquos qui dicebant quod duraret usque ad tempus aliquod: quod Dominus redarguit dicens, infra ult., 20: *Ece ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*. Et tunc ponit rationem: *Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*; quasi dicens: Facilius est coelum et terram transire, quam verba; Is. xl, 8: *Verbum autem meum manet in aeternum*. Et Psal. xxxii, 6: *Verbo Domini coeli firmati sunt*. Unde verbum est causa coeli, et causa semper validior est suo effectu, ideo, etc. Et non dicitur quod coelum et terra transeant, quia esse desinant, sed quia transibunt in alium statum; Apoc. xxi, 1: *Vidi coelum novum et terram novam*. Secundum Origenem boni per coelum signantur, per terram mali; Is. i, 2: *Audite, coeli et auribus percipite, terra*. Utrique transibunt, boni in vitam aeternam, mali in ignem aeternum. Et quod dicitur verbum Dei non praeritum, non dicitur quod non transeat secundum substantiam verbi, sed secundum id cuius est: unde hoc, ut dicit Origenes, habet praeter alia, quia non praeribit verbum Domini. Verba autem Moysi et aliorum praetererunt. Unde verba Moysi sunt signa praesentis Ecclesiae; sed verba Christi praenuntiant statum vitae aeternae. Unde verba Moysi transeunt, idest quod promisit Moyses transit; quod Christus, non, quia promisit futuram gloriam, quae non transit. Item verbum Christi secundum quod est de terrenis et temporalibus, transit.

Varia de inferno.

Quo alius ignis ille devarabit, nisi peccatum tuum? Quanto amplius tibi nunc parcis, et carnem sequeris; tanto durius postea loes, et maiorem comburendi materiam reserves (Kassius). — Sicut unusquisque sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur; ita et unusquisque im-

pius pro quantitate facinorum condemnabitur, nec deest in supplicio futuro damnationis ordo, sed iuxta qualitatem criminum, Propheta affirmante, discretio erit poenarum (S. Ista). — Sicut qui in flumen lapsus est, nave discedente, quocumque manus extendat, non invenit nisi liquidam et fugitivam aquam, quae non sublevat mergendum, sed suffocant; ita damnati, quocumque veniant spem petunturi, actum agunt, quia tempus gratiae et auxilii elapsum est (FARES).

Mali desiderant secum malam voluntatem in inferno (Hugo Card.). — Si esset aliquis in inferno sine peccato, nullam poenam sentiret (Hugo Card.). — Sicut illi, qui cum Christo regnabant, nullas in se male voluntatis reliquias habebunt; ita illi, qui erunt in supplicio ignis aeterni cum diabolo et eius angelis deputati, sicut ulterius nullam habebunt requiem, sic nullatenus bonam habere poterunt voluntatem (S. AUGUST.). — *O Maria, multo praecae mens; salva me!*

Rhythmus de gloria paradisi

(Auctore S. PETERO DAMIANO Cardinali Ostiensi, ex dictis B. AUG.).

- A**poennis vitae fontem mens sitivit arida.
 Claustra carnis praesto frangi clausa quaerit anima.
 Ghiscit, ambit, elocatur exul frui patria.
 Dum praesuris ac acerrimis se gemit obtroxiam,
 Quam amisit cum deliquit contemplantur gloriam.
 Praesens malum auget boni perdit memoriam.
 2. Nam quis promat, summae pacis quanta sit laetitia,
 Ubi vivis margaritis surgunt aedificia,
 Auro celsa micant tecta, radiant trichinia,
 Solis gemmis pretiosis haec structura auctitur,
 Auro mundo tanquam vitro urbis via steratur,
 Abest finus, deest finus, lues nulla cernitur,
 Hiems horrens, aestas torrens, illic nunquam saevium,
 Flos perpetuus rosarum, ver agitur perpetuum?
 3. Caudent lilia, rubescit crocus, sudat balsamum,
 Virent prata, vernant saba, rivi mellis instunt;
 Pignentorum spirat odor, liquor et aromatum;
 Pendunt poma florum non lapsura nemtrum.
 Non alternat luna vices, sol, vel cursus siderum;
 Agnus est felix urbis lumen innocuum;
 Nox et tempus desunt ei; diem fert continuum;
 Nam et sancti quique velut sol praeclarus rutilant.
 4. Post triumphum coronati nutu comitantur,
 Et prostrati pugnas hostis iam secuti numerant;
 Omni labe defaecati, carnis bella nesciunt.
 Caro facta spiritalis, et mens, nutum sentiunt;
 Pace multa perfuentes, scandala non perforunt;
 Mutabilibus exuti repetunt originem,
 Et praesentem veritatis contemplantur speciem.

5. Hinc vitalem vivi fontis hauriant dulcedinem;
Inde statim semper lidem existendi capiant,
Clari, viridi, iocundi, nullis patent castibus;
Absunt morbi semper sanis, senectus iuvenibus.
Hinc perenne tenent esse, nam transire transit,
Inde virent, vigent, florent; corruptela corrui;
Immortalitatis vigor mortis ius absorbit.
Qui scientem cuncta sciunt, qui nescire nequeant;
Num et pectoris arcana penetrant alterutrum.
6. Unum volunt, unum nolunt, unitas est mentium,
Licet casque sibi diversum pro labore meritum.
Charitas haec summ facit, quod amat alterius;
Proprium sic singulorum commune fit omnium.
Ubi corpus, illic iure congregantur aquilae;
Quo cum angelis et sanctis recreantur animae.
Uno pane vivunt cives utriusque patriae,
Avidi sed semper pleni, quod habent desiderant;
Non satietas fastidit, neque fimes cruciat;
Inhiantes semper edunt, et edentes inhiant.
7. Novas semper harmonias vox melodia concerepat;
Et in iubilum prolata mulsent aures organa;
Digna per quem sunt victores regi dant praecordia.
Felix coeli quae praesentem Regem corripit animo,
Et sub sede spectat alta orbis vultu machinam,
Solem, lunam, et globosa cum planetis sidera!
Christe, palma bellatorum, hoc in municipium
Introduce me post solumm militare cingulum;
Fac consortem donativi beatorum civium.
Praebe vires methanisto laboranti praefio;
Ut quietem post praecinctum debeas emerito;
Teque merear potiri suo fine praemio.
Amen.

FINIS

DEO GRATIAS ET MARIAE! SEMPER DEO GRATIAS!

INDEX ALPHABETICUS

A

Aaron et Iur sustinentes brachia Moysis Christi et Spiritum S. significant, qui nos adiuvat ad legem custodiendam, 2475.
Abba, Pater, etc., 2757.
Ab oriente quid sibi velit, 565.
Abel figura Christi, 898.
Abominatio desolationis, 4859, 4883, 4900, 4915.
Abraham filii sunt christiani, 205.
Absolutio solum poenitentibus danda, 3197.
Aeripile Spiritum S., 3194.
Accusatores hominis in iudicio, 4075, 4076, 4083-4090.
Acedia spiritualis, 1205, 1236.
Aceto potatur Christus, 5973.
Actiones rectae, 295.
Adam significat quatuor orbis partes iuxta initiales litteras nominum graecorum illarum partium, 747, 2149.
Adami et Evae inobedientia, 15; somnus imago mortis Christi, 743; et Evae commemoratio apud Graecos, 289.
Admiratio quomodo in Christum cadit, 885.
Adolescens de civitate Naim resuscitatur, 2255-2259, 4398-4443; significat pescutores opere, 2272, 4462.
Adolescendum et senum differentia, 1102.
Adonai, 311.
Adoratores veri, 2666-2668.
Adulatores significantur hominibus, qui mollibus vestimtur, 96.

Adultera, 2009-2094.

Adventus Christi prior in humilitate, alter cum gloria, 191, 192; cur dilatus Christi, secundus non erit in humilitate sed in gloria, 4867, 4920-4941; cur ita vocatur, 55; eius origo, 24, 188; duplex adv. perpendendus, 25, 26, 55, 56, 190, 191-192; triplex, 57, 63-64, 65, 81; est tempus iustitiae et muneris in liturgia, 26; eius ratio diligenter pensanda, 12; et quidem quis veniat, 13-16; unde et quis, 17; ad quid, 18; quando, 20; qua via, 21-22, 46, 48, 106, 107; septem exercitiis cor praeparandum, 68-74; falsa virgii opinio de adventu, 77; incertum et absentia tempore adventus, 9-11, 121; animabus est assignatus, non corporibus, 75; in Ecclesia Mediolanensi prius incipit quam alibi, 88, 205; Orientalis Ecclesia quomodo observet Adventum, 10.

Adversitates vitae revocant saepe a peccato, 3700.
Adversitatem huius vitae quinque causas, 4570.
Aegritudines sint quaedam pulsatio Domini, 497.
Aegypti mira transformatio post Christum, 227-299.

Aestas imago regni Dei, 3, 41.

Actaeae variae, 1089, 1098.

Affectiones rectae, 295.

Afflictio devotorum de morte Christi, 1791-1808.

Ager filii, 2628; Agnus ipse Christus est, 2608; quadruplex, 1016-1019.

Agni paschalis essus, 2714-2823, 2736-2744, 2835-2837; homo ingenuus aquae balneans significat Pascha pro ablatione mundi celebrari, 2737; concaculum magnum lex spiritualis est, de angu-

5. Hinc vitalem vivi fontis hauriant dulcedinem;
Inde statim semper lidem existendi capiant,
Clari, viridi, iocundi, nullis patent casibus;
Absunt morbi semper sanis, senectus iuvenibus.
Hinc perenne tenent esse, nam transire transit,
Inde virent, vigent, florent; corruptela corrui;
Immortalitatis vigor mortis ius absorbit.
Qui scientem cuncta sciunt, qui nescire nequeant;
Num et pectoris arcana penetrant alterutrum.
6. Unum volunt, unum nolunt, unitas est mentium,
Licet casque sibi diversum pro labore meritum.
Charitas haec summ facit, quod amat alterius;
Proprium sic singulorum commune fit omnium.
Ubi corpus, illic iure congregantur aquilae;
Quo cum angelis et sanctis recreantur animae.
Uno pane vivunt cives utriusque patriae,
Avidi sed semper pleni, quod habent desiderant;
Non satietas fastidit, neque fames cruciat;
Inhiantes semper edunt, et edentes inhiant.
7. Novas semper harmonias vox melodia concerepat;
Et in iubilum prolata mulsent aures organa;
Digna per quem sunt victores regi dant praecordia.
Felix coeli quae praesentem Regem corripit animo,
Et sub sede spectat alta orbis vultu machinam,
Solem, lunam, et globosa cum planetis sidera!
Christe, palma bellatorum, hoc in municipium
Introduce me post solum: militare cingulum;
Fac consortem donativi beatorum civium.
Praebe vires methanisto laboranti praelio;
Ut quietem post praecinctum debeas emerito;
Teque merear potiri suo fine praemio.
Amen.

FINIS

DEO GRATIAS ET MARIAE! SEMPER DEO GRATIAS!

INDEX ALPHABETICUS

A

Aaron et Iur sustinentes brachia Moysis Christi et Spiritum S. significant, qui nos adiuvat ad legem custodiendam, 2475.
Abba, Pater, etc., 2757.
Ab oriente quid sibi velit, 565.
Abel figura Christi, 898.
Abominatio desolationis, 4859, 4883, 4900, 4975.
Abraham filii sunt christiani, 205.
Absolutio solum poenitentibus danda, 3197.
Acipite Spiritum S., 3194.
Accusatores hominis in iudicio, 4075, 4076, 4083-4090.
Acedia spiritualis, 1205, 1236.
Aceto potatur Christus, 5973.
Actiones rectae, 295.
Adam significat quatuor orbis partes iuxta initiales litteras nominum graecorum: illarum partium, 747, 2149.
Adami et Evae inobedientia, 15; hominis imago mortis Christi, 743; et Evae commemoratio apud Graecos, 289.
Admiratio quomodo in Christum cadit, 885.
Adolescens de civitate Naim resuscitatur, 2255-2259, 4398-4443; significat pescutores opere, 2272, 4462.
Adolescendum et senum differentia, 1102.
Adonai, 311.
Adoratores veri, 2666-2668.
Adulatores significantur hominibus, qui mollibus vestuntur, 96.

Adultera, 2009-2094.

Adventus Christi prior in humilitate, alter cum gloria, 191, 192; cur dilatus Christi, secundus non erit in humilitate sed in gloria, 4867, 4920-4941; cur ita vocetur, 55; eius origo, 24, 188; duplex adv. perpendendus, 25, 26, 55, 56, 190, 191-192; triplex, 57, 63-64, 65, 81; est tempus iustitiae et muneris in liturgia, 26; eius ratio diligenter pensanda, 12; et quidem quis veniat, 13-16; unde et quis, 17; ad quid, 18; quando, 20; qua via, 21-22, 46, 48, 106, 107; septem exercitiis cor praeparandum, 68-74; falsa virgii opinio de adventu, 77; initium et absentia tempore adventus, 9-11, 121; animabus est assignatus, non corporibus, 75; in Ecclesia Mediolanensi prius incipit quam alibi, 88, 205; Orientalis Ecclesia quomodo observet Adventum, 10.

Adversitates vitae revocant saepe a peccato, 3700.
Adversitatem huius vitae quinque causas, 4570.
Aegritudines sint quaedam pulsatio Domini, 497.
Aegypti mira transformatio post Christum, 227-299.

Aestas imago regni Dei, 3, 41.

Actaeae variae, 1039, 1098.

Affectiones rectae, 295.

Afflictio devotorum de morte Christi, 1791-1808.

Ager filii, 2628; Agnus ipse Christus est, 2608; quadruplex, 1016-1019.

Agni paschalis essus, 2714-2823, 2736-2744, 2835-2837; homo ingenuus aquae balneans significat Pascha pro ablatione mundi celebrari, 2737; concaculum magnum lex spiritualis est, de angu-

stis literae egrediens, 2739; allegoriae expla-
natio, 3186-3190.

Agnus paschalis figura Christi, 1419; Euchari-
stiae, 3188.

Agonia Christi in hortu, 1281-1286, 1395-1402.

Agricola est Deus, 1244.

Alba vestis, 1504, 2794, 2890.

Anni, dico tibi, hodie, etc., 1613-1619, 2460, 2909,
3959-3965.

Anima, ad quid tendit? 2608.

Anima, ascende superius, 1491-1495, 1497-1499.

Anima, non facio nisi iustitiam, 1110, 1118, 1127.

Anima, quomodo huc intravit? 1618, 1645, 1646, 1661.

Amicitia inter Deum et hominem renovata in Na-
tivitate Christi, 352.

Amicus Dei efficitur quis per contemptum mun-
danorum, per desiderium aeternorum, per austeri-
tatem adversarum, 4486.

Ammaeus comes Cleophae cunctis in Emmau, 3131.

Amor Christi, 1284, 1368, 1404, 1417, 1418, 1503-
1507, 1701, 1920, 2203-2406, 2429-2436, 2445-
2447, 2448-2555, 2587-2541, 2973-2985, 3038-3069.

Angeli ante adventum Christi homines pro inimici-
s habebant, 263; in die iudicii, 34; alii alios
mittunt ad quaedam officia, 3758, 3759; mittunt
ter ad mysteria mundana, 347; gaudent de pec-
catorum conversione, 3780, 3783-3786; duo in
momento Christi duo testamenta sunt, 3153; in
resurrectione Christi gaudebant, quia ita ce-
rum numerus repletus est, 3161.

Angelis reprobus non patet redendi via, 16.

Angelorum novem chori, 3753; eorum ministeria,
3754-3757; eos non tentari debemus, 3757; tot ho-
mines accedunt sunt socium, quot angeli re-
mauerunt, 3757; gaudium de peccatorum con-
versione, 3786, 3807; charitas erga homines,
3784; castus restauratur per homines qui sal-
vantur, 3785; gaudium de ascensione Christi,
3493; custodia, 1919; pugna cum rebellibus,
2300-2307.

Angelus Christum in agonia confortans, 1400-
1404; ad sepulchrum Christi: candida veste si-
gnificat gloriam triumphantis, 3971.

Anima a corpore habenda est ut hospes nobilis,
17, 78; in Christo placeat fervida esse debet et
peregrina, 822; peccatoris est spelunca latro-
num, 4114.

Animae rationalis excellentia, 819; 820; 3960; op-
plex imperium in facultates, 864; bestiae dicitur,
4200-4202, 4206, 4207, 4214-4218.

Animalia quatuor figure Evangelistarum: leo
Matthaei, homo *Marcii*, 2332.

Animi constantiam a Ioan. Bapt. discamus, 83, 94.

Anna prophetissa, 459, 469-478; erat exemplum
virginum, coniugatarum et viduarum, 473-474.

Antonii alibatis (S.) laici, 599.

Apollinaristae refutantur, 681.

Apostoli mittuntur ad praedicandum in Iudaea,
3615-3618; in universam mundum, 3655-3798,
3808; licet infirmis, magna per virtutem
Christi facebant, 1076; omnia reliquunt, 3861;
ut essent magis expediti, 3826; ut essent se-
curiores ad arguendum malum, 3827; et effi-
caciores ad persuadendum bonum, 3828; per
Spir. S. roborati sunt, 3577; secuti sunt Christum
humiliter, concorditer, perseveranter, 3830-3833.

Apostolorum dolor de recessu Christi, 3834.

Aqua cur ad baptismum adhibita, 1069; in vinum
versa quid significat, 736, 760, 780, 781, 837,
843.

Aquae benedictio apud Graecos in Epiphania, 548.

Arbor, ad cuius radicem securis posita est, est ge-
nus humanum, 266; bona et mala, 3993-4042;
verba Christi non ita intelligenda sunt quasi
hoc mali boni fieri possint aut boni mali, 3994,
4012; fructus quales sint, 4008-4030.

Arca Noe figura Ecclesiae, 339; ligni crucis, 744.

Archelaus Vindiae in exilio perit, 215.

Ariani, 292-371, 2345, 2347.

Arianismus ex Italia pulsus laetatur Ambrosius,
1818.

Aromata quae nos ad Christi sepulchrum portare
debemus sunt opera bona, 3111.

Arundo iungo animi carnalis, 83.

Asaph propheta legendum est, non Isaias (Matth.
XIII) 35, 1048.

Ascensio Christi, 2485-2510, 3518-3546; Christi
patet ingressum caeli, redintegravit numero-
rum beatorum, accumulavit solatium, stabilivit
imperium, superne fidelitatis derivavit influxum,
3508; humana infirmitas per quoque gradus se-
quitur Christum ascendentem, 3509.

Ascensionis festum est viatorum et comprehen-
sorum simul, 3507.

Aspera in vias planas mutantur, 263, 296, 319.

Astrologia, 553, 554, 568-571, 602, 614, 761, 2142.

Audiendi tres gradus: exterioris, erodendo, intel-
ligendo, 1218.

Audire verbum Dei, conditiones ad fructum capi-
endum, 1198-1200.

Auditores verbi sunt vel obliviosi, vel destituti,
vel negotiosi, vel virtuosus, 1210, 1224-1227; multi,
factores pauci, 1195, 1199.

Auxilium Dei eos deserit, qui humanam quaerunt,
562.

Avaritia, 900, 908, 1158, 1374, 1933.

Azymas et Pascha promiscue adhibentur ab Evan-
gelistis, 9745.

Azymas panis sunt opera bona sine vana gloria,
3180.

Bacchanalia, 1148-1149; a S. Carolo Borr. repre-
henduntur, 1280, 1281, 1290-1292, 1310-1313, 1322-
1324.

Baptismus etiam ab iniustus et haereticis valide
confertur, 652-671, 646-671, 2277; forma, 3174-
3176; solvit peccatum originale et peccata per-
sonalia, 398, 1939, 1969; an sine charitate nihil
prosit, 659, 662, 663, 666; in h. causa principalis
est Christus ipse, 657-671; baptismus significa-
tus per mare rubrum, 3593; per amphoram
aquae, 2837; non differendus usque ad mortem,
1848.

Baptismus Christi, 646-671, 1012-1013, 1020-1021,
1024, 1032-1037, 1044, 1067, 1069, 1071, 1075,
1080-1081, 1087; quid nos doceat, 1021; dum
baptizatur aquas mundavit ac ius baptismatis
eis contulit, 1067, 2970; cur in Iordane, 1069.

Baptismus Ioannis, 149; erat imperfectus, 2341 ad
quid utilis, 170-182, 199, 393, 395; non faciebat
remissionem peccatorum, sed ad eam praeparat,
253, 299, 317, 324.

Barabbas, 1512-1515, 2634, 2799, 3207.

Bartholomaeus, etc., 4099-4394, 4311.

Beati qui non viderunt, et ceciderunt, 3200, 3247,
3261.

Beatitude aeterna, 80, 392, 1011, 1019, 1028, 1785,
1786, 2317, 2447, 3722-3734; septem benefi-
cis constat, 4162-4164, 4168-4170, 4174-4176,
4179-4181, 4188-4192, 4195-4197, 4200-4202, 4206,
4207, 4214-4216; est per secundum obiectum,
impar secundum participationem obiecti, 1104,
1129; gaudium accidentale augetur per conver-
sionem hominum, 3786; est deliciosa, 1166; co-
piosa, 1161; speciosa, 1162; eius abundantia,
1145; est merces debita, 1150, 1159; per labores
vitae comparanda, 3345; hoc exprimitur per fa-
vum mellis et piscem assum, 3184; ius amissionis
melior poena est quam ignis, 4212; desiderium
beatitudinis, 80, 1145, 1319, 2192, 2328, 3116,
3269, 3295.

Beatitude, 60-62.

Bezeleub, 1862.

Bene omnia fecit, 4259, 4260.

Beneficia Dei quibus nos ad se allicit, 408, 1124,
1739; in iudicio de eis rationem reddimus, 493-
499.

Bernardus S. J. quantum opus coelum desideraverit,
1745.

Bethania pro Bethabara, 238; mystica significa-
tio, 238.

Bethleem domus panis, 342; significat Ecclesiam,
559; cur ibi nasci voluit Christus, 585.

Boni sub nusquam nisi in caelo, 4613; plus tri-

bulantur quam mali, 1190; eorum zelus contra
malos, 1004, 1022; malorum pravitate probantur,
4613.

Bonum sine malo esse potest, non sine bono, 1006;
non debemus facere ad praemia terrena obti-
nenda, 4300-4362.

Caeus a nativitate sanatur 227, 229, prope Je-
richo, 1282-1283; ille representat genus huma-
num, 1282, 1307, 1316.

Caiphas, 1457-1470, 2495, 2616, 2778, 2990-2993.

Calcementum figura assumptionis humanitatis, 149.

Calceamentorum solvendum ius apud anti-
quos, 149.

Calvaria non a capite Adami dicta, sed a capiti-
bus decollatorum, 262, 3800.

Captivitas babilonica et liberatio ex ea figura
lapsus et reparatio hominum, 842.

Carcerum visitatio, 453-454.

Carnis voluptates impediunt ab opere salutis,
3568, 3741; impetus invocato Iesu nomine vin-
cuntur, 3621, 3628; peccata a quibusdam parvi-
penduntur, 3928-1950.

Caro Christi esca fuit quae absconditabat hominum
Divinitatis quo diabolus captus est, 368.

Caro mea terra est cinis, etc., 3667-3673, i. e.
non solum metaphorice, 3687; vel qui vero satiat,
3670, 3710.

Caro pharetra daemonum, 822.

Caroli Borr. (S.), epistola de Septuagesima, 1099,
1097, 1112-1116, 1140-1142, 1148, 1149, 1163-1166,
1176-1186, 1190-1196, 1208, 1209, 1229-1233, 1238,
1239, 1246-1252, 1265-1269.

Carolus M. in secunda Messa Nativitatis gladium
truncans Evangelium occidit, 377.

Casti vitam angelorum ducunt in terra, 3716.

Castitas, 489, 699, 907, 2518, 3200, 3715-3717,
4210.

Cassalia reducuntur in causam superiorem ordi-
nantem, 369.

Catholici quos quales sint, 966, 987.

Cencius in Nativitate Domini Gregorium Papam
Missam celebrantem de altari raptum in turri
sua inclusit, 377.

Centurionis puer Capharnaï sanatur, 1331-1337;
a diversione S. Matthaeus et Lucae hoc factum
narrant, 1332.

Character sacramentalis comparatur cum charac-
tere militari, 660.

Charitas, 126, 741, 1507, 3175, 3682, 3821; maxima
inter virtutes est, 1079; donum Dei est, 3460; est
vestis nuptialis, 4615, 4666; eam qui habet Spiritum
S. habet, 741; sine charitate, reliqua nihil

sunt, 665, 666, anima mortua est, 747; perfecta dicit culpam 247-247; erga proximum, 52, 92, 3149, 3241, 3579, 3824, 4229, 4351, 4723-4727 proximus tantum in Deo diligendus est, 4671; erga demon-stranda est, 3565, 3569; caritas erga se, 2534, 4350.

Caritatis preceptum, 1549, 1550, 1560-1575, 4484-4507, 4616; modus est diligere sine modo, 4374.

Christi significatio, 2968-2972.

Christi duplex generatio, 669; eius divinitas, 555, 631, 731, 771, 917, 1368, 2527, 2442-2445, 2600, 2619, 4593; diuina natura, 1563, 2238, 2333; et qualitas cum Patre, 729; opera continent mysticam significationem, 1243; praedicatio quamvis duraverit, 916, 752; excellentia, 209, 212, 236, 257, 450, 611, 612; triplex dignitas regis, missi-cti, sacerdotis ostenditur in eius passione, 1295, 2124; in homine in animam, 821, 829; mansio in adven-tus, 51, 65-67; cum anima coniugium, 818-820, 2059; facta et dicta verbae meditanda, 724; pruden-tia in respondendo, 1225; cur ad nos venit, non nos ad ipsum, 19; eius adventus multiplex habuit testamentum, 495, 534, 635, 625; ipsius de se testimonium, 2221-2222.

Christus cur in via nascitur, 320; cur in praese-pio recedat, 322; eius infantia, 480-482; quo-tiens in templo, 638-641, 674-681, 684-704, 706-713, 715-717, 720-725, 728-731; cur triduo, 638; cur cum sancto duodecim annorum, 674; quomodo potuit relinquere a parentibus, 675; usque ad vitam publicam non erat otiosus, 638; cur tunc non fecit miracula, 505, 773; cur de aetate eius nihil perhibuit, 228, 553; quomodo prohibebat, 704, 717, 205; eius vita oemnia, 918, 922, 951, 959-956, 957, 1565, 1566, 970, 973, 984, 993; homo factus est ut nos ad se traheret, et ab amore creaturae retraheret, 1152; observavit legem, 498-499, 700, 558, 913, 1013; quomodo crescere potuit, 207, 242; omnia congruunt tempore operatur, 738; quae praecipiebant, suo exemplo implebat 1023; cur monerentur imperatores Roma-norum et reges Iudaeae ad designandum tem-pus futuri praedicationis Christi, 257; non om-nino novam legem attulit, sed veterem adim-plevit, 767.

Christus Phariseos interrogat, quid eis vide-retur de Christo, 4484-4507; quis sit, 1050-1066; flet de Ierusalem et dicit venientes de templo, 1218-1230, 214 (2150), 4284-4287; ingreditur Ierusalem, 2228-2231, 2512-2516; Apostolos con-tra scandalum suae passionis praemunit, 3375, 3381; consolatur de suo recessu, 2416-2423; quo sensu preceptum accepit a Patre obediendi mor-tis, 459; crescit talitudo, 1544-1549, 2797, 2896, 3919, 1544-1549, 3919, 3929; in cruce pendens

1524, 1693, 2151-2158; comprehenditur, 1215-1217, 2009, 2771, 2857-2860, 2897; verus homo, 515, 597, 635; dedit ad dexteram Dei, ut index, dedit ut puguator, 2497; et Ioannes comparatur, 209, 210; Sapientia Patris, 310; est Verbum increatum, incarnatum, inspiratum, 2392-2395; lux mundi, 379, 621, 625, 2268-2318; Rex, 555, 597, 613, 631, 9005; est principalis magister, 4368, 4509, 4502, 4594, 4997; medicus est, 1157-1159; est fi-delis consiliarius fortis auxiliarius, patronus of-ficax, 102; Sacerdos, 597; fuit Propheta magnus, 4414-4419, 4430-4434, 4440-4443, 4447; est iudex vivorum et mortuorum, 1150; ab initio concep-tionis erat plenus Sapientia, 717, 725; quomodo o-stendit se Pastorem bonum, 447.

Christus Sol iustitiae, 625, 626; tanquam radius Mariae, 627; lapis praecius de monte sine macula, 704; clavis David, 313; sponsus Ec-clesiae, 835, 846; sponsus virginum, 735; ager est in quo seminare debemus, 1207; est granum sinapis quia morte contritus totum suum vim ostendit, 1028, 1073; ostium est dum verba praedicationis gratia sua advenit, 2293; est scala con-ficiens coelos, 3307; est principium, 1652-1659; reparavit, quod Adam nocuerat, 668; per tri-duum quiescendus, 702-713; 715; indere, quid sit, 2245; prius ponit vinum detestari e-tribulationes, postea bonum; Diabolus e contra, 223, 228; ad Christum duplitter referuntur auctoritates Scripturarum, 422.

Christum vidisse maioris solati fuit, in enim cre-dere maioris meriti 3261.

Ciborum paritas, 19, 781.

Cicatrices in corpore Christi, 3128, 3239.

Cimeres, 1305-1339, 1338.

Circumcisio, 2190; Domini, 428-205; origo Festi, 504, 505.

Clericorum vitia libenter audiuntur, 1003.

Cogitationes male, 4026.

Cognitio sui dicit ad humilitatem, 4108.

Collybitae, 1202.

Columnae septem, quae Sapientia dicitur, 54.
Conpunctio corporis Christi gloriosa, 3192, 3208, 3256; ab sit proprietaria inhaerens corpori glo-rioso, 3228.

Concupiscentia consumit humorem animae, 1166; non dicitur nisi in morte, 70; triplex, 3741-3743.

Concupiscentias vincere homo sibi adscribat, 283.

Confessio debet esse humilis, 61, 839, 708, 715, 1152, 1180, 1776, 2979, 4212, 4243, cum proposito emendandi, 4244; lacrymabilis, 4245; est neces-saria ad remissionem peccati, 1854, 1969, 2475, 2253, 3197.

Confirmationis Sacramentum, 2972.

Conformitas cum voluntate Dei — in quo consi-stit, 4020-4024; cum corde lesu, 59.

Consilia, 295.

Consummatio saeculi praedicatur a Christo, 1280, 1374, 1375, 4859, 4945.

Consummationem est, 1296, 1703, 1704, 2463, 2914, 3901.

Contritio, 21, 74, 451, 499, 617, 708, 715, 879, 1075, 1289; 2470-2474, 3752, 3976, 4211, 8257, 4220.

Conversio non differenda, 1131-1139, 1856, 2093, 2475, 4363, 4364, 4368; 4382, 4386, 4389, 4396, 4397, 4495, 4496, 4412, 4415, 4420; peccato-rum non desperanda, 1093, 1094; peccatorum quam Deo grata, 3750.

Conversionem peccatoris diaboli maioribus tenta-tionibus impedire studet, 4572.

Conversionis gratia omni tempore obtineri po-test, 1090, 1102.

Cor aperendum est soli Deo eiusque nuntius, 70; dandum Deo, 72; stabilendum est, 71; scin-dendum, 74; mundum esse debet, ut a Christi illuminari possit, 371; ad intelligentiam S. Scri-pturae, 328.

Cordis munditia, 333, 1263; custodia, 69; elevatio, 73; praeparatio ad susceptionem verbi Dei, 1254-1257.

Corona spinae, 2217, 2212, 2258, 2794, 2894, 3008, 3025.

Corporis glorificati dotes, 79, 3127, 4164-4168, 4170, 4172-4176, 4179-4187, 4195-4197.

Corruptio fraterna, 1078.

Corriga calcoamentorum significant unionem na-turarum, 177, 237.

Corripi melius quam laudari, 700.

Creaturae omnes in Verbo vita erant, 308-369; nos ad Dei cognitionem manducant, 1302, 1303, 1331; sunt voces Dei, 4256.

Credere in Christum fidem cum spe et charitate dicit, 2183, 3397; debemus ut intelligamus, 2182.

Credo, Domine, quia non irrhabilitatem meam, 4515.

Crucifixio, 1578-1580, 2231-2234, 2265, 3017-3018, 3028-3022.

Crux est altare, 2431, 2432; lignum vitae, 2934, 3058; scala ad coelum, 2420-2428, cathedra, 1871, 3028; curus triumphalis, 2828; tribunal, 2901; vexillum, 2295-2297; post Christum glorio-sissima visus, 2337, 2375; eius fructus, 2296, 2546, 2640-2665; sella, 2923-2926; benedictio, 2351, 2359; 2422-2425.

Cultus divino homo ab ipsa infantia mancipandus, 690.

Cultum divinum nequaquam ob amorem paren-tum intermittere debemus, 690.

D

Daemones, nim miracula facere possunt, 4025, 4926.

Daemonicus mutus liberatur, 1287-1294; cura-tur in Synagoga, 2013-2018.

Daemum impugnat, 2019, 4111; malitia, 1002, 1022; est consummata, 3094.

Dammationem homo sibi ipsi ascribere debet, 3915.

Dato est mihi omnis generatio, 3169-3172, hoc potest intelligi vel de generatione aeterna vel de missione Christi ad extra, 3172.

David figura Christi, 841; exemplum continuatae orationis, 3465; eius humilitas, 150.

Debitores duo feneratoris, 4535.

Dedit dona hominibus: cur Paulus dicit dedit, cum in Psalmo LXVII, 19, habebatur accepti, 328.

Defectus propitii semper observandi, aliorum non curandi, 973.

Delicata vita non decet christianos, 329.

Deliciae recte spinae vocantur, 1237, 1238.

Denarius operarius datus est vita aeterna, 1090, 1099, 1103-1110, 1128-1130, 1168.

Deo et mundo fructificare impossibile, 1197.

Descensus Christi ad inferos, 3379.

Desideria divina debent calefcere cor ut verbum Dei fructuose suscipiat, 1257.

Desperandum non est post lapsum, 492, 1093, 1094; desperatio occidit animam, 1133, 2074.

De torrens in via bibet, etc., de morte Christi, resurgendo exaltavit caput, 3151.

Deus unus in tribus personis, 1623-1657; indica-tur verbis in nomine Patris, etc. 654; est exem-plar nostrum, 478; lumen mentis, 2660; est ipsa misericordia, 1002; Sapientia, Vita etc., 2442;

ex creaturis cognosci potest, 331, 1302, 1303, 1331; eius voluntas potestas est, 911; blandus est iustus et terribilis iniustus, 3112; omnibus indi-criminatum loquitur verbum suum, 1234; vult a nobis exorari, 1288, 1307; expectat quan-doque donec compleatur malitia hominum, 512.

Deus meus, Deus meus, etc., 2653, Psalms XXI, non est ex persona David aut Patris aut Mar-tyris, 2653.

Deus, propitius esto mihi peccatori, 4126.

Diabolus est princeps malus, 2429; non natura sed opere malus, 2071; est lupus, 2266;

magister piscator in mari mundi, 3988; sub spe-cie boni suadet malum, 829; primo ponit vinum homini et postea detestari, Christus e contra, 823, 828; mavult fideles trahere in infernum quam infideles, 2200; de adventu Christi deceptus est quia Maria desponsata erat, 202; idem Iudaeis persuasit ut occiderent Christum, quia non pra-

viderat se illius morte damnandum, 3643; Christi humilitate fractus, 2907, 3005-3004, 3310; non cognoscit secreta cordium, 3000.

Didrachma, 3816.

Dies tres ihericis ad Deum: timoris, pietatis, rationis, 3986.

Difficultates non debent nos deterrere a virtutis studio, 529.

Diffidendum de propriis viribus, 681.

Diriges Dominum Deus tuum, 4304, 4487; motiva dilectionis proximi, 4315.

Dimittite vos istum uolo, 3214, 3215.

Dimittere debemus antequam ad altare accedamus, 2610; ut nobis dimittatur, 1069-1070.

Dirigere viam Domini, quid sit 166, 172.

Discendum est ante quam docendum exemplo Christi, 693.

Discipuli cur non intellexerunt Christum de sua passione loquentem, 1325; interrogantia de sensu parabolae seminantis, 1295; dormientes, 1395, 1404, 1801, 2928-2928, 2759-2928; vident Christum post resurrectionem, 3128-3142, 3109-3261, 3260; Christus eis Spiritum S. insufflat, 3178; ante Christi passionem carnali magis amore erga eum affectabantur, 3420.

Discipulorum duritiam Christus ante ascensionem increpavit, ut eius verba aerebus impressa manerent, 3185; reverentia erga Christum, 3350; dona diversa discipulis data, 385, 307.

Discretio adhibenda in mortificatione corporis, 617.

Divitiae temporales verae non sunt, 56, 57; verae sunt virtutes, 57; opera bona, 547; fallaces, 1287.

Divitiarum pericula, 512, 1189, 1197, 1205, 1226, 1226, 1278, 1784, 2667; tyrannica, 512.

Divitias temporales non inhiantium, 547, 542.

Divortium a diabolo, 735.

Docere debemus et facere, 3807.

Doctrina Christi omnium capiti accommodata est, 1070; humana infirma est, 1045, 1060.

Dolores Christi, 2939-2950, 2025, 2095, 2832.

Domine, ut ceterum, 1238, 1307, 1319.

Domini nomen Christo competi autonomastice, 1659; sic abstantur necesse sed amant eos, 1332.

Dominica dies, 1039-1068.

Dominus in caelo paravit sedem suam, 3518-3522.

Domus mea, domus orationis vocabitur, 4120-4131, 4160.

Dona Spiritu S., 289, 322, 4704.

Donatistas, 654-671, 2140, sunt tamquam proci deo de nuptiis, 746; pro Donato, non pro Christo persecutiones patebantur et elemosinas faciebant, 668; villas et fundos Ecclesiae Hipponensis raperunt, 670.

Donec peperit filium, (Matthi, 1, 25), quid sibi velit, 202.

Drachmae decem sunt angelorum novem chori et genus humanum, 3732.

Duo in altum, etc. 3238-3239.

Duo haec motivi: quia potestas Dei est et tibi, *Dominus*, *misericordia*, haec verba applicantur ad Verbum humanatum, 611.

Duritia impedit fructum praedicationis, 1195, 1243, 1243.

E

Eccle filius tuus, **Eccle mater tua**, haec verba continent testamentum Christi, 2900.

Eccle homo, 3009, 1519, 1520, 3045, 3047.

Ecclesia a Verbo coepit, 300; bonos et malos continet, 260-627, 1026, 1099-1094, 2597, 3146, 4033; immo multi plures sunt, 4614; ager est Domini, 1025; extra eam non est salus, 559; multos portat haereticos animo, 984; vinca Christi, 1088, 1098, 1215-1219; militans et triumphans comparatur, 282; eius caudum, 245; unitas, 648, 649, 651, 652, 668, 666, 2143-2146, 2805, 2920, 3023, 3082; figurata in terra quae sanguinem Abel absorbit, 829; significata in navicula, 930, 938, 3451, 4537, 4538; per mulierem quae drachmam perdidit, 3397; in quibus Verbum Dei non vigilem, naufragae sunt, 941; quanta reverentia debetur Domini Dei, 1721, 1427, 2141, 4121, 4160.

Ego in hoc natus sum, etc. hoc est accusativus non ablativus, 3006.

Ego sum, 2988; his verbis Christus ostendit potestatem suam.

Ego sum ostium vitae, 3502.

Ego sum panis vitae, 3610.

Ego sum qui sum, 1649.

Ego sum via, *veritas et vita*, 2316; via secundum humanitatem, veritas et vita sec. Divinitatem, 3175.

Ego vobiscum sum... usque ad consummationem saeculi, 3628.

Electi iustici, 1092; quandoque penitentibus habi, ut illi ex coram penitentia fiduciam suam, 271; in die iudicii, 3.

Electio gratis datur non secundum meritum, 271, 1220; signum est, libenter audire verba Dei, est incerta, 1143, 1144.

Electis suis, etsi cadant, Deus cito subvenit, 2928.

Elemosyna etiam de necessariis danda, 217, 122-125, 308, 451, 452, 521, 1361, 1924; monachorum Aegyptiorum exemplum, 528; de iusta laboribus faciendae sunt, 1060, 2871; est melior quam ieiunium, 1355.

Elementa in die iudicii, 32.

Elias assumptus est in caelum aereum, 3489; currit indicat, cum non propria virtute sublatum esse, 3489; et Iosua Baptist. 147, 168, 195, 228.

Encaenia, 2437-2445.

Epheci est sepulchrum S. Iohannis Evange, 305.

Epiphania, hoc festo recolatur etiam multiplicatio panum et piscium, 601; haec dies apud Romanos tribus Augusti triumphus celebris erat, 601; utrum tria miracula die sexta Ianuarii edita fuerint, opinio Suarezii et Baronii, 672-673, 682, 683.

Epiphania Domini cum Octava, 550-673; vigilia, 543-599; huius festi antiquitas, 694, 909, 914; ritus, 949; celebratio in Ecclesia orientali, 921.

Episcopi quales esse debeant, 3196.

Episcoporum officium et periculum, 3266.

Eppheta, 4226, 4251.

Ero mors tua, o mors, etc., refertur ad desensum Christi ad inferos, 3187.

Estate misericordia, etc., 3649-3643.

Esse proprium Dei est, an creaturae non vere sint, 1651.

Estrus et sitis iustitiae, 60.

Et acciperunt triginta argenteas, etc., apud Zachariam est et in quodam apocrypho Ieremiae, 2609.

Eucharistia 274-278 perfigurata in eua agni, 3189; figurata in eo quod Christus natus postus est in praesepe, 348; indicata per nuptias regis, 466; mune digne ad eam accedere debemus, ut aliquando ad aeternam vitam perveniamus, 4664; necessaria ad vitam animae, 3668, 3688, 3971; est antidotum contra fomicem, 2967; in ea sumitur iustine Christo, 3728; quanto fervore recipienda, 3728; qui vult vivere de Spiritu Christi fiat corpus Christi, 3613; tantum post remissionem peccatorum accipienda, 1859, 3912, 3913; indigne accedentes mortem sumunt, 453, 2743, 3670, 3668, 3971, 3715, 3728; post assumptionem Deum laudare, 2386; et ad aliores virtutes ascendere debemus, 2449; praesentia realis, 2384, 2838; septem mirabilia huius praesentiae et accidentium remanentium, 3729; in ea Christus se Patrem bonum praebet, 3261, 3304, 3283.

Eucharistiae promissio, 3611-3613, 3667-3692, 3710-3728; institutio, 2584, 2745-2747, 2967.

Evangelii ergo docet, etc., triplex officium docendi, lapidandi, informandi mores, 3173.

Eutychemi, 2781.

Evangelizari non debemus, ut manducemus, sed manducare, ut evangelizemus, 4361.

Ex Aegypto vocavi Filium meum, quo pacto ad Christum refertur, 421-423.

Exemplum bonum, 52.

Exercitia spiritualia a S. Carolo Borromeo clero populoque Mediolanensi praescripta, 1266-1269.

Exit, qui seminat, 1234; hoc refertur ad Incarnationem, 1210, 1273.

Extra synagogas faciet vos, 3554.

F

Falsi prophetae ex fractibus cognoscuntur, 3993-4042; sunt haeretici, 3193, 4033; hypocritae, 4004, 4011.

Familiae (S.) vita in Nazareth, 666.

Farinae sata tria quod significant, 1046, 1069, 1071, 1072, 1074, 1076, 1084.

Fastum humanum calcare multis exemplis docuit Christus, 540.

Fatum quid est, 669; quo sensu de fato loqui possimus, quo non, 509; a fidelibus non est dicendum, 550, 602, 2199, 2348.

Fatuorum festum, 408.

Ferice, 1049-1050.

Fervor et devotio praeparant thalamum animae, 821.

Festis diebus Deus magis offenditur, 775.

Festorum sanctificatio, 943, 945, 993-998.

Festus in oculis, 1048.

Ficus arvensis, 1421, 1430.

Fides, 28, 126, 1260, 1510, 2075, 2205, 2437, baptismata est, quod anima corpori, 3503; donum S. Spiritus est, 3189; corum est, quae non videtur, 2334, 3199; expressa per piscem, 3476; non est superbius sed humillimum, 4177; non habet meritum, si humana ratio praebet experimentum, 3192; de robis fidei sine contentione quaerendum, 686; de fide usitata tantum et confirmata docenda, 686; recta necessaria ad salutem, 369; philosophorum dogmatibus comparata est tantum gratum simplici, 1045, 1060, 1083; sine charitate nihil prodest, 666, 1375; sine operibus non prodest, 1092, 2183, 3187, 3527, 3549, 4005, 4015, 4016; contraria, 1331, 1332, 1333; reguli ab imperfecto ad perfectionem progressa est, 4705, 4718; via est ad lumen, 1288; sine operibus non prodest, 1280, 1320; quomodo salvat hominem, 4819; et salubri in beatitudine 2326.

Fiducia, 28, 37-44, 271, 1315-1350; in Christum ad peccatum fugiendum, 4181; de remissione peccatorum ob Dei misericordiam, 4877; ob eius iustitiam, 4819; in tentationibus, 946, 950.

Figurae Vel. Test. non cessaverunt, donec penitus veritas manifestaretur, 877, 913, 927.

Fili Abrahae de lapidibus sunt qui est gentilitate ad Christum venerunt, 749; num paniantur pro peccatis parentum, 512.

Filius aequalis Patri, 1749, 2336, 2344, 2346, 3156; Patri coeternus, 21; eius potestas, 1728; gene-

ratio, 2197, 1165, 2180-2183, 2442, missio, 1666, 2334, 2335.

Filius prodigus, 1810-1870.

Finis ultimus est Deus, 4783.

Flagellatio Christi, 1576-1521, 1534-1537, 2008-2210, 2527, 2804.

Frater hortatur Christum ut se mundo manifestaret, 2410-2421.

Fratribus debemus consilium et auxilium, 52.

Fructus licetissimus significat meritum conjugatorum, sexagesimus continentium, centesimus virginum, 1261, 1229; tricolonus fidei significat, sexagesimas operationem, centesimas vitam aeternam, 1245, 1279.

Fuga in Aegyptum, 112-123; ostendit Christi potentiam, 523; rationes tres huius fugae, 413; cur in Aegyptum, 417, 524.

Fugere infirmis magis conuenit quam se discerniri capere, 3270; in persecutione docet quandoque, 3287, 3381.

G

Gabriel, 3755.

Gallinae se comparat Christus, 312, 2048.

Gaudere debemus de virtute, de meritis, de tribulatione, de beatitudine futura, 2759, 2269.

Gaudia caelestia meditanda, 3; mundana ad locum ducunt, 1289; spiritualia quid differant a corporalibus, 2057, 3694.

Gaudium Dei de peccatore converso, 9750; *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, 3355, 3376.

Gemitus columbae, 647.

Genealogia Christi cur dolentur usque ad Ioseph, 335.

Generations duo, bonorum et malorum, 386.

Gentilibus virtutes non prosunt ad vitam aeternam, 3385; eorum vocatio, 448, 1088, 1866-1870, 2550-2554, 2394, 462-4645.

Gethsemani, 2991, 2754.

Gibbus a sacerdotio remotus, 4555.

Gien, 1922, 1033.

Gladus iconicus significat defensionem esse licitam, 2842; quo transuerberata est iuniora Mariae Verbum Dei, 458; triplex debet animum transire ex consideratione passionis Christi, 466.

Gloria Dei — omnia in g. D. facienda, 1207.

Gloria in excelsis, etc., cur cantauerint angeli, 342.

Gloria humana vana, 57, 2358; iustorum in caelo, 58, 59; vera testimonium conscientiae, 57.

Grabatum tolli iubetur, ut proximi defectus tollerentur, 1230.

Gratia augeret per opera bona, 1157, 4549; in nouo Testamento abundantior fuit quam in veteri, 1202; non tollit libertatem, 3601-3602, 3919;

non datur ob meritum, sed occulto Dei iudicio, 2805, 3025, 3365; oblinetur, augetur, serratur per humilitatem, 958; dirigitur ab Domino, 172; cum Deus omnibus dare velit, dimittit nos manus extolimus, 3918; non est negligendus, 3702, 4658; eius dignitas, 4601, 4802; eius fons est Deus, 4781; divisiones grabatum, 101; non datur ignavis, 2928; est pignus aeternae beatitudinis, 2395.

Gratiae necessitas, 971, 1006, 3311-3333, 3601-3670, 3915; ad conversionem, 4224, 4339; ad initium fidei, 3006; ad obseruationem praeceptorum, 1153, 2475, 4178; ad peccata vitanda, 418, 1429.

Gulae foeditas, 1129, 1237, 1258.

H

Haedi et lupi in Ecclesia sunt, 1022.

Haemorrhoea maiorem fidem habuit quam archyusque, 4839.

Haereres quare non extiterint, 690.

Haeretici non intrant per ostium, 3587; eorum decipiendi artes, 1002, 1022; quid distent a catholicis male viventibus, 983; num sint occidendi, 1006, 1022; quo pacto reprimendi, 1023; sunt tolerandi ob spem conversionis, 690, 1023; sunt peruersi consilium quoniam gratiales, 1449.

Hebdomadarum divisio Deum auctorem habet, 1049.

Herodes, cur de H. fit mentio in narratione natiuitatis Christi, 560; qui Christum infantem occidere voluit alius est ab eo, qui in historia passionis occurrit, 527; cur querebat mortem Christi, 419; cur Innocentes occidit, 424; tribus de causis turbatus est, audito, Regem Iudaeorum natum esse, 577-579; num credidit prophetae, 484-483; eius calliditas, 552, 613; stultitia, 613; furor, 424-427, 54-59; timens regnum comittere non meruit Regem cognoscere, 613; eius interitus, 532; in passione Christi, 1459-1504, 3049, 3047.

Herodiani qui sunt, 4678.

Hilaritas spiritus, 908.

Hoc genus in nullo potest exire, etc., leuitium ibi sumitur generaliter pro qualibet abstinentia, 4520.

Homo creatus ut locum angelorum rebellium suppleret, 16; dignitas eius naturae, 4299, 4800; redimi poterat quia aliena malitia excederat, 16; huius, genus angustat, 1137; actus humani non subsunt influxu siderum, 569; homines in iudicio, 33.

Honor Deo exhibendus, 929.

Honorem alii tribuere debemus propter Deum, non propter rationes mundanas, 4671.

Honorum ambitio, 2239; in Ecclesia, 2143.

Horae quibus paternitas operatur mittit sunt variae aetates mundi, 1088, 1098, 1169; variae aetates hominum, 1089, 1098, 1117; hora mortis cur nobis occulta, 494.

Hospitalitas, 268, 3121, 3516.

Humiles nonquam timeant, 578; exaltantur, 259, 296; cognoscuntur a Deo, 1781.

Humiliatio Christi praecessit eius glorificationem, 3482; differt ab humilitate, 4193, 4204; probat humilitatem, 956.

Humilitas, 723, 901, 904, 949, 951, 956, 957, 981; 984, 1000, 1027, 1953, 3831, 4177, 4178, 4184, 4187, 4454-4459, 4468-4470; Christi in vita occulta, 676, 679, 694, 698, 949-954, 956, 955; in vita publica, 883, 1020, 1027, 1044, 2331; in passione, 1281, 2969, 2407-2409, 3039, 2117-2269, species quaedam iustitiae est, 733; primo consistit in cogitatione sui, 972; gradus, 3529; quoniam habet adiuuenta 957; debet esse licita, 4193-4194; voluntaria, 1168, 4199, 4208-4213; in opere, in ore et in corde, 4217-4220; probatur per humilitatem, 956; in aduersitatibus, 1226; est custos virtutis, 159; per h. ad sublimitatem ascenditur, 3537.

Humilitatis necessitas, 355, 957, 4620, 4621; meritum, 955; praerium, 4461-4465; sine humilitate opera bona nulla sunt, 150; necessaria ad audiendum verbum Dei, 3347; commemoratur exemplo Christi, 498-499, 3510, 4670.

Hydrae sex sunt aetates mundi, 720, 747-750, 764, 826; sex res significant a Christo commutatas, 795; sex considerationes, 798.

Hydropicus sanatur, 4416-4418.

Hypercrita non facile diu personam fert, 4004, 4011.

Hyssopus humilitatem Christi indicat, 3030.

Idololum nihil est, 364.

Idololum beneficium cum Dei beneficiis conferuntur, 3939.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium, 1245-1268; laudabile sed cum charitate, 1099; impudenter negatur esse Deo acceptum, 299, 240; nihil valet, nisi animus criminum masculis expurgetur, 241; quadragesimali, 1344, 1354, 1355, 1360, 1361, 1365.

Ieiunium naturae Iona, 1263, 1302, 1316; significat statum naturae lapsae, 4284.

Ierusalem, cur in ea Christus passus est, 1292; destruenda praedicitur, 511-514, 4108-4173, 4859-4985.

Iesu, fili David, miserere mihi, 1305.

IESUS, etymologia huius nominis, 337; quomodo perditur et reperitur, 715, 731; ubi inventatur, 728-730; ambulat supra mare, 1345-1383.

Ignis, in cuius specie Spiritus Sanctus apparuit, denotat virtutem eius qua torporis excutit et sancta desideria accendit, 3574.

Immutabilitas Dei, 1287, 1651, 1652.

Impedimenta tria, quominus verbum Dei fructum non afferat durities, siccitas spinae, 1195-1197, 1210-1212; septem quae a consecutione beatitudinis retrahunt, 1117.

Incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non potest, 149; Filium incarnatione esse, non Patrem aut Spiritum Sanctum magnum est mysterium, 13; misericordia Dei in incarnatione, 18.

Infantia, a prima infans homo cultui diuino mancipandus est, 660.

Infernus, 991, 4611, 4619, 4876, 4884, 4886, 4900, 4924, 4908, 4909, 4913, 4914, 4921, 4922, 4946, 5017; poena duplex damnati et cessans, 4617; poenae describuntur, 890, 1026, 1786, 4144-4154; sunt perpetuae, 1010, 1375, 1785; est plenus bonorum desideriorum, 1197; timenda propter septem rationes, 4125, 4126, 4132-4136, 4744-4755.

Infidelitas. — Spiritus S. dicitur arguere mundum de hoc peccato tantum, quia impedit quominus cetera remittantur, 3393, 3666, 3129.

Ingratitudo hominum et eius poena, 4733-4736, 4740, 4742, 4745.

Ingratitudo et ingratitude, alterum per fidem, alterum transiendo de fide ad rationem, 3268, 3599.

Inhabitatio Dei in nobis, 1146, 3570.

In illo die non rogabitis quidquam est de aeterna beatitudine, 3328, 2997.

In nimis iustus, etc., 2918.

Inimici etiam ad occasionem Redemptionis inseruiant, 526.

Inimicorum dilectio, 1339-1347, 1561-1583, 4617.

Iniuriarum obliuio, 4720, 4721, 4726; quantum fructus, 4746.

Innocentes (SS.) 409-448, 523-534; quomodo mortui pro Christo, 425, 426; Christus non fuit causa caedis eorum, 530; quando occisi, 428, 429; cur a Deo permittuntur, 531, 532; origo festi, 428, 439; officium, 440-446.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

In nomine Patris, etc., hic exprimitur unitas diuinae naturae et distinctio personarum, 3715.

Inafluatio Spiritus S. post resurrectionem Christi correspondet inspirationi spiraculi vitæ, 322; flatus non fuit ipse Spiritus S. sed solum signum, 322.

Intentio recta, 295.

Intellectum adhibere debemus, 2059-2062.

Intellectus præmium fidei, 2437.

Intercessio pro aliis exauditur, 682.

Invidi quomodo tractandi, 149.

Invidia, 283, 1915, 2026, 2645.

Ioannis Bapt. leus, 89-96, 99-97, 110, 111, 119-120.

120-134; prædictus a prophetis, 320; fuit typus Legis, 301; preparatio ad Christum, 296, 318;

venerat ut Iudæos ad peccatorum sanctorum con-

gnationem deduceret, 328; læticia, 141; Ad-

miratio Iudæorum erga Iohann. B., 222, 326, 328,

349; cur a Christo quesivit num ipse esset, qui

venturus erat, 82, 867, 89-93, 112-114, 126, 129,

134; cur se prophetam negaverit, 231; cur dicat

se vocem clamantis in deserto, 232; cur vocetur

angelus, 97, 102; Christus *Verbum*, 140, 148, 171,

233, 259, 264, 309; quo sensu plus quam pro-

pheta, 133; quo sensu maximus inter natos mu-

lierum, 111, 126, 134; quo sensu fuisse disper-

gendum, 280.

Iudas tanquam lupus ovina pelle contextus cum

Christo fuit, 267; missus ad perditionem unguen-

ti, 266; non corde sed corpore sequelatur Chri-

stum, 267; de pretio venditionis agit cum prin-

cipibus sacerdotum, 3571, 3734; 3735; eius impu-

dens audacia, 1400-1403, 2579-2583; osculum;

2601, 2678, 2679, 2765, 2852, 2964; cum illi

imitatorum qui huius causa proximos calumniar-

unt, 2745.

Iuda, osculo Filium hominis tradit ex affectu

amoris hæc dicta sunt, 282.

Iudicandum non est de aliis, si coarctare non

velis, 982; qui indicat de defectibus aliorum,

eum Deus quandoque in eandem defectum ca-

dere solet, 982.

Iudicandi in tribunal poenitentiae officium illi

subiciunt, qui Dei iudicium sustinuit, 3105.

Iudicium, concilium, schema, 3890.

Iudicium particulare, 4743, 4744, 4747, 4748, 4757,

4758, 4765, 4766, 4773, 4774, 4776, 4777, 4784,

4785, 4791, 4795, 4796; universale, 5-6, 26, 28-

74, 139, 263, 321, 391, 1102, 1150, 1374, 1375,

2339, 2420, 3201, 3202, 4803, 4804, 4812, 4814,

4820, 4821, 4825, 4840, 4841, 4846, 4847, 4855,

4859, 4863; est iugiter meditandum, 4528, 559,

4062-4064, 4069-4070, 4083-4107, 4114, 4118, 4129;

in iudicio merita potius quam signa quaeruntur;

3247; in iudicio rationem reddemus de donis

Dei, 4726; nullam admittit excusationem, 4618,

4623.

Ioannes figura Christi, 25, 1298, 1446.

Joseph (S.), 335, 336; eius iustitia in consilio de-

serendi Mariam, 204; sedulitas circa Christum

et Mariam, 345; obedientia, 525; cur Narareth

averit, 539; iuxta S. Thomam, non aderat ad ado-

rationem Magorum, ne ista daretur suspicio præ-

væ opinionis, 594; figura prædicatorum, 449;

Joseph venditus a fratribus figura Christi, 129,

1297, 2572.

Ira contra fratres, 1447, 1918, 1949, 2668-2671; 3884;

3886, 3901-3904; Dei ira non est perturbatio con-

sciatio animi, sed tranquilla festi supplicii consti-

tutio, 398, 4639.

Isaac, figura Christi, 745, 840, 1514.

Ita in mundum universum, 3502.

Ita, *vestibulum* vni sacerdotibus, 4317.

Iudæi poterant tempus adventus Christi cogno-

scere, 280, 557, 619; petunt a Pilato ut sepal-

chrum Christi custodiant, 2665-2666.

Iudæis tempus poenitentiae suppelletur, 389;

erant obstinati, 513; iniquitas, 245, 2912; su-

perbia circa fidem in Christum, 521; excoacatio;

1221; reprobatio, 890, 1449-1451, 1775-1780, 1902,

2657; vineæ Dei fuerunt, 1126; regni divisio

tempore Christi innuit Syriacogam fuisse disper-

gendam, 280.

Iudas tanquam lupus ovina pelle contextus cum

Christo fuit, 267; missus ad perditionem unguen-

ti, 266; non corde sed corpore sequelatur Chri-

stum, 267; de pretio venditionis agit cum prin-

cipibus sacerdotum, 3571, 3734; 3735; eius impu-

dens audacia, 1400-1403, 2579-2583; osculum;

2601, 2678, 2679, 2765, 2852, 2964; cum illi

imitatorum qui huius causa proximos calumniar-

unt, 2745.

Iuda, osculo Filium hominis tradit ex affectu

amoris hæc dicta sunt, 282.

Iudicandum non est de aliis, si coarctare non

velis, 982; qui indicat de defectibus aliorum,

eum Deus quandoque in eandem defectum ca-

dere solet, 982.

Iudicandi in tribunal poenitentiae officium illi

subiciunt, qui Dei iudicium sustinuit, 3105.

Iudicium, concilium, schema, 3890.

Iudicium particulare, 4743, 4744, 4747, 4748, 4757,

4758, 4765, 4766, 4773, 4774, 4776, 4777, 4784,

4785, 4791, 4795, 4796; universale, 5-6, 26, 28-

74, 139, 263, 321, 391, 1102, 1150, 1374, 1375,

2339, 2420, 3201, 3202, 4803, 4804, 4812, 4814,

4820, 4821, 4825, 4840, 4841, 4846, 4847, 4855,

4859, 4863; est iugiter meditandum, 4528, 559,

4062-4064, 4069-4070, 4083-4107, 4114, 4118, 4129;

in iudicio merita potius quam signa quaeruntur;

3247; in iudicio rationem reddemus de donis

Dei, 4726; nullam admittit excusationem, 4618,

4623.

Iudicii præloquitas, 220.

Iudex qualiter appareat, 35; quindocim phæno-

mena præcedentis iudicium iuxta hebræos, 36.

Iustitia Dei in remuneratione, 1119, 1172; ut a-

bundet, quatuor requiruntur, 3879; vera com-

passionem habet, 3748; non rapine rei pretio

sed sapientis voluntate penditur, 454.

Iustitiæ tres gradus; 1215; tribus sua tribuenda

sunt, ut iusti dici possimus, 51-53.

Iuvenis in civitate Naim resuscitatur, 4398-4443;

significat conversionem peccatorum, 4398, 4422.

L

Labor manuum, 4366, 4387-4389; noster in vinea

quails esse debet, 1098.

Lacrymæ poenitentiae sunt velut alterum bapti-

smum; 3160; veniam merentur, 2873.

Lacitia humana non est verum gaudium, 593; no-

stra luctuosa cum Nativitate Christi, 350; spiri-

tualis, 1327.

Lapides ex quibus suscitantur filii Abraham gen-

tilis sunt, 205.

Lapis de mente prædictus sine mambus imago Chri-

sti, 748.

Larvarum usus exorandus, 1311.

Latus bonus, 1620-1640, 2971.

Latus Christi aperitur, 1770-1774, 2024, 3034; est

schola, 3260.

Laxate retia verbo, exemplo, suffragio, suppor-

tando, 2839.

Laxare, *etiam foras* per confessionem peccatorum,

3197.

Lazarus resuscitatur, 2270-2294; significat consec-

undationem, 2272, 4202; Iudæi quaerunt eum in-

terficere, 4204-2295.

Lepra significat hæresim, 4328; quatuor genera

lepræ, 4304-4326; est generatio peccatorum, 4330.

Leprosi decem mundantur, 4317-4351.

Leptosus curatur, 846-848, 869-879, 892-908, 910-

913, 922-927; cum ad sacerdotes mittitur, 866,

876-879, 913, 927; cur lætigat, cum esset prohibi-

bitum, 872-875; cur a Christo silere iubetur,

876, 912, 913; significat eos quorum mala volun-

tas manifestatur per actum, 870.

Leviathan diabolum significat, 3174, 3150.

Lex evangelica non est solum theoretica, sed pra-

ctica, 1200.

Legibus humanis obediendum, 67.

Legis præcepta triplicis generis, 498.

Libertas arbitrii, 599, 614, 761.

Libri tres legendi: Consuetudine, Scripturæ, Na-

turæ, 4879.

Lignum quod aquas amaras dulces fecit Christus

est, 1206.

Lingua catolicienda, 2566, 4226.

Linguae igneae ostendunt Ecclesiam omnium gen-

tium linguas locuturam, 3573.

Linguarum diversitas ex superbia, 655.

Litteris etiam verbum Dei audire prodest, 1194.

Luceo Dei duplex, 671.

Longanimitas Dei, 403, 1005-1009, 2023, 1040,

3624; ea non est abutendum, 1192, 1193.

Lotio pedum, 2966-2972.

Lucernæ ardentes sunt opera bona, 489.

Lucifer mendax et mendacii pater, 141; eius su-

perbia, 13.

Lumbi restringuntur per continentiam, 489.

Lunaticus sanatur, 4510-4520.

Lupus est oppressor infirmorum, 336, 3265; vel

diabolus, 2466, 2487, 3330; vel hæreticus, 3330.

Luxuria, 899, 907, 1372, 4284; per eam maxime

diabolus regnat inter homines, 3190.

M

Macedoniam, 3221.

Magdalena convertitur, 2468-2475, 4523-4546; eius

amor, 3151, 3152; ad pedes Christi, 1801, 3070;

ad sepulchrum, 1804, 3219, 3183; videt Chri-

stum post resurrectionem, 2258-2268, 3151-3160.

Magi, i. e. sapientes, 561, 705; cur a prophetis

prædicti non sint, 325; cur a stella, non ab An-

gelo de nativitate Christi moniti, 500; unde ve-

nerunt, 381-382, 570, 847-848; quando, 615-617,

854, 855, 864, 868; quot fuerunt, 563, 623; sunt

primitivæ gentium, 566, 631; quales fuerunt, 765;

num fuerunt reges, 705, 714, 718, 719, 726, 727,

732, 733; interrogantes ubi esset natus Rex Iu-

daeorum increpabant desides Iudæos, 607; quo-

modo ex stella poterunt scire adventum Chri-

sti, 573-576; et pastores ad præsepe quid signifi-

cant, 562; non sunt scandalizati de sortiditate

stabilis et paupertatis infantis, 615; utrum in spe-

lance sit in domino Christum adoraverint, 754, 759;

utrum cultu lætiae Christum adoraverint, 779-

777, 784; cur alla via in regionem suam rever-

tantur, 556, 692; in Persiam fugaverunt, 522; iux-

ta Chrysostomum facti sunt coadiutores S. Thome

Apostoli, 600.

Magis, iuxta Chrysostomum duobus annis ante

nativitatem Christi stella apparuit, 565.

Magorum, nomina, 637; gaudium visa stella, 593;

num, 555, 595-597, 615-617, 631-634; iuxta quos-

dam anrum datum est ad substitutionem ma-

tris, myrræ ad substitutionem puri, thus

ad tollendum foetorem, 597; zelus fidei, 567, 691.

Mala permittuntur a Deo, 537, 532; vitae non vocant ad Deum, 208; animus ad philosophiam preparatur, 454; cur patiamur a creaturis 367; iniuria suscipienda sunt etiam remissa peccatis, quoniam auct peccatum non fuissent, 368; tria genera, 700.

Mali tolerantur ad exercitacionem bonorum et ut convertantur, 1036, 1040, 1097, 1613; nunc et tunc visum sunt Christum venientem in gloria, 2940.

Mamma iniquitatis, 4017, 1051, 1060, 4974, 1253.

Manichaei, 368, 268, 681, 929, 3004, 3925, 4005.

Manifestatio Christi, triplex, 557, 558.

Manna, figura Eucharistiae, 3667, 3773, 3777.

Manuetudo, 66, 226, 309, 450, 457; imitativa, 1075; Christi in corripiendo, 1087, 2073, 2188, 4604.

Maria, gratia plena, 208, de stirpe David, 335, 387; cur desponsata, 205, 206, 335; non ubi incredulitatem interrogavit: *quomodo ful istud*, 213, 214, 249; quomodo tria opera Christo nato obtulerit, 631; et Ioseph non ex negligentia Christum reliquerunt in templo, 667; omnia verba Christi ut argumenta fidei conservavit, 686, 724; est via, qua Christus adventi, 22; nobis imitanda proponitur, 608-609; exemplum charitatis, 213; typus Ecclesiae, 206; exemplum virginum, 207; Stella maris, 627; rubra igneus, 627; implet typum mulieris quae fermentum abscondit in farina, 1970; ad crucem 1667, 1672, 2018-2022, 3027, 3029; est mater nostra, 2919, 1667-1672; beata praedicatur 1903, 1904; est vere mater Dei, 1904.

Mariae, pars in miraculo conversionis aquae in vinum, 728; virginitas insinuat ab evangelistis, 203, 335, 337, 339, 627; humilitas, 215, 245; misericordia, 758; fides, 213-217; fiducia, 765, 627; reverentia erga Christum, 758; dolor de Iesu perditio, 698, 716; gaudium de praesentia sui Filii, 672; compassio cum passione Christi, 1571, 1624, 1726-1729, 3030, 3240, 1749, 1760-1808.

Martyres, exemplum patientiae, 823; ostendunt vestigia vulnerum post resurrectionem, 3239.

Martyrium, sine charitate nihil prodest, 668.

Martyrium monachus Christum in leprosi specie portat, 4117.

Mater et fratres voluit loqui Christo, 1452-1453.

Mater filiorum Zebedaei, 1760-1749.

Mathematici, v. *Astronomia*.

Matrimonium, a Deo, 725, 756, 834; sacramentum magnum est, 1070; signat mysticum Christi cum Ecclesia conjunctionem, 755; triplex, 818.

Maximianus schismaticus Carthagine, 2143.

Meditatio vitae Christi, 724.

Medius vestrum, cur dixerit Iuannes de Christo, 185, 184, 225.

Mentis tranquillitas necessaria ut verbum Dei cum fructu suscipiatur, 1059.

Mercenarius est qui non ex amore Dei sed ad temporales mercedes oves pascit, 3265, 3272, 3285, 3324; fugit dum peccantem non arguit, 3265, 3266, 3288.

Mercenarii necessarii sunt in Ecclesia, 3288; facere debemus quae dicunt, non quae faciunt, 3286.

Merces dupliciter accipitur, 3328.

Meritorium diversitas, 1129.

Mesias duplex, 1010.

Messores secundae messis sunt angeli, 1010.

Metempsychosis, 206.

Metreia *hinc vel ternas*, 749, 750, 765.

Michael, 3735.

Miracula, 1079, 3258, 2102; Christus patravit ut Dominum, Sancti ut servi, 947; quidam reverentur, quidam, non intelligentes, blasphemant, 3148; in initio necessaria erant, 682, 3488, 4695; non semper sunt signum sanctitatis eius per quem fiunt, 3488; probant divinitatem Christi, 734, 777, 2152, 4603.

Miseria triplex hominum, 101.

Misericordia, 61, 2356, 3046, 3050, 3661, 3664, 4047, 4051, 4059, 4978, 4117, 4411, 4529; poenae immiserentium, 1968-1970, 3652, 3655; misericordia Christi de turba, 3974, 3975, 3985; Dei, 368, 1135-1139, 1851, 1857, 1963, 2275, 2289, 3648, 3649, 3761, 3763, 3773, 3779; Dei *ad ultimum* pro praedestinationem, *in aeternum* pro glorificationem, 3326; non est praesumendum de ea, 1134, 2094, 1961, 2272; Dei commendatur ex magnitudine peccatorum nostrorum, 4736; ex eo quod plus dat quam homo petere audeat, 4734, 4741; exempla, 1024, 1139, 2160.

Misericordiae opera, 451, 454.

Misericordiam Dei obtinimus proximo misericordiam exhibendo, 4707.

Missae pluries in die ab eodem sacerdote celebrandae nos in quibusdam solemnitatibus, 373, 378.

Modicum et iam non videbitis me, 3342, 3347, 3349, 3373-3376, 3381, 3387-3389.

Monachi Aegyptii, 527-529, laborabant etiam manibus, 3287.

Monachi casualium peccati converso, 1024, 4622.

Monothelites, 2791.

Mors Christi, 1755-1774, 2260-2262, 2017, 2018, 3069; fuit libera, 448, 2799; eius fructus, 3337; cum Christo non timetur, 1418, 2263, 2594, 2600.

Mors est certa, 4521, 4522, 4547, 4556, 4595; hora mortis incerta, 494, 1037, 1131, 1961, 4573, 4583, 4590, 4591, 4600, 4601, 4605, 4606; ingit medi-

tauda, 4050, 4113, 4672, 4673, 4681, 4682; septem beneficia, 4054-4058; misera quando lesus in vita non est in comitatu, 715; bonis non est lectus doloris sed quietis, 3645; non est timenda, quia post Christum non est nisi scintilla, 4822, 4843, nec deplorandi mortui, 4844, 4845; optanda, 37; peccatorum 4115, 4659, 4660, 4667, 4688; instorum, 4687, 4688, 4698, 4699, 4706, 4707, 4714, 4715, 4719, 4722, 4728, 4729, 4732, 4737, 4738; post mortem operari iam non possumus, 2219-2221, 4071.

Mortis miseria et horror, 4633, 4634, 4641, 4648, 4649, 4653, 4656.

Mortificatio carnis, 1360; significata in myrrina, 555, 597, 634; qui illicita commisit etiam a licitis abstinere, 3762.

Moyses figura Christi, 3503.

Mulier Chananaea, 1422-1426; Samaritana, 2042-2075.

Muli enim sunt voraci, etc., 1022, 3964, 4620, 4661.

Multiplicatio panum, 2110-2116, 3917-3928; cur quilibet millia quinque panibus, quoties millia septem saturati, 3927-3928.

Mundities cordis, 61, 68, 1367.

Mundi tenebrae ante Christum, 6242; pericula, 3926; contemptus, 5, 1228, 1209, 3528, 4671; eius fructus ruina est, 3; gaudium in luctum vertitur, 3375; homines mundani compatiendi potius quam relandi, 50.

Mundus significat inimicos Christi, 3313, 3389; humines carnaliter viventes, 1645, 3352; mari comparatur, 3866, 4576-4578; est caducus, 5, 43, 44; est atrium diaboli, 1894.

Murmuratio operariorum quid sibi velit, 1091, 1105-1109, 1127, 1171.

Muscae causa fuerunt ut quis a Manichaeo deciperetur, 365.

Mysteria sunt incomprehensibilia, 352, 355, 1655, 1685, 2264; non sunt per humanam sapientiam discutienda, 3189.

Naaman Syrus, 1928-1930.

Nardus describitur, 2728; pisticus et fides fuit, 2693, 2728; odor impletus domum bona fama est, 2699, 2728.

Nativitas Christi fuit initium nostrae laetitiae, finis tristitiae, consummatio iustitiae, renovatio amicitiae cum Deo, 350; ad gaudendum invitatur ob octo rationes, 351; cur describeretur orbis, 321; oportunitas temporis nativitatis Christi, 315.

Nativitatis festum apud Orientales die sexta Ianuarii celebratur, 379; in Ecclesia Romana ex antiqua traditione die 25 decembris celebratur,

et quidem multo ante S. Iulianum P., 379-381; non celebrent tres Missae, 374-378.

Natura non est ad cognitionem Dei adducta, 3209.

Naturales effectus non minus mirabiles sunt, quam miracula, sed ob assiduatam viciantur, 3256.

Navecula significat Crucem Domini, 958-962, 974; Ecclesiam, 959, 980.

Nazareus interpretatur *sauctus*, 529; quia propheta Christum Nazaraeum praedixerit, 540.

Nazareth viculus erat vilis, 540.

Necessaria quoque, non solum superflua cum proximis dividere debemus, 267.

Negotia quaedam vix aut nullatenus sine peccato exerceri possunt, 3144.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, etc., 3601-3605; trahere ibi non indicat coactionem, 3602, 3603.

Nemo propheta acceptus, etc., 1925.

Nestorius, 4597.

Nicodemus cum Christo colloquium, 3581-3583.

Ninivites ludaeos condemnabunt, 1447.

Noli me tangere, 3256.

Nolite expavescere, 2122.

Nolite solliciti esse, 4369, 4399, 4394.

Nomen IESU, 3147-4146 (EX S. BERNARDINO).

Non habere voluntas, sed tua fuit, mea de voluntate hominis, tua de divina dicitur, 2849.

Non potuit portare modum, his verbis abusi sunt haeretici, 3432.

Non quod ego volo, etc., i. e. secundum voluntatem humanam, 2758.

Non sicut ego volo, i. e. humano affectu, 2594.

Non sum dignus, etc., 1334, 1335.

Non vos relinquam orphanos, 3561.

Novissima hominis, 1048-1050, 4052-4058, 4064-4064, etc.

Nubes lucida in transfiguratione erat species Spiritus Sanctus, 3203.

Numerus non cadit in Deum, 1656.

Numinosa census, 4759-4802.

Nuptiae iohannae, 825; in Cana 731-750, 753-774, 778-782, 824-828, 828-830, 831-846, 849-853; quando fuerunt, 802; quid sibi velit spes dies praecedentes, 755, 795, 835, 849; cur et aqua vinum, non ex nihilo, 767, 779; erant figura reconciliationis animae cum Deo, 797; quis fuerit sponsus, 802-806.

Obedientia, 57, 701, 1026, 4718; Christi erga parentes, 640, 697-704, 710, 722, 723; in cruce, 2399, 2400; religiosorum, 2214.

Obstinati, ex corde eorum diaboli facile sciant verbi auctori, 1105.

Oculum pro oculo, etc. hoc prudenter in veteri lege statutum erat, 390a.

Occurrendum est Christo venienti, 21.

Octo dies inter Nativitatem et Circumcisionem significant octo aetates, 509; septem virtutes, 503.

Odiū abiciendum, 835, 1441, 1959; Dei, 1000. **Offensū plus dolore** debemus de peccato alterius, quam de iniuria nostra, 1954.

O generatio interdola, etc. non ex facili sed ut medicus contra cuius praecipua aegrotus se gerit, 4511.

Oliveti amos, 2699, 3496.

Omnia caro videtur *in situ*, 2887; *Dei*, i. e. Christum in die iudicii, 264, 321, 310. Omnes homines ad fidem vocantur, 948.

Omnia qui est ex veritate, *iudici vocem manū*, referunt ad electionem secundum propositum, 1006.

Omnia, qui petit accipit, 3274.

Omnia, qui se cavent, etc., 4187, 4194, 4198, 4199, 4203-4205, 4208-4212, 4286.

Opera bona, 1261; necessaria ad salutem, 1375, 1427, 1527, 4639; meritoria, 1155-1158; sunt occidenda, 576, 875, 912, 913, 1349, 1343; non promittunt sine castitate, 489; non facienda pro mundi gloria, 490, 1689.

Operarii in vinea sunt praedicatorum, 1088, 1098; omnes homines, 1089, 1098.

Orandum pro haereticis et schismaticis, 669.

Orare in nomine Christi, 3456, 3457.

Oratio, 3656-3660; debet esse discreta, 995; assidua, 186, 617, 3461-3467; humilis, 2254; attentā, 4187, 4128; magis de spiritalibus bonis quam de temporalibus, 3784; sancturum exaudiri, si est pro seipso, non autem pro omnibus, 3456; in oratione ex tantum petenda quae ad beatitudinem conferunt, 3457-3459; Deus vult exorari, ut ea peccata donetur efficiantur, 3473; perseverans, 1395, 4430, 4666; mutua, 4129; est necessaria, 107, 1, 1283, 1285, 1928, 4092; ne gloriā cor tepidum reddat, 1196; stilium or. 585, 597, 617, 634; non exaudiri, non ideo ab eis descendendum, 4080; praeparatio necessaria, 4122-4124; Christi in horto 2975-2980, 2752-2763, 1387-1399.

O septem, 299, 307-314, 322, 323, 327.

De non communitis ex eo, 3035.

Oves Christi, 47-48; aberrantes, 3319; aegrotantes, 3313; periclitantes, 3314; reducentes, 3316; deducendae, 3317; perducendae, 3318.

Ovis est catholica Ecclesia, 3295.

Ovis perdita, 1861.

P

Parabola de amico et tribus panibus, 3464-3467, 3471-3478; amicos Christus, panes alimentis coelestis mysterium, 3464; de bono semine et silivā, 983-992, 999-1011, 1014-1019, 1022-1023, 1025-1031, 1033-1036, 1038-1048; zizania sunt haeretici, *videm*; de coena magna, 3694-3706, 3730-3743; coena est vita aeterna, 3695-3732; de sicu infractiosa (de natura humana lapsa) 4518-4524; de nuptiis regis, 3951-3964, 4607, 4608; nuptiae Ecclesia est vestis nuptialis gratia, 3962; charitas, 3994; utrum eadem sit ac de coena magna, 4607, 4635; interpretari potest de reprobatione Iudeorum, 4604-4609; nuptiae significant Incarnationem, 4609; gloriam aeternam, 4610; Eucharistiam, 4661; Regnum colorum Ecclesiam militantem significant, 4608; vestis nuptialis est charitas, 4615-4666; vel observantia praecipitorum, 4630-4638; est Christus quem Iudaei leduntur ab Apostolo, 4645; est gloria Spiritus S., 4654; de grano sinitis et sermone, 1045-1048, 1049-1066, 1068, 1070, 1074-1074, 1076-1079, 1082-1086; de ove et drachina perditis, 3747-3808; de patrefamilias, qui operarios condixit in vineam, 1088-1094, 1098-1113, 1117-1121, 1124-1130, 1132-1147, 1150-1162, 1167-1175; de rege misericordie et sermo crudelis, 4200-4266; seminantis, 1185, 1281; villicus iniqui, 4047-4098; de vinea et agricolis, 1809-1819; epulonis et Lazari, 1775-1790.

Parabolas Christus diversas proposuit, iuxta diversos hominum necessitates, 1046.

Paracletus promittitur discipulis, 3513-3514, 3550-3552, 3556-3565, 3569-3579; etiam Christus Paracletus est, 3559.

Paralyticus sanatur et peccata ei dimittuntur, 3641-3646, 4557-4604; varietas narrationis Evangelistarum, 4559; eos significat qui ex infirmitate peccant, 882; ad probitatem piscinam, 1720-1733.

Passover, 2801.

Parati semper esse debemus, 493-494.

Parentes, a par. carn. non est consilium requirendum in divino obsequio, 686.

Parentum nobilitas filis non prodest, nisi eorum virtutum haereditas sint, 547.

Parvuli baptizati (quodammodo) per alios erodunt, sicut et alia peccata traxerunt, 3543.

Pascha est solemnitas solemnitatum, 3187; non passionem sed transitum significat, 2563; et quidem propter transitum Christi, 4725; qui vere celebrant, 44; ita celebrandum, ut ad aeterna gaudia venire mereamur, 3207.

Pater mi, si possibile est, etc., 2594-2845; non petit et non patitur, sed ut non patiatur a populo suo, 2594.

Patentia, 883, 1036, 1040, 1190, 1200, 1227, 1279.

Patri appropriatur creatio, Filio Redemptio, Spiritu S. operatio, 3411.

Paulus exemplum misericordiae Dei, 2890.

Pauperes quidam ita esse volunt, ut nihil eis deest 60; et divites aeque honorare nos docet Christus, 1334; debent esse nostri advocati in iudicio, 1788.

Paupertas Christi, 1246; apostolica, 1154, 3845-3848; penna est ad volandum, 60; animam purgat, 1784.

Pax vera habetur in beatitudine, 3480; *Pax* *robia*, 3209, 3210, 3219, 3221.

Peccare humanum est, in peccato perseverare diabolicum, 16, 4735.

Peccata communicata variorum statuum hominum, 4740, 4741; sunt alia aliis graviora, 3668, 3669, 3994; propria iugiter recordanda, 456, 4559, 4555; nullus homo penitus cavet, 3156, 4715; aliorum nos ad humilitatem incitare debent, 981; omnia remittuntur; 1822, 1065-1069, 2572, 2668, 2474, 3643; dimissa non redeunt, 4739; tollit Christus tripliciter, 76; minuta non spernentia, 3582.

Peccati turpitudine, 897; effectus pessimi, 4340; fuga, 418.

Peccator malo suo exemplo aliis nocens, inutiliter terram occupat 4551; ne desperet de misericordia Dei 3159, 3241, 2602; 3761, 3763; quid debet facere ut resurgat, 4244.

Peccatores humiles eliguntur ad conversionem, 3669-3709; post conversionem saepe meliores evadunt quam illi qui in gratia steterunt, 3750, 3805; de eorum conversione gaudendum, 1864.

Passio Christi iugiter meditanda, 456, 5098-3109, 4930; est consummatio totius revelationis, 1299-1298; S. Bernacii tractatus incipiendo a n. 1362.

Passiones tempestates sunt quibus mundus concitatur, 3826.

Pastor bonus, 447-454; 3264-3239; quatuor conditiones; pascere, 3273-3283; cognoscere, 3274, 3275; defendere, 3276; congregare, 3277; Christus est p. b. etiam angelorum, 3308; triplex differentia inter pastorem bonum et malum, 3326-3329.

Pastorum festinatio signum et exemplum fidei, 349.

Pastus triplex boni pastoris corporalis, spiritualis, beatificus, 3279.

Pater Deus quomodo dicitur, 1691; est principium non principiatum, 1653; castigando angelos et homines zelatus est pro Filio, 15.

Pater mi, si possibile est, etc., 2594-2845; non petit et non patitur, sed ut non patiatur a populo suo, 2594.

Patentia, 883, 1036, 1040, 1190, 1200, 1227, 1279.

Patri appropriatur creatio, Filio Redemptio, Spiritu S. operatio, 3411.

Paulus exemplum misericordiae Dei, 2890.

Pauperes quidam ita esse volunt, ut nihil eis deest 60; et divites aeque honorare nos docet Christus, 1334; debent esse nostri advocati in iudicio, 1788.

Paupertas Christi, 1246; apostolica, 1154, 3845-3848; penna est ad volandum, 60; animam purgat, 1784.

Pax vera habetur in beatitudine, 3480; *Pax* *robia*, 3209, 3210, 3219, 3221.

Peccare humanum est, in peccato perseverare diabolicum, 16, 4735.

Peccata communicata variorum statuum hominum, 4740, 4741; sunt alia aliis graviora, 3668, 3669, 3994; propria iugiter recordanda, 456, 4559, 4555; nullus homo penitus cavet, 3156, 4715; aliorum nos ad humilitatem incitare debent, 981; omnia remittuntur; 1822, 1065-1069, 2572, 2668, 2474, 3643; dimissa non redeunt, 4739; tollit Christus tripliciter, 76; minuta non spernentia, 3582.

Peccati turpitudine, 897; effectus pessimi, 4340; fuga, 418.

Peccator malo suo exemplo aliis nocens, inutiliter terram occupat 4551; ne desperet de misericordia Dei 3159, 3241, 2602; 3761, 3763; quid debet facere ut resurgat, 4244.

Peccatores humiles eliguntur ad conversionem, 3669-3709; post conversionem saepe meliores evadunt quam illi qui in gratia steterunt, 3750, 3805; de eorum conversione gaudendum, 1864.

Peccatoris status expressus in leproso, 896-909; quomodo miser, 520, 521, 4110-4112, 4156-4159; Deo tergum vertit, ipse vero se non averit ab homine, 5763; in se imaginem Dei debet 3759, 3772.

Peccatoribus non debemus succedere sed eorum misereri, 453.

Peccatorum misis v. *Mors*.

Peccatorum mortale, 2971, 4439, 4435, 4436, 4438, 4439, 4444, 4445, 4454, 4455, 4460, 4466, 4467, 4471, 4476, 4477, 4482, 4486, 4490, 4493, 4498, 4499, 4503, 4505, 4506, 4508, 4509; originali; 603, 1617, 2023, 2180, 2216, 2216, 2281, 4513; triplex homini incommodum attulit: debilitatem, indigentiam, crudelitatem, 895; causa malorum, 367, 398; nihil i. e. privato quodam est, 364; lepra comparatur, 4339-4341; mori in peccato, 1643-1648.

Pecuniam etiam Christus habuit, 4266.

Pelagiani dicebant: Deus me hominem fecit, Iustum ipse me facio, 4178.

Peregrini ad hospitium non solum invitandi sed trahendi sunt, 3120.

Perfectionis status, 1154; studium, 3149.

Perseverantia finalis, 593, 3151, 3597, 3633, 4600.

Personarum acceptio, 2191, 2192.

Pis *totum noctem laborantes*, etc., 3818.

Psistentia tempore S. Gregorii, 1094.

Petri negatio, 1442, 1443, 3044, 2650, 2700-784; 2872-2875, 2929-2997; erat poena praesumptivnis, 1387, 2663, 2680; excusatur a S. Ambrosio, 2867-2875; permissa a Deo, ut disceret aliorum misereri, 3113; poenitentiam, 2623, 2753, 2785, 2875-2882; fiducia, 518; amor ante passionem Christi servilis, postea liberalis, 2574; potestas, 2699, 2856, 3147; primatus, 1269.

Petrus in transfiguratione, 1567, 1668; cur ipse, Iacobus et Ioannes ceteris praefati, 1605; in latione pedum, 2666; prototendens se scandalum non passurum non mentitur nec temerarius est sed fidem et affectum prodit, 2589, 2752; Malcho auribus percussit, 2868, 2766, 2855-2999; a longe sequitur, 2609, 2779, 2821; necesse ad ignem quis omnia calce refrigat; 2619, 2861; nominata exprimitur ab angelo qui resurrectioni Christi annuntietur, quia oī negationem venire non esset ausus, 3174; et Ioannes currit ad manum mentem, 3182-3190; Ecclesiam gentium, Ioannes synagogam representat, 3183; videt Dominum post resurrectionem, 3130, 3370-3372; interrogatur utrum ametur Iesum, 3123; agnos et oves pascedas suscipit, 3123, 3134, martyrium ei praedicitur, 304, 3135; ob amorem erga Ioannem interrogavit: *Hic autem quis*, 518; cur post resurrectionem Christi redierit ad piscationem, 1864.

3444; est totius orbis doctor, 347; ligandi solvendique potestatem tanquam personam gerens ipse amicitia accepit, 3035; Spiritus S. virtus Petrum antea timidum roboravit, 3514, 3550; figura Ecclesie militantis, 393; habebat Apostolatus primatum, 398; ipse dedicatus est supra petram quae est Christus, 398.

Pharisaei invidiosae Joanni Bapt., 234; cur vocantur gonimosa viperarum, 263; Christum vituperant, quod discipuli non observabant traditiones, 1990-2000; dedignantur quod Christum cum publicanis manducaret, 3748, 3777; calumniantur Christum, 1483; reprehenduntur a Christo, 1687-1691, 1993-1995; mittunt qui apprehendant Christum, 2388-2396.

Phariseus et publicanus in templo, 4177-4200; alter iudicium populum, alter gentiles representat, 4196.

Philosophi pagani fauces erant et latrones, non inuitas per ostium, 3587.

Phoenix, 4567.

Physicaria et umbrosa, 1693.

Pietas erga parentes, 641, 679, 697-704, 3028.

Pileus et gladius ducalia beneficiaria a Papa in nocte Nativitatis, 377.

Piscatio miraculosa, 3146, 3190-3204; quid sibi velit centum quinquaginta tres pisces, 3147.

Piscatores Christus prius elegit quam senatores, 1135.

Poenitentia, 270, 371, 385, 1153, 2468-2474, 2386-2388, 2761, 3777, 3797, 4116, 4548, 4579-4581; qualis esse debet, 3792; non est differentia, 555, 1059, 1092, 3495; exempla, 3160; praecipere debet sumptione Eucharistiae, 3189.

Poenitentiae lacrymae debent irrigare toram cordis ut verbum Dei cum fructu suscipiat, 1256; fructus digni, 264.

Poenitentiae Sacramentum insinuat in curia tunc leprosi, 879; in eo Christus, ut David, rapit oves de faucibus ursi, 3270.

Pontifex et Pharisaei consultant de Christo interrogando, 2497-2498; de Lazaro, 2541, 2543.

Potestas omnis a Deo, 3012.

Potestatis sublimioribus subditi esse debent, 3813.

Praecepta Dei non sunt impossibilia, 1340; facilia, 452, 2277; cum gratia observantur, 1253.

Praedestinatio, 2442, 3005, 3025, 3211, 3335, 3337, 3338, 3506, 3608; nemo est utrum praedestinatus sit, 4640; ob praevia merita, 1744.

Praedictio omni creature i. e. hominibus, 3486.

Praedictio sine Christi gratia nihil proficit, 1206, 3591, 3606, 3846; ante praedicationem cor discutiendum est, 1295; verbi Dei quam utilis, 1191-1207; gratiae viam parat, 318.

Praedicator verbi Dei non debet querere subsidia secularia, 2615.

Praedicatores viam Domini praeparant, 259; sunt servi qui invidant ad eorum, 3695; etsi sint indigni, tamen audiendi sunt, 3695; quales esse debent, 1264.

Praedicatorum praemium, 4195, 4296.

Praelatorum Ecclesiae officia, 53, 634, 1022, 1299-3260; debent adhibere severitatem et pietatem, 3317; indigna praelati vita non excusat ab obedientia, 51.

Praesentatio Christi in templo, 457-482.

Prava directa sunt, 662, 296, 319.

Primianus schismaticus Carthagine, 2143.

Princeps populi non excommunicatur, ne cum uno multo cadat, 1007, sed contra, 1009.

Priscillianistae, 553, 568.

Probatica piscina, 1529.

Proditionem suam Caristus praedicit, 2577, 2740; Apostoli similes fragilitatem suam interrogabant *numquid ego sum*, 2578, 2741; Iudas audacior cum Domino manum in paropside intingit, 2579, 2742, Iesus vero manet indigne ad mensam Domini accedentibus, 2743.

Progressus in via perfectionis continuus esse debet, 3190, 4700.

Erastus in iudis sui honorem non habet, 4674-4680.

Prophecia datur fidelibus, 587; de Christo venturo omnibus gentibus facta erat, 749-750; Michaelae de Bethlehem, 586-588; a Iudeis de Zorobabele intelligebatur, 488.

Propheciae de Christo, 726-730.

Propheci libri multi perierunt, 540.

Proprietas privata an iure humano possideatur, non divino, 679.

Providentia divina, 569, 614, 4391.

Puer centurionis, 869-863, 865-867, 880-821, 915-920, 928-929; Matthaeus et Lucas quemodo conciliandi, 866, 881, 917, 928.

Purificatio inter discipulum Magorum et fugam in Aegyptum interponenda est, 412.

Q

Quaecumque ligaveritis, etc. 1924.

Quaerit primum regnum Dei, 4360, i. e. praepone omnibus rebus, 4365.

Quaestas mundi cupiditas obstaculum est veritati, 3827.

Quatuor temporum ieiunium, 218, eius origo, 220-221.

Quia ego vivo et vos vivetis de vita corporis post resurrectionem intelligendum, 3563.

Qui credit in me habet vitam aeternam, 3100.

Qui mundum meum curant, 3677, 3688, 3689, 3748.

Qui non credit, cum iudicatus est, 2687.

Qui non intrat per ostium, etc. 3586-3590.

Quid est veritas, hoc dicto Pilato in mentem venit cruciatibus Iudeorum, et ideo ne mora interposita oblivisceretur, statim exiit ad Iudeos (Aug.) 3007.

Quid hic obis tota die otiosi? 1090, 1120.

Quid mihi et tibi est, mulier, 761, 762, 768, 809-814, 827, 836; applicatio horum verberum ad Christum cum anima committitur, 818.

Quod scripsi, scripsi, 3021.

R

Racha, 3668, 3860, 3895, 3903.

Rachel cur dicitur plerare filios suos, 411, 435-457.

Rama significat excelsum, 411, 434.

Raphael, 3735.

Rationis industria ad Dei cognitionem venimus, 333.

Reconciliatio cum offensis vel offensis, 3893, 3907, 3908, praesertim ante communionem, 3907.

Redde rationem villicationis, 4095-4098.

Redditus, quae sunt Caesaris Caesaris, etc. i. e. quae caeteroqui licent, 4794.

Regina Austris, 1448.

Regnum coelorum quo sensu vim patitur, 270.

Regnum meum non est de hoc mundo, 3003-3005.

Reguli filius annat, 4669-4718; cur Christus non ipse in eius domum ire voluit sicut in Centurionis, 4169, 4682, 4697; quid est. Regulus, 4683, 4690; Regulus est ratio humana, filius affectus, 4694.

Remissio peccatorum, 1133, 2468-2474, 4494; solius Dei est, 3679, 4262; hominis tantum ministerialis, 3227; fit per virtutem passionis Christi, 3159; ante crucem nunquam facta comperitur, 324.

Remissionis peccatorum potestatem Apostoli accipiunt, 3198, 3195, 3211, 3225-3229; Christus remittens peccata suam Divinitatem ostendit, 2471, 4560, 4587, 4593, 4600.

Resurrectio Christi, 3117-3254; corpus, 79, 863, 938, 1103, 1522, 2670, 2283, 2284, 3415, 3243, 4407, 4411; facilior est Deo quam creatio ex nihilo, 3202.

Rhetorica in verbo Dei non est quaerenda, 1798.

Retia quae reliquerunt Apostoli castitatem inveniunt, 1154.

Revelationes an sint immediate a Deo, 593.

Reverentia praelato exhibenda, 51.

Rex Fabae, 540.

Rogatus schismaticus Carthagine, 2143.

Romani imperii unio favebat propagationem Ecclesiae, 278, 279.

Romulae sancta mores, 1789; escomium, 1791.

S

Sabelliani, 2183, 2335, 2346.

Sacerdotes angeli sunt, 87; cavent ne de religione luera sectentur, 1424; et scribae ne Herode notem Domini meditati sunt, 535.

Sacerdotii iudicii unctio cessaverat tempore Christi, 201.

Sacerdotibus reverentia debetur, 1031.

Sacramenta consistere re et verbis ostenditur in sanatione leprosi, 875; septem correspondent septem donis Spiritus S., 2070.

Sacramentorum gratiam confert Deus ut causa principalis, minister et instrumentum, 3227; minister ad validitatem non debet esse in statu gratiae, 3228; frequentia, 45, 107.

Sacculi instabilitas, 761.

Samaritanus misericors, 4260-4265; est Christus, qui venit ad redimendos homines, 4268; stabilitati sunt Apostoli eorumque successores, 4264.

Samsone figura Christi, 3116.

Sancta male attentibus obtus non prosunt, 660.

Sancti non ita invocantur sancti, quasi ab ipsis auxilium expectemus, sed a Deo, 357; non erant mirabiles propter miracula, sed propter virtutes, 1077.

Sanctificationis processus significatus in responsione Christi ad questionem Ioannis, 92.

Sanctitas Christi iudicium veritatis suae doctrinae, 3407.

Sanctorum vita imitanda, 529, 3190; exempla non arguunt in iudicio, 4068.

Sanguis Christi etiam illud peccatum delevit quo flosus est, 3518; sex effusiones, 2905; forte ex aperto latere lotus profundus, 1774.

Sanguis eius super nos, etc. haec imprecatio heredum perseverat super Iudaeos, 2236.

Sapientia significata per aurum, 835, 897, 691; humana participatio Verbi, 235.

Satisfactio, 708, 715, 879, 3980.

Scandalia tolerantur ad probationem bonorum et ut peccatores converti possint, 988, 992, 1002-1006, 1023, 1026, 1030.

Scenopegia, 2712-2717.

Schismatici quid ab haereticis distent, 684; tentantes unitatem Ecclesiae culpabiliores sunt Iudaeis, 194.

Scientia non debet nos inflare, 723.
 Scriptores sacri non de se locubant, sed illuminati a Deo, 357.
 S. Scriptura est inspirata a Deo, 359-368; sine auxilio Dei non intelligitur, 357; 358; quod auxilium non impetratur nisi a mundis corde, 358; sensus multiplex, 208; sensus historicus prius quaerendus quam allegoricus, 17775.
 Scripturarum lectio, 603; meditatio, 1075.
 Securitas, postea ad radicem arboris est Christus, 265.
 Sed venit hora, ut omnia qui intulerit vos, absterbr obsequium se fructatōri Dei, 3359.
 Semen verbi Dei, 1187-1211; non propter defectum virtutis in se, sed propter indispositionem terrae fructum non habet, 1196; 1203.
 Seminis quarta tantum pars fructificat, eura 1235.
 Senectus bona, 3235.
 Senus literalis V. T. figura quorundam factorum N. T., 424.
 Sensus quinque corporis quibus delicias fruari sicut in coelo, 1288-1292.
 Senum et adolescentium differentia, 1102.
 Sepultura Christi, 1822-1823, 3975, 2663-2665, 2624, 2925, 3037, 3117.
 Septuagesimae tempus est imago nostrae peregrinationis in terra, 1126, 1207.
 Sequela Christi, 2535-2537, 3830-3833.
 Sequere me cur dicitur Petro, non Ioanni, 391-402.
 Sermo otiosus caritatis, 87.
 Sermone quomodo audisti magis est mens sermō, Patris, quia Filius Verbum est Patris, non Filius, 3577.
 Serpens venosus figura Christi, 3184.
 Servi resurgunt dominos, 1202.
 Servus inter et dominus nulla differentia, 1322.
 Servulus paralyticus exemplum patientiae, 1292.
 Siccitas impedit fructum praedicationis, 1196, 1293.
 Si cognoscere al in, etc. 4108-4173.
 Sic cum volo movere, etc. quomodo intelligendum, 399.
 Sic erunt novissima primi, etc. 1097, 1117.
 Sicut mihi me Petrus, et ego nullo modo, i. e. ad passionem, vel ex charitate, quia me dilexit Petrus, 3193, 3210; ostendit se esse mediatorem Dei et hominum, 3221.
 Signa corporalia dantur infidelibus, 597; praecarentia diem iudicii, 1.
 Silentium Christi in passione, 1455, 2673, 2674, 2775, 2789, 2886, 3014.
 Simeonis propheta, 457-462; benedictio, 461-469.
 Simon leprosus, 2455, 4524; Magnus, 663; Cyrenaeus, 1551, 2647, 2797-2799, 2896.
 Simonia, 1424, 1127, 1921-1923, 2143, 4109, 4113, 4167.
 Simpliciter, non sapientes priores ad praesepo vocati sunt, 349.
 Simpliciter non est idem ac pigris, 648, 649.
 Singularitates non sunt Deo acceptae, 3237, 3297.
 Si quis diligit me, alium Paracletum dabit vobis, quomodo hoc concordat, cum ad dilectionem Spiritus S. iam requiratur, 3556-3559.
 Sitis Christi in cruce, 1905-1916, 2462.
 Socrus Petri sanatur, 2019-2023, 3609-3634.
 Sol imago Christi, 31, 630, 3538.
 Solis colapsus imago passionis Christi, 630; non fuit naturalis, 2652.
 Sollicitudo de victa et vestitu, 4555, 4360, 4366.
 Sollicitudines saeculares sunt impedimentum fructus praedicationis, 1197, 1214, 1226.
 Solvere coetitionem calcementorum significat explicationem mysterium unitatis hypostaticae, 177, 227, 260.
 Spes, 38, 94, 959, 1236, 1648; perversa occidit animum, 1134.
 Spinae suffocant semen verbi, 1197, 1214.
 Spiritualia temporalibus comparantur, 520.
 Spiritus est qui vivificat, 3680-3682.
 Spiritus quidem promptus est, etc., est contra temerarios, 2596, 2761.
 Spiritus Sanctus, Amor est, 2669; divinitas, 211, 647; processio, 3446; variae apparitiones, 648, 3374; quare visibiliter super Christum descendit, 1075; cur columbae speciem assumpsit, 646, 677, 1075, 3575; promittitur Apostolis, 3396, 3453; est maximum Donum, 3396; arguit mundum de peccato, 3096, 3397; de iustitia, 3398, 3402; de iudicio, 3402; arguit mundum de peccato, i. e. inexcessibilem ostendit, 3496, 3499; de iustitia mea, quae ex eo patet, quia ad Patrem vado, 3407, 3420; de iudicio, 3408, 3420; cur non venit ante discessum Christi, 3411, 3420.
 Spiritus Sanctus, docet omnem veritatem, 3413-3436; ut clarificabit per opera, 3410; notitiam meam clarum faciet, 3430; accipit: in divinis non est aliud quod accipiat et qui accipit, 3440; accipere in divinis dicitur originis, 3440; de meo non per participationem, sed per co-substantialitatem, 3447; i. e. de meo scilicet, 3410, 3413; Paracletus dicitur, quia pro nobis apud iustitiam Patris intervenit, 3574; descendit super Apostolos, 1957; postulat pro nobis, quia ad postulandum inflammatur, 647; 3574; non solum illuminat, sed et ad volendum facit, 3451; docet omnem veritatem agendam, contemplandam, indicandam, 3453; est pignus donorum Dei, 3478; per charitatem inhabitat in anima, 717, 2395; est uterque, 3284; dignus Dei, 1893, 2395; est uterque, 3284; dignus Dei, 1893, 2395; est uterque, 3284; dignus Dei, 1893, 2395.
 Spottae septem, quae superfluerunt ex multipli-

cationem patrum septem donis Spiritus S. sunt, 3946, 3999.
 Stella quae apparuit Magis, 559-564, 568-571; cur disparuerit, cum Magi apud Herodum essent, 562; significat Christum, 592; figura Mariae, 627-629; non erat multum alta et completo officio redacta est in suam materiam, 593; variae de eius natura sententiae, 618; specialiter erat creata ad servitium Christi, 570, 609; a quibusdam putabatur Spiritus S. vel Angelus, 571; vera stella fuit, 571; quando Magis apparuit, 833.
 Stellae in die iudicii obscurabuntur non ob diminutionem lucis suae, sed ob claritatem verae lucis (Beda), 4892, 4932; propter homines, non vicissim, 553.
 Stephanus (S.), 385-390, 506-516, 648; eius festum ab antiquis temporibus post festum Nativitatis Domini celebrabatur, et quidem in oriente die 7 Ianuarii, 391, 405; post inventionem reliquiarum die 26 decembris celebrabatur, quo die translatae sunt, 392; ritus penulares in eo festo, 399.
 Stultitia hominum, qui voluptatibus se capi solum, 3988.
 Sua qui quaerant, in vinea Dei non laborant, 1039.
 Subsidia temporalia qui tribuit labentibus donia spiritualia, cooperatur est in spiritualibus, 668.
 Succede illam, etc., 4551.
 Suicidium, 2534.
 Superbi humiliantur, 259, 265; eos Deus ignorat, 1781.
 Superbia, 14, 296, 878, 906; impedimentum salutis, 3747; in ipsa sordibus esse potest, 1326.
 Superbiae radices sunt nimis amor sui et nimia ignorantia sui, 4168-4170; poenae, 397, 4479-4475.
 Sordus et mutus curatur, 4223-4260; sordus est genus humanum, 4223; peccator, 4236, 4255; adducit ad Christum, quia qui humana industria converti non possunt Deo relinquendi sunt, 4224; digitus in aures immittuntur per gratiam, 4225; spiritus est verbum Dei, 4295.
 Taciturnitati exemplo Christi studendum, 2556, 1067.
 Telesphorus (S.), auctor fuisse dicitur ut tres Missae in Nativitate celebrantur, 373.
 Temeritas, 2996, 2761.
 Tempestas sedata, 941, 942, 945, 947, 950, 953-955, 958-964, 967-977, 974-980; quare Christus dormivit, 946, 950, 959; non erat tempestas naturalis, 959; est figura mortis et resurrectionis Christi, 958-964, 979; tentationum, 953-955, 964.
 Tempia septem, in quibus invenitur Iesus, 730.

Tempium Iudaicum dirutum, 388.
 Temporalium bonorum amor vincendus, 43-45, 987, 1068, 2143; viam avertit malignis spiritibus, 1555; est impedimentum salutis, 3657, 3738-3747, 4611; quam indignus anima rationali, 820; qui eo tenentur similes illis sunt, qui submersi periclitantur in aqua, 12; possidendi a nobis debent, non possidere nos, 3704; non propter se appetenda, sed propter ordinem ad finem, 4365-4367, 4384; data sunt ad usum tantum, 3705; 4367, 4384; non dantur ut praemia, 1772.
 Tempus salutis, 4221, 4322, 4208, 4235, 4236, 4241, 4245, 4251, 4257, 4261, 4280, 4291, 4298, 4305, 4306, 4310, 4313; de tempore rationem reddemus in iudicio, 4064.
 Tendere in Deum, 4349.
 Tenebrae exteriores eos manent, qui hic sponte in interiores tenebras occiderunt, 4619; in morte Domini, 1675-1678, 2813, 2917.
 Tentatio, 71; Christi, 1356-1361; est cum fiducia suscipienda, 946, 950; sunt statim ab initio conversionis expectanda, 431, 524; permittuntur a Deo ut ad eum confugiamus, 953; eis homo nunquam vacare potest, 1292, 2695; oratione vincuntur, 1285; invocato nomine Iesu, 3600, 3880-3883; tres gradus, 953; quatuor genera, 4578.
 Tepiditas quam periculosam, 1196.
 Testamentum utrumque concordat, 1566, 1955.
 Testimonium bonum sanctis necessarium est, 200.
 Tharsilla, Gordiana et Amiliana, amicitiae S. Gregorii, 4621.
 Theatra, 459, 2146.
 Theophanus comes, 3706.
 Theopuri veri, 1329.
 Thesaurus triplex cordis, 637.
 Theudas insinuat in parab. boni Pastoris, 447.
 Thomas de veritate resurrectionis Christi, dubitavit, 3212, 3213, 3218-3223, 3237-3249, 3260-3261; sanatur, 3198; eius infidelitas plus nobis proffit quam ceterorum fides, 3198, 3231; aliud visit, aliud credit, 3199, 3245, 3260; eius dubium non fuit profundum, 3283.
 Thomas (S.) Ep. Mart., 417-430.
 Timor Dei, 17, 453, 556, 592, 596, 1159, 2029, 3761; debet esse filialis, 4298; de salute, 1143; et pudor casta sunt concupiscentiae, 953; gebennae, 1026.
 Titulus crucis, 1593-1597, 2807, 2900-2902, 3040, 3601.
 Terra bona est mens oculis, 1215.
 Terrae motus in morte Christi, 1971, 2658.
 Terrena v. temporalia.
 Triduum spiritum quia non invitum mortuus est, 2616, 3037.
 Transfiguratio, 1569-1570, 1609-1613.

Transire inuult humanitatem Christi, 1207, 1306.
 Transitoria v. temporalia.
 Transitus triplex eorum qui transiturum adhaerent
 et eorum qui a transitoria aueruntur, 44.
 Transubstantiatio septem mirabilia, 3721.

Tribulationes cum patientia tolerandae, 823, quam
 utiles, 1700.

Trinitas (SS.), att. 212, 647, 740, 741, 1236; tota
 praesens ad baptismum Christi, 690, 1087; in trans-
 figuratio, 1261; tres personae, 1555, 1584, 2336,
 2440-2445; processiones, 1653-1657, 1663-1666,
 2180-2183.

Tristari debemus solum de peccato, 3368, 3405;
 ex compassione proximi, 3362; ex dilatione pe-
 trinae, 3389.

Tristitia de calamitatibus humanis inutilis, 3405;
 nostra desit cum Natiuitate Christi, 3207; sanc-
 tiorum in hac vita gaudio compensabitur, 2352;
 huius vitae temporanea est, gaudium aeternum,
 3388; vera, 661.

Tristitia Christi in horto, 2592-2598, 2552-2600;
 non de sua passione, sed de Iuda et de reproba-
 tione Iudaeorum, 2600; de reprobatione homi-
 num, 2600; in horto nobis laetitia attulit, 2645;
 iocet nos meritis proestitum vincere, 2646.

Tristitia honeste remuneratio, 3354, 3355, 3362,
 391.

Tristitiam corp tangere humanum est, implere ci-
 uilium, 3418.

Tuba angelorum in iudicio, 4872.

Tumor differt a magnitudine, 1233.

Tunica inconsutilis unitatem fidei significat, 2865,
 2900, 3025; aures indicat non meritis, sed oc-
 culto Dei iudicio gratiam dari, 3005.

Tur quis est, qui Iesum accipitulum, 162-164, 221.

Turbae a quibus caecus quierit, creaturae sunt,
 1200; praerouentes, quae increpabant caecum,
 sunt vitia nostra, 1284, 1302, 1317; in turba
 difficile est Christum videre, 1322.

Turbo Romae domos ecclesiaeque evertit, 5.

U

Ulicisci non licet, 2360, 2843.

Ultima coena, 2584-2590, 2745-2748; frangendo
 panem indicat se potestatem habere de anima
 sua, 2745.

Uinctio Iheron in domo Simonis leprosi, 2566, 2592-
 2705, 2728-2736; discipulorum indignatio, ibi ple-
 ralis pro singulari ponitur, vel reuera quod
 apostoli ob pauperes mouerant Iudas vero ob
 avaritiam, 2567, 2729; unguentum, bonus odor
 fidei, 2570.

Ungere caput cum inebremur, id ad interiorum ho-
 minem pertinet, 1327.

Unitas — Deus in unitate est, 3165.

Usura, 4060.

Ut videntes non videant, hic ut non est causalis
 sed consequentium, 1207.

Uxor Pilati, 1532-1537, 2633.

V

Valles implentur, quia humiles gratia replentur,
 259, 296, 319.

Velum templi, 1760, 2917.

Verba Christi in cruce prolata 2447-2467; sunt
 totidem flammulae amoris, 2929-3050.

Verbum a quo cogitatur, 361, 2344; est Deus, 359-
 371; cognoscitur ex mundo, ut ex fabrica consilium
 architecti, 360; facta sunt omnia, 362-371, 2348; ma-
 nifestatio V, 163; et vox quomodo se habeant
 inter se, 740, 233, 359; incarnationem duo maxime
 grae se fert maiestatem et humilitatem, pote-
 statem et misericordiam, 611.

Verbum Dei studiose audiendum, 721, 1198, 1198;
 608; quomodo custodiendum, 56, 1218-1261.

Vestium cultus damnable, 49, 1781; in virtus vitu-
 perabilior, 84; sed considerandus est uentis af-
 fectus, 92.

Via Domini paratur per obseruantiam mandato-
 rum, 295.

Vigilantia, 28, 489-494; contra insidias diaboli, 782,
 1020; praelatis necessaria, 1022.

Vinum triplex ante Christum desiccabat, 700; v. Dei
 et v. saeculi, 820, 820.

Violentia adhibenda ad consequendum regnum
 caelorum, 270.

Virgines ampliore honorem in Ecclesia habent,
 735.

Virginitas melior quam status coniugalis, 824.

Virtutes caelorum Angelis, 2, 34.

Visio beatifica, 234, 3165, 2598, 2318, 3391.

Vita aeterna et immortalis figuratae altera in Pe-
 tro, altera in Iohanne, 368.

Volo, mundana, 837, 874.

Vota religiosa, 2516-2519.

Vox in Roma, etc. quod pacto propheticum referat
 ad occisionem infantum, 1334-137.

Z

Zacharias, filius Barachiae, 286, 300; pater Ioha-
 nis; dicitur occisus esse, quod defendit vir-
 ginem Mariam aduentem in loco virginum in
 templo, 509.

Zelus animarum, 2145, 2937.

Zizaniorum comburendorum ministerium nullus
 Ecclesiae filius ad se pertinere arbitretur, 969,

590, 1023, 1036.

Zonae usque, 328.

EIUSDEM AUCTORIS

Expositio in Orationem Dominicam iuxta traditionem Patristicam et Theologicam, cum Appendice CXXX Exposit. totalium et XLI partialium. — Duo volumina binis columnis in-4, pag. 306 et 842, seu simul pag. 1149	L. 20
Compendium Theologiae Moralis Beatae Mariae Virgini dicatum. — Editio septima aucta et emendata. — Vol. in-8	5
Compendium Juris Canonici, B. M. V. dicatum. — Editio tertia aucta et emendata. — Vol. in-8	3
Dictionarium Marianum, sive encomia, symbolicae expositiones, figuratae, theologiae et asceticae lectiones de augustissima dignitate et superdulcissima pietate B. Virginis Mariae, ex operibus sanctorum Patrum ecclesiasticorumque scriptorum. — Vol. in-12, pag. 400	3
Doctorum Angelici, Seraphici, Mellifui, Ecclastici, In Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam, adiectis titulis, adnotationibus et appendice. — Vol. in-32	3
Manuale devotorum B. Mariae Virginis. (Continet Sanctorum ac Doctorum praecipuas sententias piisque considerationes de tribulationibus et doloribus B. V. Mariae per singulos anni dies distributas; <i>Vade-mecum</i> Devoti Mariophilii; <i>Officium</i> brevissimum de Imm. Conceptione B. M. V.; <i>Passionem</i> erga SS. Dei Genitricem devotionem; <i>Psalterium Marianum</i>). — Vol. in-32	1
S. Bernardini Senensis, De Dominica Passione, Resurrectione et SS. Nomine Iesu, contemplationes excerptae ex operibus eiusdem Sancti per singulos anni dies distributae, titulis distinctae notisque illustratae. — Vol. in-32, pag. 678	4
Manuale devotorum S. P. N. Francisci. — Vol. in-32	0 50
Christus Iesus Redemptor Noster. Breves considerationes et orationes de Doctrina et Vita D. N. Iesu Christi per singulos anni dies distributae aliaque devotionis exercitia ex variis collecta. — Vol. in-32	2
Lectiones SS. Patrum contra murmuratores, seu contra amaritudinem cordis, oris et iudicii, ad usum praesertim utriusque Cleri, adiectis precibus et adnotationibus. — Vol. in-32	2 50

Praesens opus atque superenunciata opera, venalia prostant apud Librarias Pontificales **FREDERICI PUSTET, Romae, Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati.**

UNIVERSIDAD

JUANIL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
 GENERAL DE BIBLIOTECAS

